

R. P. PETRI M. FORTI

DE JUDICE CONSERVATORE

REGULARIUM

TRACTATUS CANONICUS.



DE JUDICE CONSERVATORE REGULARIUM TRACTATUS CANONICUS,

UNIVERSAM CONSERVATORIS MATERIEM COMPLECTENS:

Resolutionum Miscellanearum Centuriam tangentium, præcipue Regularium Privilegia, per ipsum defendenda:

ET CENTURIAM CASUUM,

IN QUIBUS REGULARES EXEMPTI SUBJICIUNTUR EPISCOPIS, AC LOCUM NON HABET CONSERVATORIS JURISDICTIO.

ADJECTIS IN CALCE

AUTHORIBUS DISSERENTIBUS

De Judice Regularium Conservatore,

ET CONSTITUTIONIBUS SUMMORUM PONTIFICUM DE CONSERVATORIBUS.





OMNIBUS UTRIUSQUE FORI JUDICIBUS, ASSESSORIBUS, CAUSARUM PATRONIS, NEDUM REGULARIBUS IPSIS UTILIS PLANE, AC NECESSARIUS.

AUTHORE

PETRO MARIA FORTI

SICULO TERRANOVENSI E SOCIETATE JESU

Scholasticæ, & Moralis Theologiæ Professore, Sacrarumque Scripturarum Interprete in Academia Messanensi.







MUTINÆ,

SUMPTIBUS JO. BAPTISTÆ ALBRITII, HIERONYMI FILII,

VENETI TYPOGRAPHI MDCCXLIII.



ILLUSTRISSIMO DOMINO D.

IGNATIO LONGOBARDO

EX PATRITIIS CALATAJERONENSIBUS
MARCHIONI SCHIFALDI, &c.



Uod Tibi ſiſtitur Opus, tuum eſt, nec Alteri a Te dicari æquius poterat. Domino traditur, quod debetur, ne Iniquitas illi injuriam inferat. Quidni vero tuum hoc opus dixerim, quod meo depromptum ingenio hiſce in paginis expoſuerim? Tibi enim Uni cum Me, meaque omnia plurimis ab hinc Annis dicaſſem; nihil ſane quod mea opera ſit effectum, aut meum, aut Alterius, qui Tu non eſſet,

vel habere, vel appellare ſum auſus. Novi Te ipſe, tua etiam ab Adoleſcentia, & ingenua Indole amabilem; & ingenii ſubtilitate acutum; & Animi amplitudine ad magna quæque ter aptum; Æqui, Rectique tenacem; maturi Conſilii plenum; cæteros inter Adoleſcentes ſive Artium liberalium ſtudio, ſive morum integritate non minus, quam vetuſtiſſimæ Nobilitatis ſplendore præclarum; Novi, inquam, Te meritorum ſumma ab ipſo ætatis initio cumulatum: eoque provectum, ut limites pene ſenectutis excederes: atque inde me Tibi, meaque omnia dedere lucrum cenſui, cum Te olim tenuitatis meæ futurum Patronum ſim auguratus, mearumque lucubrationum Mæcenatem exoptatiſſimum. Politiorum literarum Provincia mihi tunc temporis demandata fuit, quibus Ipſe imbuendus ad me accedere non parum gaudebas: Sed quæ Indolem tuam Dotes ornabant; quæque tuis in moribus ſpectandam ſeſe dabat Animi excellentia, Diſcipulum Te ſuper Magiſtrum fore indicabant; Teque quamvis docerem Magiſter, morum tamen tuorum Sectator Diſcipulo ſimilis habendus intra animi mei veluti cubiculum reputabar. Hinc porro Amor ille erga Te meus non niſi obſequentiſſimus, obſequium illud non niſi amore redundans, nihil ut tam mihi gratum accideret, quam Tibi gratificari; Nihilque mihi tam charum, niſi quod Tibi fuerit acceptum. Animos vero ad id augebat quotidie Animi tui Benignitas, qua de rebus meis, ut de tuis non niſi amantiſſima dignatione gauderes. Tuus itaque cum ſim ipſe, tua quoque quæ mea ſunt cuncta autumes oportet, ſine quorum conſortio me Tibi dediſſe, animi vitium reputaſſem. Sed tuum cum ſit opus

istud, quod tuum est, ne contemnas; quod tuum est, libenter tuere: Satisque erit ab Nasutorum Censuris vindicare, si illud tantummodo tuum esse non deneges. Nomen enim verebuntur tuum maledici Homines, qui mei Nominis umbram nullatenus pertimescerent. Nec fidem mendacio emam: Testatur sane Calatajero Patria tua, quam magna semper veneratione omnibus fueris; cum in Te uno omnes in rebus agendis sagacissimum Consiliarium; in periculis obeundis præsentissimum Adjutorem: contra Adversariorum vim acerrimum Defensorem; In Indigentia amantissimum Patrem invenerint; non minus privati, quam boni publici ardentissimum Promotorem. Testatur Sicilia pene universa, quæ Te Calatajeronensi in urbe commorantem gratulatur, a quo, ubi temporum iniquitas postulaverit, & consilium, & opem referre tanquam a novo Catone, a recente Cræso, a redivivo Hyerone potuerit.

Quod si sanguinis Claritas rudium Hominum de virtutum splendore non æque ac deberent, judicantium oculos perstringit; eoque verendum magis Heroem isti putent, quo vetustiora nobilitatis signa præseferat; quis Familiæ tuæ præclarissimæ antiquitatem ubi sit meditatus, stupido illam supercilio non admiretur. Fatetur profecto Sicilia tota, Longobardorum Familiam tercentis ab hinc annis Calatajerone residentem, ab antiquissimis Longobardorum Principibus duxisse originem; nec aliis, quam Patritiorum, ac Senatorum in urbe muniis perfunctam fuisse. Et anno quidem MCCCCXCV. Nobilis Jaimus Longobardus, Calatajeronem Patriam ut decoraret, in Munditiæ

ut ajunt, Magiſtrum, *ſeu Præfectum, non niſi a Senatoriis, ac præcipuis Patriæ Dynaſtis exercitum ſemper munus, communi omnium plauſu adlectus eſt. Nobili e Jaimo Longobardo magnifici Germani Fratres Nicolaus, Paulus, & Vincentius orti ſunt, una cum magnifica Germana Sorore Conſtantia, quam ſibi Nobilis Stephanus Miccichemi Uxorem digniſſimam gratulatus eſt. Cujus etſi Nobilitatem vetuſtiſſimam Sicilia norit Nobilium Fœudorum* Gattæ, Conſorti, *aliorumque non paucorum* Baroniis *illuſtribus exornatam; Longobardorum tamen Stirpi conjuncta ſplendorem ſibi augeri credidit: Quo etiam magis, ac magis illuſtrari ſenſit Anna Miccichemi ex Longobarda Genitrice Filia* Gattæ *Baroniſſa, quam ſibi Scipio de Joanne* Trium Caſtanearum *Princeps matrimonio conjunxit. Magnifico Paulo Longobardo nupſit Nobilis Franciſca Claranda, Angeli Claranda illuſtris Filia; Cujus Familiæ quanta ſit præclara Nobilitas, primæ claſſis Dynaſtæ, qui ſibi in præcipuis Patritiorum, ac Senatorum muniis ſociam volvere, Calatajerone univerſa plaudente, deprædicant. Ex his vero tam præclaris Conjugibus Joannes Jacobus, & Perna Longobardi lucem accepere, quorum primus Pernuſiam Sicuſiam uxorem habuit, Antonii, & Garitæ Sicuſiorum Filiam e celeberrima non minus quam vetuſtiſſima Sicuſiorum Styrpe procreatam. Tam præclaræ Styrpi nihilominus novum, nulliſque oblivionis tenebris obtegendum ſplendorem, Novam immortalemque Gloriam, ad Seculorum invidiam, addidit Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus Bonaventura Sicuſius Ordinis Minorum de Obſervantia olim Ge-*

neralis Moderator, indeque Constantinopolitanus Patriarcha, Pactensis, & Catanensis Episcopus, Archiepiscopus Messanensis, vir omni scientiarum, ac virtutum genere insignis; adeoque meritorum thesauro ditatus, ut inter innumeros magnæ Notæ viros, non nisi ipse Legati munere a Clemente VIII. Pontifice Maximo ad componendas inter Philippum II. Hispaniarum, ac Henricum III. Regem Galliarum dissentiones Mediator opportunissimus adlectus sit. Isque Sicusius est, de cujus Consanguinitate Octavius Sicusius Severus de Messana, & Princeps S.Flaviæ ex Fratre Nepos resonantibus præcordiis gloriatur. Ne vero Masculinam tantummodo Longobardorum Prolem prænobili Conjugio copulatam, quisquis est, Zoilus arbitretur, Constantiæ Jaimi Filiæ Stephano Miccichemo nuptæ postquam meminerit, Magnificam Pernam de Longobardo laudati Pauli Filiam, & Jo. Jacobi Germanam sororem intueatur, cujus nuptiæ cum Giorlando de Claromonte habitæ sunt, cujus Familiæ laudes Fama ipsa ab immemorabili inter clariores Siciliæ Cætus nulli secundas decantat. Franciscus deinde Longobardus, prænobilis Joannis Jacobi Filius, cum prænobili Vincentia Bonanno Conjugium fecit, de cujus Familiæ splendore, satis superque in Sicilia renitente, quidquid laudis diceretur, minus vero, quod summum est, dici ab omnibus potuisset. Inde vero ubi Tu inclytæ Laureæ Bonanno Conjux, & pietate summa, & insigni Majorum Gloria non dissimilis apparuisti; aut Gemma profecto Gemmæ addita, aut Syderi Sydus permistum non sine divino Consilio visus es. Non alia hinc de causa, quam ad

vetustissimæ Longobardorum Nobilitatis testimonium pluribus ab hinc sæculis Nobiles Tituli, qui non nisi nobilissimis viris tradi consuevere, Longobardis Equitibus, Calatajerone commorantibus, dati sunt. Nunc sane Magnifici, *nunc* Nobiles, *modo* Illustres, *modo* Spectabiles, *atque* Illustrissimi *&c. Longobardi Equites cum a civibus, tum a Senatorio consessu appellati sunt. Quodque Senatoria Calatajeronis Regesta notarunt, Nonnisi primæ Classis Equites a primo sui in urbem ingressu Longobardi Dynastæ renunciabantur. Denique Ipse illustrium Majorum tuorum Imago cum sis perfectissima, Illorum Dignitates, Virtutes, & Merita in Te uno cuncti admirabili quodam Compendio adunata adeo stupemus, ut de Te dici merito possit:*

———— Quæ divisa verendos
Efficiunt collecta tenes. ————

indeque unus ipse, & Patritii Munere, & Senatoris Toga, & Urbanæ Curiæ, Militiæque regimine non semel illustratus, uti Calatajeroni decus, ita & Tibi Calatajeronensium Civium venerationem, amoremque eximium auxisti.

Sed cum tot tantisque Nominibus verendum Te omnes agnoscant; qua Spe, qua animi hilaritate Librum hunc a Zoilorum morsibus vindicandum tibi præsentare non gestiam? Te enim omnes cum vereantur tam Nobilem, tam Insignem Heroem; & Paginas istas tuo, ut ajebam, illustratas Nomine verebuntur. De Judice Conservatore Regularium agendum hoc in Volumine constanter decrevi, ut Regulares ordines in ipso Armamentarium haberent, ex quo

adversus Secularem violentiam, quibus defendantur, arma depromant. Sed Te illis Tutorem, ac Patronum fateri opus erit, e cujus Nomine arma ista splendorem hauriunt, unde adversantium oculorum acies perstringatur. Quique Te semper ad ipsorum inopiam sublevandam effusa liberalitate paratum Patrem advenere, ardentissimum te quoque sui decoris defensorem experiri non dubitant. Ergo vero supra cæteros gloriabor, qui Societatis Jesu Militiæ adscriptus illam tuis hisce paginis tuo inquam nomine tanquam impenetrabili Scuto defendendam confido. De Tua erga illam benevolentia certus sum; nec minimum, quin tuum læderem amorem, dubitare potuerim. De ea enim semper Benemeritus, a P. Nicolao Longobardo inter majores tuos celeberrimo nescio quam erga Jesuitarum Cœtum amantis animi Sympathiam traxisse es visus. Hic enim Societatis Jesu ineundæ desiderio captus, tanti voti compos effectus, eandem non magis sanguinis, quam sublimium scientiarum, eximiarumque virtutum claritate illustravit, primosque inter Sapientissimos Sinarum Doctores accubitus, non sine maximo Romanæ Fidei emolumento, Animarumque lucro, quadraginta annorum spatio adeptus est: Eoque Societatis Jesu Nomen apud amplissimi illius Regni Incolas venerandum curavit, ut perpetuam tanti viri memoriam, pro grati animi significatione, Societatis universæ Annales conservare contendant. Consanguinei itaque tui P. Nicolai Sectator piissimus, non nisi Societatis Jesu dirigi monitis in re christiana, Animique moderamine conabaris. Indeque fuit, ut mihi animi tui regimen Deo annuente incumberet, tuæque

eximiæ probitatis admiratione obſtupeſcerem. Tuus itaque cum ſim, meaque omnia cum Tibi devoverim tuum ut Famulum obſequentiſſimum benigno me ſuſcipias vultu enixe oro, obteſtorque. Quidquid vero in me tuo indignum Patrocinio inveneris, Te magis magiſque Patronum exigit opportuniſſimum: eo enim magis tua eluceſſet Benignitas, quo minus in me, exiguæ Virtutis Homine Merita dignoſcuntur. Secundo, inquam, me aſpicias lumine, Vir præclariſſime; Satis id enim erit ut Præceptori olim in humanis literis, & in re divina Moderatori tuo amantiſſimo amorem rependas, Unde Ego jam totus tuus, tibi gratior fiam. Vale

Meſſanæ 15. Septembris 1742.

DOMINATIONIS TUÆ ILLUSTRISSIMÆ.

Humillimus atque Addictiſſimus Famulus
Petrus M. Forti è Soc. Jeſu.

BENEVOLO LECTORI.

De Judice Regularium Conservatore materies, quam scitu digna, utilis, & necessaria est omnibus utriusque fori Judicibus, Ecclesiastici præsertim, imo & ipsismet Regularibus personis, tam hodie passim neglecta, & ignorata, nec sine gravi, diuturnoque Ecclesiasticæ Immunitatis dispendio, comperitur. Idque, ni fallor, ob rei amplitudinem, eamque involutam, & asperam; a nemine hactenus, quod sciam, pro dignitate emollitam, & enucleatam. Luculentissimum, haud inficior, edidit Volumen de Conservatoribus Judicibus Joannes Petrus Moneta Congregationis Clericorum Sancti Pauli: Sed pluribus intentus, omnibus videlicet Conservatoribus, iisque in universum, minor fuit ad singulas Conservatorum species in particulari, illam præcipue Regularinm Conservatoris. Cumque susius disseruerit ad terminos Juris Communis, obiter tantum secundum privilegia, juxta quæ, ut ipsemet fatetur ingenue *cap. 8. q. 2. n. 87.* [Omnes jam fere Conservatoriæ ampliores sunt, ita ut illa decisio *cap. 1. de offic. Jud. deleg. in* 6. hodie fere inutilis maneat, ut asserunt *Jo. Andr.*, *& Archid. dic. cap. 1.*, & alii, quos referunt, & sequuntur *Gem. in cap. fin. eodem tit. Rebuff. l. solutum in fin. ff. de verb. signific. &c.*], & ipsemet hodie fere inutilis manet Tractatus Monetæ. Cumque demum scripserit ante Constitutionem Gregorii XV. incip. [*Sanctissimus*] reformatoriam privilegiorum, Conservatoribus Regularium per antecessores Pontifices concessorum, ad cujus terminos omnia Conservatorum Privilegia redacta sunt; quid hodie ad formam Gregorianæ moderationis servandum sit de Judice Conservatore Regularium attento jure Communi antiquo, ubi per Jus peculiare novum privilegiorum non derogatur; Sicut & inspecto Jure novo privilegiorum, ubi per Jus novissimum Constitutionis Gregorianæ neutiquam reformatur, ex erudito Monetæ Volumine non habemus. Vulgarunt ante Monetam de Judice Regularium Conservatore perbreves tractationes, præter quosdam alios Canonistas sæculares, Joan. Baptista Consectius in *Summar. mater. privil. mendic. tit.* 4. *a cap.* 1., ex nostra Societate Joan. Azor. *Instit. mor. part.* 2. *lib.* 5. *n.* 34. Ludovicus Molina *de Justitia tom.* 6. *disp.* 29. & alii; sicut & ex aliis Religiosis ordinibus nonnulli; susiorem vero Emmanuel Rodriquez regularis Observantiæ Sancti Francisci *tom.* 1. *quæst. Regul. q.* 65., & quidem nedum ad terminos juris Communis, sed privilegiorum etiam, dispositionibus juris Communis derogatoriorum. Sed cum hæc ipsa privilegia per laudatam Gregorii XV. Constitutionem partim sublata sint, partim vero moderata, laudatorum Doctorum Tractatus nequeunt inoffenso pede percurri. Scripserunt denique post Constitutionem Gregorii XV. Ascanius Tamburinus Ordinis Monachorum Sancti Benedicti Congregationis Vallis Umbrosæ *tom.* 3. *de Jur. Abb. disp.* 17. Laurentius de Peyrinis Minimorum Sancti Francisci de Paula *tom.* 2. *privil. minim. in Constit. Gregorii XV. tom.* 3 *in addend. ad dictam Constitutionem*, *& tom.* 1. *in Formul. litera C. cap.* 20. Franciscus Pellizzarius nostræ Societatis in *Man. Regul. tom.* 2. *tract.* 8. *c.* 8. *sect.* 4. & Baptista Fragosus *p.* 2. *Regiminis Christianæ Reipublicæ lib.* 4. *disp.* 12. Raymundus Nidus Ordinis Prædicatorum in speciali Tractatu de Conservatoribus Regularium, Augustinus Barbosa *de offic.*, *& pot. Episcop. p.* 3. *Alleg.* 106. *in Trident. sess.* 14. *de refor. c.* 5. *ac in Collect. decis. Apostolic. verb. Conservator*, & alii, qua Regulares, qua Sæculares Canonistæ, quorum omnium in calce operis Catalogum subtexam. Verum, ut alia omittam, difficiliora hac de re penitus omiserunt, nec universam materiem complexi sunt.

Quamobrem instantibus non semel amicis, Regularibus præsertim; & fortius impellentibus, quæ in dies ob imperitiam enascuntur, incommodis, per recursum Regularium in Causis occurrentibus ad Judicem non competentem; sicut & Contentio-

tentionibus, ac jurgiis, non fine populorum admiratione, & fcandalo, Regularium inter Confervatores, & locorum Ordinarios, five Ecclefiafticos, five Sæculares, Contendentes illos ultra præfinitos limites Confervatoriam Jurifdictionem extendere; & hos Confervatorum Jurifdictionem ufurpare: ut Jus fuum unicuique tribuatur, ficque quæ funt Cæfaris, Cæfari, & quæ funt Dei Deo; de Judice Confervatore Regularium ex profeffo pro mea tenuitate differere, non recufavi, non modo ad terminos Juris Communis antiqui, & novi privilegiorum, fed noviffimi etiam Gregorianæ reformationis. Ne vero moleftiæ fit mea hæc qualifcumque differtatio; ab agitandis quæftionibus, prout more fcholafticorum ab aliquibus in Theologia Morali, et Canonica paffim fervatur, ita ut Practica Theologia in fpeculativam, feu fcholafticam converfa videatur, abftinui; Contentus fatis refolutionibus, quæ magis Juri, ac rationi conformes videntur, et Doctorum auctoritate comprobatæ. Neve citra neceffitatem prolixior; quę Confervatoribus cum reliquis Judicibus communia funt, quęque ex univerfalibus Juris principiis facili negotio decidi queunt prętermittens, ea profequar, quæ Confervatoris fpecialia funt; et ad ipfum plene, cumulateque informandum neceffaria: Utque demum numeris omnibus fit abfoluta, fermo erit in ea de Judicis Regularium, Militarium etiam, ac Monialium Confervatoris Natura, Speciebus, Caufis, et Origine; Qualitatibus item, Electione, ac Privilegiis, una cum Poteftate, etiam Subconfervatorem deputandi: deque eadem Confervatoris Poteftate, ficut, et Subconfervatoris, tum exercenda, et extendenda, ad tutamen præfertim Privilegiorum Regularium: tum minuenda, et coarctanda, in cafibus præcipue, in quibus Regulares exempti fubjiciuntur Epifcopis: tum impedienda, ac fufpendenda, Recufationibus, et Appellationibus potiffimum: tum denique terminanda; quæ profecto tota, atque integra eft Confervatoris materia. Univerfam proinde Judicis Regularium Confervatoris Tractationem, ftrictim hactenus indicatam, in dûos fupra quadraginta diftributam Articulos exponam, quos una cum adjectis Summariis exhibet fequens



INDEX ARTICULORUM,

RESOLUTIONUM, ET CASUUM, QUI IN HOC

TRACTATU CANONICO

DE JUDICE CONSERVATORE REGULARIUM CONTINENTUR,

Ubi

EORUMDEM SUMMARIA.

ARTICULUS PRIMUS.

Quid sit Judex Conservator Regularium,

Attento Jure Communi Antiquo.

SUMMARIUM.

Conservator, a Vesbo Conservo derivotus, idem significat, quod Dsfensor a Verbo Defendo, & tutor a Verbo Tucor dictus. n. 1

Unde Tutor etiam, & Defensor ab aliquibus Conservator appellatur. n. 2

Scilicet de Jure positivo Miserabilium Personarum ab injuriis Potentium. n. 3

Conservator, Tutor, & Defensor Miserabilium Personarum, ad quorum videlicet commiserationem, propter Fortunæ injuriam, naturam movemur, est nedum Episcopus; n. 4

Sed, & principalius, Summus Pontifex, Imperator, Reges, aliique Supremi Principes; &c. n. 5

Utpote qui de Jure communi sunt veluti Generales omnium, Miserabilium præsertim injuriam patientium Ordinarii Defensores, Tutores, & Conservatores. n. 6

Conservatores adesse in Christiana Republica, consentaneum valde, immo & necessarium est. n. 7

Ad Prætorem Reipublicæ spectat, quoslibet ab Oppressionibus tueri, omnesque in proprio statu indemnes servare. n. 8

Supremi Principes, cum nequent per se semper, & ubique Munus Conservatoris præstare, id præstant per speciales Conservatores. n. 9

Scopus hujusce Tractationis est, de Conservatoribus Specialibus disserere, & quidem non omnium Miserabilium Personarum, sed Regularium dumtaxat. n. 10

Religiosi sub Nomine Miserabilium Personarum comprehenduntur. n. 11

Nomine Miserabilium Personarum non veniunt Plebæi, sed Pauperes, præsertim Religiosi &c. n. 12.

Summi Pontifices Privilegium, Conservatorem eligendi, Reguloribus concessere. n. 13

Tum propter Paupertatem, tum propter Divinum Cultum, tum propter decentiam. n. 14

Regularium Conservator trifariam considerari potest: Secundum Jus commune antiquum: Secundum Jus peculiare novum privilegiorum: & Secundum Jus novissimum Constitutionis Gregorii XV. Sanctissimus, reformatoriæ Juris novi privilegiorum. n. 15

Conservator Regularium secundum Jus antiquum quid sit. n. 16, & 17

Conservator Regularium attento Jure antiquo Juden est, & quare. n. 18

Optimum desumitur argumentum a Rubrica, vel titulo, pro dignoscenda qualitate Potestatis ejus, de cujus officio in Rubrica, vel titulo tractatur. n. 19

Conservator Regularium ad terminos Juris antiqui quamvis sit, & dicatur Juden, minus tamen proprie est, & dicitur Juden. n. 20

Dictio vel est regulariter disjunctiva, & ponitur inter diversa. n. 21

Conservator non est Juden per omnia. n. 22

Sed merus executor. n. 23

Conservatores Privilegiorum in puris terminis Juris Communis vere, & proprie non sunt, nec debent dici Judices, sed potius Viri Potentes, & Auxiliatores, cum Majoribus armis assistentes parti. n. 24

Extrajudicialiter siquidem procedunt, &c. n. 25

Regularium Conservator inspecto Jure communi est Delegatus, non Ordinarius. n. 26

Unde ejus Materia ponitur sub titulo, & Rubrica de Officio Delegati. n. 27

Et Jurisdictio, Conservatori concessa a Jure antiquo, illi non ratione Officii, sed Delegationis competit. n. 28

A Delegato tamen in multis discriminatur. n. 29

Delagatus esse potest quivis Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, Conservator vero non nisi simul Dignitatem habeat, vel Personatum. n. 30

Ejus, qui mihi delegatus est in una Causa, possum in alia ego delegatus esse, salvo jure recusationis, seu Cessionis: Mei autem Conservatoris non possum ego, Conservator esse. n. 31

Salvo jure recusationis subditum meum habere possum Delegatum, sed non Conservatorem. n. 32

Delegatus a Principe posset Causam sibi commissam in totum, vel in partem committere; sed non Conservator. n. 33

Conservator, excedens limites suæ Jurisdictionis, eo ipso per annum est ab Officio suspensus; non ita tamen Delegatus. n. 34

Conservator posset en privilegio alteri delegare, sed non nisi conditiones habenti, ut esse queat Conservator: & Delegatus potest eum subdelegare, cui alias de jure, fieri potuisset delegatio. n. 35

Delegatus generaliter ad causas præsentes, & futuras dari non solet: Solet tamen hujusmodi generalis Potestas Conservatoribus indulgeri. n. 36

Conservator nequit extra Civitatem, seu Diœcesim procedere, ne quidem de partium consensu, potest tamen Delegatus, si partes consentiont. n. 37

Conservator a solo Principe Supremo, adeoque a Papa, non ab Inferiore, ne quidem a Legato de latere conceditur. n. 38

In Definitione Conservatoris ad terminos Juris antiqui quodnam sit Genus, quænam Differentia. n. 39

Conservator Regulares defendit tum quoad Perso-

nas,

nas, tum quoad Religiosum, tum denique quoad Monasteria, Bona, Jura, Privilegia &c. n. 40

Non tamen quoad Familiares, & Servos in terminis juris Antiqui. n. 41

Dictio eos, illos, *& similes personalis est & multo magis dictio* eosdem. n. 42

Si injuria, Regularium Familiaribus, aut Servis irrogata, in injuriam Regularium ipsorum redundet, illos etiam defendit Conservator. n. 43

Ecclesiarum Servi uti queunt Conservatoriis, concessis Ecclesiis, si injuria ipsis illata, Ecclesiis irrogari censeatur. n. 44

Exempti possunt esse Actores, seu Defensores in Causis Propriorum Servorum, & Familiarum coram suis Conservatoribus. n. 45

Regulares, etiam ut Actores, coram suo Conservatore Reos quoscumque trahere, & convenire possunt, inspecto Jure communi. n. 46

Argumentum a contrario sensu fortissimum est in jure. n. 47

Conservator procedit adversus injurias, violentias manifestas, non solum illatas, sed etiam probabiliter inferendas, sed dumtaxat civiliter, inspecto Jure antiquo. n. 48 [& 51]

Defensio licet proprie in arcendis injuriis illatis, & inferendis consistat; magis tamen proprie in impediendis illis, quæ irrogandæ existimantur, sita est. n. 49

Conservator, si quos paratos videat, ad damnificandum Monasterium, etiam per Censuras potest illos impedire. n. 50

Quemadmodum potest Censuris Ecclesiasticis compellere reum ad satisfaciendum pro damno, jam Monasterio illato. ibid.

Attento jure communi pro solis causis civilibus, non etiam pro Criminalibus, & mixtis datus est Conservator. n. 51

Manifestum est idem, quod notorium, seu quod nulla potest probabili tergiversatione celari, seu excusatione defendi. n. 52

Et aliud est notorium facti, aliud juris. n. 53

Utcumque Manifestum, seu notorium explicatur. ib.

Injuria est quidquid non jure fit. n. 54

Particula In *est privativa.* ibid.

Injuria continet sub se violationem privilegiorum, culpam, & contumeliam, iniquitatem, & injustitiam. n. 55

Injuria fit tribus modis: Re, Verbis, & Literis. n. 56

Violentia est injuria cum vi, & Impetu, Personis, vel rebus irrogata. n. 57

Injuria quincuplex est: Ablativa, Expulsiva, Compulsiva, Turbativa, ac Inquietativa. n. 58

Quod majoris explicationis, seu declarationis, & exemplificationis causa ponitur, nec frustra, nec supervacanee ponitur. n. 59 & 96

Particula Et, *posita in* Cap. 1. *&* Fin. de Offic. & Pot. Jud. Deleg. in 6. *inter verba illa* Manifestis injuriis, *& illud* Violentiis *intelligenda est, non copulative, seu amplificative, sed expositive, pro* idest. *Vel declarative, seu exemplificative.* n. 60

Conservator, attento Jure antiquo, contra manifestas dumtaxat, injurias procedit, non contra obscuras, & dubias, contra quas procedit Ordinarius. n. 61

Religiosi, recusantes solvere Decimas coram Ordinario, non coram Conservatore, attento jure antiquo, conveniendi sunt; cum id injuria manifesta non sit. n. 62

Quemadmodum, in reliquis Causis Civilibus, quæ manifestæ non sunt, & Judicialem exposcunt indaginem. ibid.

Neque de mutuo Partium consensu potest Conservatoris Jurisdictio ad Injurias non manifestas prorogari. n. 63 & seq.

Licet prorogari valeat de consensu Partium de re ad rem, sive de Causa ad Causam, dummodo similem, & non specie differentem. n. 64. & 65

Neque consuetudine Legitime præscripta, seu legitima præscriptione prorogari potest Conservatoris Jurisdictio ad terminos Juris communis ad injurias non manifestas, ratione Decreti irritantis. n. 66

Decretum irritans omnem prorogationem, etiam de mutuo Partium consensu excludit, & omnem consuetudinem. Tollit, nedum in præteritum, sed etiam in futurum, quamvis illam non exprimat. n. 65 & 67

Regularium Conservator procedit adversus dictas injurias, a quocumque, cujusvis Conditionis, & Dignitatis existat, irrogatas, vel probabiliter irrogandas. n. 68

Adeoque a Magistratibus Laicis, a Sæcularibus inferioribus, a Clericis, ab Episcopo, a Legato Nato, & delatere, a Religiosis alterius Ordinis, a Doctoribus vel Scholaribus, sive Cancellariis Universitatum, aliisque Privilegium eligendi Conservatorem pro suis Causis habentibus. n. 69

Par in Parem non habet Imperium. n. 70

Ratione Delegationis, seu in Causa, sibi commissa, major quis eo est, cui aliunde est Par, aut etiam Inferior. n. 71

Privilegiatus contra pariter Privilegiatum uti non potest Privilegio suo. n. 72

Quemadmodum ubi utrinsque par sit Causa, seu Privilegium æquale æque favorabile, & concurrat in actu, & exercitio: quia simile non agit in omnino simile. n. 73

Uti tamen potest Privilegiatus Privilegio suo, ubi Causa sit impar, seu ambo privilegia inæqualia: quia tunc majus præfertur minori. n. 74

Vel quando unus sit dupliciter Privilegiatus, & non alter: vel quando agitur de damno vitando, vel lucro acquirendo: vel quando uni assistit jus commune, & non alteri: vel quando unus Privilegium habet in actu, actuque est in ea re, & in ea specie, de qua controvertitur, & non alter: vel quando unus Privilegium habet in specie, alius vero in genere &c. ibid.

In pari delicto, & causa melior est conditio possidentis. ibid.

Generi per speciem derogatur. ibid.

Causa Religiosorum Injuratorum, & Injuriantium par non est, nec utrumque Privilegium Conservatoris æquale. n. 75

Non duo sunt Privilegia, Conservatorem habendi, Religiosorum Injuratorum unum, & Injuriantium alterum; sed unum dumtaxat Injuratorum Religiosorum. n. 76

Si quomodocumque Privilegiatus contra alterum Privilegiatum uti non posset Privilegio suo, tolleretur de medio Privilegium Conservatoris pro Religiosis diversorum Ordinum, adversus sese invicem, vel adversus communia Civitatum &c. n. 77

Conservator Regularium, attento jure antiquo, regulariter non procedit extra Civitatem, seu diœcesim, pro qua deputatur: nec, ullum trahit ultra unam dietam a fine Diœcesis. n. 78. & 79

Nomine Diœcesis in Jure non semel venit Provincia, seu Metropolis Archiepiscopi; quemadmodum nomine Provinciæ aliquando venit Diœcesis Episcopi. n. 78

Quare Episcopus Conservator procedit non extra, sed intra suam Diœcesim; & Conservator Archiepiscopus intra; non extra totam suam Provinciam, seu Metropolim. ibid.

In aliquibus casibus potest Regularium Conservator

in

in terminis Juris antiqui extra Civitatem, seu Diœcesim, dummodo non ultra unam dietam, procedere. Et quinam hi casus sint? n. 79

Extra recensitos casus, ne quidem de consensu partium, potest Conservator ultra Civitatem, seu Diœcesim procedere. n. 80

Licet de mutuo partium consensu fieri possit prorogatio Jurisdictionis Conservatoris in quavis specie, adeoque de Persona ad Personam, de Re ad Rem, de Causa ad Causam, dummodo similem, & non specie differentem, de Casu, ad Casum, de uno modo cognoscendi ad alium, de Tempore ad Tempus, & de Loco ad Locum. n. 80 & 81

Decretum irritans irritat, & inficit omnia, quæ fiunt in contrarium; omnesque Juris effectus tollit, itaut nec aliquod Juris fomentum habeat. Ligat, appositum a Papa, etiam ignorantes, licet in eo non fiat apposita verba illa, Scienter, *vel* Ignoranter. *Præscriptionem tollit, & Consuetudinem legitime præscriptam, quamvis non expressam. Inducit formam in actu. Et dispositioni cui adjectum est, nequit Pars renunciare, etiamsi commodum ejus contineat dispositio.* n. 82

Vel saltem æque principaliter commodum publicum, ac partis privatum. n. 83

Constitutio, requirens certas qualitates in Judicibus, tendit in favorem Apostolicæ Sedis, ne in talibus ministris vilipendatur. n. 84

Favor Apostolicæ Sedis non privatus, sed publicus est. ibid.

Moneta *ducens, posse Conservatorem per consuetudinem legitime præscriptam, seu per legitimam præscriptionem extra Civitatem, seu Diœcesim procedere, non cohærenter discurrit.* n. 85

Conservator non utitur indagine judiciali, quæ solet adhiberi in rebus dubiis, & obscuris, sive in causis plenariis. n. 86

Neque illa levi, quæ in Causis summariis adhiberi solet. n. 87

Sed illa levissima, quæ in notoriis communiter servatur. n. 88

Concessa Jurisdictione in notoriis, concessa intelliguntur omnia, sine quibus illa expleri non potest. n. 89

Ubi Jurisdictio competit alicui respectu certæ qualitatis, ante omnia debet eidem, de illa qualitate constare. n. 90

Potest Conservator summarie de qualitate injuriæ examinare, num clare de ea appareat, &c. n. 91

Si delictum sit notorium aliis, non Conservatori; jus habet Conservator quærendi, cogendique Testes pro Testimonio. n. 92

Quando notorium est delictum, sed ignoratur ejus Auctor, procedere valet Conservator, per inquisitionem mixtam; specialem videlicet erga delictum: generalem quoad Personam. n. 93

Si Reus, qui fuit condemnatus, & excommunicatus, intra annum comparuerit, & dixerit, se velle satisfacere, Conservator potest de damno, vel injuria facta cognoscere. n. 94

De consensu partium posse Conservatorem in manifestis, seu notoriis judiciali indagine uti, docet Moneta; *sed non bene ratione Decreti irritantis; immo, & incohærenter.* n. 95

Illa Particula in definitione Conservatoris, Judiciali non utens indagine, *non superflue, & supervacanee apponuntur.* n. 96

ARTICULUS II.

Quid sit Judex Regularium Conservator attento Jure Peculiari novo Privilegiorum.

SUMMARIUM.

Judex Regularium Conservator secundum Jus peculiare novum Privilegiorum definitur. n. 1

Est Judex per Tridentinum, *& Summos Pontifices.* n. 2

Et quidem proprie talis; etiam de non manifestis cognoscens, habens judicialem indaginem, &c. n. 3

Est Judex Ordinarius; habetque causas primæ instantiæ, potestatem delegandi, & universitatem Causarum. n. 4 5 6

Jurisdictio Judici Regularium Conservatori ad terminos Juris novi concessa, competit illi ratione officii, delegationis. n. 6

Ad Jurisdictionem Ordinariam non semper requiritur Territorium, cum possit Ordinarius Judex, etiam sine Territorio creari. n. 7

Cum Regularium Conservator Ordinarius sit, opus non est, quod in Citationibus Litteras Conservatorias inserat. n. 8

A sola Papa deputatur; cum non possit ab inferiori, nequidem a Legato de Latere, deputari. n. 9

Deputatur ad conservandos Regulares, etiam extra Claustra degentes. n. 10

Eorumque Religiones, Monasteria. Bona, Jura, Privilegia, &c. n. 11

Adversus inferentes eis molestias, sive perturbationes, seu injurias, gravamina, vel damna, &c. seu exigendo ab eis vectigalia, datia, pedagia, gabellas, collectas &c. ibid.

Regularium Conservator attento Jure novo pro Regularibus, etiam Actoribus deputatur. n. 12

Sicut, & pro eorumdem Procuratoribus, Agentibus, Sindicis, Servatoribus, & Familiaribus. n. 13

In Causis ipsos Procuratores, Agentes, Syndicos, Servitores, & Familiares tangentibus ratione officii, non ut tales Personæ sunt; quidquid doceant nonnulli. n. 14. 15

Procedere potest Conservator ad terminos Juris novi extra Civitatem, seu Diœcesim, modo non ultra tres dietas. n. 17

Eoque triplex est: Vulgaris, id est secundum Statutum, vel consuetudinem Regionis: Legalis, a Legibus stabilita coalescens in terra ex 20. milliaribus; quorum quodvis ex mille passibus, sicut, & unus passus ex quinque pedibus; & unus pes ex quindecim, vel sexdecim digitis constat. In mari ex quinquaginta milliaribus circiter; & Arbitraria, arbitrio boni viri, seu Judicis statuenda, habita ratione temporis, Ætatis, sexus, valetudinis, usus itinerandi, &c. n. 18

In Dispositionibus intelligenda venit Dieta, non de Legali, aut arbitraria, sed de vulgari. Quod si de hac non satis constet; Legalis servanda est: etsi hac nequeat observari, ad arbitrariam est confugiendum. n. 19

Computanda est Dieta in proposita a fine totius Territorii, Diœcesis, in qua Reus trahendus moratur: quæ proinde est Diœcesis domicilii, non originis, rei sitæ, &c. n. 20

Si Reus plura habeat domicilia, illud est attendendum, cum quo res litigiosa concurrit: secus, attendendum est principalius. n. 21

Ad universitatem causarum dicitur deputatus, cui sub uno universali verbo causæ omnes commissæ sunt: ut causæ omnes Mercatorum, aut Clericorum civitatis, &c. n. 22

Conservatori Regularium, inspecto jure novo, causæ omnes eorumdem in determinato Territorio commissæ sunt. ibid.

Scilicet Causæ Civiles, Criminales, & mixtæ: Causæ Injuriarum, tam manifestarum, judicialem indaginem non exigentium, quam obscurarum, judicialem proinde indaginem expetentium; nedum præsentium, & jam illatarum, sed futurarum, seu inferendarum etiam, per quamcumque Personam, seu Laicam, sive Ecclesiasticam, etiam Regularem alterius Religionis, simile Conservatoris Privilegium habentem, &c. n. 23 24 25

ARTICULUS III.

Quid sit Judex Conservator Regularium,

Inspecto Jure novissimo Reformationis Gregorianæ:

Ubi

Quinam sit Actor, quinam vero Reus in Judicio Conservatoris.

SUMMARIUM.

Judex Regularium Conservator ad terminos Gregorianæ Reformationis definitur. n. 1

Eruitur definitio ex ipsa Constitutione reformatoria Gregorii XV., & Declaratione Sacræ Congregationis Concilii. n. 2, 3

Conservator Regularium ad terminos Juris novissimi est Judex ordinarius. n. 4

Tuetur nedum Regulares, sed eorum etiam adhærentes, Procuratores videlicet, Syndicos, Agentes, Famulos, Servitores, Familiares, &c. n. 5

Syndicus Fratrum Minorum de Observantia gaudet Privilegio Fori, tam in civilibus, quam in criminalibus, & mistis; & non nisi coram Conservatore Fratrum conveniri potest, vel coram Episcopo, non electo Conservatore. ibid.

Eligi debet Regularium Conservator, inspecto Jure novissimo, in Civitate, seu Diœcesi, in qua degunt Regulares conservandi, sicut, & adhærentes, eorumque Monasteria, seu Bona, &c. n. 6

Et in eodem Civitate, seu Diœcesi procedere potest, quidquid dixerint nonnulli. ibid.

Non extra, ultra unam dietam. n. 7

Potest hodie, attento Jure novissimo, Regularium Conservator, ad se trahere partes, in illasque procedere, extra Civitatem, seu diœcesim existentes, dummodo non ultra unam dietam a fine Civitatis, seu Diœcesis existant. n. 8

Regularium Conservator ad terminos Juris novissimi habet omnes causas, adeoque tam Civiles, quam Criminales, & mistas. n. 9

Et cognoscit de omnibus injuriis, tam manifestis, judicialem indaginem non exposcentibus, quam non manifestis, exigentibus proinde Judicialem indaginem pro Regularibus Conventis, & Reis. n. 9, 10, & 11

Pro Regularibus tamen Convenientibus, & Actoribus, non nisi de manifestis injuriis cognoscit. n. n. 12 usque ad 19. inclusive.

Etiamsi hujusmodi manifestæ injuriæ sint in materia Civili debitorum; quidquid in contrarium opinentur nonnulli. n. 20, & seq.

Prædictorum opinio impugnatur. n. 25, & 26

Judex Regularium Conservator ad terminos Juris novissimi pro Regularium adhærentibus Reis, & Conventis, Procuratoribus videlicet, Agentibus, Syndicis, Servitoribus, Famulis, Familiaribus, &c. de omnibus cognoscit injuriis, seu manifestis, sive non manifestis; pro Convenientibus tamen, & Actoribus, de manifestis dumtaxat, eodem modo, quo de injuriis cognoscit, pro Regularibus ipsis, seu Reis, & Conventis, sive Convenientibus, & Actoribus. n. 27

Quinam sit Actor, & Conveniens, quinam vero Reus, & Conventus in Judicio Conservatoris. n. 28

Eodem prorsus modo quoad hoc discurrunt non pauci, quo de Actore, & Reo in Nuntiatione novi operis. n. n. 28. usque ad 33. inclusive.

Sed videtur hodie definitum a Constitutione Reformatoria Gregorii Decimiquinti, Injuriatum, deferentem injuriam in judicio Actorem esse, & Convenientem: Injuriantem vero delatum esse Conventum, & Reum. n. 34

. *Regulares, Conservatorem habentes, attento jure novissimo, petere queunt a Principibus, seu Magistratibus Laicis, Judicem non suspectum, qui neque sit Excommunicatus, neque Suspensus, neque Interdictus; modo hæ tres conditiones copulative purificentur; quod nimirum Regulares Actores sint, non Rei: Quod agant contra Laicum, non contra Ecclesiasticum: Quodque Causa fuerit profana, non Ecclesiastica: & in ea Laicus eligendus Judex competens existat.* n. 35

Constitutio Gregorii Decimiquinti, cum Declarationibus Sacræ Congregationis Concilii, ad cujus terminos omnia Conservatorum Privilegia redacta sunt, Religiones omnes concernit, etiam Societatis Jesu, & Sancti Joanais Hierosolymitani. n. 36. & 38

Non tamen Carthusiam Papiensem, & Ordinem militarem S. Jacobi. n. 37, & 38

ARTICULUS IV.

Quotuplex, & Propter quid sit, ac quonam Jure Introductus.

Judex Regularium Conservator duplicem sub se speciem continet subalternam: Alteram secundum Jus commune, alteram vero secundum Jus peculiare, seu secundum Privilegia. n. 1

Tertiam speciem addit Moneta, *idest, secundum Consuetudinem.* n. 2

Regularium Conservator secundum Jus commune tres habet species infimas; Complures vero Regularium Conservator secundum Jus peculiare; & quænam illæ sint? n. 3, 4

Finis institutionis Regularium Conservatoris quinam? n. 5, 6, & 7

Usus Conservatorum pervetustus est, & ante Const. Innoc. 4. cap. 1. de offic. delegat. in 6. *Nulla tamen de iis dispositio Pontificia, seu in Decreto, sive in Decretalibus expressa reperitur.* n. 8

Tacita extat in Const. Lucii Tertii cap. Ad hæc de Rescript. ibid.

In Jure Civili vetustissimus fuit Conservatorum usus; & de illis pluribi expressa mentio facta est; ante dic. c. 1. de offic. deleg. in 6. n. 9

In Jure Canonico post dictam Const. Innoc. 4. c. 1. de offic. deleg. in 6. *pluribus in locis expressa mentio facta est, ubi nonnulla de Conservatoribus disponuntur.* n. 10

Sextus Decretalium *quot de Conservatoribus habeat Canones, & quid de illis disponant?* ibid.

In Clementinis *quid de Conservatoribus decernatur?* n. 11

Extravagantes, *post* Clementinas *emanatæ, usque ad Concilium Lateranense sub Leone X. an aliquid de Conservatoribus disposuerint?* n. 12

Concilium Lateranense *sub Leone X. quid statuerit de Conservatoribus?* n. 13

A Con-

A Concilio Lateranensi *usque ad* Tridentinum *Bullæ Pontificiæ, circa Conservatores emanatæ, Privilegii potius, quam communis legis vim habent.* n. 14

Concilium Tridentinum *quid de Conservatoribus decreverit?* n. 15

Post Concilium Tridentinum complures Pontificiæ litteræ circa Conservatores editæ sunt, quæ vim potius Privilegii, quam Legis habent naturam. n. 16

Exceptis Constitutionibus Gregorii XIII. incip. [Romanum decet Pontificem.] pro Mediolanensi Provincia; Gregorii XIV. incip. [Cum alias] Clementis VIII., & Gregorii XV. incip. [Sanctissimus], quæ vim legis sibi vindicant. ibid.

Conservatores per cap. 1, 2, & fin. de offic. deleg. in 6., *aliaque id genus Jura, non ita inducuntur in usu, ut iis aliquibus concedendi statuatur; sed posito, quod jam in usu sint, de eorumdem electione, Qualitatibus, Officio, & Potestate per illa disponitur.* n. 17

Verbum Statuimus *non semper est inductivum novi Juris, & etiamsi tale foret, adhuc in dic.* cap. 1. de offic. deleg. in 6. *dici potest inductivum novi Juris quoad hoc, ut constituatur Potestas Conservatoris, quæ licet antea esset in usu, statutum tamen non erat, ad quid illa extenderetur.* n. 18

ARTICULUS V.

A quo sit, vel esse possit Judex Conservator Regularium:

Ubi

De Errore Communi quoad Jus Faciendum.

SUMMARIUM.

JUdex Conservator Regularibus a Papa conceditur. n. 1

Nedum adversus Personas Ecclesiasticas pro defensione Personarum, Monasteriorum, Familiarium, Famulorum, Agentium, Procuratorum, Syndicorum, Jurium, Bonorum, Privilegiorum, &c. eorumdem Regularium; sed etiam contra Personas laicas, quantumvis simile Conservatoris Privilegium habentes. n. 2

Papa est Judex ordinarius omnium, etiam Laicorum, cum damna Personis, & Rebus Ecclesiasticis inferunt. n. 3

Rectores locorum Venerabilium possunt Laicos, malefactores suos, coram Judice Ecclesiastico convenire. ibid.

Laici, per violentiam usurpantes bona Ecclesiæ, etiam temporalis Jurisdictionis, per censuram Ecclesiasticam ab Ecclesiastico Judice cessare ab hujusmodi violentia, & satisfacere de præteritis damnis, & injuriis compelluntur. ibid.

Ubi probabiliter non negetur, rem, de qua agitur, Ecclesiæ esse, poterit Laicus, coram Ecclesiastico Judice conveniri. ibid.

Papa Conservatorem Regularibus concedit, non modo ubi adversus Laicos agunt actione reali, verum etiam mixta, seu actione reali infactum. n. 4

Et non solum in defectum, seu negligentiam Judicum Secularium, sed etiam absolute, & nulla data Judicum Secularium negligentia. n. 5

Deputatio Judicis Conservatoris, facta a Papa, qui revera talis non est, sed errore communi legitimus Papa reputatur, valida est. n. 6

Ubi Dignitas, vel officium confirmatione non indigent, sed sola electione, aut alia provisione, tunc si cum electione, vel provisione communis error concurrat, valida erunt gesta, per hujusmodi Dignitatem, vel Officium obtinentem. n. 7

Si Delegatus deputetur ab Ordinario, qui revera Judex non sit, sed pro tali communiter habeatur, deputatio subsistit Delegati. ibid.

Communis error Jus facit, ac veritati præfertur. n. 8

Modo talis error probabilis sit, non autem crassus, & supinus; cum error probabilis scientiæ æquiparetur. n. 9

Et versetur circa habentem impedimentum Juris humani; non autem naturalis, & Divini; cum Potestas humana defectum Juris Naturalis, & Divini supplere non possit, etsi supplere valeat defectum Juris humani. n. 10

Ac sit loco Officii, etiamsi in aliis partibus, & in Patria ipsius Officialis error communis nullatenus habeatur; eo quod omnibus nota sit ejus inhabilitas. n. 11

Ut communis error jus faciat, & veritati præferatur, accedat, necessum est, titulus in inhabili, & quidem ab habente potestatem, illum dandi semel legitime concessus: cum satis non sit titulus per intrusionem acquisitus; vel in cujus collatione servata non sit forma, a jure præscripta. n. 12

Etsi quis ipso jure, vel per sententiam titulo privatus fuerit, si tamen per aliquod tempus, saltem per triennium gesserit se pro habili, & talis communiter fuerit tunc existimatus, error communis in ipso faciet jus. n. 13

Immo satis erit, si duplicem actum, tamquam habilis exercuerit; & in duplici actu fuerit habilis communiter reputatus. ibid.

Si quis decennio gesserit se pro habili, & pro tali communiter habitus sit, error communis faciet jus, etiam nullo præcedente titulo; cum hic decennio saltem præsumptive inducatur. ibid.

Error communis jus non facit contra publicam utilitatem. n. 14

Error communis facit jus, licet adsit scientia eorum, ad quorum favorem validandus est actus. n. 15

Recipiens scienter Ordines a Simoniaco, qui non pro tali communiter habeatur, Ordinum executionem non recipit. Quod tamen specialiter est in detestationem tanti Criminis. ibid.

Error communis jus facit in quavis inhabilitate de jure positivo, seu præcedente, sive postea superveniente: adeoque nedum ubi defectus est in Persona, sed etiam quando est in Solemnitate, aut in causa materiali. n. 16

Deputatio Conservatoris, a Pontifice facta, qui pro tali, communi errore, cum titulo citra intrusionem positivo existimatur, quamvis revera Legitimus Papa non sit, ob impedimentum juris positivi, valida est. n. 17

Quamvis nulla foret, si Papa impedimentum haberet Juris Divini, quia E. G. non baptizatus; aut intrusus, quia electus a non Potentibus eligere. ibid.

Valida est Subconservatoris electio, facta a Conservatore, qui pro tali, communi errore cum titulo citra intrusionem positivo existimatur, licet ob impedimentum Juris humani talis revera non sit. n. 18

Valida erunt Subconservatoris gesta, mortuo Conservatore legitimo, si mors communiter ignoretur, etsi ab ipsomet Subconservatore sciatur. ibid.

Valida erit deputatio Conservatoris, vel Subconservatoris, quamvis Dignitas, & Qualitas Judicis Synodalis tempore deputationis in eo non fuerit, sed dumtaxat fuisse, communi errore existimatur. ibid.

Valida erit utriusque Deputatio, si vitium non sit in Persona, & qualitatibus, sed tantummodo in Re-

scripto, modo concurrat Superioris Authoritas, cum errore communi. ibid.

Et valida tandem erit creatio Notarii Actorum a legitimo Superiore, sed illegitime facta, si communi errore pro legitima habeatur. ibid.

Regularium Conservator a Judice Ecclesiastico, Inferiore Papa, concedi non potest. n. 19.

Cardinalium cœtus nequit Conservatorem indulgere vivente Papa, & valente Ecclesiam regere. n. 20.

Cardinales singuli ratione suorum Episcopatuum, aut titulorum, habent in illis Jurisdictionem Episcopalem, vel quasi. ibid.

Cardinalium cœtus, si vivens Papa nequeat Ecclesiam regere, eo quod ab hostibus captus, vel alias est effectus inutilis, unde illi datus est Coadjutor, nequit Conservatorem dare; sed Coadjutor, cum consilio tamen Cardinalium. n. 21.

. Coadjutor Papæ omnia potest, quæ valet ipse Papa: cum consilio tamen Cardinalium omnia gerere debet. ibid.

Si Coadjutor adhuc Papæ, impotenti Ecclesiam regere, datus non sit; Collegium Cardinalium in hoc casu potest Conservatorem indulgere. n. 22.

Cardinalium cœtus an valeat, Sede vacante Conservatorem dare, & quid possit tunc facere? n. 23.

Collegium Cardinalium an valeat Conservatorem deputare, antequam ei acceptatio Papæ electi absentis innotescat, vel hic provideat de Legato. n. 24., 25.

Mortuo Leone X., fuit in Pontificem electus Adrianus Sextus, in Hispaniis degens; cujus acceptatio non nisi multos post menses innotuit Cardinalibus: qui prius, quam acceptationem reciperent ab Adriano, administrationem executi sunt, mandando Auditoribus Rotæ, & aliis, ut Justitiam ministrarent: deputandoque signaturam hoc modo: [Placet Sacro Collegio, suo, & nominati in Papam nomine:] appellationes recipiendo, causas committendo &c. n. 24.

Concilium Generale neque vivente Papa, & ipsomet Concilium Congregante; neque eo congregato, & non per Papam in casibus, a Jure permissis; neque Papa defuncto, potest Conservatorem deputare. n. 26.

Concilium, vivente Papa, & ab ipso congregatum, non habet aliam Jurisdictionem, nisi quam ipsi concesserit Papa, vel legatus de latere a Papa in Concilium missus. n. 27.

Concilia Generalia nonnisi pro Reformatione morum, & Causis fidei, aliisve gravissimis de Causis congregari solent, & debent. ibid.

Concilium Generale, Sede Plena, & non per Papam congregatum in casibus, a Jure permissis: vel Sede Pontificali vacante, nequit in Jurisdictionalibus providere, nisi gravissimæ necessitati Ecclesiæ imminenti, cui per dispositionem Juris provideri non posset. n. 28.

Nequit etiam in casu prædictæ necessitatis, Sede Pontificali vacante, Cardinalem creare, vel mittere legatum. n. 29.

Dari Conservatorem per Judicem Ecclesiasticum, Papa Inferiorem, opponitur utrique Juri n. 30. 31. & 32.

Concilium Generale nequit Pontificiam Constitutionem tollere, eique derogare, vel super ea dispensare. n. 30.

Legati Summi Pontificis, seu de latere, sive nati, & missi nequeunt Conservatorem dare. n. 33.

Legatus de latere nequit legem communem immutare. n. 34.

Legatus est Judex Ordinarius. n. 35.

Legati de latere Proconsulibus, reliqui vero Præsidibus comparantur. ibid.

Proconsul Legatum, & Præses Judicem potest instituere. ibid.

Judices Ordinarii possunt Delegatos instituere ad unam, vel alteram causam, non tamen ad universitatem causarum. n. 36.

Conservator, deputatus a Papa, nequit alteri committere vices suas, nisi hoc ei beneficio suarum litterarum competierit. n. 37.

Quod quis potest facere per seipsum potest etiam per alium, nisi aliunde impediatur. n. 38.

Nomine Sedis Apostolicæ minus proprie venit ejus Legatus, & quidem in minoribus, & non reservatis, non autem in majoribus, ac reservatis. n. 39. 41.

Dictio Vel, & Aut regulariter est disjunctiva, & ponitur inter diversa. n. 40.

Immutare Jus Canonicum, vel Civile, solius Principis Superioris est, non ullius inferioris. n. 41.

Cardinales in suis Episcopatibus & Titulis, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Prælatique Inferiores, & Capitulum Sede vacante nequeunt Conservatorem Regularibus dare. n. 42.

Legatus de latere majus omnibus post Romanum Pontificem habet imperium in Provincia, sibi demandata. ibid.

Nequit Inferior dispensare in Lege Superioris sine magna, urgentique necessitate, verisimiliter non cogitata per leges. n. 43.

Episcopus potest sibi constituere Vicarios Generales, & Foraneos, aliosque id genus, cum potestate delegata ad universitatem causarum. n. 44.

Per hujusmodi Vicarios dicitur Episcopus, suam Jurisdictionem exercere, ita ut quicumque subditi sunt hujusmodi Vicariis, & Delegatis, Episcopo quoque subjecti fiat. n. 45.

Per litteras autem Conservatorias eximitur quis in totum, vel in partem a Jurisdictione Episcopi. ibid.

Judex, seu Princeps supremus Sæcularis, Superiorem non agnoscens, potest Regularibus Conservatorem indulgere, modo hæc tria copulative concurrant: nimirum quod Causa profana sit; non Ecclesiastica; & in ea Regulares actores sint, non Rei; agantque contra laicum, non contra Ecclesiasticum. n. 46. & 47.

Nec opponitur Jus civile, cui potest ipse derogare, imo potius favet: Neque Jus Canonicum adversatur. n. 48. & 49.

Supremus Princeps Sæcularis, puta Imperator, Rex, &c. non subjicitur Juri Canonico, nisi in spiritualibus, aliisve rebus Ecclesiasticis, vel in materia peccati. ibid.

Ubi Jus civile adversatur Canonico, citra spiritualia, aliave Ecclesiastica, vel materiam peccati, quodlibet in foro, & Imperio suo servandum est. ibid.

Supremus Princeps Sæcularis potest dare laico Conservatorem laicum adversus alium laicum. n. 50

Et probabiliter potest etiam laico deputare adversus alium laicum Conservatorem Clericum. n. 51

Potest Clericus deputari Judex a laico in Causa civili, immo etiam in criminali, citra pœnam sanguinis. ibid.

Nequit tamen Clericus deputari Judex a Principe Sæculari in causa sanguinis: vel Generalis Officialis alicujus Domini Temporalis: aut invitus, & coactus deputari Conservator a Principe laico, utpote a Sæculari Jurisdictione penitus exemptus. n. 52

Supremus Princeps Sæcularis deputare potest laico contra alium laicum, non tamen contra Clericum, sive Ecclesiam Conservatorem laicum, sicut & Clericum. n. 53

Si Conservator esset laicus, non posset coram eo per laicum Clericus, sive Ecclesia conveniri, sed coram Judice suo Ecclesiastico. ibid.

Gregorius Quartus in c. Pervenit 2. q. 1. cuidam Romano, Siciliæ defensori, eo quod Clericos, despectis eorum Episcopis, in suo faceret judicio exhiberi, severissime præcepit, ne id denuo facere præsumat; sed,

si quis

si quis contra Clericum causam habuerit, Episcopum ipsius adeat &c. n. 54

Supremus Princeps Sæcularis deputare potest Conservatorem, etiam laicum, Clerico, seu Ecclesiæ, adversus alium laicum, non vero adversus Clericum, seu Ecclesiam. n. 55

Ad Reges, & Principes laicos pertinet, ubi fuerint requisiti, Ecclesias, Ecclesiasticasque Personas adversus laicos, & potentiores defendere. ibid.

Malefactores Ecclesiarum possunt, tam coram Judice laico, quam coram Ecclesiastico, convenire. ibid.

Clericus seclusa consuetudine debet coram Sæculari Judice laicum convenire de rebus suis, vel Ecclesiæ, si laicus probabiliter neget, eas illas Clerici esse, vel Ecclesiæ. ibid.

Ab Imperatoribus postulentur Defensores Ecclesiis, per quos Ecclesiæ defensentur, cum provisione Episcoporum adversus Potentias Divitum. n. 56

Pro Causis Ecclesiarum Defensores, & Advocati petantur a Principe. ibid.

Constitutio Gregorii XV. de Conservatoribus nostram opinionem confirmat. n. 57

Supremus Princeps Sæcularis potest Conservatorem regularibus dare in casibus, a Jure permissis, idest, ubi Regulares Actores fuerint; & Causa profana, seu temporalis, non Ecclesiastica, Sacra, & Spiritualis; & in ea laicus, in Conservatorem deputandus, Judex competens Regularium sit, quod verificatur, cum isti agunt contra laicos, non contra Ecclesiasticos, & in Causis mere profanis, seu temporalibus, non Ecclesiasticis, Sacris, & Spiritualibus. n. 58

Si Causa non sit mere profana, sed mista, & Ecclesiasticæ, Sacræ, ac Spirituali adhærent, nequit Supremus Princeps Sæcularis Conservatorem indulgere. n. 59.

Supremus Princeps Sæcularis potest Regularibus dare Conservatorem, etiamsi communi errore Princeps legitimus reputetur, cum revera talis non sit. n. 60

Conservator, datus a Supremo Principe Sæculari, non debet necessario illas qualitates habere, quas habere necessum est Conservatorem datum ab Apostolica Sede, quod nimirum sit in Dignitate Ecclesiastica constitutus, Judex Synodalis &c. n. 61

Nec debet servare ea, quæ a Conservatoribus Apostolicis servanda sunt. n. 62

Conservator præfatus non potest censuras inurere contra molestatores Regularium. n. 63

Principes Sæculares, sicut & Ecclesiastici, Superiorem se agnoscentes, aliique Judices inferiores nequeunt Conservatorem indulgere. n. 64

Quantumvis valeant concedere Judicem, & Jurisdictionem mandare. n. 65

Ne quidem de consensu partium, per prorogationem Jurisdictionis de persona ejus, qui potest litteras Conservatorias dare ad aliam personam, quæ illas dare non potest. n. 66

Ut rite fiat de consensu partium Jurisdictionis prorogatio, debet is, in quo ea facienda est, aliquam Jurisdictionem, nedum in habitu, sed in actu habere; cum prorogatio sit augmentatio; &, quod non est, augeri non potest. n. 67

Privatorum pactis alicui Jurisdictio concedi non potest. n. 68

An consuetudine, vel præscriptione, saltem immemorabili, acquiri valeat potestas dandi Conservatorem? n. 69 & 70

An privilegium valeat per consuetudinem acquiri. n. 69

Consuetudine, vel præscriptione acquiri potest ex integro facultas, qua utuntur Conservatores, citra tamen Apostolici Conservatoris nomen. n. 70

ARTICULUS VI.

An omnibus Regularibus concessus Judex eorumdem Conservator.

Et num facultas illum eligendi morte concedentis extinguatur.

S U M M A R I U M.

Facultas eligendi Conservatorem, omnibus competit Religionibus, ex dispositione Juris communis, etiam militaribus. n. 1

Religiones, etiam militares, non habentes speciale privilegium eligendi Conservatorem, immo nec communicandi cum Religionibus, dictum privilegium habentibus, adhuc vigore Juris communis Conservatorem eligere possunt. ibid.

Ordines militares, antequam speciale privilegium eligendi Conservatorem obtinuissent, adhuc illum eligebant vigore Juris communis. ibid.

Etiam Monialibus competit ex dispositione Juris communis facultas Conservatorem deputandi. n. 2

Quod de Jure communi est, nemini denegatur. n. 3

Nedum de Jure communi, sed etiam de Jure peculiari privilegiorum competit Regularibus facultas Conservatorem eligendi. n. 4

Quænam Religiones speciale privilegium habeant, nominandi Conservatorem? n. 5

Privilegium Conservatoris est de numero communicabilium; cum sit facillimæ concessionis. Et ita declaravit Sacra Congregatio Concilii, ac Episcop. & Regul., confirmante Alexandro Septimo, & decrevit Sixtus Quintus. ibid.

Facultas eligendi Conservatorem cum Jurisdictione, a Jure communi, & speciali Privilegiorum attributa, abrogata non est, nec in aliqua parte imminuta a Tridentino, *sed potius confirmata.* n. 6

Et etiamsi abrogata, vel imminuta fuisset a Tridentino, *fuit post illud a Sancto Pio V., & Gregorio XIII. revalidata cum amplissima potestate.* n. 7

Facultas Conservatorem eligendi, a S. Pio V. Prædicatoribus concessa, & a Gregorio XIII. Societati Jesu post Concilium Tridentinum, *neque a Gregorio XV. fuit revocata per Constitutionem* Sanctissimus; *sed in aliquibus moderata.* n. 8

Facultas Conservatorem eligendi, morte concedentis, etiam re integra, non expirat, sed perpetua est. n. 9

Privilegia Regularium perpetua sunt tam ex ipsorum tenore, quam ex natura sua, utpote realia, non personalia. ibid.

Licet Privilegia, quæ certo generi Personarum conceduntur; ut ea quæ conceduntur Maritis, sint personalia, adeoque temporanea, non perpetua, quia Mariti non semper vivunt: Ea tamen, quæ conceduntur alicui personarum generi, quod per fictionem Juris semper vivit, realia sunt, atque adeo perpetua, non temporanea: ut quæ conceduntur civibus alicujus Civitatis, aut ipsimet Civitati, vel loco, qui ex fictione Juris semper censetur vivere, & numquam perire. n. 10

Licet gratia Principis nondum facta, sed facienda, re integra per obitum concedentis extinguatur, non extinguitur tamen gratia jam facta, & perfecte concessa, seu de cetero dicta gratia factu habeat Jurisdictionem, sive concessa sit solo verbo. n. 11

Cap. Hac Constitutione S. Officium de Off. Jud. Deleg. in 6. *Regularium Conservatores non comprehendit, sed Conservatores dumtaxat privatarum personarum.* n. 12

ARTICULUS VII.

An, & quibusnam pœnis subjiciantur Regulares, Privilegio Conservatoris non utentes, injurias dissimulando, vel patiendo ad Sæcularem Judicem se trahi; aut ad illum recurrendo.

Et num Conservatoribus Subjecti possint sese Ordinariis subjicere?

SUMMARIUM.

NOn possunt Regulares, citra peccatum mortale, injurias ab extraneis sibi illatas, aut probabiliter inferendas dissimulare, Conservatorem non eligendo; aut ad illum, jam electum, pro debita satisfactione, vel impeditione non recurrendo. n. 1

Cum talis dissimulatio in opprobrium cederet totius Ordinis Religiosi. n. 2

Regulares non possunt sine excommunicationis incursione, in Bulla Cœna Domini contenta, permittere, ad Sæcularem Judicem se trahi. n. 3

Incidunt in dictam excommunicationem usurpantes Jurisdictionem in exemptos, illosque defendentes; & qui coram alio, quam Pontificali Judice, in Jus trahi voluntarie patiuntur: quia cum non trahantur inviti, consilium, & favorem præstare censentur. ibid.

Ecclesiastici, qui se trahi ad Judices laicos pro decimis patiuntur, non incidunt in excommunicationem prædictæ Bullæ Cœnæ, si trahantur inviti: incidunt tamen, si trahantur de suo consensu, consilio, vel favore. n. 4

Non solum trahentes, sed etiam consilium, vel favorem ad id adhibentes, excommunicat Bulla Cœnæ: Excom. 14. SS. Excommunicamus omnes, & singulos Cancellarios &c. ibid.

Ecclesiastici, qui sponte patiuntur, trahi pro causis Spiritualibus, vel his annexis ad Judicem, Sæcularem, excommunicatione in Bulla Cœnæ afficiuntur: quia consentiunt, consulunt, vel favent avocationi. ibid.

Sed non nisi effectu secuto. n. 5

In opprobrium cederet Ordinis Clericalis, si Clerici, seu Regulares, sive Sæculares, Divinis Officiis specialiter dediti, per Sæcularia Judicia vagari; & Patres a Filiis dijudicari, aut injuriose tractari possent. n. 6

Et contra Jus Papæ, si Regulares permitterent, se coram alio Judice conveniri. ibid.

Ecclesiasticus, qui coram Judice Sæculari citatus, exemptionem, & declinatoriam opponere negligit, pœna extraordinaria Judicis arbitrio plectendus est. n. 7

Et condemnandus in expensis, a Judice tamen Ecclesiastico, non a Sæculari. ibid.

Non possunt Regulares pro injuriis, sibimet irrogatis, vel irrogandis, in re, seu Ecclesiastica, & Spirituali, sive profana, & temporali, prætermisso Conservatore ad Sæcularem Judicem recurrere, citra incursionem Excommunicationis in Bulla Cœnæ. n. 8

Bulla Cœnæ Domini in XIII. Casu §. Item Excommunicamus omnes &c. qui prætexentes *absque distinctione causarum, non solum excommunicat prætexentes, & interponentes frivolam appellationem apud curiam Sæcularem; verum etiam aliàs recurrentes, idest alio casu, & modo.* n. 9

Si Clericus Sæcularis, prætermisso Judice Ecclesiastico, ad laicum recurrat, adversus alium Clericum, utdum excommunicationem prædictam incurrit, sed etiam privatur, & causam perdit, etiamsi pro ipso lata sit sententia. num. 10

Actores Ecclesiastici, id præsumentes in causa civili, ipso Jure, & ante sententiam Judicis causam perdunt, & cedunt in Lucrum Reo, quem protraxerunt, suntque excommunicati. n. 11

Conventus autem, & Capitula ipso facto excommunicata, suspensa, & interdicta sunt; & una cum fructibus beneficia omnia deperdunt, manentque inhabilitata in futurum. ibid.

Actores Ecclesiastici in causa criminali habentur pro convictis; & deponendi sunt, ac ad nullam veniam queunt pervenire. ibid.

Sine consensu Ecclesiastici Superioris nequit Clericus jurare, nec alium sibi Judicem constituere. ibidem.

Clerici, tam Sæculares, quam Regulares, qui propter recursum ad Judicem Sæcularem excommunicationem incurrunt in Bulla Cœnæ; si post recursum exerceant Ordinem solemniter, vel Missam celebrent, evadunt Irregulares. n. 12

Debent tamen denuntiari tales a Judice Ecclesiastico, non a Sæculari. ibid.

Imo tales reputandi, & denuntiandi non sunt, nisi ex eorum recursu effectus sequatur Judicis laici; quia solus affectus recursus, nisi sequatur effectus, non punitur. ibid.

Personæ Ecclesiasticæ, tam Sæculares, quam Regulares, ad laicum Judicem recurrentes, puniri queunt a Tribunali Sanctæ Inquisitionis; non secus, ac Judices Sæculares, illos trahentes ad sua Tribunalia. n. 13

Principes, vel Judices, qui contra Jura Canonica, & Civilia trahunt Ecclesiasticos ad sua Tribunalia, sunt de Hæresi Lucerana suspecti; & potest contra eos Officium Sanctæ Inquisitionis procedere. u n. 14

Conculcans Imaginem est vehementer suspectus de Hæresi Luterana, quæ asserit: Imagines non esse colendas. n. 15

Quando in praxim deducenda sit sententia supradicta, quod valeant Domini Inquisitores procedere adversus Judices Sæculares, trahentes ad sua Tribunalia Personas Ecclesiasticas; ipsasque Ecclesiasticas Personas ad illa recurrentes, prudenti Dominorum Inquisitorum arbitrio remittendum, &c. n. 18

Regulares, qui exempti non sunt, poterunt in causis occurrentibus Ordinario se subjicere. n. 19

Regulares, si exempti sunt, consentire non possunt, quod in causis occurrentibus coram Ordinario, neglecto Conservatoris Judicio, conveniantur. n. 20

Etiamsi de Juribus agatur, competentibus ex cessione; vel causa sit Criminalis, aut mista. n. 21

Regulares minime comprehenduntur sub dispositione Tridentini sess. 14. de Reform. cap. 5. *imo ab ea excluduntur expresse.* ibid.

Quamobrem graviter peccant Regulares exempti, sese Ordinariis subjiciendo: non incurrunt tamen Excommunicationem in Bulla Cœnæ, utpote in detestationem abusus Potestatis Sæcularis fulminatæ, non autem Potestatis Ecclesiasticæ. n. 22

ARTICULUS VIII.

An Regulares Privilegium Conservatoris deperdant per non usum, vel contrarium usum.

Ubi

De Amissione Privilegiorum, per non usum, vel contrarium usum.

SUMMARIUM.

Quid sit Privilegium. n. 1

Privilegium in bonum alicujus peculiaris personæ privatæ conceditur, seu persona illa sit realis, sive ficta, ut Collegium, Universitas, Religio, Monasterium, Ecclesia, Civitas, &c. n. 2

Non ob bonum publicum totius Communitatis, ob quod est edita Lex Communis. ibid.

Privilegium est Lex privata, per quam non obligatio imponitur Privilegiato, ut eo utatur; sed favor, beneficium, & gratia indulgetur a Principe, qua pro libito uti queat. ibid.

Præcipitur tamen aliis, ut Privilegium faciant observari, illiusque usum non impediant. ibid.

Privilegium est contra, vel præter Jus; cum superflus per Privilegium concedatur, quod competit Jure communi. ibid.

Privilegium dividitur in Reale, Personale, & Mistum. n. 3

Privilegium Reale immediate, & directe confertur, Rei, Loco, Muneri, Dignitati, Prædio, Ecclesiæ, Monasterio, Prælaturæ, &c., mediate vero, indirecte, & velut in consequentiam Personis, quæ talem Rem, Locum, &c. habent. Personale immediate, & directe confertur Personæ sine contemplatione Rei: Mistum participat de utroque, & certo corpori, aut Collegio Personarum conceditur. ibid.

Privilegium Reale, cum cohæreat Rei, transit in Successores, & Possessores illius: Personale, cum Personam sequatur, extinguitur cum illa: Mistum non tantum illis prodest, qui de facto in illo corpore, vel Collegio vivunt, sed etiam ad Successores in eodem corpore, vel Collegio transmittitur. ibid.

Nonnulli Privilegium addunt communiter Personale, quod nimirum, nec singulari Personæ, nec certo corpori, vel Collegio, sed certo generi Personarum conceditur: ut Privilegium restitutionis in integrum, concessum Minoribus; Privilegium Sen. Conf. Vellejani concessum Feminis; Privilegium Sen. Conf. Macedoniani, Filiis familias datum, Privilegia Clericorum, Militum, &c. n. 4

In dubio num Privilegium sit Reale, an Personale, ex materia, causa, & forma verborum, &c. decidendum est. n. 5

Privilegium dividitur etiam in Perpetuum, quod vel adhæret rei de se perpetuo, vel sine limitatione temporis conceditur: & in Temporale, quod pro tempore determinato conceditur: ut pro decennio, vel pro vita Personæ Privilegiatæ, aut Privilegium concedentis, vel sub clausula: [usque ad beneplacitum meum:] quod sane morte concedentis expirat, &c. n. 6

Dividitur quoque Privilegium in commune, seu Communitatis, quod immediate, & per se respicit bonum Communitatis, cui conceditur, etsi mediate, & per accidens in ejus membra redundet etiam; ut Privilegium Canonis, & Fori, toti statui Clericali collatum; Et in Privatum, seu Privatorum, sive singulare, quod immediate, & per se bonum Personarum in particulari concernit, etsi mediate, & per accidens in bonum, etiam Communitatis redundet: ut Beneficium restitutionis in integrum, concessum Minoribus. n. 7

Dividitur quoque Privilegium in Affirmativum, quo nimirum datur facultas aliquid faciendi; cui opponitur non usus illius, seu non usus privativus: & in negativum, quo facultas conceditur aliquid non faciendi, cui adversatur actus, seu usus positivus. num. 8

Tam Affirmativum, quam Negativum Privilegium, vel cum Juris communis, aut aliorum præjudicio concedi potest, adeoque præjudiciale est; vel sine tali præjudicio, adeoque mere gratiosum est, utpote mera gratia, merus favor, merumque beneficium. ibid.

Utrumque Privilegium dupliciter per suum actum oppositum amitti potest: præscriptione, & tacita renuntiatione. n. 9

Præscriptione deperditur, si oblata occasione privilegio utendi, eo non utatur Privilegiatus: vel post actum oppositum, sine protestatione factum, labatur tempus ad legitimam præscriptionem requisitum. Deperditur vero tacita renuntiatione, si oblata occasione, Privilegiatus, sciens, & volens, ac non coactus, absque protestatione, usum privilegio contrarium ponat. ibid.

Privilegium Affirmativum mere gratiosum, seu reale, sive personale, seu perpetuum, sive temporaneum, seu commune, sive singulare, per merum non usum, neque præscriptione, neque tacita renuntiatione deperditur. Quemadmodum, per usum oppositum, neque præscriptione, neque tacita renuntiatione deperditur Privilegium negativum, mere gratiosum, seu reale, sive personale, perpetuum, vel temporaneum, commune, vel singulare. n. 10

Actus liberæ facultatis, ut præscriptionem non potest inducere, ita neque renuntiationem. n. 11

Voluntariæ tutelæ munera privilegiis numquam derogant. n. 17

Cum lex non necessitet ad agendum, sed solum det ad agendum facultatem, non tollitur facultas per non usum. ibid.

In facultativis non datur præscriptio, neque tacita renuntiatio. ibid.

Privilegium affirmativum præjudiciale, reale, vel personale, perpetuum, aut temporaneum &c., per non usum deperdi potest via præscriptionis, vel tacitæ renuntiationis. n. 13

Ut autem deperdatur per non usum, plura requiruntur: scilicet n. 14. & 21

Quod oblata fuerit occasio utendi privilegio, & tamen eo usus non fuerit privilegiatus. ibid.

Quod cum scientia privilegii usus illius non ponatur. n. 15

Quod sponte, & libere, non autem violenter, vel ob infirmitatem, aut absentiam, privilegii usus non ponatur. n. 16

Quod decurrat tempus ad præscribendum necessarium, ut dictum privilegium via præscriptionis per non usum amittatur. n. 17

Ad præscribenda bona privatorum immobilia, inter quæ sunt jura, & actiones ad mobilia, cum titulo opus est spatium decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes: sine titulo autem, spatium triginta annorum. ibid.

Ad præscribendum contra Ecclesiam, opus est spatio quadraginta annorum: nisi illa gaudeat privilegio præscriptionis senagenariæ, ut Mendicantes; vel Centenariæ, ut Ecclesia Romana, & Benedictini, & quotquot in Benedictinorum Privilegiis communicant. ibid.

Contra Privilegia Regularium non ita facile tempus

pus præscriptionis compleri potest, ob frequentem eorumdem confirmationem, & innovationem, qua reducuntur in pristinum statum. n. 18

Privilegium Affirmativum præjudiciale, ut tacitæ renuntiationis via, per non usum amittatur, opus est, labatur tempus, ad tacitam renuntiationem necessarium. n. 19

Hujusmodi tempus sufficiens erit, si tantum fuerit quantum sat est ad derogandum Juri Communi. ibid.

Ad derogandum Juri Civili per actus oppositos, sufficit decennium: & legi Ecclesiasticæ, usu receptæ tempus quadragenarium: sicut, legi Ecclesiasticæ non receptæ decennium. ibid.

Ut dictum Privilegium via tacitæ renuntiationis per non usum deperdatur, requiritur tandem, quod usus illius ponatur a Potente expresse renuntiare. n. 20

Privilegium negativum præjudiciale, seu reale illud sit, sive personale, perpetuum, aut temporaneum, commune, vel singulare, per actum contrarium, sine protestatione factum, amitti potest Præscriptione, & tacita Renuntiatione. n. 22

Ut autem via Præscriptionis deperdatur, concurrere debent requisita ad hoc, ut eadem via deperdatur Privilegium affirmativum, cum aliorum præjudicio. n. 23

Ut deperdatur via tacitæ Renuntiationis, eadem quoque opus est, requisita concurrant ad hoc ut deperdatur eadem via Privilegium affirmativum aliis præjudiciale. n. 24

Privilegium præjudiciale, per unum actum contrarium, sine protestatione factum, via Præscriptionis amittitur, si, concurrentibus aliis conditionibus, labatur tempus, ad legitimam Præscriptionem requisitum. n. 25

Quemadmodum via Renuntiationis expresse, imo, & tacite, si Privilegium tractum successivum non habeat, nec effectum iterabilem. ibid.

Non deperditur tamen via ejusdem Renuntiationis tacitæ, regulariter loquendo, per unum actum, imo neque per duos Privilegium, habens tractum successivum, & effectum iterabilem. n. 26

Nolle uti privilegio pro una, vel altera vice, non est, illud renuntiare, sed solum pro tunc abstinere ab usu illius. n. 27

Quamvis exinde detur Adversario, quasi possessio, in ordine ad præscribendum contra Privilegium. n. 28

Si concurrant aliæ conjecturæ, ex quibus Renuntiatio Privilegii absolute colligatur; Privilegium, habens tractum successivum, ac effectum iterabilem, per unicum actum contrarium via tacitæ Renuntiationis deperditur. n. 29

Si Canonici jurassent, se Statutum aliquod, & Privilegium observaturos; & deinde contravenissent etiam per unicum actum oppositum, capitulariter factum, censerentur, id fecisse animo tollendi dictum Statutum, & Privilegium, ne alioquin rei perjurii esse, censeantur. ibid.

Privilegium, quodcumque illud sit, cum clausula præservativa Decreti irritantis, nullo unquam tempore, nequidem millenario, præscribitur. n. 30

Privilegium, alicui peculiari Personæ concessum, per ejusdem liberam, & expressam renuntiationem amittitur. n. 31

Liberum est unicuique juri suo renuntiare. ibid.

Regula est Juris antiqui, omnes licentiam habere, iis quæ pro se introducta sunt, renuntiandi. ibid.

Modo tamen ea renuntiatio a concedente Privilegium fuerit acceptata. ibid.

Quamobrem ante acceptationem illius, poterit Privilegiatus, mutata voluntate, non obstante renuntiatione, a se facta, privilegio uti. ibid.

Procurator, constitutus ab absente, qui renuit acceptare mandatum, potest deinde, mutata voluntate, illud acceptare, quamdiu mandans in eadem voluntate persistit. ibidem.

Privilegium Communitati, Dignitati, vel loco concessum, cum ejusdem præjudicio, renuntiare non possunt, nequidem juramento, Personæ privatæ, seu singulares. n. 32

Clerici ne quidem adjecto juramento, privilegio Canonis, , & Fori renuntiare possunt. n. 33

Clericum percutiens, etiam consentientem, excommunicationem Canonis incurrit. ibid.

Religiosi sine consensu Papæ renuntiare non possunt Privilegio exemptionis suæ Religionis. n. 34

Privilegio, in favorem duorum concesso, alter, altero invito, renuntiare non potest. n. 35

In re communi potior est conditio prohibentis. ib.

Tota aliqua Communitas, E.G. Religio, Prælatus cum Capitulo, Civitas, Provincia, Conventus, &c. renuntiare potest suis privilegiis, si renuntiatio in illius præjudicium non cedat. n. 36

Privilegio Ecclesiæ, cum ejusdem præjudicio nemo potest renuntiare. ibid.

Nequit in universum Prælatus, Capitulum, vel Conventus renuntiare Juri acquisito, si tale Jus sit Ecclesiæ utile, ac honorificum, adeo ut vel unus solus reliquis de Capitulo contradicere possit, ac renuntiationem impedire. ibidem.

Si omnes renuntiarent, deberet superior talem renuntiationem impedire, quatenus ea vergeret in damnum Ecclesiæ. ibidem.

Potest tamen Prælatus cum Capitulo &c. illis Juribus, & Privilegiis renuntiare, quæ &c. utilia non sunt, aut saltem sunt indifferentia. ibid.

Cum interpretativa voluntas totius Ordinis in Capitulis Generalibus; sicut & totius Provinciæ in Capitulis Provincialibus sita sit; quidquid ab istis fit, a toto Ordine, vel Provincia fieri reputatur. n. 37

Regulares tam subditi, quam Superiores, eorumque Domus, loca, Provinciæ, immo tota Religio Privilegium Conservatoris via præscriptionis non amittunt per non usum. n. 38

Privilegium Conservatoris Regularium est mere gratiosum, citra ullius præjudicium collatum. n. 39. & 40

Privilegium Conservatoris Regularium non est præjudiciale Juri communi, quin potius est juxta illud. n. 41

Neque cedit in præjudicium Episcoporum. n. 42 & 43

Privilegia Regularium non tollunt, nec restringunt Ordinariam Parochorum, & Episcoporum potestatem. n. 42

Subjectio Subditorum ad Pastorem Ecclesiæ, non in ipsius Pastoris, sed in Subditorum utilitatem est ordinata. ibid.

Et etiamsi Privilegium Conservatoris mere gratiosum non esset, sed præjudiciale; illud via Præscriptionis non deperditur per non usum. a n. 44. usque ad 48

Regulares, tam Subditi, quam Superiores, eorumque Domus, Loca, Provinciæ, imo, & tota Religio Privilegium Conservatoris non amittunt via tacitæ Renuntiationis per non usum. a n. 49

Privilegium Conservatoris est admodum Regularibus utile, imo necessarium, & honorificum. n. 51

Privilegium Conservatoris Regularium est Reale, & commune, non Personale, vel singulare. n. 53

Privilegium Conservatoris Regularium non deperditur via Præscriptionis, aut tacitæ Renuntiationis per usum positivum, quo nimirum opera alterius Judicis Regulares utantur, Conservatore neglecto. n. 55

Privi-

Privilegium Conservatoris Regularium, utrumque usum oppositum habet, & privativum, seu non usum; & positivum, seu actum contrarium; Quamobrem est virtualiter duplex. ibid.

Doctrina Monetæ *in proposito falsitatis, & incohærentiæ convincitur.* n. 56

Ex privilegio Eugenii Quarti Regularium privilegia neque per non usum, neque per usum contrarium deperdi queunt. n. 57

ARTICULUS IX.

Quibus qualitatibus debeat esse præditus eligendus in Judicem Conservatorem Regularium ad terminos Juris antiqui.

SUMMARIUM.

Conservator Regularium, etiam S. Joannis Hierosolymitani, ad terminos Juris antiqui, debet esse persona Ecclesiastica, primam saltem habens Tonsuram. n. 1

Ac in dignitate Ecclesiastica constitutus: & quare? Adeoque, n. 2

Debet esse Episcopus, ejusve Superior ratione dignitatis, vel Abbas, aut Dignitatem, vel Personatum habens in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata. n. 3

Non tamen Dignitatem, aut Personatum habens in alia Ecclesia: nec Canonicus utriusque Ecclesiæ. ibid.

Dignitas Personatus, & Officium quamvis in Jure non semel pro eodem accipiantur, proprie tamen non sunt idem. n. 4

Dignitas est Præeminentia quædam, seu administratio rerum Ecclesiasticarum cum Jurisdictione in foro externo: vel quæ pro tali habetur in jure, aut in aliqua Ecclesia ex consuetudine, licet administratione, & Jurisdictione careat: vel quæ sic constituta est, ut sit Dignitas. n. 5

Personatus est prærogativa quædam, seu præeminentia, sive præcedentia in Ecclesia sine Jurisdictione: vel qui pro tali in Ecclesia reputatur. n. 6

Qui sine Jurisdictione honorificum habet stallum in choro, in capitulo, in optionibus, in processionibus, in suffragiis ferendis præ aliis Canonicis, etiam ante ipsum receptis, minorem tamen Dignitatibus, Personatum habere dicitur. ibid.

Officium est administratio rerum Ecclesiasticarum sine dicta præcedentia, & Jurisdictione: ut est munus Sacristæ, Procuratoris &c. n. 7

In cap. fin. de Offic. Jud. Deleg. in 6. *Dignitas, & Personatus non pro eodem accipiuntur.* n. 8

Particula vel *non conjunctionem, sed disjunctionem significat: ad cujus veritatem sat est, quod unum verificetur.* ibid.

Nullus deputati sibi Conservatoris potest esse Conservator. n. 9

Consuetudo, vigens in Hispania, quod Prælati Regulares ad invicem munus Conservatoris exerceant, non est rationabilis. n. 10

Nemo potest Conservator esse Domini sui, qui Rex, vel Regina non sit. n. 11

Regibus, & Reginis indulgentur a Sede Apostolica in Conservatores Subditi circa aliqua bona Ecclesiastica, ipsis concessa, aut ad aliquod eorumdem opus pium applicata. ibid.

ARTICULUS X.

Quibusnam aliis qualitatibus debeat esse instructus deputandus in Judicem Conservatorem Regularium ad limites Juris novi,

Ubi

De Ætate, Doctrina, & Probitate, ad Ecclesiasticas Dignitates, & Beneficia requisitis.

SUMMARIUM.

Conservator Regularium ad terminos Juris novi debet esse persona Ecclesiastica, primam saltem habens Tonsuram, in dignitate Ecclesiastica constitutus, scilicet Episcopus, ejusve Superior ratione Dignitatis, vel Abbas, aut Dignitatem, vel Personatum habens in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, aut Episcopi Generalis Vicarius, & Officialis, aut saltem Cathedralis Ecclesiæ Canonicus. n. 1

Pro Conventu Sancti Dominici Urbis Mexicanæ potest in Conservatorem deputari quævis persona Ecclesiastica, seu Regularis, sive Sæcularis etiam in Dignitate Ecclesiastica non constituta ex Indulto Clementis VII. n. 2

Leo X., aliique Pontifices concessere, ut in Conservatorem eligatur persona Ecclesiastica, in Dignitate, vel Personatu constituta, non limitando, quod eæ Dignitas, & Personatus sint in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata. n. 3

Conservatores ad terminos Juris novi debent esse Ætate, Doctrina, & Probitate præstantes. n. 4

Erit Conservator præstans ætate, si illam habuerit, quam requirit qualitas, ei tribuens habilitatem ad hoc Officium, vel saltem munus Judicis. n. 5

Judex dari potest ab inferiore in ætate 20. annorum: aut saltem 18. de consensu partium. ibid.

A Superiore vero dari potest adultus, seu pubes. ibid.

Episcopus esse debet 30. annorum, ut ad Episcopatum requiritur. n. 6

Archidiaconus, aliusve Dignitatem habens cum cura animarum, debet 25. annum attingere, ad curam animarum exactum: vigesimum tamen secundum simplex Archidiaconus, aliave Dignitas, & Personatus, talem curam non habens, ut ad præfatas Dignitates absque animarum cura requiritur. n. 7

Abbas, seu Regularis, sive Sæcularis, Prior Conventualis, & Generalis Religionis debent, ut ad tales Prælaturas necessum est, 25. annum attingere. n. 8

Si per alium, quam per Priorem Conventualem exerceatur cura, sufficiunt 20 anni. ibid.

Vicarius generalis Sede plena, aut vacante debet esse in ætate 25 annorum, ad munus Vicariatus exacta. n. 9

Archipresbyter debet 24 ætatis annum attingere; cum teneatur, saltem infra annum, Sacerdotium suscipere. n. 10

Protonotarius, ut exigit munus suum, debet 20 annum peregisse: nisi filius, vel nepos sit Principis, cui satis est, si 17 annum peregerit. n. 11

Referendarii signaturæ Justitiæ 25 ætatis annum habere debent, prout exposcit munus suum. n. 12

Dignitas, vel Personatus in Ecclesia Cathedrali, quibus certus Ordo annexus est, debet ætatem, ad illum Ordinem, saltem infra annum suscipiendum, habere. n. 13

Canonicus Pœnitentiarius debet 40 ætatis annum, ad Pœnitentiarii munus requisitum, habere. n. 14

Canonici Cathedralis Ecclesiæ, quibus certus Ordo,

saltem infra annum suscipiendus, annexus est, debent in ea ætate reperiri, ut infra annum valeant dictam Ordinem suscipere. n. 15

Canonici Cathedralis Ecclesiæ, quibus juxta dispositionem Tridentini Sess. 24. de refor. c. 12. *certus Ordo annexus non est, ut in Canonicos promoveri queant in ætate 14 annorum, ita & in Conservatores.* ibid.

Ubi Tridentina *dispositio recepta non fit, ut ante illam poterat quivis, major septennio, Canonicus esse Cathedralis Ecclesiæ; ita & post illam: sicque potest talis Canonicus, septennio major, eligi in Conservatorem, sed non de potentia Principis Ordinaria, quia non pubes; sed extraordinaria ex certa scientia, qua dispensat cum Judice inhabili ratione impubertatis.* ibid.

Quod locum etiam habet in Commendatariis Prioratus Conventualis, vel Abbatiæ Regularis; cum hujusmodi Commendæ habeantur hodie pro Beneficiis simplicibus. n. 16

Ad obtinendum Beneficium simplex, satis est 14 annorum ætas ex Trid. Sess. 23. de refor. c. 6. *& sufficit ætas septennii, ubi Tridentina dispositio recepta non fit.* ibid.

Ætas ad dignitates, & Beneficia Ecclesiastica requisita, computari debet a die nativitatis, non a die Baptismi. n. 17

Conservator septennis, aut vix adultus, seu pubes, ex certa scientia Principis deputatus, debet necessario Assessorem assumere. n. 18

Ætates hominis septem distiagunt Juristæ: suntque Infantia, durans a nativitate usque ad septimum annum inclusive. Puellaris ætas, seu puecitia, sive impubertas usque ad 14 in masculis, & ad 12 in feminis. Pubertas usque ad 18. Plena pubertas, seu adolescentia usque ad 25. Juventus, seu virilis ætas usque ad 60. Senectus usque ad 80. Decrepita tandem ætas, seu senium, usque ad 100. n. 19

Impuberes, si morte Patris, vel emancipatione desierint esse sub patria potestate, dicuntur Pupilli. Si Patre, & Matre careant sunt Orphani. ibid.

Erit Conservator præstans doctrina, si illam habuerit, quam exposcit qualitas, ei tribuens habilitatem ad hoc Officium. n. 20

Doctrina ad Episcopatum, Archidiaconatum, Scholasteriam, ceterasque Dignitates obtinendas requisita, esse debet hujusmodi, ut muneri suo valeat facere satis. n. 21 22 & 23

Episcopus, Archidiaconus, Scholasticus, Pœnitentiarius esse debent Magistri, seu Doctores, vel licentiati in Theologia, aut in Jure Canonico. ibid. & n. 24

Vicarius Capitularis, & Generalis Episcopi, ac Referendarius Signaturæ Justitiæ, saltem in Jure Canonico debet esse Doctor, vel licentiatus. n. 25 & 26

Doctoratus, Magisterium, licentiatura in præfatis Ecclesiasticis personis esse non debet merum honoris vocabulum, doctrina vacuum. n. 27

S. Pius V. cuidam asserenti Doctoratum esse; respondit: se Doctores percupere non doctoratos. ibid.

Potest Supremus Princeps ex certa scientia, dare Judicem in re Judiciaria non admodum peritum: qui tamen necessario assumere debet Assessorem, ut defectum scientiæ suppleat. n. 27

Erit probitate conspicuus assumendus in Conservatorem, si illam habuerit, quam exposcit munus Judicis; vel qualitas Ecclesiasticæ Dignitatis, ipsam habilitans ad Officium Conservatoris. n. 28

Conservator, in nonnullorum sententia, ex vi Tridentini Sess. 25. de refor. c. 10. *debet habere qualitates, requisitas in* cap. Statutum de Rescript. in 6. *& esse debet Judex Synodalis.* n. 29 & 30

Hanc tamen Judicis Synodalis qualitatem ex vi Tridentini *merito pernegat* Moneta. n. 31

Gregorius XIII. in Constit. Æquum reputamus *Jesuitis concessit, ut possint eligere in Conservatorem Personam, in Dignitate Ecclesiastica constitutam, non requirendo, quod talis Dignitas sit in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata; nec quod talis persona sit Judex Synodalis.* n. 32

Concessit etiam iisdem pro partibus Indiarum, ut, loco qualificatarum personarum, quosvis idoneos, & probos viros sæculares eligere possent, Clericali tamen charactere insignitos, modo non conjugatos. n. 33

Clemens VIII. jure Ordinationis, seu Regulæ Cancellariæ statuit, Conservatores debere conditiones cap. Statutum de Rescript. in 6. *habere, & insimul esse Judices Synodales.* n. 34

Sed hujusmodi Regula, cum non fuerit a Pontifice successore inter suas Regulas posita, per mortem Clementis expiravit. n. 35

Regulæ Cancellariæ, a Pontifice Successore non confirmatæ, expirant per mortem Pontificis, qui illas edidit. ibid.

Lex, seu Constitutio, usu non recepta, non ligat. ibid.

Et semel recepta abrogatur per duos actus contrarios, sciente, ac tolerante Superiore. ibid.

Lex lata, & non recepta, ignorante Superiore, per decennii lapsum abrogatur. ibid.

Lex, præsertim Canonica, jam lata, & semel in aliquo loco recepta, per consuetudinem in oppositum, legitime præscriptam, spatio nimirum 40 annorum, non ligat, immo tollitur in eodem loco. ibid.

Ut possit quis in Judicem Regularium Conservatorem ad terminos Juris novi deputari, probabiliter non requiritur, quod sit Judex Synodalis. n. 36

ARTICULUS XL

Quænam requirantur qualitates, ut quis deputari valeat in Judicem Conservatorem Regularium ad fines Juris novissimi.

SUMMARIUM.

UT possit quis, in Judicem Regularium Conservatorem deputari ad terminos Juris novissimi, esse debet nedum in Dignitate Ecclesiastica constitutus, sed etiam in Concilio Provinciali, aut Diœcesano Judex designatus. n. 1

Qualitas dignitatis, vel Personatus debet actu esse in Conservatore, cum eligitur. n. 2

Obtinere *importat titulum perfectum, seu jus in re, non vero jus ad rem.* ibid.

Qualitas, adjuncta verbo, probari debet ad tempus verbi. ibid.

Si quis tempore electionis non sit in Dignitate constitutus, licet paulo ante fuerit, vel erit paulo post electionem factam; electio Conservatoris nulla erit ex defectu formæ. n. 3

Dignitas, non existens tempore electionis, sed quæ existit, vel supervenit, illius defectum supplere non potest. ibid.

Non convalescit postea, quod non tenuit ab initio. ibid.

Si Conservator, post factam electionem, Dignitatem resignet, aut alio modo dimittat, non obstante dimissione, poterit suum munus prosequi, cum sufficiat, quod ab initio fuerit capax. ibid.

Qualitas Judicis Synodalis debet etiam, actu esse in Conservatore cum eligitur. Nec sufficit, quod immediate antea fuerit, vel immediate post electionem erit. n. 4

Quamvis si tempore electionis actu sit, sed post electionem amittatur, Conservator in suo munere perseveret. ibid.

Præ-

Præfata qualitas Judicis Synodalis non attenditur, ubi in Conservatorem eligendus est Episcopus, ejusque Generalis Vicarius, & his Superiores, ut Cardinales. n. 5

In Constitutionibus odiosis non comprehenduntur Episcopi, nisi exprimantur. ibid.

Casus, omissus in aliqua speciali Constitutione, remanet in dispositione Juris Communis. ibid.

In Constit. Gregorii XV. Sanctissimus, *qua statuitur, in Conservatores eligendos, esse debere Judices Synodales, excipiuntur Episcopi.* n. 6

Ordini S. Joannis Hierosolymitani concessum fuit, ut posset in Conservatorem eligere non designatum Judicem in Synodo. n. 7

Ubi Judices Synodales non reperiantur, eligitur Conservator sine tali qualitate. ibid.

Statim ac celebrata sit Synodus, & in ea Judices designati; expirat facultas Conservatoris sine qualitate Judicis. ibid.

Gregorius XV. in supra laudata Constitutione admonitos voluit Episcopos, ut in Synodis Provincialibus, aut Diœcesanis quamplures personas in Judices designent; &, si aliquam interim ex designatis mori contigerit, aliam cum consilio Capituli in ejus locum substituat usque ad futuram Synodum. n. 8

Verba illa admonitos *pro præcepto sumuntur ab aliquibus: ab aliis vero pro consilio.* n. 9

Consilium Capituli ad substituendum novum Judicem in casu mortis, requiritur pro forma; quamvis illud sequi, non teneatur Episcopus. n. 10

Et peti debet, non post actum deliberatum, sed in ipso tractatu: & tempore congruo expectandum est responsum. ibid.

Si Capitulum tempore congruo non respondeat, Episcopus, non expectato consensu Capituli, providet per se ipsum. ibid.

Si Capitulum congruum tempus ad respondendum non habuerit, proviso, ab Episcopo per se ipsum facta, non tenet. ibid.

Potest Ordinarius Vicario suo committere substitutionem novi Judicis in casu mortis: ipseque Vicarius eodem modo tenetur, Capituli Consilium postulare. n. 11

Casus mortis in proposito nedum est mortis physicæ, sed civilis, seu æquivalentis etiam. n. 12

Longa, & diuturna absentia morti æquiparatur, ut absentia dicitur mortis Vicaria. ibid.

Judices in Synodo nominare, principaliter pertinet ad Episcopum, non tamen privative quoad alios. num. 13.

Judices Synodales debent habere conditiones Cap. statutum de rescript. in 6. &c.: *eorumque munus durat usque ad Synodum futuram, seu illi principaliter electi sint in Synodo, sive loco mortui.* n. 14

Defectus formæ invalidat actum. n. 15

Error communis potest, actum de se nullum electionis Conservatoris ob defectum qualitatis requisitæ validare. n. 16

Non tamen partium consensus ratione Decreti irritantis in cap. fin. de offic. deleg. in 6. & const. *Gregorii XV.* n. 17

Neque quadragenaria consuetudo, vel præscriptio eligendi in Conservatorem personam, requisitas qualitates non habentem, ratione ejusdem Decreti irritantis. n. 18

Decretum irritans in aliqua Constitutione etiam consuetudinem, & præscriptionem tollit. ibid.

ARTICULUS XII.

Quænam personæ deputari valeant in Judices Conservatores Regularium.

SUMMARIUM.

Deputari queunt in Judices Conservatores Regularium Cardinales, quantumvis non Episcopi, Patriarchæ, Primates, & Archiepiscopi, etiam titulares: Episcopi, dummodo consecrati, vel saltem confirmati: Episcopi titulares, sicut & ii, qui loco, & Dignitati Episcopatus renuntiarunt. a n. 1 usque ad 5.

Item Abbates, tam sæculares, quam Regulares, etiam titulares: Abbates Commendatarii perpetui: Priores Sæculares, qui sunt loco Abbatum in aliqua Ecclesia Collegiata, & Præpositi, quando sunt loco eorumdem Abbatum in eadem Ecclesia Collegiata. n. 5. & 6

Alii quoque Priores, & Præpositi, qui non sunt loco Abbatum. n. 6

Iterum Vicarius Generalis Episcopi, etiam mere electi, & confirmati, licet nondum consecrati: Vicarius Prælati inferioris, habentis jurisdictionem quasi Episcopalem, & Vicarius Capitularis Sede vacante. n. 7

Non ita tamen Vicarius foraneus. n. 8

Insuper deputari queunt in Conservatores Visitator generalis alicujus diœcesis, utpote Officialis generalis Episcopi: Archidiaconus, Archipresbyter, seu Civitatensis, sive Ruralis: & quivis etiam Rector Parochialis Ecclesiæ, nomen habens Archipresbyteri: Primicerius, Præpositus, & Decanus. n. 9

Præterea Vicecancellarius Papæ, Camerarius, Summus Pœnitentiarius, Clerici Cameræ, Auditor Curiæ dictæ Cameræ, Auditor Rotæ, Referendarii, & Protonotarii etiam titulares, & honorarii. ibid.

Necnon Canonici Cathedralis Ecclesiæ, etiam Religiosi. n. 10. 11. & 12

Non tamen Canonicus minor, a Papa super ætate dispensatus ad Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis: neque Coadjutor in dignitate, vel Canonicatu dictæ Ecclesiæ Cathedralis, cum futura successione: neque Canonici simplices Ecclesiæ Collegiatæ. n. 13. 14. & 15

Rursus deputari queunt in Judices Regularium Conservatores obtinentes in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata Præbendam Theologalem, aut Pœnitentialem: Cantoratum, vel Succentoratum: & quotquot in aliquibus peculiaribus Ecclesiis Officium habent in titulum, quod secundum communem existimationem, & consuetudinem in dictis Ecclesiis Dignitatem, vel Personatum importat, aut pro tali reputatur. n. 16 & 17.

Et Subcollectores, Cancellarius Academiæ a Pontifice approbatæ, ac Clerici omnes, qui Episcopalem Dignitatem, & jurisdictionem insimul præscriptione, vel privilegio acquisivere: vel etiam solam jurisdictionem, & præeminentiam aliquam in Ecclesia Collegiata. n. 18

Non tamen si Ecclesia Collegiata non sit. ibid.

Neque Doctores in Theologia, vel jure Canonico. ibidem.

Tandem Prælati, seu Superiores majores Regularium, Ordinum etiam Mendicantium, nedum totius Ordinis, & Provinciæ, ut Generales, ac Provinciales, sed etiam locales, seu Conventus, ut Priores, Guardiani, Rectores, Correctores &c. Definitores: Priores Militares, jurisdictione quasi Episcopali gaudentes pro foro externo, modo primam saltem habeant Tonsuram: sicut & Magistri, Administratores, Prio-

res, Rectores, ceterique Superiores locales immediati, & mediati Ordinum Militarium. a n. 19. usque ad 29. inclusive.

Quotquot esse possunt Conservatores Ordinum non Militarium, deputari pariter queunt in Conservatores Ordinum Militarium. n. 30

Cardinales, etiam non Episcopi, sunt Episcopis Superiores in ratione dignitatis. n. 1

Et maxima pollent dignitate in Cathedrali, seu Romana Ecclesia. n. 2

Cardinales Protectores Carmelitarum sunt ipsorum Ordinarii Conservatores. ibid.

Episcopi consecrati, sunt qui vere, & proprie nomine Episcoporum veniunt; cum per suam Ordinationem vere, & proprie in ordine Episcopali constituantur. n. 3

Episcopi confirmati, & non consecrati, licet non dicantur, nec sint vere, & proprie Episcopi, dicuntur tamen Dignitatem habere in Ecclesia Cathedrali, scilicet Episcopalem, etsi non Episcopatus Ordinem. ibid.

Et sunt Ecclesiæ Sponsi: ac plenam, integramque jurisdictionem Episcopalem habent. n. 4

Episcopi, qui loco, & Dignitati Episcopatus renunciarunt, tantam retinent Dignitatem, quantam habent Abbates; unde possunt Minores Ordines conferre. n. 5

Abbates titulares habent dignitatem Abbatialem, quæ est dignitas excellentiæ, prima post Pontificalem; & quamvis non sint Collegii membra, titulo tamen, & dignitate, licet non exercitio, Ordinarii sunt. n. 6

Abbates Commendatarii in omnibus pro titularibus habentur; cum Commenda, in perpetuum a Papa collata, loco tituli stet. ibid.

Vicarii Generales Episcopi Dignitatem habent Ecclesiasticam, administrationem videlicet rerum Ecclesiasticarum cum Jurisdictione. n. 7

Vicarius foraneus nec Dignitatem ullam habet, nec Personatum: unde esse non potest Delegatus Papæ. n. 8

Ut Officialis, & generalis Episcopi Vicarius esse queat Conservator, sufficit, quod munus Officialis, & Vicarii sit in potentia perpetuum. n. 9

Quamvis Canonicatus stricte neque Dignitas sit, neque Personatus; Canonici tamen Cathedralis Ecclesiæ late appellatione Dignitatis veniunt, & Dignitatibus æquiparantur; dicunturque Fratres Episcopi, ac Filii primi gradus: & esse possunt delegati Papæ, quemadmodum Dignitates, & Personatus. n. 10. & 11

Canonici Religiosi Cathedralis Ecclesiæ possunt esse Delegati Papæ, quidquid dixerint nonnulli. n. 12

Canonicus Minor, dispensatus a Papa super ætate ad Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis, non censetur etiam dispensatus, ut in ea ætate possit esse Judex delegatus. n. 13

Coadjutor in Dignitate, vel Canonicatu cum futura successione, actu neque Dignitatem habet, neque Canonicatum: sed illam expectat; unde nequit esse Judex delegatus. n. 14

Canonici simplices Ecclesiæ Collegiatæ neque Dignitates sunt, neque Personatus: neque his æquipollent in Jure: nec esse possunt Judices Synodales. n. 15

Judices Synodales esse non possunt Canonici simplices Ecclesiæ Collegiatæ, etiamsi Doctores sint, & nullus in Cathedrali Canonicus Doctor existat. Esse tamen possunt Canonici Ecclesiæ Cathedralis. num. 16.

Prærogativæ Doctorum quænam sint. n. 18

Prælatura Regularis est dignitas Ecclesiastica, & quidem in Ecclesia Collegiata, cujusmodi est Ecclesia Conventualis. n. 19

Ecclesia Conventualis Regularium æquiparatur Cathedrali. ibid.

Prioratus Conventualis est, in quo sunt plures, collegialiter viventes. ibid.

Definitor Capituli generalis est Personatus. ibid. & num. 26.

De Jure communi ad munus Conservatoris acceptandum necessaria non est licentia Superioris majoris, puta Generalis. n. 20

Quemadmodum ad acceptandum munus Executoris testamentorum, Advocati, Procuratoris, & Arbitri. ibid.

Monachi, seu Religiosi simplices, sive subditi, sine licentia Abbatis esse non possunt susceptores, & executores officiorum judicialium. ibid.

Si de Jure peculiari Religionum ea licentia necessaria sit, sine ea Conservatoris Officium Prælati Regulares acceptare, non possunt. n. 21

Pro nostræ Societatis Rectoribus, & Provincialibus ea licentia necessaria est, sicut & pro Guardianis, & Provincialibus Minorum. n. 21. & 22

Neque necessaria est, ad munus Conservatoris obeundum, alia Monasterii utilitas præter eam, quæ ex susceptione talis officii a Regulari Prælato provenit Monasterio. n. 23

Superiores locales, seu Conventus, qui majores non sunt, sed alium se majorem in eodem Conventu habent, ut Vicarii Conventualium, Ministri Societatis, Priores Benedictini, &c., cum non sint in Dignitate Ecclesiastica constituti, nequeunt in Conservatores designari. n. 24

Priores Claustrales esse non possunt Delegati Papæ. ibid.

Superiores Regulares, qui in eodem Conventu majorem se non agnoscunt, etsi nomine Superioris agnoscentis majorem se nuncupentur, ut Priores Benedictini &c., sunt in Dignitate Ecclesiastica constituti; & ut tales eligi queunt in Conservatores. num. 25.

Quantumvis parvum sit Monasterium, quod administrant, etiam trium, vel quatuor Fratrum. ibid.

Hujusmodi Superiores Priores Conventuales nuncupantur; quemadmodum Priores Claustrales illi, qui in eodem Conventu Superiorem habent majorem se. ibid.

Decretum Sacr. Congreg. Cardinal. super negotiis Regularium non est certum, quod fuerit authenticum: & oppositum a Sacr. Congreg. Concilii fuit postmodum emanatum. n. 27

Priores Militares, Prioribus, seu Abbatibus aliarum Religionum comparantur quoad jurisdictionem Ecclesiasticam. n. 28

Debent tamen, primam saltem Tonsuram habere, ut fiant capaces jurisdictionis Ecclesiasticæ; & possint ferre censuras; illosque absolvere in foro exteriori, qui in Canonis censuram inciderе. Quemadmodum esse debent Sacerdotes, ut eosdem valeant in foro pœnitentiali absolvere. ibid.

Ordines militares sunt vere, & proprie Religiosi, & privilegia Ordinum non militarium participant. n. 29. & 30

ARTICULUS XIII.

A quibus Regularibus facienda sit electio Conservatoris, & quotuplicis: ac num peculiaris pro causis peculiaribus Fratrum: quando, quomodo, sub quibusnam pœnis, & ad quod tempus.

SUMMARIUM.

NON est determinatum in Jure, neque in ulla Constitutione Pontificia, quinam ex Regularibus in particulari debeat Conservatorem eligere. n. 1

Necesse non est, quod a Generali, vel Provinciali nominetur Conservator; cum sufficiat, nominari a Superiore locali, E. G. Guardiano, &c. ibid.

Electio Conservatoris facienda est cum consensu Capituli; cum sit res gravissima, & in favorem totius Monasterii: itaque præscribunt Julius II., & sanctus Pius V. n. 2

Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. ibid.

In Ordinibus militaribus, qui sunt intra Hispaniam, deputatio Conservatoris fieri potest ab ipso Rege: a Capitulis etiam Generalibus: a Senatu Regio Ordinum; a Monasteriis, & Collegiis militaribus, sive eorum Superioribus, Prioribus, Commendatariis &c. & a reliquis aliis Personis, Conservatoria jurisdictione indigentibus. n. 3

Electio Conservatoris Regularium fieri debet per publicum instrumentum: quod exhiberi, & dimitti debet penes acta Curiæ Ordinarii loci, & quidem infra annum, vel duos menses a die electionis, vel saltem ante exercitium jurisdictionis Conservatoriæ: secus coram Ordinario loci conveniendi erunt Regulares, non coram Conservatore. n. 4 5 6 & 7

Exhibitio, & dimissio Instrumenti præfata, olim etiam in actis Curiæ aliorum Ordinariorum, ad quorum Diœceses extendebatur Jurisdictio Conservatoris, facienda erat. n. 8

Quod hodie etiam servandum, contendit Pasqualigus. ibid.

Exhibitio, & dimissio Instrumenti præfata coram illo Ordinario loci, & penes acta ipsius Curiæ facienda est, ubi situm est Monasterium principale; non tamen coram aliis Ordinariis, in quorum Diœcesibus existunt ejusdem Monasterii Grangiæ, seu Membra, vel Bona. n. 9

Neque id officit, quominus in dictis Grangiis, seu Membris, & Bonis, in aliis Diœcesibus sitis, jurisdictionem habeat, suasque facultates exerceat Conservator. ibid.

Non esse de electionis Conservatoris essentia præfatam instrumenti exhibitionem, & dimissionem contendunt nonnulli. Et quare? a n. 10 usque ad 19 inclusive.

Electio prædicta fieri debet unius, vel multiplicis Conservatoris, prout Monasterii postulavit necessitas. n. 20

Possunt unius, ejusdemque Monasterii plures esse Conservatores, vel in solidum dati, vel sub alia clausula. ibid.

Si duo, vel plures Conservatores simpliciter eligantur, vel dentur; alter sine altero procedere potest, ac si uterque datus in solidum censeatur. n. 21

Quid circa hoc punctum opinetur Moneta? n. 22

Illatio nostra ex principiis Monetæ. n. 23

Pro necessitatibus peculiaribus Fratrum singulorum eligi potest particularis Conservator, a Generali Conservatore Monasterii diversus. n. 24 & 25

Quidquid in oppositum arbitretur Cardin. de Lugo. n. 26

Sed ubi totius Monasterii Conservator satis non sit ad conservationem Fratrum singulorum, vel propter negotiorum Monasterii turbam, vel alia de causa. a n. 27 usque ad 30

Electio Conservatoris Regularium facienda ab ipsis fuit in Italia infra duos menses, extra Italiam infra sex, a die publicationis in Urbe Constitutionis Gregorii XV. n. 31

Electio Conservatoris intra præfinitum tempus neglecta, quandocumque Regularibus libuerit, potest deinde fieri: quamdiu tamen facta non est, coram locorum Ordinariis conveniendi sunt Regulares. ibid.

Ordinarii locorum in hoc casu, cum subrogentur Conservatoribus, possunt etiam de non manifestis cognoscere, ubi Regulares Rei fuerint; & ubi Actores extiterint, de manifestis dumtaxat, quemadmodum Conservatores. n. 32

Conservatoris electio facienda est juxta formam, præscriptam in Constitutione a Gregorio XV. sub pœna nullitatis ipsiusmet electionis, & privationis Conservatoris per annum; vocisque activæ, & passivæ Regularium eligentium ipso facto, Papæ reservatæ. n. 33

Quamvis hodie privatio utriusque vocis tolli valeat a Superiore majore, vigore Privilegii antiqui, ab eodem Gregorio XV. Theatinis confirmati post dictam Constitutionem etformatoriam. n. 34

Electio prædicta facienda est ad quinquennium, a die legitimæ deputationis computandum, & non infra. n. 35

Quod sane quinquennium, si exprimatur in Instrumento, eo elapso, penitus expirat, etiam quo ad negotia cœpta, Conservatoris Jurisdictio: non expirat tamen, ne quidem ex integro, si non exprimatur. ibid. & n. 36

Conservator ad terminos Juris antiqui est Judex delegatus: jurisdictio autem Judicis delegati, de se perpetua non est; & morte concedentis expirat quoad negotia non cœpta, perseverat tamen quoad cœpta. n. 37

Tridentinum Sess. 14. c. 5. *de Conservatoribus Regularium non loquitur.* n. 38

Stylus Cancellariæ, apponens in litteris Conservatoriis clausulam: Præsentibus post quinquennium minime valituris; *locum non habet in Conservatoriis Regularium.* n. 39

Vigore privilegiorum Conservatoris officium perpetuum est, non temporaneum; cum privilegia Regularium, per quæ ipsi Conservatorem eligunt, realia sint, non personalia. n. 40

Ex hoc, quod durante quinquennio Conservator amoveri non possit, non recte infertur, quod quinquennio elapso, de se Conservatoris officium extinguatur. n. 41

ARTICULUS XIV.

An Judex Conservator Regularium eligi queat ex aliena Diœcesi.

SUMMARIUM.

JUdex Regularium Conservator, attento Jure antiquo, in aliquibus casibus eligi potest ex aliena Diœcesi, seu in illa habitans, modo hæc remota non sit ultra unam dietam. n. 2

Et attento Jure novo, eligi potest in aliena Diœcesi habitans, modo non distet ultra duas, vel tres dietas. ibid.

Attento autem jure novissimo eligi non potest Conservator, nisi in eadem habitet Diœcesi, in qua est Monasterium conservandum. ibid.

Nequit in Conservatorem eligi, habitans in aliena

na Diœcesi; qui tamen, occurrente casu, præsto sit Monasterio conservando, se statim illuc conferendo. n. 2

Ex eo, quod eligi valeat in Conservatorem, existeat jam in Diœcesi Monasterii conservandi, a qua si contingat abesse possit in illa per Substitutum suam jurisdictionem exercere, non bene deducitur, quod eligi valeat existens in aliena Diœcesi, ab illa Monasterii conservandi, in qua possit per Substitutum Monasterium conservare. n. 3

Si eligi velint in Conservatores Superiores Episcopis, E. G. Archiepiscopi, seu Metropolitani, & Cardinales; tunc eligi queunt, licet extra Diœcesim Monasterii existentes, modo non extra suam Provinciam. n. 4

Existens nullius, non est neque in Diœcesi, neque de Diœcesi. ibid.

Et nedum extra Diœcesim Monasterii conservandi eligi queunt in Conservatores Superiores Episcopis, verum etiam alii non Superiores, si Episcoporum subditi propter odium, & offensionem Præsulis eligi tuto, non possint. n. 5 & 6

Impedimentum, proveniens ex culpa partis adversæ, est legitima causa, ut aliquid fiat eo modo, quo fieri potest. n. 5

Metropolitani, aliique extra Diœcesim Monasterii conservandi in Conservatores Regularium deputati, procedere queunt extra illam. n. 7

Verba Legis, quæ plura respiciunt, ita debent intelligi, ut æqualiter ea determinent, & genus sub se contineat species. n. 8

Constitutio Gregoriana relinquit Jus commune, & Pontificum Dispositiones, intactas quoad Episcopos, & Archiepiscopos in Conservatores eligendos pro tota Diœcesi, & Provincia. n. 9

Constitutio Gregorii XV. præfata, cum reducat ad Jus commune, sitque Privilegiorum Regularium correctiva, est odiosa: & qua talis, explicanda, ut, quantum minus possit, dicta privilegia lædat. n. 10

Dicta Constitutio cum sit nova, debet interpretari juxta dispositionem antiquam Bonifacii VIII. cap. fin. de Offic. deleg. *ad quam alludit, & se refert Gregorius XV.* n. 11

Praxis Regni Siciliæ, & aliorum est, ut Archiepiscopi in Judices Regularium Conservatores eligantur, quamvis ipsi procedant contra existentes extra Diœcesim, sed intra suam Provinciam. n. 12

Episcopi, & Archiepiscopi Conservatores, etiam hodie possunt, trahere ad suum judicium existentes extra Civitates, & Diœceses, in quibus deputati sunt, modo non trahant ultra tres dietas, non obstante Constitutione Gregoriana. n. 13

Nomine Constitutorum in dignitate Ecclesiastica non veniunt Episcopi, eorumque Superiores in odiosis. ibid.

Constitutio Gregoriana non revocat privilegia Regularium circa modum procedendi Conservatorum, quando hi sunt Episcopi, eorumve Superiores. ibid.

ARTICULUS XV.

An unus, idemque nominari valeat in Judicem Conservatorem plurium ejusdem, vel diversæ Religionis Monasteriorum, in eadem, vel in diversis Diœcesibus existentium. Et num uno pro una causa deputato, pro eadem alius deputari queat.

SUMMARIUM.

Potest unus, idemque in Judicem Conservatorem plurium ejusdem, vel diversæ Religionis Monasteriorum, in eadem Diœcesi existentium, deputari; non ita tamen in diversis Diœcesibus. n. 1 & 4

Nisi ille sit Episcopo Superior, scilicet Archiepiscopus, Metropolitanus, Cardinalis &c. & Diœceses, eidem suffraganeæ. ibid.

Conservator plurium diversæ Religionis Monasteriorum in casu, quo componere deberet lites, inter ea Monasteria excitatas; & uni magis unius Monasterii causæ favere videretur, quam alteri alterius, posset recusari suspectus, vel ab eo appellari. n. 2

Pro praxi melius est, quod Regulares diversi Ordinis non unam, eamdemque personam, sed quique diversam eligant in Conservatorem. n. 3

Electio Conservatoris Monasterii Diœcesis diversæ irrita, & nulla est, utpote contra formam Gregorianæ Constitutionis facta. n. 5

Regulares debent Conservatores eligere in singulis Diœcesibus, in quibus habent Monasteria: quod est Juri communi, & æquitati consonum, ne graventur partes in personis, & expensis. n. 6

Diœcesis, in qua deputari potest Conservator, non est, nisi illa, intra cujus fines est Monasterium. n. 7 & 8

Regulares unius Diœcesis nequeunt in Conservatorem eligere Episcopum alterius diversæ Diœcesis. n. 9

Bene tamen Archiepiscopum, seu Metropolitanum, si diversæ Diœceses sint illi suffraganeæ. n. 10

Attento Jure communi antiquo uno Conservatore pro una causa deputato, pro eadem deputari non potest alius, etiam priori deputato volente, & consentiente. n. 11

Deputari tamen potest, si prior ille deputatus foret infirmitate, aliave legitima ratione impeditus: vel si nollet procedere, aut procedere malitiose recusaret. ibid.

Jurisdictio delegata nequit de persona ad personam prorogari, cum ea sit Jurisdictio delegantis, ad quem profecto spectat, non ad partes, neque ad Judicem, eamdem prorogare. n. 12

Id, quod nostrum est, sine facto nostro, ad alium transferri non potest. ibid.

Attento autem jure novo, & novissimo, uno Conservatore pro una causa deputato, pro eadem deputari potest alius. n. 13

ARTICULUS XVI.

An legitime in Judicem Regularium Conservatorem electus, teneatur munus acceptare: acceptatumque exequi, sub qua obligatione, ac quibus pœnis: illoque num possit intra quinquennium se spoliare, vel a Regularibus spoliari.

SUMMARIUM.

Legitime in Judicem Regularium Conservatorem electus tenetur, munus acceptare, justa aliqua non excusante causa. n. 1

Et quidem sub pœna peccati mortalis. ibid.

Ac ad illud acceptandum potest, per pœnas Censurarum, Summo Pontifici reservatarum, coerceri. n. 2 & 3.

Excusationem non habens, etiam invitus cogitur judicare, & quidem a Principe imperante. n. 2

Pro omnibus Apostolicæ Sedis Judicibus, & delegatis generale est, quod justa non excusante causa, etiam inviti debeant commissionem suscipere. ibid.

A Conservatore Subconservator sub Censuris, & pœnis ad acceptandum munus, compellitur. ibid.

Quemadmodum a Delegato Subdelegatus. ibid.

Justa excusante causa, potest Conservator electioni factæ, citra ullam peccatum, & pœnam dissentire. n. 4

Est

Est autem hujusmodi justa causa, si persona, in Conservatorem, electa, satis non sit ad tantum onus ob senectutem, morbum, vel alias occupationes &c. ibid.

An hæc causa debeat a Papa, vel ab Ordinario approbari? ibid.

An peccet mortaliter, qui a tali onere curaret, levi excusatione, vel precibus se subtrahere? ibid.

Regularium Conservator tenetur sub iisdem pœnis, munus acceptatum debite, ac plenarie exequi. n. 5

Tenetur etiam sub iisdem pœnis, justa aliqua non superveniente causa, illud usque ad quinquennium prosequi. n. 6

Etiamsi causa gravis in susceptione muneris interfuerit, quæ, si electus voluisset, rite eum excusasset. ibid.

Causa nova superveniente, potest infra quinquennium muneri renuntiare; modo tamen ea a Papa, vel ab Ordinario, pro libito Regularium, approbetur. n. 7

In Conservatorem Regularium electus nedum expresse, sed etiam tacite nequit electioni dissentire, vel acceptatum munus refutare. n. 8

Taciti, & Expressi eadem regulariter est ratio. Immo plerumque plus operatur Tacitum, quam Expressum. ibid.

Conservator Regularium, durante quinquennio, nequit per ipsos a munere removeri, rationabili non superveniente causa, in Capitulo Provinciali examinanda, & a Papa vel ab Ordinario, pro libito Regularium, approbanda. n. 9 & 10

Facta legitima electione jus quæritur, electo, quod eidem nolentí auferri non potest. ibid.

Conservator electus censetur a Sede Apostolica deputatus. ibid.

Ubi Superior manus apposuit, inferior se ingerere, minime valet. ibid.

Conservator, non legitime electus, potest infra quinquennium removeri. n. 10

Causa remotionis legitima erit Negligentia, Impotentia, Inimicitia, aliave id genus. n. 11

Regulares, sine legitima causa infra quinquennium Conservatorem mutantes, non incurrunt privationem utriusque vocis, Papæ reservatam, quam incurrunt eligentes illum, qui non est Judex Synodalis. n. 13

ARTICULUS XVII.

Quibus fruatur privilegiis Conservator electus Regularium. Et quænam illum eligendi, creandique forma.

SUMMARIUM.

Electioni Conservatoris consentiens, munusque acceptatum rite obiens usque ad completum quinquennium, præter Charitatis, & Obedientiæ merita, quæ habet apud Deum, particeps fit omnium bonorum operum, quæ fiunt in Religione, sibi commendata. n. 1 & 2

Plenariam omnium peccatorum Indulgentiam consequitur, semel in vita, & ita in morte; ac quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam recitando, omnes, & singulas lucretur Indulgentias, quas diebus Indulgentiarum omnium Ecclesiarum Romæ, & extra illius muros eas visitantes consequantur. n. 2

Item singulo quoque triennio plenariam peccatorum Indulgentiam illi concedere potest Generalis Ordinis illius Monasterii, quod conservat. De cujus etiam licentia Confessorem idoneum ejusdem Ordinis, ab Ordinario tamen approbatum eligere, potest, qui eum ab omnibus casibus, etiam Episcopalibus, & Censuris Ecclesiasticis absolvat. a n. 3. usque ad 6. inclusive.

Constitutio Clementis VII. incip. [*Universis, & singulis*] *quamvis sit vivæ vocis Oraculum, non proinde revocata est a Gregorio XV. vel ab Urbano VIII. & quare?* n. 7 8 & 9

Clausula: Quorum tenorem, ac si de verbo ad verbum &c. *operatur, ut confirmatio, & innovatio fiat ex certa scientia. Hæc autem clausula* ex certa scientia *vim habet novæ concessionis.* n. 8

Constitutio Urbani VIII. revocatoria omnium vivæ vocis Oraculorum, privilegiorum, & indultorum, non comprehendit vivæ vocis Oracula, Indulgentias concedentia; cum ea sub nomine privilegiorum, aut gratiarum non veniant: neque gratias omnino favorabiles (ut quod Officium Beatæ Virginis recitetur singulis Sabbatis non impeditis &c. a n. 10 usque ad 13 inclusive.

Præfata Constitutio Clementis VII. non obstante, quod fuerit vivæ vocis Oraculum, revocata non est, immo in privilegium scriptum, & bullatum redacta. n. 13.

Formulæ deputandi Conservatorem. n. 14 15 & 16

ARTICULUS XVIII.

Ad quæ, adversus quos, & pro quibus, ac intra quodnam spatium, attento Jure communi antiquo, extendat se potestas Judicis Conservatoris Regularium.

SUMMARIUM.

Potestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure communi antiquo extenditur ad defendendos Regulares sibi commissos, tam Reos, quam Actores, tum quoad ipsorum personas, tum quoad Monasteria, Bona, Jura, Privilegia, &c. ab omnibus omnino injuriis, realibus, & scriptis: Et a violentiis omnibus; adeoque tum ablativis, tum expulsivis, tum compulsivis, turbativis, inquietativis, per quamcumque personam illatis, vel probabiliter inferendis. n. 1.

Cujuscumque conditionis, & qualitatis ea persona sit: adeoque sive Magistratus Sæcularis sit, sive laici inferiores: sive Episcopi, Archiepiscopi, Legati de latere, nedum Clerici inferiores, sive Religiosi alterius Religionis, Doctores, Cancellarii, Scholares, aliique simile privilegium Conservatoris habentes. ibid.

Modo tamen injuriæ, & violentiæ manifestæ, seu notoriæ sint, notorietate Facti, vel Juris; non tamen dubiæ, & obscuræ. ibid.

Non extenditur autem ad Conservandos Regularium familiares, nisi injuria, seu violentia, familiaribus facta, censeatur etiam illata Regularibus. ibid.

Civiliter tantum procedere potest Conservator, attento Jure communi antiquo, non etiam Criminaliter, & Mixte. ibid.

Et intra Civitatem, seu Diœcesim, pro qua deputatur, ubi nimirum sunt Regulares defendendi,

eorum-

eorumque Monasteria, bona &c. non extra, nisi in certis quibusdam casibus, & non ultra unam dietam a fine Territorii totius Diœcefeos Rei conveniendi. ibid.

Potest per Edictum citare, ubi tutus non pateat accessus, ad personaliter citandum. ibid.

Debet in Civitate, seu Diœcesi, pro qua deputatur morari, & non extra: quemadmodum ex illa, non ex alia eligendus est. ibid.

Judiciali indagine, quæ in rebus dubiis adhiberi solet, sive in Causis plenariis non utitur. Immo neque illa, quæ in Summariis adhibetur, etsi secunda hac inferior sit prima: sed illa, quæ in Notoriis, ubi opus erit adhibetur, quæ vel levissima, vel nulla est &c. ibid.

Ut Regularium Conservator rite procedere valeat, quomodo se gerere debeat? n. 2

Ubicumque jurisdictio competit alicui respectu certæ qualitatis, ante omnia debet eidem de illa qualitate constare. ibid.

Si Conservatori manifestum non sit, aliquid adversus Regulares esse patratum: vel si id manifestum sit; manifestum tamen non est, injuriam esse, procedere nequit. ibid.

Poterit tamen summatim examinare, num vere injuria fuerit, & notoria: & super ea de plano, & sine solemnitate Judiciorum, ad suam Jurisdictionem fundandam probationes, & testium depositiones recipere. n. 3.

Nam concessa jurisdictione in notoriis, necessario eo omnia concessa intelliguntur, sine quibus talis jurisdictio expleri non potest. ibid.

Testes, qui deponere debent, satis erunt duo. n. 4.

Quamvis ad efficiendum aliquid notorium, evidens, seu manifestum oporteat, quod illud omnibus, vel pluribus Civitatis populis, seu viciniæ notum sit; ad probandum tamen, factum aliquod fuisse notorium, duorum testimonium sufficiet. ibidem.

Depositio Testium, ut Notorium probetur, quænam esse valeat? ibidem.

Poterit etiam Conservator, delinquentem interrogare; num delictum commiserit? illudque punire, si delictum confiteatur, utpote quod notorium jam factum est notorietate Juris per ipsammet Confessionem Rei. n. 5

Quid si Reus delictum quidem fateatur, sed excusationem alleget? n. 6

Vix reperiri potest delictum tam notorium, quod non valeat aliquas excusationes, & tergiversationes, seu probationes habere. ibidem.

Inutile foret Conservatoris Officium, si quando factum in se notorium est, procedere non posset propter excusationes Rei, quæ notoriæ non sunt, & indigent probatione. ibid.

Quid si Reus neget delictum? n. 7

Quod non ita se habet, ut nulla excusatione, seu tergiversatione cælari valeat, per negationem redditur dubium. ibid.

Quid si Reus neque delictum fateatur, neque neget, immo taceat. n. 8

Si delictum notorium sit, sed Auctor delicti nesciatur, poterit Conservator ad mistam inquisitionem devenire, specialem ergo delictum, & generalem quoad personam. n. 9

ARTICULUS XIX.

Ad quæ, adversus quos, & pro quibus, ac intra quodnam spatium, extendat se Judicis, Regularium Conservatoris potestas, attento Jure peculiari Novo Privilegiorum.

Ubi

Selectiores Casus, ad quos attento Jure Novo Potestas Conservatoris extenditur.

Et

De Potestate Judicis Conservatoris Ordinum Militarium.

SUMMARIUM.

Potestas Judicis, Regularium Conservatoris, attento Jure novo, amplior est ea ad terminos Juris antiqui. n. 1

Extenditurque ad Universitatem causarum, adeoque tam civilium quam criminalium, & mistarum, a quibuscumque injuriis pullulantium, qua manifestis, qua non manifestis, seu Regulares Conventi, & Rei sint, sive Convenientes, & Actores. n. 2

Hæc potestas cognoscendi de omnibus causis, a quibuscumque injuriis etiam non manifestis pullulantibus, hodie post reformationem Gregorii XV. adhuc perseverat, ubi Regulares Conventi sint, & Rei: non perseverat tamen, ubi Actores, & Convenientes sint, nisi quoad cognoscendum de injuriis dumtaxat manifestis. ibid.

Potest articulum, ab alio Conservatore inchoatum prosequi, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico præpeditus &c. n. 3

Et hæc quoque potestas adhuc hodie perseverat. Ibid.

Si, elapso quinquennio, vel loco mortui Conservatoris, alius eligatur; potest hic articulum, a prædecessore inchoatum, prosequi. n. 4

Potest per Edictum citare, ubi tutus non pateat accessus ad personaliter citandum. n. 5

Quibus in casibus hujusmodi accessus non tutus habeatur? ibid.

Ubi Contradictor sit incertus, citantur omnes in genere, sua quomodolibet interesse putantes. ibid.

Præfatum edictum legi debet, ac in locis publicis affigi, ubi verisimilis habeatur conjectura, quod ad notitiam citatorum valeat pervenire. n. 6

Antequam Conservator citationem per Edictum decernat, debet summarie testes examinare super metu, potentia, & non tuto accessu. Neque ad ea probanda, juramentum partis sufficiens est. n. 7

Si Conservator, saltem summario de præmissis non cognito processu per Edictum decreverit, processus hujusmodi non valeret. n. 8

Potestas citandi per Edictum, nedum de Jure antiquo, & Novo, sed etiam de Jure novissimo competit Conservatori. ibid.

Tuetur Regularium Conservator, nedum personas, & Monasteria Religiosorum, & Monialium, verum etiam quæcumque eorumdem jura, bona, mobilia, & immobilia, privilegia &c. ab omnibus injuriis &c. tam irrogatis, quam irrogandis. n. 9

Hæc potestas sublata non est per Constitutionem reformatoriam Gregorii XV. n. 10

Tuetur quoque Regularium Syndicos, Procuratores, Servitores, Familiares &c. ibid. & n. 11

Modo

Modo Servitores, seu Familiares copulatim habeant requisita Tridentini sect. 24. de refor. c. 14. *limitant nonnulli.* n.12.

Reprobant tamen hanc limitationem alii. n. 13 & 14.

Neque hæc concessio sublata videtur per Constitutionem reformatoriam Gregorii XV. n. 15

Quinam dicantur Regularium Familiares, seu Servitores? n. 16

Familiares, seu servitores Regularium, ad effectum gaudendi privilegiis Summorum Pontificum, Servitoribus, & Familiaribus Monasteriorum concessis, debent toti Communitati inservire, non peculiaribus Religiosis; nisi ad id a Prælatis Regularibus, & non ex libito particularium Religiosorum sint designati. n. 17

Regularium Conservator procedit adversus omnes, & quoscumque molestatores Regularium, eorumque bonorum, jurium, privilegiorum, &c. etiamsi molestatores sint Communitates, & Collegia; cujuscumque qualitatis, vel conditionis illi existant, & quacumque Ecclesiastica, etiam Patriarchali, Archiepiscopali, aut Episcopali, ejusve generalis Vicarii, vel mundana dignitate muniti. n. 18

Trahere potest ad suum judicium personas, existentes etiam extra Civitatem, & Diœcesim, pro qua est deputatus Conservator; modo non trahat ultra tres dietas; & quamvis ipse extra dictam Civitatem, seu Diœcesim existat. n.19

Revocat per Censuras, & pœnas ad Religionem Apostatas, sesque ab obedientia subtrahentes. n.20

Atque hujusmodi potestas permanet hodie post Constitutionem Gregorii XV. ibid.

Potest censuris, etiam iteratis vicibus, ligare, ac declarare ligatos, omnes, & quoscumque molestatores præfatos, appellatione postposita compescendo, & invocato si opus fuerit Brachii sæcularis auxilio, ac loca quæcumque Ecclesiastico interdicto subjicere. num. 21.

Procedit adversus illos, qui violenter extrahunt Malefactores ab Ecclesiis, & Monasteriis Regularium. n.22

Nequit tamen facultatem, illos extrahendi concedere, etiam in casibus, in quibus immunitas Asyli non suffragatur; cum id, privative quoad alios, ad Episcopos, eorumve Officiales pertineat. n.23

Episcopi, eorumve Officiales nequeunt, sine consensu Regularis Prælati extractionem reorum ab Ecclesiis Regularium tentare, aut ad illam intentandam licentiam dare. n.24

Procedit etiam adversus Episcopum, extrahentem ab Ecclesia Regularium, sine consensu Regularis Prælati, Clericum Subditum, etiam dato, quod Clericus non gaudeat Immunitate contra suum Episcopum. n. 25

Episcopus nullam potest in locis exemptis jurisdictionem exercere. n. 26

Locus exemptus æquiparatur loco extra Diœcesim. ibid.

Monasterium, recens inchoatum, & nondum ad habitationem Regularium aptum, privilegio gaudet Immunitatis Asyli. n.27

Monasterium hoc æquiparatur Ecclesiæ, quæ solum fabricari cœpta, & nondum terminata, privilegio fruitur Immunitatis. ibid.

Privilegium Immunitatis Asyli immediate competit Monasterio materiali; quod non desinit esse reale, quantumvis nullus ibi Religiosus inhabitet. ibid.

Procedit quoque Regularium Conservator adversus Extractores Reorum a Grangiis eorumdem, ubi pro Missis celebrandis privatum Oratorium extat: sive a Domibus rusticis, sive Villis, in quibus Religiosi ad aliquod tempus, recreationis causa, degunt; sive ab hospitiis eorumdem, in quibus ordinarie Religiosi non commorantur, sed solum ad ea divertunt, quando itinerantur: sive demum ab iis Hospitiis, in quibus permanenter habitant aliqui Religiosi, suntque parvæ Domus Religiosorum, & quasi membra Monasterii, ac sub ejusdem Prælati gubernatione; cum privilegio fruantur Asyli. n. 28

Grangiæ appellatione veniunt Domus rusticæ, seu Villæ cum Capella, in quibus Religiosi, recreationis causa, non permanenter, sed ad aliquod tempus commorantur. n. 29

Hujusmodi Grangiæ, seu Domus rusticæ, seu Villæ cum Capella, immunitate fruuntur Asyli: idque probatur. n. 29. 30. & 31

Grangiæ nomine venit etiam Hospitium, in quo ordinarie Religiosi non habitant, sed solum ad ipsum divertunt, quando iter faciunt. Ipsumque privilegio gaudet Immunitatis Asyli. n. 32

Grangiæ nomine tandem intelliguntur Hospitia, seu parvæ Domus Religiosorum, quæ sunt quasi membra Monasterii, in quibus aliquot Religiosi degunt permanenter, ac sub ejusdem Monasterii Superioris guberuio. Ipsaque Immunitate fruuntur. n. 33

Præfatas Grangias, seu Domos rusticas, sive Villas, & Hospitia cum Capella gaudere privilegio Immunitatis Asyli, multipliciter confirmatur. a n. 34. usque ad 39. inclusive.

In laudatis Grangiis, seu Villis &c. cum Capella, si nostræ Societatis sint, lucrari potest singulis mensibus Jubilæum Communionis generalis, a Paulo V. Societati concessum. ibid.

Sacella, seu Capellæ, & Oratoria prædiorum sunt auctoritate Pontificis fundata, & Religionibus ab ipso concessa. n. 34

Prædicta Sacella, seu Capellæ, & Oratoria comparantur Atriis Ecclesiarum ab Eugenio IV. n. 35

Sacella, seu Capellæ, & Oratoria prædiorum, sicut & prædia ipsa sunt pars Monasterii. n. 35. & 36.

Prædium, seu Grangia est membrum suppositum Monasterio, in quo extat Oratorium ad celebrandum. n. 36

In favoribus Suburbia, Prædia, Villæ, Horti, Viridaria, Grangiæ, & alia loca, alicui Civitati subjacentia, sub nomine illius Civitatis comprehenduntur: illiusque privilegiis potiuntur, tam in Sæcularibus, quam in Ecclesiasticis. n. 37

Qui nascitur in Castro, Vico, vel Municipio, Subdito Civitati, censetur ejusdem Civitatis. ibid.

Qui in continentibus Urbis nati sunt, Romæ nati sunt. ibid.

Dicitur nasci in Civitate, qui in Territorio nascitur. ibid.

In odiosis secus res se habet: cum tunc nomine Civitatis solum Urbs, muris circumdata, intelligatur, seu quæ murorum ambitu finitur. ibid.

Accessorium sequitur naturam sui principalis. num. 38.

Est autem Accessorium, quod adjacens est alteri, seu quod necessarium, aut utile, aut connexum est principali. n. 38

Prædia Regularium, cum sint quid accessorium, utpote utile, connexum, & necessarium Monasterio, illius naturam, & privilegia sequuntur. ibid.

Ecclesia Monasterii in Civitate est veluti caput omnium Sacellorum, Capellarum, & Oratoriorum, tam intra Monasterium, quam extra, in suis Prædiis existentium. Quamobrem indulta, & gratiæ, illi concessæ, his etiam conceduntur. n.39

Grangiæ, seu Hospitia Religiosorum cum Capella, sunt locus sacer, quemadmodum quivis alius locus

Religiosus, & Ecclesiasticus: ac Monasterio æquipollent; quia Monasterium dicitur Monachorum statio. num. 40.

Jura consensum Episcopi requirunt, in fundatione Monasterii; cujus nomine non venit Hospitium. num. 41.

Regularium Conservator absolvit in foro fori ab Excommunicatione, incursa per violentam extractionem Reorum ab Ecclesia, vel Monasterio Regularium. n. 42

In foro conscientiæ absolvit etiam a præfata censura Prælatus Regularis illius Ecclesiæ, seu Monasterii, cui per extractionem injuria, & violentia facta est. ibid.

Excommunicationem ipso facto incurrunt Judices sæculares, extrahentes violenter malefactores ab Ecclesia: Illa tamen non incurrunt volentes inquirere, an dicti malefactores in Ecclesia sint, vel Monasterio; atque adeo portas Ecclesiæ, vel Monasterii violenter infringentes, si nolint, eas Regulares aperire. n. 43

De quocumque Jure Conservator absolvit a censuris, a se latis. n. 44

Potest a censuris absolvere, qui per illas ligavit; ejusve Superior, vel Delegatus. ibid.

Potestas Judicis Conservatoris Ordinum Militarium extenditur ad ea, ad quæ se extendit Conservatoris Ordinum non Militarium potestas, nedum ob privilegiorum communicationem cum illis, verum etiam ob peculiaria privilegia remuneratoria, Ordinibus Militaribus indulta. n. 45

Privilegiis remuneratoriis Conservatorum non derogare Constitutiones Clementis VIII. incip. Sanctissimus, *& Gregorii XV. incip. eodem modo, contendit* Mendo: *& quare?* n. 46. & 47

ARTICULUS XX.

Ad quæ, adversus quos, & pro quibus extendat se potestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo Reformationis Gregorianæ,

SUMMARIUM.

Amplissima Judicis Regularium Conservatoris potestas ad terminos Juris novi privilegiorum in nonnullis hodie manet alterata, & restricta per Jus novissimum Constitutionis Gregorii XV. n. 1

In reliquis innovata, & confirmata, ac in antiquo robore relicta, ibid.

Quidquid hac Lege non specialiter videtur expressum, id veterum Legum, Constitutionumque regulis omnes relictum intelligant. ibid.

Quænam Conservatorum privilegia per Jus novissimum Constitutionis Gregorianæ alterata sint, quænam limitata, quænam in antiquo vigore relicta? num. 2.

Judex Regularium Conservator attento jure novissimo, ea omnia potest, & adversus eosdem, pro Regularibus Conventis, & Reis, quæ, & contra quos potest attento Jure novo, sed non intra idem trium dietarum spatium. n. 3

Pro Regularibus vero Convenientibus, & Actoribus ea potest, & adversus eosdem, quæ, & contra quos potest attento Jure antiquo, & quidem intra ejusdem Civitatis, seu Diœcesis fines, non extra, ultra unam dietam. ibid.

ARTICULUS XXI.

Ad quæ peculiarius, adversus quos, & pro quibus, attento Jure novissimo, extendat se potestas Judicis Regularium Conservatoris.

Ubi

Resolutionum Miscellanearum centuria, tangentium præcipue Regularium privilegia, per eorumdem Conservatorem tuenda.

SUMMARIUM.

Potestas Judicis, Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, nedum se extendit ad ea, ad quæ attento Jure antiquo se extendere, dictum est; sed etiam ad ea, ad quæ attento Jure novo, sed per Jus novissimum revocata non sunt. n. 1

Immo ad alia complura se extendit, in prædictis contenta, sed ab aliquibus exclusa, adeoque controversa. n. 2

Regularium Conservator, attento Jure novissimo, de omnibus omnino causis cognoscit, tam videlicet Civilibus, quam Criminalibus, & Mistis. n. 3

Trindent. sess. 24. de reform. cap. 5. *decernens, Conservatorem non posse cognoscere de causis Criminalibus, & Mistis, sed de Civilibus tantum, & ubi personæ conservandæ Rei fuerint, non loquitur de Conservatore Regularium.* n. 4

Hæresis causæ, aut ad hæresim pertinentes, quantumvis Criminales sint, a locorum Ordinariis, Dominisque Inquisitoribus, privative quoad alios cognoscuntur. n. 5

Causas Fidei sine expressa concessione nequit Conservator cognoscere, etsi ex Privilegio, vel Rescripto habeat, quod possit de causis Criminalibus cognoscere. ibidem.

In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. ibid.

Generalis commissio facta Legato per Papam non extenditur ad causas Fidei. ibid.

Tenuis transactio plerumque præstat pingui sententia. n. 6

Regularium Conservator, attento Jure novissimo, de omnibus prædictis causis cognoscit, etiamsi injuriæ manifestæ non sint, & judicialem indaginem exposcant; modo Regulares Conservandi Rei sint, & non Actores. a n. 7. usque ad 21

Quod multipliciter a nonnullis Doctoribus evincitur, & objectionum solutione confirmatur. n. 22

Dispositio, includens certam rem, seu personam, excludit reliqua. n. 24

In privilegio, seu facultate aliquid faciendi, inclusio unius importat exclusionem alterius. ibid.

Observantia, etiam unius actus, deservit pro interpretatione. n. 30

Et Observantiæ interpretativæ adeo defertur, ut præferatur interpretationi magis veræ, & Juri magis conformi. ibid.

Innovatio Constitutionis non plus operatur, quam si Constitutio conderetur de novo: condita autem de novo juri peculiari privilegiorum non derogat. n. 31

Derogatio quoad unam partem non debet extendi ad aliam; cum materia derogationis sit stricte accipienda. n. 32

Declaratio Sacræ Congregationis Concilii 24. Martii 1657. *de Regularibus etiam Reis coram Ordinario conveniendis, non coram Conservatore in causis, judicia-*

ciolem indaginem requirentibus; cum sit generalis non comprehendit privilegiatos in specie. n. 33

Quemadmodum Declaratio Sacræ Congregationis, quod Abbates nequeant benedicere ea, in quibus requiritur Sacra Unctio, utpote generalis, non comprehendit Abbates privilegiatos in specie. ibid.

Regularium Conservator, attento Jure novissimo, procedit adversus injurias Reales, Verbales, & Scriptas. n. 34

Qui ausu temerario præsumpserint, Ecclesias, aut loca Regularium infringere; aut in illis violentiam damnabilem exercere, ipso facto excommunicationem incurrent, a qua absolvi non poterunt, nisi per Sedem Apostolicam, vel per Conservatores, ab eadem Regularibus ipsis deputatos. ibid.

Potest Conservator eum punire, qui Sanctimonialis, aliusve Regularis personæ honestati injuriam fecit, ejus pudorem maculando. n. 35

Injuriæ Verbales, & ipsæmet veræ injuriæ sunt; cum non jure irrogentur. ibid.

Injuria in rebus frequentius, quam in factis deprehenditur. ibid.

Injuria specialiter dicitur de Verbali. ibid.

Sacræ Scripturæ pluribus in locis, sicut & Sancti Patres, linguæ damna commemorant: eum nonnullis Scripturarum locis nonnulli Patres adducuntur. num. 36.

Procedit Conservator adversus injurias Scriptas, quæ nimirum vel per Libellos famosos contra Regulares irrogantur; vel per impugnationem Institutorum, & Constitutionum Ordinum Regularium; denuntiando Impugnatores, in Excommunicationem latæ sententiæ, eamque Papæ reservatam, incursos: & Libellarios, pariter incursos in Excommunicationem latæ sententiæ. n. 37

Regularium Conservator, attento Jure novissimo, procedit adversus omnes, & quoscumque, ac qualescumque injuriatores, & molestatores Regularium, nedum Clericos, & laicos, sed etiam Religiosos alterius Ordinis. n. 38

Conservatores, cum sint Judices a Papa deputati, competentes sunt nedum respectu Clericorum, & Religiosorum, sed etiam respectu laicorum, qui omnes subduntur jurisdictioni Papæ. ibid.

Non possunt Regulares, Conservatorem eligere pro eo, qui ipsis injuriam intulit; ut sic a manibus brachii sæcularis liberetur, quod ipsum injuriatorem rigorose volebat punire. n. 39

Conservator, attento Jure novissimo, procedit adversus molestias, perturbationes, injurias, gravamina, vel damna Regularibus, eorumque Procuratoribus, Agentibus, Servitoribus, Familiaribus in Personis, Rebus, & Bonis illatas, aut inferendas. n. 40

Seu super libertatibus, privilegiis, indultis &c. Super Terris, Domibus, & juribus; fructibus, censibus, redditibus, & proventibus, ac quibuscumque aliis bonis mobilibus, & immobilibus, spiritualibus, & temporalibus &c. ibid.

Sive exigendo ab eis vectigalia, datia, pedagia, gabellas, collectas, aut alia onera. ibid.

Conservator Regularium est Judex competens illius sæcularis, qui Conservatorem non habet, sed una simul cum Religioso passus est injuriam; aut alias rem habet cum illo communem, seu connexam. n. 41

Si injuria sit collata Scholastico, & alteri in ejus Societate non Scholari, agatque pro recepta injuria coram suo Conservatore Scholasticus; poterit etiam alter non scholaris agere coram eodem. ibid.

Causa possessionis, & proprietatis debet coram eodem Judice terminari: ne continentia causæ dividatur: neque super uno, eodemque facto contrariæ, vel diversæ saltem ferantur sententiæ: & ne una, eademque res diverso Jure censeatur. ibidem.

Idem esto judicium de potestate Conservatoris in favorem Clericorum, causam communem, seu connexam habentium cum Regularibus &c. n. 42

Si Laicus delinquat cum Clerico, Judex Ecclesiasticus de utriusque communi crimine cognoscit. ibidem.

In causis communibus, seu connexis Judex illius personæ cognoscit, qui est magis dignus. num. 43.

Conservator Regularium magis dignus est, quam Judex laicus Sæcularium; quemadmodum Judex Conservator Scholarium, quam merus Judex non Scholarium &c. n. 44

Regularium Conservator magis dignus est, quam Ordinarius Clericorum, sive Episcopus in causa utrisque communi. n. 45

Et in causa, sibi demandata, conservationis Regularium major est Conservator Episcopo, Archiepiscopo, Primate, Patriarcha, Legato etiam de latere &c., licet in aliis par, aut etiam inferior sit. ibidem.

Conservatores sunt Judices Ordinarii, sed illis committuntur causæ, ut Sedis Apostolicæ delegatis. num. 46.

Delegatus in causa delegationis dignior est quocumque Ordinario. ibid.

Ratione dignitatis si controversia sit de jurisdictione inter Conservatorem, & Ordinarium, cognoscit Conservator. ibid.

Regularium Conservator impedit novam ædificiorum erectionem prope Conventus Religiosorum, vel Monialium; aut in jam erectis ædificiis novam aperitionem fenestrarum; ne Monachi, vel Monachæ inde videantur, & molestentur. n. 47

Olyssipone mandavit Rex, dirui, vel claudi januam sæcularis domus, ex qua Religiosi Tertiarii ejusdem Urbis intra Conventum videbantur, & inquietabantur. ibid.

Regularium Conservator, attento Jure novissimo, cognoscit de juribus, & Actionibus, quæ Religiosis ex cessione conveniunt. n. 48

Idque non probibet Trid. sess. 14. de reform. c. 5. immo ibi Concilium non loquitur de Conservatore Regularium. n. 49

Verbum potest facultatem sine necessitate significat. ibid.

Non est tamen competens ipse Conservator, sicut nec alius quivis Judex saltem ad effectum, ut agens ex jure cesso obtineat; sed solum ut locum habeat dispositio, & pœna juris in casibus prohibitis, & quoties cessio simulata præsumitur. n. 50

Regularium Conservator, attento Jure novissimo, non Ordinarius loci, cognoscit super pertinentia Jurispatronatus, nedum respectu Capellæ, fundatæ in Capella Ecclesiæ Regularium, verum etiam respectu ejusdem Capellæ. n. 51. & 52

Regularium Conservator, attento Jure novissimo, potest in possessionem mittere: dare Curatorem ad litem: & in integrum restituere. n. 53

Nequit tamen adversus propriam definitivam sententiam in integrum restituere; cum jam dicatur functus officio suo. ibid.

Potest mutuas petitiones admittere, Conventionem nimirum ex parte Actoris, & Reconventionem ex parte Rei. n. 54

Reconventio quamvis proponi queat tam coram Judice Ordinario, quam coram Delegato; nequit tamen proponi coram Delegato, qui sit de consensu utriusque partis datus; & coram Arbitrario, seu Compromissario. n. 55

Si Reus coram Conservatore in causa summaria, velit reconvenire Actorem suum in alia causa non summaria, potest utique illum reconvenire: at tunc causa non summaria fiet & ipsa Summaria. n. 57.

Si causa committatur appellatione remota, ea quoque remota censetur in Reconventione. ibid.

Si per Procuratorem Actoris petatur cautio damni infecti; & Reus velit Dominum in aliqua actione reconvenire; Procurator tenetur illum defendere. ibid.

Si Papa causam committat, sine figura judicii cognoscendam ad instantiam partis, videtur remissa plena cognitio etiam in Reconventione. ibid.

Si coram Conservatore, cui causa committitur, sine figura Judicii terminanda, Reus Actorem conveniat etiam in causa alias plenaria, poterit hæc quoque summarie cognosci, & definiri. ibid.

Ut legitime procedat Reconventio, facienda est in ipso litis exordio: quamvis proponi queat quandocumque, durante eodem Judicio, scilicet ante prelatam sententiam. n. 58

Si Reconventio fiat in progressu Judicii, aut in litis exordio, quomodo Judex se gerere debeat? n. 59

A solo Reo facienda est Reconventio, adeo ut nequeat Actor, reconventus a Reo, a se convento, reconvenire iterum reum ipsum reconventorem. n. 60

Et proponenda in causis non exceptis; cum in exceptis non admittatur. n. 61

Causæ exceptæ sunt causa Criminalis, criminaliter intentata super pari, vel minori crimine; causa Appellationis; causa Spolii propter privilegium Spoliati, causa excommunicati, causa executiva, quando scilicet executio petitur instrumenti executionati, quia habet vim sententiæ; & quævis alia, de qua Judex cognoscere non potest. a n. 62. usque ad 67

Super majori crimine, vel ad prosequendam suam, suorumque injuriam, potest reus Accusatorem suum reconvenire coram eodem Judice, si est competens utriusque. n. 6u

Quemadmodum ubi Reus est civiliter tantum de crimine accusatus, potest etiam civiliter Accusatorem reconvenire, si Judex est competens utriusque. ibid.

Nequit tamen Reus criminaliter conventus, Accusatorem suum civiliter reconvenire; licet admittatur, si criminaliter illum reconveniat, objiciendo E. G. quod falsas testes produxerit contra se. ibid.

Et in hoc casu suspenditur Actio civilis, donec causa finiatur criminalis. ibid.

Spoliatus, trahens Spoliatorem in Judicium, nequit ante restitutionem a Spoliatore reconveniri; nisi de alia spoliatione per modum exceptionis. n. 64

Reconventio non est defensio, sed nova Actio, & impugnatio. n. 65

Regularium Conservator, attento Jure novissimo, controversiam dirimit inter duos Religiosos simplices, vel Religiosos Procuratores, aut Conventus diversorum Ordinum. a n. 68

Quamvis possit coram Regulari Prælato Religiosi simplicis, Procuratoris, vel Conventus rei, suam causam exponere Religiosus simplex, Procurator Religiosus, Conventus Actor alterius Ordinis, illeque litem decidere. n. 71

Ubi duo Religiosi diversorum Ordinum &c. litigant inter se, & ambo eligunt Conservatorem; ille tantum Conservator procedere debet, qui prævenit. n. 7u

At solum Conservatorem Religiosi Rei procedere posse, contendit Nidus. n. 73

Favorabiliores sunt partes Rei, quam Actoris. ib.

Nequit tamen Regularium Conservator, dirimere controversiam inter præfatos Religiosos simplices, Religiosos Procuratores, seu Conventus ejusdem Regionis; utpote qui proprios habent infra Ordinem Prælatos in Judices, tam in Civilibus, quam in Criminalibus, & Mistis. n. 74

Quod & finis ipse, ob quem inducti fuere Regularium Conservatores, ostendit. n. 75

Nequit etiam Regularium Conservator, controversiam dirimere inter duas Moniales ejusdem Religionis, sed diversorum Monasteriorum, Regularibus subjectas: vel inter Religiosum, & Monialem ejusdem Ordinis: aut inter Monialium Monasterium, Regularibus subjectarum, & Conventum Religiosorum ejusdem Instituti: cum id pertineat ad Ordinis Prælatos, qui Jurisdictionem habent in utramque partem. n. 76

Nequit pariter appellationes Religiosorum a suo Prælato recipere, etiam in casu, quo alias ipsi licita esset appellatio: Nec querelas eorumdem adversus alios Religiosos admittere. Nec de delictis ipsorum cognoscere, eosque punire. n. 77. 78. & 79

Regularium Conservator, attento jure novissimo, procedit adversus injuriam, quam sibi invicem inferunt duo Religionum diversarum Fratres; & uterque ad suum Conservatorem recurrit &c. n. 80

Sed non uterque Conservator in hoc casu, sed ille, qui prior fuit aditus, procedere potest. ibid.

Si constet, quis primo injurias passus fuerit, hic per Nidum injuriantem ad proprium Conservatorem trahere debet, & in dubio Arbitri sunt eligendi. n. 81

Regularium Conservator, attento jure novissimo, super causa Novitiorum de debitis, contractis in sæculo, cognoscit. n. 82

Estque Conservator Judex competens litis, intentatæ a Sæcularibus Scholari Societatis Jesu super ejus bonis; quorum adhuc post Vota biennii dominium retinet. n. 83

Sufficit, quod persona, quæ convenitur, sit persona Societatis, etsi bona, ratione quorum illa convenitur, Societatis non sint, ut ad eam potestas Conservatoris extendatur. n. 84

Regularium Conservator ad causas etiam Familiarium eorumdem extenditur, atque adeo ad decidendas lites super bonis ipsorum. n. 85

Scholares Societatis Jesu, post Vota simplicia, ab omnium aliorum Judicum jurisdictione sunt exempti. n. 86

Novitii, & ejus bona gaudent omnimoda exemptione, adeo ut licet bona Novitiorum non fiat bona Religionis, adhuc tamen gaudeant exemptione a gabellis. n. 87

Scholaris Societatis, super cujus bonis intentatur lis a Sæculari, cogere non potest Sæcularem Actorem suum, ut ipsum potius coram Conservatore conveniat, quam coram alio Judice competente; cum electio semper sit penes Actorem, qui incipit litem. n. 88

Regularium Conservator, attento Jure novissimo, procedit adversus laicos, illorum debitores ex causa civili. n. 89

Injuriæ appellatione damnum culpa datum interdum significatur. n. 90

Quamvis verba rescripti stricte sint accipienda, debent tamen secundum subjectam materiam explicari. ibid.

Negatione res efficitur dubia. n. 91

Conservatoriæ Regularium per Trident. sess. 24. de refor. c. 5. remanent in dispositione Juris communis, & peculiaris privilegiorum, quæ in ipsis Conservatoriis præter, & contra Jus commune continentur. n. 92

Quamobrem hujusmodi privilegia per Tridentinum abrogata non sunt; immo potius sunt confirmata. ibid

Contumelia, injuria, vis, quæ locis, rebus, & personis Religiosis infertur, est causa misti fori, utpote sacrilegium. n. 93

Debitor, non solvens Regularibus id, quod tenetur, ipsos impedit, ne fruantur, aut utantur bonis propriis. n. 94

Actio

Actio contra Jus, & quæ alteri damnum infert est injuria manifesta. n. 95

Regularium Conservator procedit etiam adversus Regulares, Sæcularium debitores ex causa civili, & debito pecuniario. n. 96

Regulares, gravati ære alieno, vel ad ratiocinia obligati, aut testamentorum executores, coram Ordinario loci conveniendi sunt, si Conservatores non elegerint. n. 97

Si tamen elegerint, coram ipsis, non coram Ordinario sunt conveniendi. n. 98

Immo neque coram suo Regulari Prælato ob debita communia, seu Conventus: quamvis conveniri possint coram illo ob debita propria particularia, si degant intra claustra. n. 99. & 100

Quod in gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum. ibid.

Judices Regulares in exhibenda justitia Creditoribus, solent interdum esse in judicio remissi. n. 101

Regulares, extra claustra degentes, si habeant Conservatorem, coram illo sunt conveniendi: si non habeant; coram Ordinario loci; quemadmodum Regulares, degentes intra claustra, sed Conservatorem non habentes. n. 102

Judex competens Regularium, puta Conservator, & in ejus defectu Episcopus, quando non potest cogere remediis ordinariis Prælatum Regularem, ad solvenda debita, uti potest remedio subsidiario excommunicationis, non tamen Suspensionis, illum videlicet ab officio suspendendo; neque Interdicti. n. 103

Conservator Regularium, attento jure novissimo, potest illis, nolentibus solvere debita, subhastationem mandare; aut pignus tot bonorum, etiam stabilium, ad faciendum satis Creditoribus, quando nequit eos cogere in pecunia numerata. n. 104

Modo nonnullæ limitationes concurrant, vel adsit urgens necessitas, & sit periculum in mora. ibid.

Non potest, neque debet Conservator, interponere decretum in contractum alienationis, seu alterius obligationis, Monasterio contrahendæ. n. 105

Conservator est Judex litium, non Contractuum. ib.

Prior Regularis excedit annum XXV. ætatis suæ. ibidem.

Capitulum Religiosorum dicitur Senatus. ibid.

Siquis Monasterium ad alienandum manifeste compelleret, posset Conservator illud defendere, eo quod manifesta injuria, & violentia fieret illi. n. 106

Potest Regularium Conservator, ad faciendum satis mutuantibus Creditoribus, illis adjudicare prædium aliquod Monasterii stabile, si pecuniam ad solvendum mutuum, non habeat monasterium. n. 107

Citare etiam potest Conservator, attento Jure novissimo, sub pœna excommunicationis Religiosum, quia non vult comparere conventus coram ipso in causa debiti proprii, vel Monasterii, ad respondendum, vel testificandum in causa. n. 108

Potest facere Represalias, quando alius Conservator damnum intulit Monasterio, sibi commisso. n. 109

Quemadmodum facere, vel concedere Repræsalias, potest Episcopus, quando Clericus, vel alius Episcopus damnum personæ Ecclesiasticæ intulisset. n. 110

In causis Civilibus Mercedum, & miserabilium personarum Conservator est Judex competens Regularium, si degant intra septa. n. 111

Quod si Regulares degant extra septa, & habeant Conservatorem, potest Ordinarius loci, vel ipsemet Conservator in præfatis causis Judex competens esse n. 112. & 113

Verbum possit *facultatem importat sine necessitate: quamvis præcedente negatione præcisam necessitatem importet.* ibid.

Causæ civiles Mercedum sunt obligationes solvendi stipendium Operariis. n. 114

Personæ miserabiles sunt non plebei, sed illi, quibus Natura movetur ad miserandum propter injuriam fortunæ: ut Pupilli, Viduæ, morbo diuturno fatigati, Cæci, Leprosi, Claudi, Furiosi, Captivi, Pauperes, præsertim Religiosi, servientes Ecclesiis, Mercatores, qui in itinere gabellis gravantur, ad Carceres damnati, Advenæ, Ecclesiæ, Virgines, Meretrices, de novo ad Fidem conversi, aliæque id genus personæ Judicis arbitrio, in quibus eadem, vel major militat ratio. n. 115. & 116

Ex identitate rationis fieri potest extensio de casu ad casum. ibid.

Ubi eadem est ratio, non dicitur fieri extensio, sed intensio, seu declaratio. ibid.

Regulares, extra claustra degentes, non sunt, qui Prædicationis, vel Confessionis, seu Eleemosynæ petendæ causa, vel alterius rei similis, ad tempus, & non permanenter extra Monasteria commorantur: neque qui secundum propria Instituta alicui Beneficio, vel Monasterio Monialium, cum subjectione ad proprios Regulares Prælatos, inserviunt: aut in aliquo membro, vel Grangia Monasterii degunt. n. 117

Sed qui sine licentia vivunt extra claustra: vel si cum licentia; sunt tamen in loco ita distanti, ut nequeant per suos Superiores visitari: aut qui de licentia Papæ, vel privilegio extra Monasterium permanenter commorantur, Apostolicæ Sedi immediate subjecti. n. 118

Pro hujusmodi Regularibus, extra claustra degentibus, Apostolicæ Sedi immediate subjectis, deputari consuevere Judices Conservatores, qui privative quoad alios de omnibus eorum causis cognoscerent, tam civilibus, quam criminalibus, & mistis, judicialem etiam indaginem exposcentibus, utraque dempta causa mercedum, & miserabilium personarum, quæ cognosci etiam potest ab Ordinariis locorum. ibid.

Locationes ultra triennium, per Commendatores Sancti Joannis Hierosolymitani factas, sive alienationes bonorum Commendæ absque solemnitatibus, & causis, in alienatione rerum Ecclesiasticarum requisitis, Conservator annullat, reducendo, & revocando bona, sic alienata, ad dictam mensam. n. 119

Commendatarii perpetui Ordinum Militarium Prælatis æquiparantur ac Beneficiariis: omniaque ipsis competunt, quæ veris Prælatis, & Beneficiariis. n. 120.

Commendæ, seu Præceptoriæ Sancti Joannis Hierosolymitani non veniunt in generali reservatione cap. 2. de Præbend. in 6. ibid.

Quod potest Conservator Ordinum militarium in casu alienationis, potest etiam Conservator Ordinum non Militarium. n. 121

Regularium Conservator, etiam attento Jure novissimo, cogit Monasterium, alias capax bonorum, ad alimenta præstanda alteri Monasterio diversi Ordinis, in quo suus Religiosus dyscolus ad agendam pœnitentiam est relegatus. n. 122. & 123

Non cogit tamen præfatum Monasterium, si bonorum incapax sit; cum teneatur alere Religiosum dyscolum in hoc casu Monasterium illud, in quod relegatur. n. 124

Debita, a Religioso facta ex delicto, vel contractu, propria auctoritate inito, si ex illis Monasterium factum est ditius, aut saltem hæres est Religiosi præfati, tenetur Monasterium solvere: & recusans, potest ad solvendum a Conservatore coerceri. n. 125 126. & 127

Non tenetur tamen, si ex illis debitis Monasterium factum non sit ditius; neque hæres sit Religiosi præfati. n. 126

Delictum

Delictum personæ convertendum non est in Ecclesiæ damnum. ibid.

Pater, aut Dominus non obligatur ex contractibus per filiosfamilias, aut per servos initis. ibid.

Delictum Praelati nocet Ecclesiæ, & Monasterio, si fuerit patratum communicato consilio cum Capitulo. ibid.

Cuicumque bonorum Successori commune est, quod aere alieno ejus, cui succedit, astringatur, sed proportionaliter ad vires hæreditatis. n. 127

Religiosus Praelatus, recusans solvere debita, a suo Religioso subdito contracta, dum iter faceret ex obedientia, casuque ægrotaret in itinere &c., a suo Conservatore ad solvendum obligatur. n. 128

Religio nedum ex Charitate, aut Fidelitate, sed etiam ex Justitia tenetur, Religiosis suis alimenta suppeditare, necessaria videlicet ad victum, vestitum, habitationem, medicinas, Sepulturam &c. ibid. & n. 129.

Religiosi in Jure inter Filios respectu suorum Monasteriorum computantur. n. 130

Filiis debentur alimenta, proprio statui congruentia. ibidem.

Per religiosam Professionem tacitus contractus initur inter Religiosum profitentem, & Religionem, ejus professionem acceptantem. ibid.

Omnis contractus est ultro, citroque obligatorius ex Justitia. ibid.

Bona Monasteriorum dantur a Fidelibus in sustentationem Religiosorum: unde Religiosi jus habent ad illa. ibid.

Religiosus, vere indigens aliqua re circa victum, vestitum &c., suamque indigentiam exponens Superiori, qui tamen nolit ei providere; potest rem illam occulte sibi accipere; aut pecuniam ex Monasterii reditibus, qua rem illam sibi emat. n. 131

Religio debet, Religiosis suis alimenta subministrare, large potius, & abundanter, quam parce, & diminute. n. 132

Medicinæ sub nomine alimentorum continentur. num. 133.

Regulariter non tenetur religio, medicinas extraordinarias, & pretiosissimas Religiosis ægrotantibus suppeditare. n. 134

Sanctus Franciscus de Paula illud unice in sua regula præcepit sub mortali: ut de omnibus necessariis Superiores pro salute celerius restauranda providerent infirmis. Et interrogatus quid foret agendum, cum in pauperrimo aliquo Conventu non posset infirmis de necessariis provideri? vendendas esse eo casu (respondit) Campanas, & Calices, & infirmo succurrendum. ibid.

Si Religiosus ægrotans valde foret Religioni necessarius, ei extraordinariæ, & pretiosissimæ Medicinæ tribuendæ sunt; cum illæ expensæ extraordinariæ cederent in majus bonum Religionis. n. 135

Sepultura etiam sub nomine alimentorum comprehenditur. n. 136

Religio non tenetur, alimenta præstare Religiosis Apostatis, & Fugitivis. n. 137. & 138

Pater non tenetur, alere Filium, sua culpa discedentem. n. 137

Tenetur vero Religio ad expensas, & alimenta, si Religiosus Apostata, vel Fugitivus ab aliquo caperetur, revocandus ad Monasterium. n. 139

Sique ipsemet Apostata, vel Fugitivus, pœnitentia ductus, redeat. n. 140

Vel si licite fugiat, & ex justa causa: ut nimirum se præsentet Superiori. n. 141

Monasterium tenetur, dare monacho expensas necessarias ad litem, & suum Superiorem accusanti. ibidem.

Si Monachus Apostata, vel Fugitivus, ratione morbi, aut senectutis, nequeat alimenta sibi comparare, tenetur illum alere religio, non tamen ex justitia, sed ex Charitate. n. 142

Religio non tenetur, alimenta ministrare, seu patrimonii, vel beneficii assignationem facere legitime ejectis, seu laicis, sive etiam Clericis, & in Sacris Ordinibus constitutis. n. 143. & 144

Atque ita decidit Parlamentum Tholosanum in causa Claudii Bernardi e Soc. Jesu dimissi: Et pluries Sacr. Congreg. Concil., præsertim in una Limana in universum; ac in altera Gerundensi contra Martinianum Battle Sacerdotem Gerundensem, e Societate dimissum, & in alia Panormitana contra Georgium Vaccarinum Siculum Sacerdotem Caccabensem e Societate pariter ejectum. n. 145

Et statuit tandem, ac declaravit Benedictus XIII. in Const. 45. Injuncti. ibid.

Quamvis, decedente Novitio in statu Novitii, & intestato, Monasterium in ejus bona non succedat: succedit tamen, decedente in statu professionis, & jam professo per professionem, in articulo mortis jam emissam. n. 146. & 147

Bona Religiosi ad aliam Religionem transeuntis, sed in priori Religione acquisita, sunt prioris Religionis; eaque proinde nequit Religiosus ad posteriorem Religionem deferre. n. 148. & 149

Beneficium, quod per legem conceditur, sine præjudicio Tertii concessum intelligitur. n. 150

Regularium Conservator est Judex competens in causa Feudali, ubi nimirum agitur de reparatione, & satisfactione facienda Domino Feudi a Regularibus Feudatariis. n. 151

Secus tamen, si de petitorio agatur, idest de proprietate Feudi, vel de possessione ejusdem: quia tunc coram Judice laica discutienda venit causa, & Conveniendus Regularis. n. 152

Executio publici instrumenti, quo se Religiosus obligavit, dum esset laicus; & nunc solvere renuit, ad Judicem ejusdem Conservatorem pertinet. n. 153

Causa Regularis, succedentis in bonis Laici, ante hujus mortem ab eodem Laico incepta coram Judice sæculari, a Judice Conservatore Regularis discutienda est. n. 154

Regulares Creditores, aut Legatarii, pro confectione Inventarii, ab eorumdem Conservatore, non a Judice Laico citandi sunt. n. 155

Regulares, hæredes laici, ad solvenda debita Testatoris defuncti, quantumvis obligati in forma Cameræ cum renuntiatione privilegii fori, a suo Conservatore compellendi sunt. n. 156

Executio, facienda contra Regulares, laico succedentes, ab eorumdem Conservatore fieri debet, etiamsi obligatio defuncti habeat vim rei judicatæ. n. 157

In causa evictionis, pro qua conveniri debeat regularis, qui vendidit agrum e. g., coram ipsius Conservatore conveniendus est. n. 158

Quod si lis mota fuerit contra laicum, qui agrum emit a Regulari, & regularis defensioni Emptoris restat; tunc coram Judice laico conveniri debet Regularis. ibid.

Conservator, non autem laicus Judex, debet citare Monasterium, ad exhibenda jura sua coram ipso, quando ejus debitor petiit dilationem ex consensu majoris partis Creditorum, vel beneficium cessionis bonorum. n. 159

Judex sæcularis non potest cogere Monasterium, quia spoliavit laicum sua possessione, ad illam restituendam. num. 160.

Non potest laicus Judex, immo nec Ordinarius loci, capere Religiosum in flagranti delicto, eumque ad suum regularem Prælatum deferre, nisi hæ purificentur

tur conditiones : quod nimirum delictum sit Reipublicæ perniciosum : extet præsumptio, Religiosum meditari tale facinus : & necessitas capiendi urgeat &c. num. 161.

Si religiosus, oblato idoneo fidejussore, promittat, se Prælato suo sistere, capi non debet. ibid.

Minister non debet modum excedere percutiendo nimirum pugnis Religiosum, qui alias paratus est ire. ibidem.

Religiosus delinquens capiendus, purificatis conditionibus recensitis, & ad suum Superiorem ducendus; recta via deferri debet, & intra terminum, saltem 20 horarum; secus Judex capiens, & ducens erit excommunicatus. n. 162

Et multo magis erit excommunicatus, si illum non ducat, immo ad petitionem regularium non restituat, ibidem.

Decisio Regiæ Monarchiæ Siculæ in facti contingentia. ibid.

Non potest Judex laicus, auctoritate propria, Religiosum capere, noctu inventum cum armis prohibitis, aut etiam mutato habitu, citra excommunicationis incursionem in Bulla Cœnæ Domini. Neque illum armis prohibitis in pœnam spoliare. n. 163

Quamvis Ecclesiastici subdantur legibus Civilibus, ob publicam Civitatis quietem latis, quoad vim directivam; non tamen quoad coactivam, ita ut puniri valeant a judice sæculari. n. 164

Non potest laicus judex, occulte processare regularem, qui deliquit, animo mittendi postea suo Religioso Superiori processum. n. 165

Nisi tamen Religiosus Superior absens sit; & ut talis, impotens juridice de delicto se informare; ac in eodem delicto continuetur, sitque periculum in mora. num. 166.

Non potest laicus Judex, extrajudicialiter de delictis Ecclesiasticorum inquirere: potest tamen generaliter super crimine incognito; aut specialiter super aliquo jam commisso, sed incerto delinquente. n. 167

Si reperiatur in cursu inquisitionis, delinquentem esse Ecclesiasticum, melius faciet laicus judex, si desistat. ibid.

Poterit tamen inquisitionem prosequi, si etiam laici fuerint socii criminis; & ne vexentur laici pro eodem crimine, si solus Ecclesiasticus inveniatur deliquisse &c. ibid.

Judex laicus non potest negligentiam supplere Prælati regularis in punitione Subditi Religiosi delinquentis. n. 168

Ubi negligens fuerit Ecclesiasticus judex in punitione subditorum, ad alium Ecclesiasticum judicem, ejus Superiorem recurrendum; & ubi omnes negligentes fuerint ad Papam. n. 169

Non tamen recurrendum ad Principem sæcularem, etiam ipso negligente Papa : nisi talis recursus necessarius esset in justam defensionem. ibid.

Non potest judex laicus, immo nec Ordinarius loci, punire delicta Novitiorum, seu Civilia, sive Criminalia, etiam Capitalia, in Religione commissa. n. 170

Novitii, favore Religionis, eximuntur a jurisdictione Judicis laici, & Ordinarii loci. n. 171

Prælatus regularis potest, etiam perpetuo carceri Novitium mancipare, ita exigente qualitate delicti: immo & torturæ subjicere, si ea necessaria sit ad comprobandum delictum. ibid.

Novitius ex vi ingressus in Religionem, reputatur persona Ecclesiastica; gaudetque proinde omnibus personarum Ecclesiasticarum privilegiis. n. 172

Favore Religionis Novitii, instar Professorum, ut a Civili judicis laici jurisdictione eximuntur; ita & ab Ecclesiastica Ordinarii loci. n. 173

Novitios, in Religione delinquentes, si ab ea impune recedant, sicut & Scholares Societatis Jesu, a judice Sæculari puniendos esse, docent complures; alii tamen volunt, a Prælato regulari. n. 174

Si Novitius delinquens vellet a Religione discedere, posset in eadem detineri, donec sufficienter puniatur. n. 175

Posset etiam puniri pœna, exequenda post discessum, si ea judicialiter injuncta sit : illamque proinde nequit effugere propria auctoritate; secus tamen, si pœna inflicta sit absque strepitu judiciario. ibid.

Judex sæcularis, aut Ordinarius loci, non potest cognoscere de Novitio, qui cum esset in sæculo laicus, vel Clericus delictum commisit; & re integra in fraudem potestatis laicæ, aut Episcopalis habitum Religiosum assumpsit. n. 176

Potest tamen cognoscere, si res integra non sit, eo quia Judex ante ingressum Novitii in Religionem cœpit cognoscere, seu via accusationis, sive inquisitionis. num. 177.

Regularium Conservator, etiam attento jure novissimo, procedere valet adversus Judicem laicum, demandantem capturam, & carcerationem Coloni Religiosorum, seu Custodis animalium eorumdem, ratione damni, ab ipsis animalibus facti in pascuis alienis absque dolo, sive etiam cum dolo ipsius Coloni. n. 178

Non tamen procedere potest adversus Judicem Ecclesiasticum, eamdem capturam, & carcerationem demandantem. n. 179

Doctrina Panimollis, *& aliorum in proposito non officit.* n. 180

Regulares trahi nequeunt coram Judice laico, vel Ordinario loci, ratione damni, pascuis alienis illati a suis animalibus. n. 181. & 182

Regularium Conservator procedere potest, etiam adversus detentores in carceribus animalium monasterii propter damnum, ab iisdem in pascuis alienis illatum, si detentio sit omnino injusta. ibid.

Vel si justa, nolint regularibus, satisfactionem promittentibus, sufficienti etiam præstita cautione, animalia dimittere, donec eculis fiat satisfactio. ibid.

Nedum personæ regulares, eorumque bona immobilia, sed etiam mobilia, (inter quæ prædicta recensentur animalia,) sunt a Judice laico, & ordinario loci exempta, solisque Ordinis Prælatis, & Conservatoribus subjecta. n. 182

An propter meram, & præcisam detentionem animalium regularium possit eorum Conservator, adversus detentores censuris procedere, controversia est apud Doctores. n. 183

Non potest contra animalia regularium procedi, nisi contra eorumdem personas procedatur; cum animalia sint de bonis regularium, & bona sint accessoria personæ. n. 186

Causa, quamvis sua natura temporalis sit, ratione tamen personæ Clerici, contra quem movetur, manet Ecclesiastica. n. 187

Rem, quæ culpa caret, in damnum vocari, non convenit. n. 188

Nequit laicus Princeps, e proprio Territorio Religiosum ejicere, eo quod non obediat mandatis suis, citra excommunicationis incursionem in Bulla Cœnæ Domini. n. 189

Regulares in Civitatibus, & regnis constituuntur a Papa, in servitium fidelium : unde jus habent, commorandi in illis. ibid.

Potest tamen laicus Princeps per modum justæ defensionis, & servato moderamine inculpatæ tutelæ, e suo Territorio Religiosum inobedientem expellere, ad evertendum grave damnum, alias imminens Reipublicæ; vel ad tollendum scandalum, cui aliter occurri non posset. n. 190

Sed iste casus vix videtur, posse contingere. ibid.

Nequit

Nequit laicus Princeps, Ecclesiasticum e suo Territorio expellere, eo quod seditiosus, & perturbator sit Reipublicæ, citra incursionem Censuræ in Bulla Cœnæ, una cum Executoribus, & Subexecutoribus suis. n. 191. & 193.

Non potest Maritus, ut Paterfamilias, expellere e domo Uxorem inobedientem, & perniciosam. num. 192.

Coram Episcopo suo conveniendum, & adducendum esse Clericum, pacis violatorem, ab eoque puniendum, decidit Fridericus Imperator. ibid.

Incurrunt præfatam excommunicationem in Bulla Cœnæ Prælati illi, qui ad instantiam Principum Sæcularium, oretenus, & causa non cognita, præcipiunt alicui Ecclesiastico subdito, aut illum cogunt, ut a sua Diœcesi discedat: quia talis est Principis, & mea voluntas. n. 193

. *Neque potest laicus Princeps, Ecclesiasticum punire, eo quod commiserit crimen læsæ Majestatis, sed solus Ecclesiasticus.* n. 194

Quod piissime servarunt in facti contingentia Augustissimus Carolus V, ac Enricus VII. ibid.

Et declaravit Clemens VIII in casu atrocissimæ rebellionis cujusdam Religiosi. n. 195

Ecclesiasticum propter crimen læsę majestatis minime degradandum esse, & Curiæ sæculari eradendum, docent complures Doctores. n. 196

Clericus degradandus non est, nisi in casibus duntaxat exceptis, Heresis videlicet, Falsi commissi in Literis Apostolicis, & Conspirationis in proprium Episcopum. ibid.

Regularium Conservator procedit adversus judicem laicum, cognoscentem de delicto, etsi gravi, & atroci Equitum Sancti Joannis Hierosolymitani, Sancti Benedicti &c., commisso etiam in Officio sæculari, illis a sęculari Principe collato. n. 197

Quemadmodum judex Ecclesiasticus procedit adversus Judicem laicum, Primates, & Consules, trahentes Clericum ad forum laicale, etiam ratione Officii, a Principe laico concessi, vel ratione cujuscumque artificii, siquam artem exerceat. n. 198

Quod non semel in Sicilia est observatum, præsertim in causa cujusdam Equitis Hierosolymitani, qui Officium Capitaneatus exercuit in Civitate Calatayeronis, & alia vice in Patrimonio. n. 199

Laicus judex, Ecclesiasticum trahens ad suum Tribunal, etiam prætextu Officiorum sęcularium, quæ Ecclesiasticus exercet, vinculo excommunicationis irretitur. n. 200

Regularium Conservator Ecclesiasticis censuris compellere potest Judicem sæcularem, ad non detinendum, sed retinendum Superiori suo Religiosum illum, qui sine habitu, & tonsura, miscuit se delictis enormibus. n. 201

Non potest a sęculari judice puniri præfatus Religiosus, sine metu Censurarum, nisi prius talis Religiosus fuerit monitus desistere. n. 202

Regularium Conservator, quamvis possit sæcularem judicem Censuris Ecclesiasticis compellere, ad remittendum præfatum Religiosum; non tenetur tamen, hoc facere. n. 203

Regulares Pręlati, qui nollent de tali Religioso sic capto se impedire, nullam pœnam incurrerent. ibid.

Si præfatus Religiosus a suo regulari Pręlato captus fuisset; hic non posset, eum tradere judici sęculari, illum petenti. n. 204

Magistratus Sęcularis non potest, declarare in pœnam incursos regulares, & multo minus ab iisdem illam exigere, eo quod transgressi sunt statutum generale, in publicam utilitatem latum, de non introducendo in Civitatem, vel ab ea non extrahendo venditionis causa frumento, vino &c. n. 205

Statuta laicorum, etiam generaliter lata, quoad vim coactivam Ecclesiasticos non comprehendunt, ex defectu potestatis in statuente; & consequenter ex defectu voluntatis in eodem. ibid. & n. 206. ac 207

Impossibilium nulla est dispositio. n. 207

Nemo videtur, manum imponere ad sibi illicita, & impossibilia. ibid.

Judex in dubio non præsumitur, voluisse in sua dispositione comprehendere ea, de quibus expresse disponere non potest. ibid.

Statuta laicalia, generaliter lata, si Ecclesiasticos intenderent comprehendere, licet respectu laicorum valida forent, respectu Ecclesiasticorum invalida, & nulla essent. n. 208

Neque quoad vim directivam prædicta statuta Ecclesiasticos comprehendunt. n. 209

Tunc laicorum statuta, generaliter lata, & ob publicam utilitatem, quoad vim directivam Ecclesiasticos comprehendunt, cum neque directe, neque indirecte sunt Ecclesiasticæ Immunitatis offensiva. ibid.

Statutum, prohibens, vel præcipiens Ecclesiasticis id, quod eis neque Jure divino, neque Jure humano prohibitum, aut præceptum est, Ecclesiasticæ Immunitatis est læsivum. n. 210

Statuta laicorum, prohibentia subditis suis, ne Personis Ecclesiasticis quidquam vendant, aut ab eis emant, Immunitati derogant Ecclesiasticæ. ibid.

Quemadmodum statuta Ecclesiasticos coarctantia, ut ratione bonorum, quæ acquisierunt, tributa persolverent, vel bona acquisita extra suam manum ponerent. ibid.

Electio, contra Ordinem, & dispositionem Juris communis celebrata, est libertatis Ecclesiasticæ læsiva. ibid.

Tempore gravis penuriæ in Civitate, si Magistratus statutum ederet generale de non extrahendo frumento &c. tenentur Ecclesiastici, illud non extrahere: at non vi Edicti laicalis, sed rationis naturalis, dictantis eos, velut partem Reipublicæ debere cum toto corpore, quod in tali necessitate suum frumentum non extrahit, concordare, & ex debito Charitatis. n. 211

Non potest tamen Magistratus sæcularis, ad præfatum statutum servandum Ecclesiasticos compellere, sed Judex Ecclesiasticus, sive ille sit Papa, sive Legatus de latere, vel Nuntius Apostolicus, aut Episcopus, vel Conservator Regularium. ibid.

Publica necessitas, aut utilitas jurisdictionem in Ecclesiasticos Magistratui laico non confert. ibid.

Si periculum sit in mora, itaut adiri non possit Ecclesiasticus Judex, potest sæcularis Princeps dictum frumentum sequestrare; immo & ab horreis Ecclesiasticorum, etiam Regularium, extrahere; non tamen vi jurisdictionis, sed instantis periculi, cui aliter occurri non possit; & quasi per modum defensionis. num. 212.

In simili necessitate ad prospiciendum bono communi, illæsamque servandam immunitatem Ecclesiasticam, solent Episcopi propriis Edictis Principum sæcularium Proclamata adjuvare. ibid.

Personæ Ecclesiasticæ, dictis laicorum statutis contraveniendo, nulli pœnæ in iis dispositæ subduntur. num. 213.

Statuta Laicorum tunc dicenda Ecclesiasticæ Immunitatis eversiva, cum Ecclesia, & Ecclesiastici prohibentur, aut impediuntur, uti rebus, aut facultatibus, a Jure communi sibi concessis. Quando diminuuntur, vel tolluntur privilegia, iisdem a Deo, Papa, vel sæcularibus Principibus collata. Quando Personas Ecclesiasticas reddunt timidiores, & laicos ad eis nocendum audaciores. Vel cum illæ deterioris conditionis evadunt, quam hi. num. 214. 215. 216. & 217.

Sunt

Sunt contra libertatem Ecclesiasticam illa statuta, quæ semper Ecclesiis, & Personis Ecclesiasticis incommodum afferunt, etiam indirecte; quamvis illa non disponant de iis, super quibus Ecclesia, vel Ecclesiastici specialia privilegia haberent. n.218

In dubio num aliquod statutum sit contra Immunitatem Ecclesiasticam, illa opinio tenenda est, quæ favet Ecclesiæ. n.219

Regularium Conservator, attento Jure novissimo, procedit adversus Principem laicum, ejusve Ministros, auferentes frumentum, vinum &c. Regularium, quod contra eorum statuta invenitur asportari. n.220

Laicus Princeps ut nullam habet Jurisdictionem in personas Ecclesiasticas, ita neque in earum bona, quæ personas sequuntur. ibid.

Procedit etiam Conservator adversus eosdem, eo quia famulos vinant, Colonos, aliosve Regularium servos, qui de eorum mandato frumentum, vinum &c. extra Territorium asportant. Cum id, saltem indirecte, sit contra libertatem Ecclesiasticam. n.221

Procedit quoque adversus eosdem, exigentes pœnas in Edictis præscriptas, a Regularibus, eo quod vinum, frumentum &c. vendant ultra taxam, statutam a Principe: aut in iis vendendis falsis mensuris utantur. n.222

Ecclesiastici, etsi teneantur, servare pretia rerum, & mensuris vendendi, a Republica taxatis uti; non tamen vi coactiva, sed mere directiva; non vi legis quatenus civilis, sed vi Juris naturalis. n.223. & 224.

Ecclesiastici, non servantes pretia rerum, vel falsis mensuris utentes, puniri non debent ab Ecclesiastico Judice pœna, a Judice laico statuta; sed alia, ipsiusmet Ecclesiastici judicis arbitrio. n.225

Magistratus sæcularis, ejusque Gabellarii, Exactores &c. nequeunt exigere Gabellas, Impositiones, Contributiones, Tributa &c. ex bonis Novitiorum, qui nec Clericali Tonsura sunt initiati. n.226. & 227

Regularium Conservator, attento Jure novissimo, tuetur Regularibus utriusque sexus, eorumque Monasteriis &c. Membris, ac dependentiis, servis, possessionibus &c. Laboratoribus, Colonis, Locatariis, Affictuariis &c. Immunitatem ab omnibus Exactionibus, Datiis, Gabellis &c. n.228

Etiamsi per abusum, seu alterius privilegium, vel negligentiam, etiam per longissimum tempus præfata Immunitas taliter observata non fuisset. n.229

Quamvis privilegia, a Sancto Pio V. Ordinibus mendicantibus concessa, fuerint per Gregorium XIII. revocata &c., non tamen illa, quæ in Bulla incip. Ad uberes *continentur.* n.230

Bona, etiam patrimonialia Regularium, sunt a tributis, aliisque id genus oneribus immunia. n.231

Regulares in venditione suorum librorum, propriis eorundem sumptibus impressorum, vel Typographorum, sed a Typographis illis donatorum, sunt a gabellis immunes. n.232. & 233

Regularium Conservator tuetur iisdem immunitatem a Tributis, exactionibus, aliisque gravaminibus, non obstante consuetudine in oppositum, etiam immemorabili. n.234

Præfata Immunitas Regularibus competit Jure Divino, vel saltem Jure positivo humano. ibid.

In iis, quæ sunt Juris Divini, consuetudo nullam vim habet: quemadmodum in proposito, si Immunitas Regularium sit de Jure humano. n.235

Consuetudo, cui lex resistit, illam improbando, nullam habet vim, & dicitur irrationabilis. ibid.

Lex nedum Canonica, sed etiam Civilis improbat consuetudinem adversus Libertatem Ecclesiasticam; illamque nullam vim habere decernit, quæ Ecclesiis, earumque Ministris gravamen inducit. ibid.

Contra Bullam Cœnæ nulla valet consuetudo, ne quidem immemorabilis, nullaque præscriptio neque longissimi temporis. n.236

Bulla Cœnæ, nedum tollit consuetudinem, etiam immemorabilem, sed insuper clausulam continet irritantem, quæ titulum, & possessionem destruit. ibid.

Non potest Magistratus sæcularis, propria auctoritate, exigere gabellas ab Ecclesiasticis, animo restituendi eas in fine anni, aut aliquo alio certo tempore. num. 237.

Coloni, seu Affictatores prædiorum Regularium sunt immunes a gabellis, tributis, collectis &c. num. 238. & 239.

Vix contingere potest, quod Coloni graventur gabellis, quin indirecte graventur etiam Domini. ibid.

Coloni Regularium tenentur, solvere gabellam ex fructibus collectis, si eosdem deferant de loco ad locum, aut illos alienent. n.240

Non tenentur tamen præfati Coloni, solvere gabellam fructuum, dum adhuc pendent ab arboribus; aut nondum sunt efformati, sed dumtaxat sunt in flore. num. 241.

Immo neque dictam gabellam solvere, tenentur Emptores præfatorum fructuum, adhuc ex Arboribus prædiorum Regularium pendentium, ut in facti contingentia fuit decisum Panormi. ibid.

Emphyteutæ bonorum Regularium sunt immunes a tributis, collectis &c. n.242

Quamvis tributa, Collectæ &c. ab Emphyteutæ laico exigerentur; semper tamen talis exactio in damnum redundaret Regularium, eo quia cogerentur minori pretio tradere prædium suum in Emphyteusim. num. 243.

Judex Ecclesiasticus, adeoque Conservator in proposito, competens est ad cognoscendum laicum pro re, quam in Emphyteusim tenet ab Ecclesia. ibid.

Censuarius, & Emphyteuta redimibilis, non gaudent privilegio Immunitatis præfatæ, quo fruuntur Emphyteutæ. n.244

Regulares, aliique Ecclesiastici, immunes sunt a tributis, collectis, exactionibus, vectigalibus, aliisque id genus oneribus, seu ordinariis, sive extraordinariis, etiamsi ad communem laicorum æque, ac Ecclesiasticorum, seu Regularium ipsorum utilitatem, aut ob urgentem Reipublicæ necessitatem imponantur. n.245

Quacumque necessitate, etiam belli, famis, pestis emergente, nihil ab Ecclesiasticis, eorumque bonis exigi potest; nisi tamen certæ purificentur conditiones conjunctim a Sacris Canonibus requisitæ: scilicet. ibidem.

Necessitas, vel utilitas, non qualiscumque, sed gravis, laicis æque, ac Ecclesiasticis communis, ad quam sublevandam satis non sint facultates Communitatum, ac Universitatum, & laicorum particularium, seu singulorum: idque examinare, Episcopi est cum toto diœceseos Clero; qui, cognita tali necessitate, & insufficientia facultatum Communitatum, & laicorum particularium, ad contributionem Ecclesiasticorum consentiat, illam tamen differendo, donec Romanus consulatur Pontifex, ejusque consensus habeatur. Quibus jam purificatis facienda est contributio ab Ecclesiasticis, sponte, & sine coactione laicali; & a laicis absque ulla exactione humiliter, & devote recipienda, ac cum gratiarum actione. a n. 246. usque ad 257

Nomine Cleri *Capitulum etiam Cathedralis solet intelligi.* n.251

Nedum Laici exigentes, sed Clerici etiam sponte solventes exactiones quascumque, & Episcopi concedentes, aut consentientes, illicite & invalide agunt sine consensu Papæ. n.252

Si periculum sit in mora, & tam cito Pontifex adiri non possit; tunc, habitis reliquis conditionibus,

 satis

satis erit consensus Episcopi cum Clero. n. 253

Necessitas non habet legem. Et quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum. ibid.

Si urgente necessitate, & purificatis conditionibus dictis, adhuc Ecclesiastici nolint contribuere, per eorumdem Ecclesiasticum Judicem, non per Laicum compellendi sunt, per Papam videlicet, sive Legatum de latere, Nuntium Apostolicum, Episcopum, Conservatorem &c. n. 255

Quod si periculum sit in mora, adeo ut pro Ecclesiasticorum compulsione Ecclesiasticus Judex adiri non possit, tunc potest Laicus Judex, non per modum jurisdictionis, sed justæ, ac rationabilis defensionis, servato tamen moderamine inculpatæ tutelæ, facere, quod recta ratio dictabit, hic, & nunc esse faciendum. n. 256

Regularium Conservator potest, in pœnas censurarum incursos denuntiare, quotquot ab illis, eorumque bonis exigunt, aut sponte dantibus recipiunt; sicut & Regulares eosdem solventes, aut etiam sponte dantes tributa, tallias &c. n. 258

Quænam sint hæ Censuræ? n. 29. & seq.

Quamvis variis Juribus Pontificiis statuta sit excommunicatio contra imponentes tributa Ecclesiasticis; non proinde multiplicem illi excommunicationem incurrunt, sed unicam dumtaxat. n. 262

Imponentes, aut exigentes minimum tributum ab Ecclesiasticis, præfatas pœnas non incurrent, nisi postquam devenerint ad quantitatem notabilem, quantumvis intendant etiam exigere ab aliis Ecclesiasticis. n. 263

Non incurrunt recensitas pœnas, qui cum possint, & debeant, impositionem onerum Ecclesiasticis faciendam prohibere, & impedire, illam tamen non prohibent, nec impediunt. n. 264

Regulares, ceterique Ecclesiastici Sæculares, etiam in Minoribus constituti, eorumque Monasteria, Domus, loca &c. immunes sunt ab hospitio militum. n. 265. & 266.

Magistratus Sæculares nequeunt hospitari facere milites in Domibus Ecclesiasticorum, quamvis laicis locatis; cum id per indirectum in bonorum Ecclesiasticorum præjudicium redundet. n. 266

Oppidorum Barones, seu Communitates, & Universitates laicorum, aperire non possunt Tabernam, vulgo Zagatum, ad sua dumtaxat comestibilia vendenda, cum prohibitione, ne aliæ, etiam Ecclesiasticorum aperiantur Tabernæ, ubi vinum, nivem &c. in eorum prædiis recollecta per famulos suos vendant, citra Libertatis Ecclesiasticæ præjudicium. n. 267

Ecclesiastici omnes possunt recollecta in suis prædiis vendere, non solum in mensura magna, & ad grossum, sed etiam ad minutum, seu ad mensuras minutas. ibid.

Et aperire Tabernas, etiam, in domibus Ecclesiæ, adeout Magistratum statuere, quod venditores vini non possint illud vendere, nisi in 4. domo, distanti ab Ecclesia, sic contra Immunitatem Ecclesiasticam. n. 268

Ecclesiastici omnes de Jure communi possunt liberam habere contractionem cum Laicis. ibid.

Statutum, quod non tendit ad utilitatem, & commodum Ecclesiasticorum æque, ac Laicorum, non comprehendit Ecclesiasticos. n. 269

Neque possunt Oppidorum Barones, seu Communitates, & Universitates Laicorum, citra Libertatis, & Immunitatis Ecclesiasticæ præjudicium, novum Furnum aperire, in quo solo omnium etiam Ecclesiasticorum panis coquatur, & non alibi; etiamsi tale jus habeant Barones &c. ab immemorabili; & ex concordia, cum iisdem Ecclesiasticis inita. n. 270

Quod pluries Sacra Congregatio Immunitatis prohibuit. n. 271

Quemadmodum nequeunt præfati Barones, seu Communitates, & Universitates Laicorum, citra insinuatum præjudicium, Ecclesiasticos impedire, ne suis utantur molendinis, quæ domi habent, aut extra, ad macinandum proprium frumentum, Olivas &c. sed Molendino Baronum &c. n. 272

quod etiam pluries Sacra Immunitatis Congregatio declaravit. n. 273

Barones prædicti &c. neque visitare possunt recensita Ecclesiasticorum Molendina, etiam sub prætextu, quod a Molendinariis Laicis fraudes committantur in mensuris; iidemque condignis per ipsos pœnis afficiantur; cum talis visitatio, inspectio, & punitio ad Judicem dumtaxat Ecclesiasticum pertineat. n. 274

Atque ita decidit pluries laudata Sacra Congregatio Immunitatis. n. 275

Subtergium Magistratuum Sæcularium adversus Libertatem, & Immunitatem Ecclesiasticam, damni nimirum, & præjudicii publici, ac fraudum Exemptorum præcluditur. n. 276

Principes Sæculares, citra Libertatis Ecclesiasticæ præjudicium, & excommunicationis incursionem, statuere nequeunt, ne Regularibus Laici vendant, molant, vel coquant panem: vel ne iisdem alia servitia, & obsequia exhibeant. n. 277

Magis sunt contra libertatem Ecclesiasticam ea, quæ tollunt beneficium Juris communis, quam quæ privilegium auferunt. n. 278

Non suffragantur Magistratibus Laicis quoad gravandas Ecclesias, Monasteria, &c. vel personas Ecclesiasticas, earumque bona collectis, exactionibus, tributis, contributionibus, gabellis &c. inanes, & frivolæ excusationes, petitæ a dispositione Legis Civilis, a consuetudine saltem immemorabili, a privilegio Apostolico, a non receptione, vel non sufficienti promulgatione Legum Ecclesiasticarum pro Immunitate, & a spontanea solutione, & contributione Ecclesiasticorum, per longissimum tempus plurium etiam sæculorum facta. a n. 279 usque ad 285

Quamvis nonnullæ ex Legibus Civilibus videantur Immunitati contrariæ; aliæ tamen pro Immunitate manifeste disponunt. n. 280

In materia Immunitatis Ecclesiasticæ Dispositio Canonica, non Civilis attendenda est; immo hæc omnino nulla, & irrita censenda. ibid.

Consuetudo, etiam immemorabilis, adversus Immunitatem etiam quoad bona propria Clericorum, vocatur Corruptela. n. 281

Et singulis annis annullatur in Bulla Cœnæ Domini. ibid.

Omnia, & singula privilegia, Immunitati contraria, etiam Imperatoribus, ac Regibus concessa, jam sunt revocata, & singulis annis in Bulla Cœnæ revocantur. n. 282

Jus Canonicum per omnes ubique existimatur sufficienter promulgatum: & Bulla Cœnæ singulis annis sufficientissime promulgatur. n. 283

Tenetur quivis sub gravi, legem justam acceptare. ib.

Clericus non potest, solvere collectas absque incursu censurarum; nec pro Universitatum oneribus quidquam contribuere, etiam sub eleemosynæ nomine &c. 284

Clerici non tenentur, solvere onera, per Communitatem imposita, super eorum bonis patrimonialibus, & domibus, ubi habitant, etiam quod antea solverint. ibid.

Nedum excommunicationem incurrunt violatores Immunitatis Ecclesiasticæ; sed alias quoque pœnas subeunt in hac vita, quas Deus solet infligere, ut docet experientia. n. 285

Hispa-

Hispania olim Mahometanis, & Mauris tradita fuit, non quia unquam vacillavit in Fide; sed in Jurisdictione a Sancta Sede Apostolica defecerat. n. 286

Monitum pro Consiliariis Principum in favorem Immunitatis. n. 287

Regulares tum de Jure communi, tum de Jure peculiari a solutione Decimarum sunt immunes. n. 288

De Jure communi quinam Regulares, & a quibusnam Decimis sint immunes? n. 289. & 290

Novalis dicitur ager, nunc primo coli cœptus, cum prius esset Sylva, vel aliter incultus. n. 289

De Jure peculiari quinam Regulares, & a quibusnam Decimis eximantur?. n. 291

Recensentur Regulares, a solutione Decimarum prædialium Exempti. n. 292

Privilegium Exemptionis a solutione Decimarum, Jesuitis concessum, insigne est, & absque nota incommunicabilitatis restrictiva. n. 293

Illud variis Sacræ Rotæ Decisionibus explicatur, & ad praxim reducitur. ibid.

Refertur; & septem Notabilibus declaratur. a n. 293. usque ad 304

Res transit cum suo onere, si sola persona sit privilegiata, non etiam res. n. 299

Prædia Regularium conducentes, ut ea excolant, eo pacto, quod sibi dimidiam partem fructuum acquirant, & alteram dimidiam relinquant Monasterio, dicuntur Coloni partiarii: illo tamen pacto, ut quotannis eidem Monasterio certa, & taxata pars fructuum in omnem eventum reddatur, & reliquam sibi acquirant, dicuntur Coloni, vel Conductores censuales. n. 301

Privilegia contra Jus commune, vel in præjudicium Tertii non sunt late gratis accipienda, sed stricte: nisi agatur de Causa pia, & Religiosa, præsertim utilitatem Religionis concernente; quia tunc summa ratio est, quæ pro Religione, & Religiosis facit. n. 304

Privilegium, alicui Religioni concessum, non deperditur in aliquo monasterio per non usum illius in ipso, si in aliis Monasteriis in usu sit: cum per usum aliorum Monasteriorum, jus illius præservetur. n. 305

Quemadmodum Juspatronatus, per exercitium unius ex Compatronis, aliis reservatur. ibid.

Privilegium Canonis fuit ab Innocentio II. Ecclesiasticis omnibus concessum; vi cujus servantur immunes a quacumque injuriosa percussione per excommunicationem adversus eorumdem percussores. n. 306

Regularibus omnibus competit, quantumvis Apostatis, habitum Religiosum etiam dimittentibus; Ejectis, ac Hæreticis manifestis; Bigamis, & ad matrimonium ineundum dispensatis, sequuta jam Professione; pugnantibus in bello, habitu Religioso non dimisso, aut etiam dimisso, sed ante trinam monitionem. n. 307. 308. & 309

Novitiis, etiam unius diei, & ante pubertatem admissis; vel post pubertatem, nondum tamen indutis habitu Religioso; Tertiariis utriusque sexus; Oblatis, seu Donatis, utriusque etiam sexus; mulieribus Mantellatis, & Pizzocheris Fratrum Carmelitarum, iis, qui assumpto habitu Religioso adhibentur ad servitia Monialium, & ad eleemosynas, petendas pro illis. n. 310. 311. 312. & 313

Monialibus, seu Professis, sive Novitiis; Equitibus militaribus Sancti Joannis Hierosolymitani, Sancti Jacobi Calatravæ, Alcantaræ, Ordinis Christi, Sancti Stephani &c. n. 314. & 315

Quomodo Religiosis enumeratis privilegium Canonis tueatur Conservator? n. 316

Particula Siquis in Cant. Siquis suadente contenta, omnes, & quoscumque, ac qualescumque percussores suadente Diabolo, in excommunicationem incursos comprehendit, seu mares, sive feminas, seu Laicos, sive Religiosos, & Clericos, etiam in Pontificali, & maxima dignitate constitutos; non tamen Papam, ibid.

Non solum percussores per se excommunicationem incurrunt; sed etiam percussores per alium, seu mandantes, & consulentes, si mandatum, seu expressum, sive tacitum, & consilium revera in percussionem influxerint; at non ex vi Canonis Siquis suadente; sed Cap. Quantæ de sent. excomm. ibid.

Absolutio a præfata excommunicatione confertur Religioso percussori Religiosi ejusdem, vel alterius Ordinis, aut Clerici Sæcularis non ab Episcopo, sed a Regulari Prælato ejusdem Religiosi percussoris, etiamsi percussio sit enormis. n. 317

Concurrente tamen Prælato Religiosi percussi, ut condonet injuriam, & pœnam in satisfactionem definiat. Quamvis hic possit se remittere Prælato percutientis, ut percussorem absolvat, ipso non præsente. n. 318

De licentia proprii Prælati potest Religiosus percussor, ab excommunicatione per Episcopum absolvi; secus tamen sine tali licentia. n. 319. & 320

Clericus Sæcularis, vel Laicus, percussor Religiosi, per Episcopum absolvitur a censura, non per Regularem Prælatum Religiosi percussi. n. 321

Modo tamen debitam satisfactionem præmittat; illam exhibendo Religioni, seu Monasterio, sive Prælato Religiosi percussi. n. 322

Nec satis est, si Religioso percusso exhibeatur satisfactio: quemadmodum est sufficiens, si Religioni, seu Monasterio, sive Prælato Religiosi percussi exhibeatur, quantumvis percussus nolit, remittere injuriam. n. 323

Nomine debitæ satisfactionis venit non solum petitio veniæ, & satisfactio pecuniaria pro damnis, expensis, & interesse; sed etiam satisfactio pecuniaria pro æxistimatione injuriæ. ibid.

Si Regularis percussus ad suum Conservatorem, vel percussus Clericus Sæcularis ad Conservatorem percutientis recurrat, pro denuntiando in pœnam Canonis incursum percussorem; potest Conservator excommunicatum declarare percutientem. n. 324

Denuntiatio novum vinculum non injicit, sed injectum declarat. ibidem.

Et ab eo fieri debet, qui potest causam cognoscere. ibidem.

Potest etiam Conservator, percussorem, a se denunciatum, ab incursa excommunicatione absolvere. n. 325

Novitius, vel Scholaris Jesuita, qui post commissam in sæculo percussionem Monachi, vel Clerici, Religionem ingreditur: vel, post eamdem in Religione patratam, ad sæculum revertitur, non per Episcopum ab excommunicatione incursa, sed per suum Religiosum Prælatum absolvendus est. n. 326

Jurisdictio Prælati Regularis erga subditum suum pro foro interno durat etiam pro tempore, quo ille non est amplius subditus. n. 327

In foro pœnitentiali tantum habetur respectus ad tempus sententiæ; in aliis vero foris etiam ad tempus commissi delicti. n. 328

Privilegium, illimitate Regularibus concessum, ut valeant per suos Superiores absolvi ab excommunicatione, incursa propter percussionem ubilibet patratam, seu nimirum in Religione, sive in sæculo; non est concessum Episcopis ut valeant subditos suos absolvere propter percussionem, in Religione patratam. n. 329

Possunt Regulares, publicas Scholas aperire, ibique legere, etiam ubi extant Universitates; ac ad eas

Men-

Mensis præfatus est non 30 dierum, sed 30 & unius diei. n. 372

Nomine mensis in gratiosis est 31 diei, in odiosis vero 30 dierum. ibid.

Et computatur, non a primo die in Decretis stabilito, sed die sequenti. n. 373

Dies termini non computatur in termino. ibid.

Publicum Capitulum, seu Congregatio, ubi legenda sunt prædicta Decreta, non est Capitulum, seu Congregatio Generalis, vel Provincialis, sed mere particularis Fratrum ejusdem monasterii congressus, qui extra refectorium, vel ibidem ad lectionem Decretorum faciendam congregatur. n. 374

Pœnæ, quæ regularibus inferri possunt, aliæ sunt Spirituales, ut Censuræ, & Irregularitas, Privatio Officiorum, vocisque activæ, & passivæ, Inhabilitas ad gradus, &c. aliæ corporales, ut flagellatio, pœna Triremium, Jejunium &c. n. 375

Aliæ positivæ, quæ malum aliquod inferunt, seu spirituale, sive corporale: ut exilium, flagellatio &c. Aliæ privativæ quæ in privatione consistunt alicujus boni, seu spiritualis, sive corporalis: ut Censuræ, Inhabilitates, Irritationes Actorum &c. ibid.

Ex pœnis privativis aliquæ sunt medicinales, ut Censuræ, & Irregularitas: mere pœnales aliæ, ut privatio Officiorum, Jurisdictionis, utriusque vocis, inhabilitatio ad gradus &c. ibid.

Pœnæ privativæ mere pœnales, quæ Superioribus negligentibus lectionem præfatorum Decretorum imponuntur, graves sunt; immo una, gravior altera. num. 376

Quamobrem ad ipsas incurrendas præsupponi debet culpa mortalis. n. 377

Hujusmodi pœnæ non incurruntur in foro interno, si omissio lectionis Decretorum provenit ex bona fide, aut ex oblivione, inadvertentia, inconsideratione, negligentia non notabili, vel ex ignorantia, quantumvis vincibili, modo non crassa, & supina. Immo neque in foro externo. n. 378 & 379

Quamvis in foro externo, attentis præsumptionibus, nisi probetur bona fides, oblivio, inadvertentia &c. censeantur incursæ. n. 380

Ubi deficiant aliæ probationes, probatur bona fides, oblivio &c. per juramentum ipsiusmet Superioris localis, bona fide negligentis &c. ibid.

Juramentum est probatio privilegiata, & mere subrogatur in defectum aliarum probationum. Elidit præsumptionem Juris in contrarium, qua nimirum quilibet præsumitur scire, quæ ad Officium suum spectant. ibid.

Bona fides, inadvertentia &c. cum consistant in mente, solo testimonio ignorantis, idest juramento probari queunt. ibid.

Pœnæ privativæ mere pœnales non incurruntur ante sententiam declaratoriam Judicis de earumdem incursione, aut saltem de commissione delicti, cui illæ impositæ sunt, etiamsi eædem dicantur ipso facto, ipso jure, vel eo ipso incurrendæ. Incurruntur tamen pœnæ privativæ medicinales, absque alia sententia, si in lege, quæ illas imponit, sint apposita ea verba ipso facto, ipso jure, vel eo ipso incurrendæ, aut æquivalentia. a n. 381

Cum quis ex Legum dispositione est ipso facto bonis, & Juribus suis ob excommunicationem privatus, & Fisco bona, ac jura illius sunt applicata, tunc executio de facto fieri non debet, nisi prius super crimine fuerit declaratum. n. 382

Verbo illo ipso facto, ipso jure &c. plures effectus habere possunt; & secundum illos verificari. Habent autem in proposito effectum illum, quod, posita sententia, declarante reum patrasse tale crimen, sine sententia condemnatoria sit privatus Officio, voce activa, & passiva &c. n. 385

Quamvis pœnæ privativæ mere pœnales non incurrantur ante sententiam declaratoriam Judicis de commissione delicti, quando sub præfatis terminis imponuntur ipso facto, ipso jure, eo ipso &c. incurruntur tamen in aliquorum sententia, & obligant in conscientia, non expectata tali sententia, quando ulterius sint addita hæc verba: Absque ulla declaratione, ante omnem declarationem, absque ullo Superioris Decreto, vel ministerio, aut sententia. Quod tamen ulli pernegant. n. 387

Sententiam ferre, declaratoriam criminis, sub præfatis pœnis prohibiti, spectat ad Superiorem majorem Prælati delinquentis, vel Capitulum, n. 388

Facta declaratione criminis, tractatur localis Superior, tamquam pœnarum reus, per remotionem ab Officio, privationem utriusque vocis, ejectionem a Capitulo &c. ibid.

Casus, omissus in aliqua Constitutione particulari, remanet in dispositione Juris communis. ibid.

Prælati regulares sunt Episcopi æquipollenter, ad quos spectat, executionem Apostolicarum Constitutionum procurare. ibid.

Pœnæ recensitæ per appellationem suspenduntur. num. 389

Omnis appellatio sententiam, ejusque effectum suspendit, etiamsi trahat secum executionem. ibid.

Appellatio tamen a suspensione a Divinis Officiis, vel ab ingressu Ecclesiæ, non retardat effectum. ibidem.

Religiosi, qui in Capitulis generalibus, provincialibus, aut localibus suspenduntur a voce activa, & passiva, si post appellationem eligantur, & eligant, valida erit electio. ibid.

Recensitæ pœnæ privationis Officii, vocisque activæ, & passivæ, ac inhabilitatis ad gradus, reservatæ non sunt; sicque potest super iis a Superiore majori, Superiori locali inferiori dispensari. n. 390

Tenentur Subditi, Inquisitoribus denuntiare Superiorem localem, malitiose omittentem legere Decreta de observantia, & executione Constitutionum Apostolicarum, ad Sanctum Officium pertinentium; & Superiori majori, vel Capitulo præfatum Superiorem, omittentem legere alia Decreta. n. 391

Particula malitiose importat scientiam obligationis, & advertentiam in Superiore; simulque omissionem absque legitima causa. n. 392

Non tenerentur tamen Superiorem denuntiare, si viderent non malitiose lectionem Decretorum omitti, eo quod ipsis non constaret de scientia, & advertentia Superioris. ibid.

Sed tenerentur, & quidem sub gravi, ratione Justitiæ, & condigna pœna arbitrio Superioris, illum monere de omissa Decretorum lectione, quamprimum facienda. ibid. & n. 393

Possunt regulares, sine licentia Episcopi, modo non adsit alterius præjudicium, erigere Oratoria privata in suis Monasteriis, Grangiis, Hospitiis, Domibus ruralibus, Villis &c. ubi Missas, Divinaque Officia ipsi celebrent, vel Presbyteri Sæculares, iisque assistant laici, etiam diebus festis, satisfaciendo præcepto Ecclesiæ. a n. 394

Debet tamen locus esse a Provinciali per se ipsum approbatus; & in perpetuum ad Divinum tantum cultum deputatus. n. 397

Alterius præjudicium foret præjudicium Parochiæ: & hoc non aliud, nisi exactio Decimarum, & primitiarum, quæ solent Clericis dari. n. 400

Ex vi illius particulæ per se nequit Provincialis committere Rectori, ut ipse approbet, deputetque locum: bene tamen committere potest, ut ipse Rector judicet de decentia loci, suumque dein judicium Provin-

vinciali remittat ; quo accepto , poterit per literas ipsemet Provincialis absens approbare. n. 401

Ex vi illorum verborum ad Divinum tantum cultum deputatus, *non potest Provincialis , facultatem dare celebrandi in Schola , vel Aula, ubi e. g. Præsepe Domini nocte Sacri Natalis ædificaretur , nisi Schola, vel Aula in perpetuum deputarentur ad Sacra.* ibid.

Nequeunt Episcopi, Subditis Sacerdotibus suis , & laicis interdicere, ne missam celebrent , vel audiant in templis , Oratoriis, & Capellis regularium, etiam rusticis. n. 402

Possunt regulares , in privatis religiosorum ægrotantium cubiculis Missam celebrare , ut illam audiant regulares infirmi, recipiantque ibi de manu celebrantium Divinissimam Eucharistiam. n. 403

Usus hujus privilegii restringi non debet ad personas aliquas, aut solum ad morbos graves ; tum sufficiat , religiosos non posse e cubiculo exire. n. 404

Cum hoc privilegium sit personale , adeoque personam religiosi sequatur ; si religiosus ægrotet in domo alicujus sæcularis, ibi in ejus cubiculo celebrari poterit. ibid.

Non tamen in cubiculo monasterii , in quo forte sæcularis aliquis ægrotaret. ibid.

Hujusmodi privilegiis non derogatur per Decretum Clementis XI. de celebratione in Oratoriis privatis. num. 405

Non satisfaciunt præcepto Ecclesiæ de auditione Missæ festis diebus sæculares , illam audientes in Cella religiosi infirmi ; aut in domo sæculari , in cujus camera decumberet religiosus ægrotans. n. 406

Regularium Conservator , attento Jure novissimo , potest se censuris opponere adversus Episcopum , visitare contendentem Ecclesias , vel Monasteria regularium. n. 407

Oratorium rurale , in fundo campestri regularium erectum , intra eorumdem habitationem, & ambitum murorum; habens campanam ad convocandos famulos villæ ; sed ostium privatum intra habitationem ; non tamen publicum, & in via publica , jurisdictioni non subjicitur Ordinarii. n. 408

Subjicitur tamen , si publicum habeat ostium , seu extra murorum ambitum , & in via publica , quantumvis intra cortile domus sit erectum , & alium aditum habeat privatum, affixum parieti domus regularium. n. 409

Modo hujusmodi Oratorium non sit sancti Joannis Hierosolymitani , utpote quod jurisdictioni non subjicitur Ordinarii , quantumvis ostium habeat in via publica. n. 410

In dubio num aliquod Religiosorum Oratorium privatum sit, adeoque Ordinario non subjectum; an vero publicum , atque adeo subjectum Ordinario; reputandum publicum , si ostium habeat in via publica : reputandum vero privatum , si ostium habeat intra ambitum murorum , etiamsi habeat Campanam. num. 411

Episcopi non possunt , impedire regularibus , suas pulsare Campanas ad Matutinum, ad Horas , ad Salutationem Angelicam, & ad Missam , antequam pulsetur Campana Cathedralis in Civitate , & matricis Ecclesiæ in Diœcesi, præterquam in die Sabbati Sancti. n. 412

Nisi tamen adesset consuetudo , ut non pulsentur in aliqua Ecclesia Campanæ , ante pulsationem Cathedralis, vel matricis. n. 413

Possunt tamen Episcopi, immo debeat, ut Custodes sacrorum Canonum , impedire , quod regulares suas pulsent Campanas prius , quam Cathedralis in Civitate, vel matrix in Diœcesi in die Sabbati Sancti. num. 414

Quantumvis Ecclesiæ Regularium sint S. Joannis Hierosolymitani , prope , & extra muros existentes , aut Ecclesiæ Confratrum , & Ecclesia Collegialis adsit , quæ omnimodam præcedentiam habeat supra matricem. n. 415

Dummodo immemorabili consuetudine soliti essent regulares , quemadmodum Clerici sæculares , ad libitum in tali die pulsare Campanas ante Cathedralem ; cum immemorabili consuetudo sublata non fuerit per Leonem X., neque per cæremoniale Clementis VIII. num. 416

Ubi Ecclesia inferior , etiam Regularium , dicto Sabbato citius absolverit actum solemnem illius diei, quam Cathedralis, vel matrix Ecclesia, quid agere debeat ? n. 417

Possunt regulares , in propriis Ecclesiis spirituales Repræsentationes , & litterarias Disputationes facere, Doctoratus, aliosve gradus Ecclesiasticos conferre. num. 418

Possunt Superiores regulares , Generalis videlicet , Provincialis , Guardianus &c. & de licentia Capituli Generalis religiosi subditi , proprias Ecclesias , Oratoria , & Cæmeteria solemniter benedicere , sine licentia Episcopi. n. 419 420 & 422

Si Ecclesia sit tantum benedicta , quivis simplex Sacerdos potest illam reconciliare aqua , a se benedicta cum sale. n. 421

Si vero sit consecrata , possunt illam reconciliare Superiores regulares cum aqua , ab Episcopo benedicta , si is non distet duabus dietis : vel cum aqua, ab ipsismet benedicta cum vino , ac cinere , distante Episcopo ultra duas dietas , aut Sede Episcopali vacante. ibid.

Hoc privilegium , quamvis non se extendat ad reconciliandas Ecclesias alienas pollutas ; se extendit tamen ad reconciliandas illas Monialium subjectarum. num. 423

Profanatio Ecclesiæ consecratæ regularium a solo Episcopo facienda est : Profanatio vero Ecclesiæ eorumdem benedictæ a Prælato regulari fieri potest. num. 424

Possunt Regulares Prælati , & ex deputatione Capituli generalis Regulares subditi, benedicere Pixides, ubi servatur Eucharistia, non tamen consecrare; Corporalia , Vestimenta , aliaque , sacris usibus necessaria , seu propriæ , sive alienæ Ecclesiæ , etiam sæcularis. n. 425. & 426

Abbates Regulares consecrare valent Campanas, Calices, Pixides, Altaria, seu propriæ, sive alienæ Ecclesiæ. n. 427. & 428

Regularium Conservator , attento jure novissimo , tuetur eorumdem Ecclesiis , Oratoriis , ac Monasteriis, jam pridem constructis , privilegium distantiæ Cannarum a Monasteriis , Ecclesiis , aut Oratoriis aliorum Regularium, erigendis de novo. n. 429

Quanta debeat esse hujusmodi distantia? a n. 429. usque ad 435.

Jesuitæ privilegium habent a Pio IV, ædificandi intra 140. *cannas a Conventibus aliarum Religionum , etiam Mendicantium.* n. 436

Privilegia aliorum Ordinum super non ædificatione intra Cannas , a Gregorio XIII quoad Societatem tantum motu proprio suspensa , revocata , & invalidata fuere. ibid.

Privilegium Jesuitarum est aliis Religiosis Ordinibus incommunicabile. n. 437

Jus, competens regularibus , ne intra 140 *Cannas ab eorum domibus Monasteria construantur , habet locum etiam in conductione domorum ad habitandum ; cum militet eadem ratio.* n. 438

Regulares, domum semel conducentes intra 140 *cannas a Monasteriis aliorum regularium, acquirunt quasi*

si possessionem contra jus præfatum generale, si domum conducant, scientibus, ac tolerantibus aliis Religiosis; & unitus iste actus sit effectuatus. ibid.

Possunt Regulares curare, ut ipsorum Ecclesiæ a quolibet catholico Episcopo consecrentur, sine licentia proprii Ordinarii, ubi hic bis, vel ter, cum debita reverentia requisitus, sine legitima causa renuerit. num. 439.

Episcopus punire non potest delinquentes in Monasteriis Regularium, ubi actu commorantur; cum in iis jurisdictionem contentiosam nequeat exercere. num. 440.

Si delictum fuerit contra jus naturale, vel Divinum, ut furtum, homicidium &c. quamvis Episcopus punire non possit in Monasteriis Regularium delinquentes ibi; punire tamen potest eosdem, cum ab illis recesserint. n. 441

Punire tamen nequit delinquentes in Monasteriis Regularium, neque cum ab illis recesserint; si delictum fuit contra jus positivum, ut ludus Clericis prohibitus. ibidem.

Regularium famuli, habentes requisita Tridentini sess. 24. de reform. c. 11. nequeunt ab Episcopis excommunicari, aut interdici. n. 442

Possunt a Regularibus, etsi ab Episcopo non approbatis, sed a solo Regulari Prælato, absolutionem Sacramentalem, etiam a reservatis Episcopalibus, obtinere. n. 443. & 447

Tridentinum sess. 23. de reform. c. 15. requirens ad Confessiones sæcularium excipiendas approbationem Episcopi in Confessario Regulari, loquitur de sæcularibus extraneis, non de famulis: aut de illis famulis, qui omnia requisita non habent, dicunturque familiares largo, ad differentiam aliorum, qui familiares stricte nuncupantur. n. 444. & 445

Constitutio Urbani VIII. Cum sicut accepimus eodem modo intelligenda est, quo Tridentinum. n. 446 & 448.

Possunt laudati Famuli, Eucharistiam in Paschate, ad faciendum satis præcepto, sine licentia Parochi, vel Episcopi, a Regularibus accipere; etiamsi famuli sint conjugati, & nocte dormiant extra Conventum. n. 449. & 450.

Advenæ etiam, Vagi, & Peregrini, qui tempore Paschali extra Parochiam reperiuntur; sicut & Mercenarii, ac locantes operas suas ad tempus: quique instante Communionis præcepto proprium Parochum habent absentem; vel nequeunt Parochiam adire, neque petere licentiam a Parocho, possunt a Regularibus Eucharistiam recipere. n. 451

Quamvis teneantur postea, quamprimum significare proprio Parocho, se communicasse: qui tamen nequit, illos ad iterum communicandum in Parochia cogere. ibidem.

Possunt quoque recensiti Famuli Regularium, non secus, ac operarii, & mercenarii, intra ipsorum claustra ægrotantes, Eucharistiam per modum Viatici, & Unctionem Extremam in morte, & demum intra claustra decedentes sepulturam a Regularibus in propriis eorumdem Ecclesiis absque Parochi, vel Episcopi licentia habere. n. 452. 453. & 454

Convictores Collegiorum, sive Seminariorum Regularium, absolvi possunt etiam a reservatis Episcopalibus, ab ipsismet Religiosis sine approbatione, & licentia Episcopi, cum illa sola Regularis Prælati: & ab iisdem, Parocho, vel Episcopo irrequisito, Eucharistiam in Paschate, ad faciendum satis præcepto; & in morte per modum Viatici una cum Extrema Unctione, intra Seminarium graviter ægrotantes: & tandem inibi decedentes, sepulturam in propriis eorumdem Ecclesiis habere. a n. 455. usque ad 470

Præfati Alumni, collegialiter cum Religiosis viventes, sunt de eorum familia, familiares, & commensales. n. 456. 460. 462. & 465

Statuta Legatorum de latere perpetua sunt. n. 461

Possunt Regulares, præfatis Alumnis Collegii, seu Seminarii Viaticum, & Unctionem Extremam ministrare, quantumvis illi infirmentur ad mortem extra propria Monasteria, vel domos. n. 462

Siquis in Collegio Societatis Jesu, vacans octiduanis Exercitiis Spiritualibus S. P. Ignatii, corriperetur morbo lethali, posset a Jesuitis muniri Sacro Viatico, & Extrema Unctione; & dein in Ecclesia Collegii tumulari, nulla Episcopi, vel Parochi facultate expetita. n. 463

Possent etiam iisdem Sacramentis muniri, & tumulari in privatis Capellis prædiorum, seu grangiarum Regularium ii, quibus in prædictis prædiis, seu grangiis idem eveniret. n. 464

Regulares omnibus iis laicis, quibus pro Viatico administrare possunt Eucharistiam, possunt & Extremam Unctionem, & e contra. ibid.

Alumni Seminariorum Regularium fruuntur omnibus privilegiis, quibus fruuntur Regularium famuli. num. 465.

Etiamsi præfati Alumni non essent familiares Regularium; adhuc tamen, si intra septa Collegii eos infirmari & curari contingeret, non foret recurrendum ad Parochum, ut eis communionem Viaticam, & Unctionem Extremam cum Sepultura ministrare possent Regulares. n. 465. 466. & 467

Possunt Regulares, omnibus, & singulis personis, intra eorumdem septa pro tempore commorantibus, quoties opus fuerit, Sacramenta Eucharistiæ, & Unctionis Extremæ, sicut illis, qui in eorum servitiis insistunt, ministrare; & post earum decessum in eorum cœmeteriis sepelire, Episcopi, vel Parochi licentia minime requisita. n. 467. & 468

Non omnium, sed aliquorum dumtaxat Seminariorum Convictoribus posse, irrequisito Parocho, vel Episcopo, Extremam solum Unctionem, non reliqua Sacramenta, neque Sepulturam a Regularibus ministrari, contendit, multisque probat Cardinalis de Lugo. num. 471.

Opinio Cardinalis cum suis rationibus impugnatur. ibidem.

Verba debent aliquid operari. n. 474

Superfluitas Verborum in Constitutionibus, & rescriptis Pontificiis vitanda est, ita ut, nec una quidem dictio, immo nec syllaba debeat esse superflua, & sine effectu aliquid operandi. ibid.

Nomine familiarium in Indultis Pontificiis intelliguntur nedum famuli, intra septa Monasteriorum inservientes &c., verum etiam, citra servitium, intra eadem septa continuo commorantes, Prælati Regularis obedientiæ aliquo modo subjecti. n. 475

Familiaris domesticus nuncupatur; cum familiaris, & domesticus synonyma sint. ibid.

Domesticus autem proprie dicitur ille, qui in eadem domo habitat, & est aliquo modo inferior, vel subjectus capiti familiæ. ibid.

Trident. sess. 24. de reform. c. 11. de Servitoribus dumtaxat loquitur, non de familiaribus Regularium in universum. n. 476

Particula Et, quamvis sensum copulativum regulariter facere soleat, interdum vero facit sensum disjunctivum, idemque significat, quod particula Vel. num. 477.

Familiaris multiplicem habet significationem, sicut familia, a qua derivatur. ibid.

Familia nunc gentem, vel cognationem significat: nunc servos, vel filios: nunc domesticos, aut Commensales: nunc plures sub uno convictu degentes, & una domo &c. ibid.

Tri-

Tridentinum loco citato *utitur particula* Et *in sensu disjunctivo, non copulativo.* n.478

Tridentinum ibi *non comprehendit privilegia Regularium quoad Conservatores pro suis Servitoribus, & Familiaribus: & etiamsi illa comprehenderet, a Pontificibus post ipsum derogatur.* n.478

Convictores instar hospitum, non permanenter, sed transeunter, & ad tempus commorantur in Seminariis. n.480

Non omnia Seminaria sunt domus Religiosorum, sed aliqua, quorum habent dominium. n.481

Omnia tamen Societatis Seminaria dicuntur Collegia, domus, seu habitationes Societatis; &, ut talia, omnibus fruuntur privilegiis, quibus ceteræ domus, habitationes, & Collegia, quæ Seminaria non sunt. ibidem.

Saltem Convictoribus Seminariorum, quorum habent dominium Regulares, possunt hi omnia Sacramenta in vita, & in morte cum Sepultura in propriis Ecclesiis ministrare, nulla desuper Episcopi, vel Parochi exposita licentia. n.481. & 483

Concesso majori, censetur etiam minus concessum. ibidem.

Magis dignum trahit ad se minus dignum. Et cui licet, quod est plus, licet utique, quod est minus. ibidem.

Possunt Regulares, absque licentia Episcopi, vel Parochi, Hospitibus sæcularibus, intra Monasterium degentibus, Eucharistiam in Paschate ad faciendum satis precepto; & per modum Viatici cum Extrema Unctione iisdem, intra septa graviter ægrotantibus: sicut & in propriis Ecclesiis sepulturam decedentibus, conferre. n.485. & seq.

Advena, qui manet intra Clausuram pro brevi, vel longo tempore, non acquisivit habitationem in Parochia, sed intra Claustra. n.486

Nullibi statutum est, quod Advenæ & Forenses pro Sacramentis ad Matricem Ecclesiam accedere, teneantur. ibid.

Laico hospiti, intra Monasterium graviter ægrotanti, nequit ultima Sacramenta conferre Parochus; utpote qui intra Clausuram nullum jus habet. n. 488 & 489.

Advena in tantum fit subditus Parocho, in quantum degit in aliqua domo, subjecta suæ Parochiæ. num. 490.

Monasterium non est domus de Parochia, quamvis sit situatum in Parochia. ibid.

Parochus non administrat Sacramenta, etiam suis Ovibus, extra suam Parochiam existentibus. n.491

Locus exemptus, & extra Parochiam æquiparantur, & pro eodem censentur. ibid.

Regulares ex Can. 1. 16. qu. 1. *jus habent, sepeliendi in propriis sepulturis laicos hospites, apud se decedentes.* n.492

Et ex variis Summorum Pontificum privilegiis. n. 493.

Declarationes Sacrarum Congregationum nequeunt Regularibus annullare privilegia, per Apostolicam Sedem concessa, nisi de ipsius Apostolicæ Sedis mandato &c. n.494

Potest Sacerdos sæcularis, etiam ab Episcopo non approbatus, valide, & licite audire Confessionem Regularis de licentia Religiosi Prælati. Quinimmo de ejusdem Commissione potest, eam Confessionem excipere valide, & licite alius alterius Ordinis Sacerdos Regularis, neque ab Ordinario loci, neque a suo Religioso Prælato ad Confessiones excipiendas approbatus. n.495

Standum est juri antiquo, nec ab eo recedendum, donec expresse per aliud recens emendetur, limitetur, aut revocetur. ibid.

Nequit tamen Sacerdos præfatus, seu Regularis, sive sæcularis, monialium, etiam Regularibus subjectarum, & Fratrum Jesuatorum Confessiones excipere sine approbatione Episcopi. n.496

Quamvis Regulares teneantur, Interdicta, seu valida, sive nulla servare, quando ea servat Ecclesia Matrix sub pœna excommunicationis, ipso facto incurrendæ; vi tamen privilegiorum ea in multis servare non tenentur. n. 497

Possunt Regulares, tempore Interdicti generalis Missam in propriis, vel alicuis Ecclesiis celebrare, summissa tamen voce, januis clausis, non pulsatis campanis, & exclusis Excommunicatis, ac Interdictis. n. 498. & 500.

Immo generale Interdictum suspendendo, si iidem regulares culpabilem causam non dederint Interdicto, aut specialiter Interdicti non fuerint, possunt solemniter Divina celebrare, apertis januis, pulsatis campanis, admissis Interdictis, exclusis tantum excommunicatis, & iis, qui culpabilem causam Interdicto dedere, in aliquibus Solemnitatibus. n. 499

In festis nimirum Nativitatis Dominicæ, in Hebdomada majori, & festis Resurrectionis, Pentecostes, Corporis Christi, & per ejus octavam: Item Conceptionis Beatissimæ Virginis, ejusdemque Nativitatis, Visitationis, & Assumptionis: Nativitatis etiam Sancti Joannis Baptistæ. ibid.

Rursus in festis Sanctorum suarum Religionum, & aliorum, sub quorum invocationibus Ecclesiæ Regularium dedicatæ sunt, seu quorum Corpora in earumdem Ecclesiis sunt recondita, & per Octavam omnium harum Festivitatum. ibid.

Tandem cum Religiosi Religiosam Professionem emittunt, primam Missam celebrant, & in propriis Ecclesiis Religiosos defunctos sepeliunt. ibid.

Tempore strictissimi Interdicti possunt Fratres Prædicatores, in suis dumtaxat domibus quotidie unam Missam in communi legendo audire; seu quilibet ejusdem Ordinis Sacerdos cum duobus, aut tribus Ministris celebrare, januis tamen clausis, & non pulsatis campanis, ac exclusis iis, qui de Ordine suo non fuerint. n.501

Strictissimum Interdictum est, quod omnes omnino continet effectus, annexos Interdicto, privationem videlicet Sacramentorum, active, & passive sumpta, privationem Divinorum Officiorum, tam activam, quam passivam, & privationem Sepulturæ Ecclesiasticæ activam, & passivam. ibid.

Tempore Interdicti generalis, & specialis, sicut & Cessationis a Divinis possunt Regulares, seu personas sæculares, seu mares, sive feminas, seu semper easdem, sive diversas eligere successive, ad missam in suis Ecclesiis audiendam, & recipienda Sacramenta: quæ, si tunc temporis moriantur, possunt inibi sine solemnitate sepeliri; modo Regulares ipsi, ipsæque personæ sæculares causam non dederint Interdicto, & Cessationi a Divinis, aut Interdictum ipsum non fuerit positum, vel confirmatum a Papa. n. 502

Immo tempore Interdicti, ab Ordinario lati, possunt quindecim personas simul, hodie has, cras illas admittere de iis, quæ non dederint causam Interdicto. n. 503

Possunt Regulares, tempore cujuslibet Interdicti, & Cessationis a Divinis admittere ad Divina Officia, & Ecclesiastica Sacramenta suos Procuratores, & Syndicos; eorumque uxores, & filios; famulos omnes, ac familiares Monasterii, continuos commensales, aliosque, expensis ejusdem Monasterii viventes, cum eorum familia utriusque sexus; sicut & medicum Ordinarium Monasterii pro solo tamen Interdicti tempore, non etiam Cessationis a divinis. num. 504. 505. & 506.

Pos-

Possunt quoque, ad eadem admittere quoscumque familiares, & servitores cujuscumque alterius Monasterii suæ Religionis: eosque decedentes sepelire, secreto tamen modo, januis clausis, & non pulsatis Campanis. n. 507

Operarios etiam, Officiales videlicet & Laborantes in ipsorum locis, sed in die, qua laboraverint, proprios famulos, aliunde venientes, & mercenarios in Grangiis, ac Cellariis residentes. n. 508. & 509

Tertiarios quoque, ac Tertiarias cum suis Procuratoribus, & negotiorum gestoribus; Advocatos Fratrum, & Tertiariorum, sicut & Monialium, ac Tertiariarum. n. 510. & 511

Possunt Regulares, in locis ubi degunt, vel eos pro tempore morari contigerit cujusvis Interdicti tempore, januis clausis, ac Excommunicatis, & Interdictis exclusis, Missas submissa voce celebrare, & Sacramenta nedum recipere, sed aliis ministrare, nisi id ipsis specialiter interdicatur. n. 512

Possunt pariter, in suis Ecclesiis sepelire, quotquot in ipsorum morantur obsequiis; Oblatos in sæculo cum habitu sæculari manentes; Fratres, & Sorores Tertii Ordinis de Pœnitentia; suorumque, ac illorum Procuratores, & Monialium Sanctæ Claræ, negotiorumque gestores: nec non Fratrum, Monialium, ac Tertiariorum Advocatos. a n. 513

Laici, privilegium habentes, assistendi Divinis Officiis pro tempore Interdicti, eo ipso possunt in loco Sacro Sepeliri. n. 515

Possunt ulterius, tempore cujuscumque Interdicti, & cessationis a Divinis sepelire, januis clausis, & non pulsatis Campanis, omnes, & singulos Fratres, Oblatos, Commissos, aut quoscumque Familiares, Officiales, & Servos quorumlibet Monasteriorum; proprium Syndicum, & Procuratorem cum suis Uxoribus, & filiis. n. 516. & 517

Non tamen Confratres suarum Confraternitatum. n. 518

Quæcumque Regulares facere possunt tempore Interdicti generalis, possunt etiam tempore Interdicti specialis. n. 519

Recensita, aliaque id genus privilegia, Regularibus pro tempore Interdicti, vel Cessationis a divinis concessa, revocata non sunt a Tridentino sess. 25. c. 22. n. 520

Possunt Regulares, Sacramentum Pœnitentiæ administrare, & recipere tempore Interdicti. n. 521

Sacramentum Pœnitentiæ quibuscumque Personis Interdictis, etiam sanis, tempore Interdicti conceditur ob magnam ejus necessitatem: modo persona interdicta, non sit etiam excommunicata, aut specialiter interdicta: vel causam culpabilem non dederit Interdicto; & alias nondum sufficientem præstiterit satisfactionem, ne quidem per cautionem juratoriam, si aliam non potuerit. n. 522

Si persona Interdicta fuerit etiam excommunicata, aut specialiter interdicta &c. ad Sacramentum Pœnitentiæ admitti non debet, nisi in probabili periculo mortis. ibid.

Confessarius, specialiter interdictus, Sacramentum Pœnitentiæ quamvis valide, illicite tamen administrat: sed nonnemo validitatem inficiatur. n. 523

Possunt quoque Regulares tempore Interdicti Eucharistiam per modum Viatici, cum solita etiam solemnitate, in periculo mortis constitutis, ministrare. n. 524

Et ipsimet possunt etiam Regulares Eucharistiam recipere tempore Interdicti, nedum in articulo mortis, verum etiam extra talem articulum, communicando si velint, Communione laica. n. 525

Possunt pariter Regulares, eodem tempore Unctionem Extremam sibi invicem ministrare, & propriis familiaribus &c. ex privilegiis Summorum Pontificum. n. 526

Item Sacros Ordines in loco, etiam interdicto recipere; in casu tamen necessitatis, seu penuria Sacerdotum. n. 527

Ubi aliquod generaliter prohibetur, quod expresse non conceditur, intelligitur denegatum. n. 528

Extra casum necessitatis tempore Interdicti collatio Sacrorum Ordinum neque in Sabbato Sancto permissa est; quamvis solemnitas Paschalis a Missa talis diei exordiatur; & in tali solemnitate licita sint Divina Officia. n. 529

Sacra Ordinatio non venit sub nomine divinorum Officiorum. ibid.

Interdictum locale non obstat, quo minus Regulares, taliter interdicti, possint alibi ordinari. ibid.

Possunt eodem tempore Regulares, Sacramentum Confirmationis recipere. n. 530

Sacramentum Confirmationis tempore Interdicti conferri potest omnibus, tam adultis, quam parvulis; non secus, ac Baptismus, & Catechismus, immo & Matrimonium, sed hoc absque solemnitate. ibidem.

Regulares specialiter non intrdicti, vel etiam tales, sed cum signis Contritionis defuncti, in Ecclesia sepeliuntur, & quidem solemniter. n. 532, 533, 534, & 535

Tempore Interdicti omnibus fidelibus generaliter interdicitur Ecclesiastica Sepultura, adeoque etiam Infantibus, & amentibus: indulgetur tamen Ecclesiasticis sine pulsu Campanarum, aliaque funebri solemnitate, modo specialiter interdicti non sint, nec celebratione Divinorum Officiorum Interdictum violaverint. n. 531

Personæ Ecclesiasticæ non debent in Ecclesia specialiter interdicta sepeliri, si commode ad aliam Ecclesiam non interdictam deferri valeant. ibid.

Excommunicatus sepelitur in loco sacro, si moriens signa Contritionis dederit, fueritque post mortem absolutus. n. 533

Persona, ob ingressu Ecclesiæ interdicta, sepelitur in Ecclesia, si moriens dederit signa contritionis, & fuerit post mortem absoluta. ibid.

Possunt Regulares probabiliter in propriis Ecclesiis personas, etiam sæculares interdictas, sepelire in iis Solemnitatibus, in quibus Fideles possunt Divinis assistere, quantumvis illæ nullum ad id habeant privilegium. n. 534

Privilegium assistendi divinis Officiis, extenditur ad Sepulturam. ibid.

Si hodie Religiosus moriatur, tumuletur vespere, & sequenti mane fiet Officium pro eo; suspenditur Interdictum pro eo Vespere, dum sepelitur, & pro mane sequenti, dum fit pro eo Officium. n. 536

Religiosus Professus, graviter ægrotans in domo Consanguinei extra Conventum, recipit de manu proprii Regularis Prælati, vel alterius ab eo deputati, non de manu Parochi, Sanctissimum Viaticum, & Unctionem Extremam; ibique decedens, ad proprium Monasterium tumulandus defertur, Parocho irrequisito, & non soluto Jure parochiali. n. 537

Delationem Sanctissimi Viatici in hoc casu solemniter fieri posse, & non semel factam esse, ajunt nonnulli. n. 538

Delatio Cadaveris Regularis præfati ad suum Monasterium, ut inibi Parocho irrequisito, & non soluto jure Parochiali sepeliatur, impediri nequit a Parocho, etiamsi de manu Parochi ultima Sacramenta recepisset præfatus Religiosus. n. 539

Quæ de Religioso professo dicta sunt, procedunt etiam de Novitio, qui ob aeris intemperiem tempore Novitiatus ægrotans, de medicorum consilio, & Su-

perioris licentia ad domum paternam se confert, ibique decedit. n. 540

Corpora Religiosorum, extra Conventum decedentium, non secus ac corpora decedentium intra Conventum, honoris causa per publicas vias, & plateas processionaliter deferri queunt absque licentia, & interventu Parochi. n. 541. & 542

Regularium Conservator procedere potest adversus Rectores, Vicarios &c. aliosque Clericos, & Laicos quoscumque, & qualescumque præsumentes, retrahere Testatores ab electione Sepulturæ in Ecclesiis Regularium: aut ipsorum voluntates revocari, vel mutari, facere. n. 544

Et adversus persuadentes, ne Regulares vocentur ad associandum corpus Defuncti. n. 545

Quando aliquid est probibitum, censetur etiam probibitum illud omne, per quod ad id potest perveniri. ibid.

Regularium Conservator procedere quoque potest adversus Regulares, sibi commissos, inducentes ad electionem Sepulturæ in suis Ecclesiis; aut ad jam electam in iisdem non mutandam. n. 546

Contra Ecclesiasticos inductores præfatos quænam statuantur pœnæ. n. 547

Parochus, nolens Corpora defunctorum levare, nisi vocatis prius omnibus Parochiæ Clericis aut saltem nisi tot vocentur Clerici, quot Regulares; contra privilegia, & jus Regularium, & contra Pietatem operaretur. n. 548

Parochus, plus exigens ab iis, qui in Ecclesiis Regularium sepeliendi sunt, quam ab illis, qui in Ecclesiis Parochialibus, etiamsi id faceret Episcopi sui statutis suffultus, a Conservatore proclamari potest in excommunicationem majorem, Papæ reservatam, incursus; & ab eodem ad damnum Regularibus, vel defunctorum hæredibus illatum, quippe contra justitiam, restituendum coerceri. n. 549

Parochus impediens, ne Cadavera Defunctorum cum habitu patente Fratrum Minorum in eorum Ecclesiis sepeliantur, habitum cum aliquo panno, vel lugubri veste cooperiendo, itaut non videatur, excommunicationem incurrit. n. 550

Non apparere, & non esse, paria sunt. ibidem.

Debet Conservator in eo casu Monitionem in faciem Curati præmittere: neque trina necessaria est, sed unica sufficit, & tribus æquivalet in similibus casibus pendentibus. n. 551

Si Conservator absit; potest Religionis Superior, vel alius Religiosus coram testibus in faciem Parochi unicam monitionem præmittere. ibid.

Regulares Exempti, qui in Processione funerali rapuerunt per vim Corpus Defuncti, qui in eorum Ecclesia Sepulturam elegerat, Parocho volente in sua Parochia sepelire, nequeunt ab Episcopo puniri: & adversus Episcopum potest Conservator procedere. n. 552

Regulares in casu allato delinquentes non sunt. n. 553

Qui utitur jure suo, nulli facit injuriam. ibid.

Defacto procedenti, de facto resistendum est. ibid.

Potest quivis, auctoritate propria, aliquid sibi rapienti resistere, & in tuto ponere. ibid.

Scandalum dare, est conditio, jurisdictionem conferens. n. 554

Non potest Conservator, avocare ad se causam inceptam coram Episcopo, antequam ipse esset Regularium Conservator. n. 555

Vel antequam Regularis esset exemptus, quia nimirum, dum esset Laicus, litem incepit coram Episcopo. ibid.

Ubi Judicium semel cœptum est, ibi finem debet habere. ibidem.

Causa restitutionis Cadaverum, quando illa Regulares arripiunt inter se, non ad Conservatorem, sed ad Episcopum pertinet: eoque mortuo, ad Capitulum Sede Vacante. n. 556

Quisque sepeliendus est in Parochiali, nisi aliam Sepulturam elegerit. ibid.

Causæ Parochiales coram Episcopo deciduntur. ibidem.

Episcopus facultatem concedit, transferendi Cadaver de loco ad locum. ibid.

Episcopus, non Conservator, compescit Exemptos, construentes Oratoria, vel Capellas sine ejus licentia: vel in sic constructis, aut tempore Interdicti, præter casus exemptos a Jure, celebrant, vel celebrari faciunt Divina. n. 557

ARTICULUS XXII.

An ad ea, in quibus Regulares exempti subjiciuntur Episcopis, extendat se Judicis eorumdem Conservatoris potestas: & quænam illa sint?

Ubi

Centuria casuum, in quibus Regulares exempti subjiciuntur Episcopis.

Et

De dignitate, ac præstantia Episcoporum: deque Regularium bono in Ecclesia Dei; constantique inter ipsos pace, & Charitate fovenda.

SUMMARIUM.

JUdex Regularium Conservator nequit se immiscere in casibus, in quibus vigore Juris communis, Concilii Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum Regulares exempti, etiam intra Claustra degentes, subjiciuntur Episcopis. n. 1

Quod declaravit Congregatio specialiter deputata ab Innocentio X. in causa Angelopolitana. n. 2

Si Episcopi in dictis casibus juris Ordinem non observent, & fines suæ jurisdictionis excedant, adversus eosdem pro Regularibus sibi commissis potest se immiscere Conservator. n. 3

Olim Religiosi omnes subjicebantur Episcopis, in quorum Diœcesibus Monasteria sita erant: quemadmodum ipsa Monasteria quo ad jurisdictionem, & gubernium Religiosorum: n. 4

Quo ad susceptionem vero Sacramentorum Presbytero Parochiali subjiciebantur, quando Regulares nondum Clerici erant. ibid.

Episcopi olim Religiosos ad Professionem admittebant: Monasteria visitabant: eaque omnia in Religiones, earumque Religiosos exercebant, quæ hodie Religiosorum Ordinum Generales. n. 5

Quamobrem Episcopi intentionem habent fundatam in jure adversus Abbates, ceterosque Religiosos, nedum in Civilibus, sed etiam in Criminalibus. n. 6

Propter abusum Episcoporum suæ potestatis in Regulares, hi ab illorum jurisdictione per Apostolicam Sedem exempti sunt, subjecti dumtaxat immediato gubernio ipsiusmet Apostolicæ Sedis, & omnimodæ jurisdictioni Prælatorum Ordinis. n. 7

Prælati Regulares in suas Religiones jurisdictionem obtinent pleno jure quasi Episcopalem. n. 8

Omniaque possunt in suos Religiosos subditos exercere, quæ Episcopi in proprios subditos Diœcesanos. ibidem.

In

In permultis tamen casibus subditi sunt Episcopis Regulares. n. 9

Idque, ne Regulares sua exemptione adversus Episcopos, & Regularem disciplinam abutantur. num. 10

Regulares exempti, etiam intra Claustra degentes, subjiciuntur Episcopis quo ad ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis. n. 11

Nequeunt Regulares, Ordines recipere, nisi ab Episcopo illius Diœcesis, in qua eorum Monasteria sita sunt. n. 12

Nisi tamen Episcopus Diœcesanus absuerit, vel non esset Ordinationes habiturus. Et tunc attestatio opus est Superiorum Regularium in literis dimissorialibus, de absentia, vel Impedimento Episcopi. num. 13

Hujusmodi attestatio Superiorum Regularium sufficiens est, nec requiritur fides absentis, vel Impediti Diœcesani. n. 14

Decretum Clementis VIII. pro Regularibus ordinandis adducitur. n. 15

Illudque procedit, ubi Regulares speciale non habeant privilegium, ut a quocumque Catholico Antistite valeant ordinari; ut habet Societas Jesu. n. 16

Episcopus nequit Regularem ordinandum cogere, ut Juret voce, vel scripto, se validam professionem emisisse; aut alias nullam ratificasse. n. 17

Juramentum deferri non potest, nisi a proprio Judice; cum sit actus Jurisdictionis. ibid.

Ubi eadem militat ratio, eadem militat quoque juris dispositio. ibidem.

Non possunt Regulares, ab alieno Episcopo in propriis Domibus, vel Ecclesiis ordinari sine licentia Diœcesani, ipsomet Diœcesano absente, vel Ordinationes non habente; aut Capituli Sede vacante, eodem Ordinario defuncto. n. 18

Oppositum tamen ex variis Religiosorum privilegiis sustinet Cespedes probabiliter. n. 19

Concilium Tridentinum *inceptum est sub Paulo III. anno 1545. continuatum sub Julio item tertio, & tandem absolutum sub Pio quarto, & ab eodem confirmatum anno 1563.* n. 19

Quoties Tridentinum *abrogat privilegia Regularium, solet illa expresse abrogare, sicque quando illa expresse non abrogat, non debent abrogata præsumi.* num. 21

Episcopus alienus nequit Ordines in loco exempto conferre, sine licentia Superioris loci exempti; & Episcopi loci, in quo est locus exemptus. n. 24

Episcopus examinat Regulares exemptos de scientia, ad receptionem ordinum necessaria. n. 27

Nisi privilegium habeant, ut non examinentur; sicut habet Societas Jesus. ibid. & n. 28

Episcopo loci Ordinationem habente, adhuc Clerici Societatis Jesu possunt Ordinari extra Diœcesim ab alio Episcopo. n. 29

Quamvis possit Episcopus, examinare de scientia Regulares non privilegiatos ordinandos; non tamen de illorum natalibus, ætate, & moribus. n. 30

Superiores Regulares nequeunt super Interstitiis subditorum Ordinandorum dispensare; cum id pertineat ad Episcopum ordinantem: qui tamen, quoad causam dispensandi, judicium suum formare debet ex attestatione Superiorum Regularium. n. 31

Nisi Regulares ordinandi privilegium habeant, ut a suis Superioribus dispensentur; quemadmodum habent illi Societatis Jesu. n. 32

Episcopus declarat in dubio corporis vitiati defectum, ob quem nequit Regularis ad Ordines promoveri. n. 33

Quamvis eam declarationem soli Prælato regulari competere, velint non pauci Doctores. n. 34

Ut soli Prælato regulari competit dispensatio cum suis subditis in omnibus Irregularitatibus, tribus exceptis, Homicidii voluntarii, mutilationis membrorum, & Bigamiæ. ibid. & n. 35 ac 36

Utramque opinionem conciliat Cespedes, *& quomodo?* n. 37

In dubio impedimenti, Matrimonium dirimentis, quod nequit Episcopus dispensare, non solus Episcopus declarat dubium, & ponit, vel tollit, ac negat impedimentum, sed etiam quivis vir prudens. ibid.

Regulares nequeunt Sacramentum Pœnitentiæ Secularibus, etiam Presbyteris administrare, nisi approbationem habeant ab Episcopo. n. 38

Si citra approbationem Episcopi illud administrent, puniri ab ipso queunt, ut Apostolicæ Sedis delegato. num. 39

Nequit Episcopus cogere Prælatum Regularem, præsentantem subditum suum pro obtinenda approbatione, ut sub juramento attestatur de illius sufficientia, idoneitate, probitate morum, ac certa quadam ætate, &c. n. 40

Jure novo Tridentini *potest Episcopus Regulares examinare pro Confessionibus; cum antea nequiverit.* num. 41

Lex, si aliud voluisset, expressisset. n. 42

A diversis non tenet illatio, præsertim in materia odiosa. n. 43

Non pertinet ad Episcopum, inquirere de vita, & moribus Regularium præsentatorum pro approbatione ad Confessiones Sæcularium excipiendas; sed ad Superiorem præsentantem. n. 44

Privilegia Regularium ita debent explicari, ut quo minus possit, ipsis derogetur. n. 45

Novitates solent discordias generare; & ab antiqua pratica recedendum non est. n. 46

Non potest Episcopus sine justa causa, & pro libito, Regulares ad examen pro Confessionibus non admittere, vel admissos reprobare. n. 47

Religiosi, qui ex privilegio Sedis Apostolicæ sunt quasi Parochi delegati, habent jus ad approbationem petendam: nec potest hæc illis juste sine causa denegari. ibid.

An autem, si absque causa sufficiente, Regularibus approbatio ad Confessiones negetur, negatio uti est injusta, ita etiam sit invalida, taliter, ut approbatio denegata se habeat pro concessa, affirmant quamplurimi Doctores, urgentibus aliis non paucis. n. 48 & seq.

Lex posterior Generalis sæpe limitatur per speciale Jus antiquum. n. 48

Jura Juribus sunt concordanda, etiam aliquando cum quadam improprietate verborum. ibid.

Ut abrogetur Jus antiquum per aliquod novum, debet hoc, clausulam juris antiqui derogatoriam expresse continere. ibid.

Licentia petita, & injuste, vel injuriose denegata, habetur pro obtenta. ibid.

Fraus, & dolus nemini debent suffragari. ibid.

Propositio 13. inter damnatas ab Alessandro VII. per aliquos non opponitur illi sententiæ, quod approbatio pro Confessionibus injuste denegata, habeatur pro concessa. n. 49

Sufficiens, & justa causa denegandi approbationem pro Confessionibus audiendis debet esse rationabilis, juridice probata, & ad Sacramentum Pœnitentiæ pertinens; non autem extranea. n. 50

Præfata causa sufficiens, justa, & rationabilis, est defectus ex parte personæ in doctrina, in moribus, vel in aliquo alio. ibid.

Defectus in doctrina est, si præsentatus non habeat sufficientem litteraturam, & aliquam saltem Sacramenti Pœnitentiæ peritiam. n. 51

Particula dumtaxat, est taxativa, & omnia alia excludit. n. 52

Defectus in moribus est, si præsentatus cum scandalo, aut alias inhoneste vivat; vel aliquod delictum committat, vi cujus rationabiliter videretur a Confessionibus suspendendus. n. 53

Defectus in aliquo alio foret, si Regulares non servassent Interdictum Episcopi. n. 54

Non tamen, si nolint ad Processiones accedere, si prædicent sine Benedictione, vel licentia Episcopi; si renuant, quod Episcopus aliqua jura exerceat in personas Religiosas, aut in suis Ecclesiis. n. 55

Neque est causa sufficiens, justa, & rationabilis & præcisa superfluitas Confessariorum in Civitate, seu Diœcesi; vel quod in Confessionibus audiendis, uti nolint Superpelliceo, & Stola. n. 56 & 57

Non potest Episcopus sine justa causa, & pro libito, approbationem simpliciter, & illimitatam Regularibus denegare; illam ad personas, locum, & tempus restrictam concedendo. n. 57

Regulares jus habent, ut petant approbationem simpliciter, & absolutam prævio examine, cui se se offerunt. ibid.

Si Episcopus absque justa causa approbationem limitatam conferret; limitatio per non paucos Doctores non valeret; sicque per eosdem ita se haberet approbatio limitata, ac si esset illimitate concessa. Quod tamen pernegant quam plures. n. 58

Non potest Episcopus juste approbationem dare Regularibus, limitatam ad solos mares; non etiam ad feminas, donec ætatem habeant 40 annorum. n. 59

Religiosi quo ad Sacramenti Pœnitentiæ utriusque Sexus fidelibus administrationem, Confessarii Papales dicuntur. n. 60

Episcopi in vim Constitutionis Gregorii XV. incipit: [Inscrutabile.] nequeunt Regularibus approbationem conferre limitatam ad locum, tempus, & personas; neque alio modo eorum privilegia in administrandis Sacramentis restringere, vel moderare queunt. num. 61

Non obstante approbatione limitata ad solos viros, Regulares, quantumvis ætatem 40 annorum non habentes, posse Confessiones mulierum excipere, docent quamplures: quamvis alii contradicant. n. 62 63

Quo ad approbationem pro Confessionibus excipiendis tamdiu qui præsumitur bonus, quamdiu non probatur malus. n. 62

Non potest Episcopus sine justa causa, & pro libito approbationem dare Regularibus, limitatam ad suam tantum Ecclesiam; pro Civitate, vel oppido; non tamen pro aliis Ecclesiis, & pro tota Diœcesi. n. 64 65

Præfata limitatione non obstante posse Regulares ubilibet valide Sæcularium Confessiones excipere, contendunt Doctores quamplurimi, alii tamen contradicunt. n. 66

Non potest Episcopus, sine causa sufficiente, & pro mero sub libito, approbationem Regularibus impertiri, ad certum tempus limitatam, e. g. ad sex menses, ad annum. n. 67

Neque eosdem, ad tempus determinatum prævio examine approbatos, elapso tempore pro nova ad aliud tempus approbatione iterum examinare. n. 68

Non obstante approbatione limitata ad tempus, posse adhuc Regulares, elapso tempore præfinito, Confessiones excipere, volunt non pauci quibus alii plures opponuntur. n. 69

Quandonam censendus Episcopus sine justa causa, & pro libito, adeoque injuste, ex malevolentia, ex odio, &c. approbationem Regularibus denegare, vel illam limitate concedere? n. 70

Leo Decimus in Concilio Lateranensi pares omnino fecit Religiosos in conferendis in Ecclesiam Beneficiis. Sanctissimis Episcopis. ibid.

Non possunt Episcopi sine justa causa, plures Regularibus casus reservare, quam Parochis; &, si reservent, non tenentur Regulares illis circa talem restrictionem obedire. ibid.

Cum ab Episcopis conceditur per Decretorum publicum facultas Parochis, absolvendi in aliquibus anni Festivitatibus a casibus sibi reservatis; dicta facultas censetur etiam concessa Regularibus, ab ipsis approbatis, quantumvis in Decreto minime Regulares nominentur. ibid.

Clementina Dudum §. per hujusmodi de sepult. pares omnino facit Confessarios Regulares quo ad jurisdictionem Parochi. ibid.

Non potest Episcopus sine nova, & justa causa, eaque ad Sacramentum Pœnitentiæ pertinente, approbationem semel legitime, ac prævio examine Regularibus concessam, revocare. n. 71

Approbatio, semel legitime, ac prævio examine concessa, nedum injuste, sed etiam invalide, sine sufficienti causa revocatur, ita ut non obstante tali revocatione, adhuc possit Confessarius Regularis ex vi prioris licentiæ Confessiones audire, docent non pauci: quamvis oppositum non pauci etiam sustineant. num. 72

Seu de cetero talis approbatio fuerit absolute, & simpliciter concessa; sive cum restrictione ad tempus, infra quod pro libito Episcopi revocari non potest; sive etiam cum formula ad beneplacitum indulta. n. 73 & 83

Non potest Episcopus, sine rationabili causa, prorogationem approbationis Regularibus denegare. n. 74

Nequit approbatio ad beneplacitum revocari, nisi approbatus fiat talis, ut non deberet approbari, si denuo esset approbandus. n. 75

Quod semel placuit, amplius displicere non potest. ibidem.

Jurisdictio, data Regularibus ad beneplacitum, censetur perpetua. ibid.

Approbatio, quomodocumque data, sed mero Episcopi judicio, & sine examine, potest ab Episcopo suspendi, ac revocari, & non nisi prævio examine denuo concedi. n. 76

Nequit Episcopus, statuere, ut Regulares Ordinis Clericalis in Confessionibus Sæcularium excipiendis utantur superpelliceo, & Stola: ceteri vero Ordinis non Clericalis utantur sola Stola. n. 77

Jesuita, etiam Parochus, in Confessionibus Sæcularium excipiendis non tenetur superpelliceum adhibere. ibid.

Episcopus circa Regulares exemptos nullam potest Jurisdictionem exercere, ne quidem in re minima, ex variis Summorum Pontificum privilegiis. num. 78 79 80

Præcipere, ut Regulares in Confessionibus audiendis Stolam adhibeant, est actus Jurisdictionis in Regulares. n. 78

Religiosi sunt immediate subjecti Papæ quo ad omnia: ipseque Papa est eorum Episcopus. n. 80

Religiosi exempti respectu Episcopi instar extraneorum habendi. ibid.

Etiam in re minima actus jurisdictionis, & Superioritatis exercetur. ibid.

Dictio omnino eximimus in Pontificum eximentium Bullis significat absque ulla exceptione; & rimedio. ibid.

Qui omne dicit, nihil excludit. ibid.

Actus Jurisdictionis, & Legislatoris, jus dicentis sunt, prohibere, punire, jubere &c. n. 81

Si quod privilegium habeant Episcopi, ipsi debent afferre. n. 82

Appro-

Approbatio Regularium ad Confessiones debet tantum esse de Idoneitate quo ad literaturam. n. 83

Quod Regulares habeant Stolam, nec ne, dum Confessiones excipiunt, non pertinet ad literaturam; immo neque ad bonos mores. n. 84

Nequeunt Episcopi, post factam approbationem, etiam ad beneplacitum, aliquam limitationem addere. num. 85

Decretum Sacræ Congregationis, de mandato Urbani VIII. circa administrationem Sacramenti Pœnitentiæ a Confessariis Sæcularibus cum superpelliceo, & Stola faciendam, a Regularibus vero cum mera stola, fuit tantum pro Urbe; nec vi ipsius possunt Episcopi Regularibus, Stolam deferre nolentibus, approbationem non concedere, aut concessam revocare. num. 86.

Pontifex, ubi voluit, Episcopos procedere contra Regulares, ut Apostolicæ Sedis delegatos, id expressit. num. 89.

Regulares accipiunt immediate a Papa licentiam, & Jurisdictionem audiendi Confessiones, & ab Episcopo tantum expectant sententiam approbationis, seu idoneitatis. n. 90

Privilegium, a Papa concessum, ab ejus inferiore infirmari non potest. n. 91

Regulares non tenentur Episcopo parere, statuenti delationem Stolæ in Confessionibus excipiendis: sed, eo statuto non obstante, possunt licite, & valide Confessiones audire, si semel fuerint approbati. n. 92

Approbatio denegari non potest ex eo, quod Regulares nolint Stolam ferre, neque data adimi. ibid.

Non potest Episcopus, præscribere, quod Regulares exempti Confessiones excipiant in habitu Chorali: Pœnitentes extra Confessionarium, & extra cratem linguam non auscultent, & non nisi apertis Ecclesiæ januis, ac in Confessionalibus, ab ipso per suos Visitatores approbandis. n. 93

Neque præscribere potest Episcopus, quod Regulares ad sæculares infirmos, in eorumdem domibus pro Sacramento Pœnitentiæ administrando, non accedant sine licentia Curati: neque juvenes, aut mulieres auscultent ante ortum, & post occasum solis. ibid. & n. 94.

Constitutio Gregorii XV. incip. [Inscrutabili], de privilegiis Exemptorum Regulares exemptos non subjicit Jurisdictioni Episcoporum in his, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi ubi in ea administratione Regulares deliquerint. n. 95. & 96

Episcopis non licet, vigore dictæ Constitutionis, visitare Altaria Ecclesiarum Regularium; nec loca, ubi in iisdem Ecclesiis asservatur SS. Eucharistia; vel ubi sæcularium Confessiones audiuntur. n. 97

Præfata Constitutio nullam novam auctoritatem in Regulares Episcopis attribuit. n. 98

Non possunt Episcopi, in vim laudatæ Constitutionis Regularibus præscribere, ut certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant. ibid.

Episcopo non approbante sine justa causa, vel limitate Regulares approbante ad Confessiones Sæcularium excipiendas, aut suspendente &c. possunt illi ad metropolitanum appellare. n. 99

Quod intelligendum, ubi Episcopi injuria, Regularibus irrogata, notoria, & manifesta non sit. Quod si notoria, & manifesta sit, debent Regulares ad suum Conservatorem recurrere. a n. 100

Possunt Regulares ad suum Conservatorem recurrere, mandante Episcopo sub pœna Suspensionis a Confessionibus audiendis, ut iidem Regulares Confessarii suis pœnitentibus schedulas dent tempore Paschatis. numer. 102.

Capitulum sede vacante nequit licentias excipiendi Confessiones, ab Episcopo præmortuo Regularibus concessas, suspendere, aut revocare, nec illos novo examini subjicere. n. 105. & 108

Si novus Episcopus suo Edicto suspendat, aut revocet omnes licentias, & approbationes Confessariorum, non comprehenduntur Confessarii Regulares, si illos expresse non nominet Edictum. ibid.

In odiosis, nisi exprimantur, non comprehenduntur Regulares. ibid.

Suspendere, vel revocare præfatas licentias, conceditur pro tranquillitate, & quiete Conscientiæ Episcopi futuri. n. 106

Regulares examinare, pertinet ad potestatem, a Sede Apostolica delegatam. n. 107

Capitulum non succedit Episcopo in iis, quæ competunt illi Jure delegato. ibid.

Licentia, Regularibus concessa ab Ecclesiarum Prælatis, audiendi Confessiones suorum subditorum; prædicandi; & aliqua vota in alia pietatis opera commutandi in suis diœcesibus, uti queunt Regulares post mortem Prælatorum, donec per Successores revocetur. n. 108

Licentia, Regularibus concessa ad Episcopo mortuo, absolute, & simpliciter, nequit a Capitulo Sede vacante suspendi, aut revocari. n. 109

Nec licentia, ab eodem Episcopo concessa ad nostrum beneplacitum. ibid.

Beneplacitum respectu Regularium etiam post mortem Episcopi perseverat, licet respectu Sæcularium una cum Episcopo moriatur. ibid.

Nec licentia cum limitatione ad tempus e. g. ad annum, infra quod decedit Episcopus. n. 110

Neque demum licentia, ad annum concessa, audiendi Confessiones, post mortem Episcopi expirat, elapso jam anno licentiæ. n. 111

Regulares celebrare non possunt in domibus privatis, atque omnino extra Ecclesiam, & ad divinum tantum cultum dedicata Oratoria. n. 112

Præfatam celebrationem prohibere debent Episcopi, etiam ut Apostolicæ Sedis delegati. ibid.

Ex justa tamen causa facultatem concedere possunt, celebrandi extra Ecclesiam, vel alium locum Sacrum. n. 113

Tacentibus, & non contradicentibus Episcopis, possunt hodie Regulares ubique celebrare cum Altari portatili, sine Parochialis tamen juris præjudicio. numer. 114.

Regulares sine licentia Episcopi nequeunt, in propriis Ecclesiis publice Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum exponere; possunt tamen privatim in ostiolo Tabernaculi, aut in Pixide velata, ita ut sacra Hostia videri non possit. n. 115

Regulares, etiam non Curati, si in Sacramentis administrandis delinquant, subsunt Jurisdictioni, & punitioni Episcopi: secus tamen extra delictum. num. 116.

Regulares non subjiciuntur Episcopo quoad exercendum Exorcistatus Ordinem, si illum habeant; nec incidunt in pœnas, ab Episcopo latas adversus exorcizantes absque sua licentia; vel, non servatis iis, quæ ab Exorcistis servanda per Episcopos, præscribuntur. n. 117.

Regulares exempti, intra claustra degentes, subjiciuntur etiam Episcopis, si personas quascumque sollicitent in actu Sacramentalis Confessionis, sive ante, vel post immediate, sive occasione, vel prætextu Confessionis, ipsa Confessione non secuta, vel extra occasionem Confessionis in Confessionali: aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones habuerint. num. 118. & 119.

Cognitio fractionis sigilli Sacramentalis, seu violatores sint Confessarii Regulares, sive Sæculares, ad

Episco-

Episcopum pertinet privative, etiam quoad Inquisitorem. n. 120

Nisi tamen Confessarii licitam esse, crederent fractionem Sigilli; vel aliunde forent de hæresi suspecti. ibidem.

Violantes Confessionis sigillum, peccant, ne dum contra Justitiam, sed etiam contra Religionem peccato Sacrilegii. n. 121

Regulares, Sæcularium Confessionem excipientes sine approbatione Episcopi possunt ab illo, etiam Censuris, puniri. n. 122

Regulares sine approbatione Episcopi nequeunt monialium, etiam sibi subjectarum Confessiones audire. num. 123.

Regulares nequeunt Eucharistiam Sæcularibus in die Paschatis ministrare, ne quidem ob devotionem: & administrantes sine licentia Episcopi possunt, ab eodem puniri, quemadmodum personæ Sæculares. num. 124.

Nisi tamen Regulares præfati ad id privilegium habeant. n. 125

Potest Episcopus prohibere Sacerdotibus, nedum Sæcularibus, sed Regularibus etiam, ne Missas celebrent in Ecclesiis Monialium. n. 126

Etiamsi id ex præscripto Testatoris injungatur: in quo casu onus ad Ecclesiam Regularium, vel alio transferendum est. n. 127

Regulares subduntur Episcopo quoad celebrandum in Oratoriis privatis Nobilium diebus exceptis, vel postquam eadem die fuerit jam unica Missa celebrata, in brevi Apostolico concessa. n. 128

Regulares, celebrantes tempore indebito, possunt ab Episcopo puniri. n. 129

Nisi tamen privilegium habeant celebrandi tempore indebito. n. 130

Societas Jesu celebrare potest una hora ante auroram, & altera post meridiem, itineris, vel alia de causa: sive tribus, plus, minusque horis ante ortum solis, & infra duas post meridiem. ibid.

Volunt nonnulli, præfatum privilegium habentes, posse usque ad nonam inclusive, idest usque ad tres horas celebrare post meridiem. ibid.

Possunt Episcopi, punire Regulares, etiam censuris, prohibita, vel indecentia in Ecclesiis suorum Ordinum committentes circa Missæ Sacrificium. n. 131

Regulares, qui peracto Sacrificio Missæ per Ecclesiam circumeunt, offerentes astantibus osculum Patenæ, possunt ab Episcopo coerceri. n. 132

Regulares, non retinentes lampadem ante Altare Venerabilis Eucharistiæ, possunt ab Episcopo coerceri. num. 133.

Neque talis defectus suppletur, si forte lampas diu, noctuque existat in choro e conspectu Altoris Majoris. num. 134.

Potest Episcopus, Reliquias visitare, Ecclesiis Regularium a laicis donatas, quarum claves, vel una penes laicos asservatur. n. 135

Punit Episcopus Regulares Mendicantes, Prædicatoribus exceptis, qui tum debeant esse contenti unica Campana, plures habent. n. 136

Campanæ Ecclesiarum Regularium, nisi fuerint benedictæ, collocari non possunt in Campanili: Et, si collocentur, possunt Regulares ad illas deponendas ab Episcopo cogi. n. 137

Benedictio Campanarum videtur esse de præcepto in Pontificali. n. 138

Potest Episcopus prohibere, ne Campanæ Ecclesiæ nondum benedictæ pulsentur, & benedictæ non pulsentur pro re profana. n. 139

Musica in Ecclesiis est de Jure permissa, etiam in antiqua Lege. n. 140. & 141

Episcopus prohibere non potest Regularibus, (Monialibus exceptis), ne in suis Ecclesiis musica habeatur: neque Musicis, quod non canant, saltem sine sua licentia, aut non vocato Magistro Capellæ Cathedralis &c. n. 142

Potest tamen iisdem præcipere, quod musica tota sit devota, & ecclesiastica, non lingua italica, aliave vernacula concepta, quacumque in oppositum consuetudine non obstante. n. 143

Potest Episcopus, cogere etiam Juris remediis Regulares exemptos, recusantes celebrationem Missarum illorum Patronorum, qui capellas habent in suis Ecclesiis, ad præfatam celebrationem in dictis capellis acceptandam. n. 144

Regulares prædicare non possunt in Ecclesiis sui Ordinis sine approbatione, & licentia suorum Superiorum, & benedictione Episcopi: sicut & sine benedictione, & licentia Episcopi, gratis ab eodem concedenda, in aliis Ecclesiis. n. 145

Et contravenientes ab Episcopo Censuris, aliisque pœnis Ecclesiasticis puniri queunt. n. 146

Regulares, in Ecclesiis sui Ordinis prædicare volentes, si benedictionem, ab Episcopo petitam, non obtinuerint, prædicare possunt: secus tamen, & quidem sub iisdem pœnis, si Episcopus benedictionem nedum non concesserit, sed etiam contradixerit. numer. 147.

Hujusmodi benedictio petenda est a Regularibus, si in Oratoriis sui Ordinis, vel in Ecclesiis, aut ad Crates monialium, eorum Jurisdictioni subjectarum, licet januis clausis, prædicare voluerint. ibid.

Licentia prædicandi semel Regularibus concessa, ob rationabiles causas, licet occultas, prædicationem tamen concernentes, suspendi potest. ibid.

Nequit tamen Episcopus, generaliter prohibere Regularibus, ne in suis Ecclesiis prædicent. ibid.

Regulares prædicare, non posse in Ecclesiis suis contradicente Episcopo, non opponitur huic, quod prædicare valeant, petita, & non obtenta benedictione. n. 148.

Non potest Episcopus, Regulares astringere, ad concionandum cum certo habitu. n. 149

Regulares concionaturi in Ecclesiis exemptis aliorum Regularium, sicut & Sæcularium, etiam ubi Superior non habet Jurisdictionem quasi Episcopalem, non indigent licentia, sed sola benedictione Episcopi. numer. 150.

Potest Episcopus, Regulares concionaturos in Ecclesiis non suis, etiamsi ab Universitatibus, aut a Magistratibus laicis nominatos, quoad doctrinam examinare, consuetudine in oppositum etiam immemorabili non obstante. n. 151

Methodus hujus examinis quænam sit? n. 152

Potest Episcopus, quo tempore solet, concionandi licentiam Prædicatoribus concedere, ab eisdem exigere professionem fidei. n. 153

Id tamen in usu non esse, testantur nonnulli: adeoque standum consuetudini locorum. n. 154

Regulares, si inter concionandum in Ecclesiis suis, vel alienis, errores, aut scandala prædicaverint, ab Episcopo concionari interdicuntur: si hæreses; puniuntur ab eodem: quemadmodum si dixerint, Beatissimam Virginem cum peccato originali fuisse conceptam. n. 155.

Potest Episcopus, procedere pœnis, sibi bene visis, adversus Regulares, prædicantes Revelationes, vel Miracula non Authentica, aut Indulgentias falsas, vel apocriphas, sive indiscretas. n. 156

Regulares omnes, etiam Novitii, quantumvis nullo Ordine insigniti, concionari valent, si primam Tonsuram habeant. n. 157. & 158

Regulares non indigent licentia Episcopi, ut concionentur in Plateis, aliisque locis publicis, in quibus

bus

e

vitii difficultatem habeant discedendi: puta magna pars substantiæ suæ. n. 197

Regulares exempti, in Capitulis generalibus non subduntur: vel, si subduntur curam habent animarum, tenentur accedere ad Synodum Diœcesanam sub pœna privationis utriusque vocis ipso facto, aliisque, etiam excommunicationis, arbitrio Episcopi: apud quem extat jus declarandi, pœnas imponendi, exemptione non obstante. n. 199

Abbates, aliique Regulares exempti, quantumvis careant animarum cura, tenentur ad Generalibus, sive Synodalibus Congregationibus ex causa gravi, eaque Regularibus ipsis communi, interessendum. n. 200

Immunitas Ecclesiastica est de negotiis gravibus, immo gravissimis, ad Clerum Sæcularem æque, ac ad Regularem Spectantibus. n. 201.

Confraternitates sunt laicorum fidelium ad pias, & devotas actiones exercendas Congregationes. n. 202

Eas instituere, erigere, sive aggregare valent Regulares in suis Ecclesiis, & locis vi privilegiorum, ut juxta formam præscriptam a Clemente VIII. in Constit. [Quæcumque.] ibid.

In quonam hujusmodi forma sita sit, explicatur. a n. 203

Quamvis Regulares valeant, Confraternitates instituere, erigere, & aggregare modo dicto in suis Ecclesiis, & locis; non tamen in Ecclesiis Monialium, etiam proprii Ordinis, & sibi subjectarum. n. 204

Ex Constit. Clementi VIII. unam tantum in eodem loco instituere, sive aggregare possunt Confraternitatem Regulares; ex privilegio tamen Pauli V. possunt libere in eodem loco Confraternitates multiplicare. n. 205

Ac ex Decreto Sacræ Congregationis super Indulgentiis antiquas canonice institutas in suis Ecclesiis collegiatis duodecim Fratrum, juxta formam prædictam confirmare: & cum approbatione Ordinarii loci super distantia inter Confraternitates dispensare, tam quo ad antiquas confirmandas, quam quo ad alias de novo instituendas. ibid.

Ut constituatur Confraternitas, de Jure Canonico satis sunt duo Confratres: de Jure tamen Civili tres requiruntur; quemadmodum ut constituatur Collegium, & Congregatio, quæ cum Confraternitate convertuntur. n. 206

Quamvis si omnes Confratres deficiant, in uno conservetur; ut si deficiant omnes Collegæ, & Congregati Collegium, & Congregatio conservatur in uno. ibid.

Ad institutionem, erectionem, & aggregationem Confraternitatum consensus Ordinarii est requisitus, sed per modum solemnitatis extrinsecæ. Quambrem consensus Ordinarii in ea non præsumitur, sed probatur ab asserente, Confraternitatem auctoritate Ordinarii erectam esse. Et quomodo? n. 207

Ex Decreto Sacræ Congregationis super Indulgentiis possunt Regulares, antiquas Confraternitates in Ecclesiis collegiatis duodecim Fratrum canonice institutas confirmare, Ordinarii consensu minime requisito. n. 208

Statuta Confraternitatis instituendæ, sive aggregandæ ab Institutoribus, sive Aggregantibus edita, debent prius ab Episcopo examinari, & approbari. n. 209

Non ita tamen ea, quæ ab Institutoribus, sive ab ipsa Confraternitate postea conduntur: quæ tamen esse debent de rebus concernentibus Confraternitatis Institutum, non de aliis. ibid.

Facultas instituendi, sive aggregandi Confraternitates Generalibus Religionum concessa est: & ab his potest delegari. n. 210

Formula, quæ in erectionibus, & aggregationibus Confraternitatum per Generales concedendis servari debet juxta §. 5. Constit. Clementis VIII. refertur. n. 211. & 212

Confraternitates nequeunt, gratias & Indulgentias ab Ordine instituente, sive aggregante sibi communicata promulgare, quin prius ab Ordinario recognoscantur, & approbentur. Possunt tamen illis uti sine dicta prævia recognitione & approbatione. n. 213

Possunt eleemosynas quærere, & secundum limitationes Bullæ Clementis VIII. §. 7 n. 214

Licentia quærendi eleemosynas dari debet pro loco, ubi Confraternitas erecta est: non pro diœcesi, cum aliarum præjudicio; nisi paupertas illius aliunde sublevari non posset. ibid.

Oblationes, Altaribus factæ Confraternitatum, ad ipsamet Confraternitatum Altaria spectant, non ad Parochos, aut Regulares. n. 215

Confraternitatibus quoad electionem Confessariorum, & absolutionem a peccatis illa dumtaxat privilegia competunt, quæ ipsis de facto communicantur, sed quatenus sunt in usu, & Decretis Tridentini, aut Constitutionibus Apostolicis non adversantur. n. 216

Clausulæ [quatenus sunt in usu,] & [quatenus Decretis Tridentini non adversantur,] quid importent. n. 217, & 218

Facultas absolvendi a reservatis, seu Pontificiis, & in Bulla Cœnæ contentis, sive Episcopalibus, quomodocumque olim a Sede Apostolica, & quibuscumque concessa, hodie manet abrogata. n. 219

Confraternitates institui, erigi, & aggregari debent gratis, & absque ulla mercede. Quod non facit, quin aliquid per modum eleemosynæ, vel titulo liberalitatis, aut gratitudinis accipi valeat, n. 220

Non sunt Collegia realia, sed personalia: nec habent connexionem cum loco: unde, si dementur Ecclesiæ monialium, in quibusvis locis maluerint Confratres, erigi queunt, & transferri. n. 221

Confraternitates, in Ecclesiis Regularium erectæ, etiam ipsis Regularibus invitis, recedere possunt; & ad alias Ecclesias se conferre, iisdem retentis privilegiis, gratiis, bonis, &c. ibid.

Trifariam dissolvi queunt, ex voluntate omnium Confratrum: ex eorumdem morte: & ex præcepto superioris, etiam Regularis, ob Confraternitatis delictum prætextu Religionis admittentis illicitum. ib.

Bona Confraternitatis destructæ manent in dispositione Sedis Apostolicæ, quemadmodum bona Ecclesiastica vacantia: modo tamen in alios distribuenda non sint, e. g. in pauperes, &c. n. 222

Judex in bonis Confraternitatum debet esse Ecclesiasticus, adeoque Episcopus, non Laicus. n. 223

Bona Confraternitatum dicuntur Ecclesiastica, iisdemque fruuntur privilegiis, quibus Ecclesia. ibid.

Confraternitates nequeunt Processionibus, quæ fiunt occasione funeris interesse, nisi invitatæ. Et interessentes invitatæ nequeunt Crucem erigere. n. 224

Possunt tamen, aliquid accipere, non per modum pretii, sed congruæ sustentationis, aut eleemosynæ. ibidem.

An teneantur accedere ad Processiones publicas? n. 225. & 226

Si mandet Episcopus Confraternitati, in Ecclesia Regularium erectæ, sub pœna Interdicti localis, ut ad Processionem accedat: ipsaque non obtemperet, non proinde Ecclesia Regularium subjicitur Interdicto locali. n. 227

Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 2. præcipiens Regularibus, ut in propiis Ecclesiis, mandante Episcopo, promulgent, ac servent Interdicta, etiam ab Ordinariis promulgata, loquitur de Interdictis

de,

Nequeunt Confessarii Regulares præfatorum Monasteriorum, etiam Ordinarii, septa eorumdem intrare, nisi cum socio, & ad ultima Sacramenta inibi degentibus ministranda, ad commendationem animæ, sub pœnis Superioribus, sive Confessariis contrafacientibus Excommunicationis latæ sententiæ, privationis officiorum, utriusque vocis, perpetuæ inhabilitatis &c. n. 324

Nequeunt Superiores Regulares, licentiam ingrediendi præfata Monasteria concedere, sine expressa Ordinarii auctoritate, Operariis Sæcularibus, uti Monasteriorum necessitas postulaverit. n. 325

In præfatæ licentiæ subscriptione primum locum habere, debet Episcopus. n. 326

Episcopus adversus Operarios ingredientes cum sola licentia Regularium; sicut & adversus Regulares tales licentias concedentes, etiam censurarum pœnis sibimet reservatis procedere potest. n. 327

Ubi consuetudo viget, ut hujusmodi licentiæ a solo Episcopo petantur, servanda est; non ita tamen, ubi consuetudo est, quod petantur a solis Regularibus. n. 328

Episcopus voluntatem explorat puellarum eorumdem Monasteriorum, Deo in Religione dicandarum, an scilicet coactæ, an seductæ sint, an sciant quid agunt &c. n. 329

Regulares nequeunt puellas in præfatis Monasteriis recipere, & ad habitum admittere, nisi Episcopo certiorato. n. 330

Regulares nequeunt, alloqui cum Monialibus etiam in primo & secundo gradu conjunctis, quamvis regimini eorumdem subjiciantur sine licentia Episcopi, qui sane eam concedere, vel denegare potest; & contrafacientes punire. n. 331 & 332

Regulares exempti, ad regimen Parochialium Ecclesiarum, seu Sæcularium ex dispensatione Pontificis, ab Episcopo promoti; sive Regularium, a suis Superioribus præsentati, & ab Episcopo prævio examine, sed citra concursum instituti, jurisdictioni, visitationi, & correctioni subduntur Episcopi. n. 333

Regulares exempti, ad regimen Parochialium Ecclesiarum sæcularium promoti, in omnibus subjiciuntur Episcopo, tam nimirum in iis, quæ curam animarum concernunt, & administrationem Sacramentorum, quam in illis, quæ observantiam Regularem. ibidem.

Promoti vero ad regimen Parochialium Ecclesiarum regularium tantum in iis, quæ ad curam animarum, & administrationem Sacramentorum pertinent, Episcopo subduntur. ibidem.

Parochi regulares præfati Parochiæ, seu regularis, sive sæcularis, si delinquant in cura animarum, vel Sacramentorum administratione, nedum correctioni, & punitioni subduntur Episcopi, verum etiam proprii regularis Prælati, ita tamen, ut inter ipsos detur locus præventioni. n. 334

Parochi regulares exempti Parochiæ regularis, si delinquant circa alia, correctioni, & punitioni subduntur proprii regularis Prælati, non etiam Episcopi. Non exempti vero, tum proprii regularis Prælati, tum etiam Episcopi. ibidem.

Parochi autem regulares exempti Parochiæ sæcularis, ex dispensatione Pontificis, extra regularium Prælatorum obedientiam degentes, & quo ad alia delinquentes, correctioni & punitioni subjiciuntur Episcopi. ibidem.

Parochi regulares exempti Parochiæ regularis ob rationabilem causam amoveri queunt a Parochia, tum per regulares Prælatos, etiam invito Episcopo, tum per Episcopum ipsum. n. 335

Parochus regularis, per suos Prælatos amotus a Parochia, si velit appellare, adire non potest Episcopum, sed Prælatum religiosum majorem: amotus vero per Episcopum, si se gravatum senserit, ad suum Conservatorem debet recurrere. ibid.

Parochi regulares prohiberi possunt ab Episcopo, ne in emolumentis, percipiendis ex cura, taxam excedant, ab ipso præscriptam. n. 336

Examinari queunt ab Episcopo, quemadmodum Parochi sæculares, non obstante, quod ante Parochatum fuerint examinati, & quidem etiam extra visitationem. n. 337

Ut absint ad tempus a Parochia, aliosque substituant, dat utrisque Parochis regularibus, ut & sæcularibus, facultatem Episcopus. n. 338

Ut ad Processiones accedant Parochi etiam Parochiæ regularis, incedantque sub Cruce Parochorum, non vero cum sociis suæ Religionis, cogi possunt ab Episcopo. n. 339

Si plures in Processionibus fuerint Parochi regulares, precedent inter se secundum prærogativam suarum Ecclesiarum, non secundum prærogativam Religionum. ibid.

An Parochi regulares Religionis exemptæ ab accessu ad Processiones, ad illas cogi valeant ab Episcopo? ibid.

Regularis per hoc, quod fiat Parochus, non amittit privilegia suæ Religionis: e. g. ad commutanda Vota, ad dispensandum &c. ibid.

Accessus ad Processiones non videtur pertinere ad curam animarum. ibid.

Parochi regulares, etiam Societatis Jesu, compelli possunt ab Episcopo, sub pœna privationis utriusque vocis ipso facto, aliisque arbitrio ipsius Episcopi, etiam excommunicationis, ad interessendum Synodo Diœcesanæ. n. 340

Sicut & ad accedendum ad collationes casuum conscientiæ, etiamsi præfati Parochi curam animarum exerceant in Parochialibus S. Joannis Hierosolymitani. n. 341

Si Parochiales Ecclesiæ regulares sint in locis, ubi Superiores Regularium jurisdictionem nedum spiritualem, sed etiam temporalem habent in Parochianos, non solus Episcopus, sed una simul cum Superiore regulari Parochos earumdem regulares visitat quoad concernentia curam animarum, & Sacramentorum administrationem, ita tamen, ut si aliqua contrarietas, vel incompatibilitas detur inter Episcopi Decreta, & Superioris regularis, prævalere debeant Decreta Episcopi. n. 342

Parochi regulares, quemadmodum sæculares sine licentia Episcopi non possunt facere Processiones extraordinarias. Neque ad id satis est licentia Vicarii foranei. n. 343

In Parochialibus Regularium Capellanos, ad nutum amovibiles deputant Superiores regulares, modo sint ab Episcopo approbati. n. 344

Parochi Parochialis Ecclesiæ S. Joannis Hierosolymitani eligi queunt actu laici, dummodo intra sex menses habitum suscipiant. n. 345

Vacantibus præfatis Ecclesiis, tenentur Fratres S. Joannis ad unamquamque earum Sacerdotem idoneum Episcopis præsentare, ut ab eis instituatur: & quousque non præsentaverint, constituunt Episcopi Vicarium. n. 346

Debent tamen Episcopi, terminum dictis Fratribus ad præsentandum præfigere: quo elapso, conferunt ipsi Ecclesias personis sibi bene visis. ibid.

Cura animarum in Parochialibus, quæ sunt membra Congregationis Casinensis, aut alias ab ipsis dependentes, exerceri potest etiam per Monachos, ad nutum Superioris amovibiles, modo ab Episcopo prævio examine approbatos. n. 347

Curam animarum exercentes in Parochialibus Regula-

lere ad exhibendos libros introitus, & exitus, & ad rationes administrationis reddendas. ibid.

Potest in dictis Monasteriis se ingerere in iis, quæ Regularem disciplinam concernunt. ibid.

Ecclesiæ laudatorum Conventuum, & Capellæ Grangiarum, sicut & Conversi, in eis degentes, possunt ab Ordinario visitari, quemadmodum si nullus in eis degat Conversus. ibid.

Nequit Ordinarius, Monasteria visitare ad effectum cognoscendi, an in illis servetur numerus Religiosorum præscriptus, nisi prius aliunde constet de fundamento intentionis Episcopi, in deficientia numeri constituto. ibid.

Expedit, ut Pontifex decernat, & declaret, non licere Ordinario, hujusmodi Monasteria visitanti, ab eis in Victualibus, vel in pecunia procurationem exigere. ibid.

Jurisdictio, locorum Ordinariis attributa in præfata Monasteria, competit Vicariis Generalibus Episcoporum, Abbatibus, & aliis Prælatis Inferioribus, proprium Territorium, & jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus. ibid.

Provinciales, aliique præfatorum Monasteriorum Superiores majores possunt, in eis omnem Jurisdictionem exercere; non tamen privative ad Ordinarium. ibidem.

Si Superior Regularis in Causa prævenerit contra subditum alicujus ex hisce Monasteriis, fabricando processum, carcerando, &c. nequit Ordinarius causam reassumere, ac Superiorem inhibere, nisi Superior ex odio, vel ex nimia severitate &c. procederet. ibid.

Si Episcopus in causa prævenerit contra dictum Religiosum, non licebit Superiori Regulari, præfatum Religiosum a loco amovere, & si amoverit, poterit Episcopus causam prosequi, illumque quibuscumque remediis ad se revocare. ibid.

Nequit Episcopus, impedire remotionem alicujus ex Fratribus dictorum Monasteriorum, per Provincialem, vel loci Superiorem dispositam. ibid.

Si a Monasterio primum suppresso, & Religiosi deinde restituto, absint ex aliqua rationabili causa, & ad breve tempus aliqui ex numero Religiosorum præscripto; gratia restitutionis ob id non erit nulla, nec Monasterium manebit suppressum. ibid.

Si a Monasterio non suppressa ex causa rationabili, & ad breve tempus aliquis ex præscripto numero abfuerit, durante absentia, Monasterium erit Ordinario Subjectum: recuperabit tamen exemptionem, illo Religioso redeunte, vel alias impleto numero præscripto. ibid.

Si gratia restitutionis monasterii suppressi reddatur nulla ex eo, quod in illo præfixus Religiosorum numerus non habeatur, si dein impleatur numerus, gratia restitutionis non reviviscet. ibid.

Ut gratia restitutionis sit nulla, & monasterium denuo remaneat suppressum, ob non servatum numerum Religiosorum præfinitum; debet declaratoria Episcopi præcedere: ante quam non licebit Episcopo, Conventus possessionem apprehendere, aut inde Religiosos expellere. ibid.

Ab hujusmodi declaratoria Regularibus licet ad Pontificem appellare ad effectum devolutivum tantum, non etiam suspensivum. ibid.

Quatuor Sacerdotes in Monasteriis supradictis ætatis maturæ erunt, si quadragesimum ætatis annum compleverint. ibid.

Decretum auctoritate Urbani VIII. emanatum de nullibi recipiendis monasteriis, nisi 12. saltem Fratres in iis degere valeant. &c. locum habet etiam extra Italiam, & comprehendit eas quoque Religiones, quæ onera missarum nequeunt recipere. n. 383

Præfatum Urbani VIII. Decretum non comprehendit Conventus, seu Hospitalia Santi Joannis de Deo, ubi 12: Religiosi non degant. n. 384

Quatuor Sacerdotes maturæ ætatis ex seu Religiosis vitæ probatæ ab Innocentio X. in parvis Monasteriis requisiti &c. non requiruntur graduati. n. 385.

Nomine graduatorum non veniunt Lectores, Magistri, Regentes &c. sed illi, qui dignitatem habent, ut Generales, Provinciales, Visitatores &c. n. 386

Monasteria Regularium utriusque Sexus erigi nequeunt, nisi prævia Diœcesani licentia, etiamsi Diœcesanus sit electus, & confirmatus tantum, non etiam consecratus. n. 387

Nec requiritur licentia Papæ. n. 388

Ad erigenda tamen nova Regularium Hospitia opus non est Diœcesani licentia. n. 389

Immo neque aliorum Religiosorum consensus. ibid.

Nomine Monasterii in Jure non veniunt Hospitia. n. 390

Modo tamen præfata Hospitia publicam Ecclesiam non habeant, eleemosynas non quærant, Missas non recipiant. &c. n. 391

Novum Monasterium sine licentia Episcopi erigi nequit in loco, ubi aliud ejusdem Ordinis Monasterium habeatur. n. 392

Pro constructione, & ampliatione Monasterii cogi possunt Vicini privati, ad vendendas proprias domos. n. 393 & 394

Publica utilitas, quæ ex favore Religionis oritur, utilitati privatæ est præferenda. n. 395

Hujusmodi coactio ab Episcopo facienda est. n. 396

An pro constructione, & ampliatione Hospitii cogi possint vicini ad vendendas suas Domos, &c. n. 397

Hospitium dicitur locus Religiosus, & Ecclesiasticus, & æquipollet Monasterio. ibid.

Monasterium dicitur monachorum statio. ibid.

Pro quovis loco pio cogitur quis vendere. n. 398

Pro claustro, & Scholis ædificandis, sicut & pro Dormitorio cogitur quis, vendere suum fundum, suam Domum &c. n. 399

Ad reparationem Monasterii, totaliter & funditus eversi, nova Episcopi licentia opus est; cum ea nova foret ejusdem Monasterii ædificatio; secus tamen ad reparationem Monasterii, non totaliter eversi. n. 400

Quandonam dicatur fabrica, totaliter, & funditus eversa? n. 401

Non requiritur tamen aliorum Religiosorum consensus ad reparandum Monasterium, totaliter, & funditus eversum. n. 402

Nequit Conventus de loco minus sano, & incommodo ad Sanum, & commodiorem ejusdem Civitatis transferri sine licentia Episcopi. n. 403

Modo Regulares privilegium non habeant; ut illud habent Benedictini in Portugallia, hujusmodi translationes faciendi absque solemnitatibus, pro novorum Conventuum erectione requisitis. n. 404

Regulares deserere volentes monasteria, sibi a Communitate, Civitate, vel Oppido concessa, in manibus Ordinariorum dimittere debent. n. 405

Non ita tamen monasteria ex acquisitis eleemosynis, vel propriis reditibus, ab ipsismet Regularibus constructa; cum possint illa præter Ecclesias vendere. n. 406

Monasteria vero Juris patronatus in manibus Patronorum deserere debent, si Patroni dominium illorum sibi retinuerint pro casu dimissionis: secus tamen, si tale dominium sibi non retinuerint: in quo casu possunt Regulares, de illis pro libito disponere. n. 407

Si Regulares præfati sint ex Fratribus Minoribus, bona in communi non possidentibus, debent Monasteria, ex acquisitis eleemosynis constructa, sive alicujus Fundatoris, seu Patroni sumptibus, in manibus A-

po-

Imago insolita in proposito est, quæ parit videntibus scandalum, non tamen devotionem, & pietatem. num. 444.

Regulares audientes Confessiones Infirmorum, tenentur Parochum certiorare, saltem per Scripturam, apud ipsum Infirmum relictam. n. 445

Idque potest Episcopus, sub pœna Suspensionis a Confessionibus, illis præcipere, ibid.

Non tenentur tamen certiorare Parochum de Confessione ipsismet facta tempore Paschali; cum debeat Parochus ad Communionem admittere Sæculares asserentes, se Regularibus confessos fuisse, nulla ab eis requisita Scriptura, seu Schedula, numer. 446.

Immo nec Confessarii Sæculares ad præfatas Scripturas, seu schedulas obligantur. n. 447

In foro pœnitentiali creditur homini pro se, & contra se: in foro autem judiciali creditur homini, dumtaxat contra se, non etiam pro se. ibidem.

Nec consuetudine induci potest, quod ad tradendas scripturas præfatas Confessarii Regulares obligentur. num. 448.

Neque obligantur Episcopi Edicto ad dandam pœnitentibus tempore Paschatis infirmatam Scripturam sub pœna suspensionis a Confessionibus. n. 449

Pro quo possunt Regulares ad suos Conservatores recurrere. ibid.

Parochi cogentes subditos suos, qui Regularibus confessi sunt, iterum confiteri, priusquam ipsis ministrent Eucharistiam, velut suspecti de hæresi Sancto Inquisitionis Officio denuntiandi sunt. n. 450

Nequeunt, exhumari Cadavera, & in alium locum, etiam ejusdem Ecclesiæ, transferri sine Papæ, aut Episcopi licentia. n. 451

Nec amplius subsistit privilegium Leonis X. Minoribus concessum; cum fuerit per vivæ vocis Oraculum indultum. ibid.

Potest Episcopus, Regularibus etiam exemptis præcipere, ut Excommunicatos publice, nominatim Interdictos, Usurarios manifestos, & Sepultos tempore Interdicti in propriis Ecclesiis exhument, & procul abjiciant. n. 452. & 453

Non potest tamen Episcopus, id Regularibus præcipere, si defuncti ex alio titulo sint prohibiti Ecclesiastica Sepultura; cum tunc perinde se habeant, ac si extra Diœcesim essent sepulti. n. 454

Posset tamen Episcopus, alias impedire, ne tales defuncti ad locum exemptum deferantur; sicque efficere, ut Ecclesiastica priventur Sepultura. n. 455

Corpora Defunctorum, quæ in casu prohibito sepeliuntur, debent in ea distantia procul ejici ab Ecclesia, ut voces Clericorum non audiantur &c. n. 456

Quamvis Regulares mendicantes libere possint, ubilibet eleemosynas quærere sine Ordinarii, & Parochorum licentia; si tamen extra loca, ubi habent Conventus, eas quæritare voluerint, tenentur Ordinario loci suorum Superiorum licentiam ostendere, & quare, a n. 457. usque ad 459. & 461.

Ordinarii, seu quicumque alii probibentes, ne Regularibus fiant eleemosynæ, ipso facto sunt excommunicati; & contra eos procedere valent Rectores Ordinum mendicantium, Auditor Cameræ Apostolicæ, & Inquisitores, velut adversus Hæreticos. n. 458

Et si intra triduum requisiti Ordinarii non destiterint, eo ipso incurrunt pœnam Interdicti ingressus Ecclesiæ, Suspensionis a regimine, & administratione suarum Ecclesiarum. n. 459

Alii autem inferiores impedientes, ne Mendicantibus eleemosynæ fiant, excommunicationis sententiam incurrunt. ibid.

Regulares Mendicantes, tam in locis, ubi habent Conventus, tam extra ea loca debent per seipsos, aut per proprios oblatos, non autem per Sæculares, nisi de licentia Episcopi, quæstuare. n. 462

Regulares mendicantes possunt colligere frumentum, ligna, Uvas, & similia, antequam Curatus habeat suas primitias; neque ad id indigent Episcopi licentia. n. 463

Regulares; iter facientes de una ad aliam Provinciam, seu Civitatem, debent secum deferre literas commendatitias, seu Obedientias suorum Superiorum.

Quas si non habeant, vel sint ignoti, contra ipsos procedere valent Ordinarii locorum, eorumque in Spiritualibus Vicarii, etiam tamquam fugitivos, & sui Instituti Desertores procedere, & tamdiu illos in carceribus detinere, donec certa notitia de eisdem habeatur. n. 464

Regulares, qui ejusdem, vel alterius Provinciæ Fratres ignotos, seu proprii, sive alieni Ordinis absque prædictis literis recipiunt, etiam prætextu pietatis, & hospitalitatis, incurrunt privationem utriusque vocis Officiorum, ac dignitatum, quas obtinent, & inhabilitationem in futuro. n. 465. & 466

Regulares tenentur a propriis Ecclesiis pauperes, tempore divinorum Officiorum, ac prædicationis emendicantes ejicere. Et negligentes gravissime ab Episcopo corripiuntur. n. 467

Quamvis id, saltem in multis locis, in usu non sit. ibid.

Monasteria Commendata, in quibus non viget observantia Regularis, ab Episcopis singulis annis visitanda sunt. Et si in eis vigeat observantia Regularis, debent Episcopi curare, ut illorum Superiores ea visitent, corrigant &c. Quod si admoniti intra sex menses ea non visitaverint, vel correxerint, visitare queunt Episcopi, vel corrigere. n. 468

Monasteria, quæ generalibus Capitulis non subsunt, nec suos habent Visitatores Regulares, si moniti in Congregationes sese redigere, neglexerint, subjecta sunt in omnibus Jurisdictioni Episcopi. n. 469

Potest Episcopus, imponere Regularibus contributionem pro Seminario juxta vires Monasterii cujusque. num. 470.

Non tamen Mendicantibus. n. 471

Sunt autem Ordines Mendicantes, Ordines Sancti Dominici, Sancti Francisci, Eremitarum S. Augustini, Carmelitarum, & Servorum Beatæ Mariæ: Item Societatis Jesu, Minimorum Sancti Francisci de Paula, Congregationis Jesuatorum, & Carmelitarum Discalceatorum; Non tamen Canonicorum Regularium Sancti Augustini, Casinensium, Cisterciensium, Montis Oliveti, Vallis umbrosæ &c. ibid.

Regulares tenentur sub mortali Episcopos venerari. num. 472.

Verba deserviunt intentioni, non intentio verbis. num. 473.

Verba in virtute Sanctæ Obedientiæ non semper inducunt peccatum mortale. ibid.

Episcopi possunt in Ecclesiis Exemptorum, etiam Regularium, celebrare in Pontificalibus, sicque uti Baldacchino, & populo benedicere. Et dissentientes exempti, ac Regulares, possunt ab illis per censuras, & pœnas Ecclesiasticas ad assentiendum compelli. n. 474

Non tamen cogi possunt, ut in suis locis Missæ, aut alia divina celebrentur; conferantur Ordines; causæ civiles, seu criminales agitentur; convocentur processiones, Synodus, seu quævis Congregationes Ecclesiasticorum, vel Laicorum adunentur; deputenturque loca Regularium ad usum, Hospitium, habitationem, detentionem, & incarcerationem Ecclesiasticarum, vel laicarum personarum, vigore privilegii Eugenii IV. num. 475.

Præ-

Præsumens attentare contra omnia, vel aliquod prædictorum, nisi de præfato indulto monitus destiterit, ipso facto excommunicationem incurrat. ibid.

Regulares, qui insimul sunt Canonici Cathedralis Ecclesiæ, subjiciuntur Episcopo in iis, quæ ipsos concernunt ut Canonicos, non etiam ut Monachos. n. 476

Quod si Episcopus quoque eorum Abbas fuerit, subjiciuntur eidem etiam in iis, quæ ipsos concernunt, ut Monachos. n. 477

Jurisdictio Episcoporum adversus Regulares exemptos contineri debet intra terminos, præscriptos a Jure & specialibus Pontificum Constitutionibus, sacrarumque Congregationum Decretis in certis expressis casibus; non extra, in casibus non expressis, extendi. n. 479

Casus non expressus habetur pro omisso, & quidem in omnibus dispositionibus. n. 480

Casus exceptus firmat regulam in casibus non exceptis. ibid.

Est opus speciali expressione ut in regula generali habeatur exceptio; nec contra illam exceptio admitti debet, nisi de ea constet. ibid.

Interest Papæ, subditos suos ab alio non judicari. ibidem.

Exemptio Regularium ab Ordinario non est odiosa, & stricti Juris; & quantumvis Ordinario diceretur odiosa, est tamen Papæ favorabilis, ac Regularibus: adeoque amplianda, cum prævaleat favor. num. 481

Lex, habens admissum Odium, & favorem, censenda est favorabilis, si favor sit ex intentione Legislatoris. ibid.

Intentio concedendi Regularibus exemptionem, est favor ipsorum, eo quod minus ab Ordinariis gravarentur. ibid.

In casibus, in quibus Regulares subjiciuntur Episcopis, posse ab illis censurari, docent nonnulli: negant alii, si Regulares privilegium habeant, ne possint censurari, nisi in illis dumtaxat casibus, in quibus censurandi facultas expresse conceditur Episcopis. n. 582. 483. 484. & 485

A Tridentino *in tribus dumtaxat casibus præfata censurandi facultas Episcopis indulgetur.* n. 484

Quamvis Episcopi in casibus, in quibus Regulares ipsis subjiciuntur, eos censurare non possint, non proinde illorum Jurisdictio inutilis prorsus esset, & frustranea; cum posset, aliis pœnis in eosdem procedere. n. 486

Nequit Episcopus excommunicatos denuntiare Regulares, qui alias excommunicationem incurrerunt, nisi in casibus, in quibus id ipsi specialiter demandetur. n. 487

Vel ad summum in casu, quo notorium sit delictum, cui excommunicatio annexa est, ita ut nullâ possit tergiversatione celari, nullaque proinde judiciali indagine opus sit; Quod tamen alii negant. n. 487. & 489

Quamvis Regulares denuntiari possent ab Episcopis excommunicati, ubi delictum committerent, cui excommunicatio annexa est, non proinde ab eisdem absolvi possent, sed a suis Superioribus. n. 488

Quanta Episcopis veneratio impendenda sit a Regularibus. n. 490

Quanta sit dignitas Pontificalis. n. 491

Compluribus præclaris nominibus, honorificis titulis a Sacris Canonibus, & Sanctis Patribus Episcopi condecorantur. n. 492

Vel ab ipsis Ecclesiæ primordiis in maxima semper etiam apud Imperatores, & Reges &c. veneratione Episcopi habiti sunt. n. 493

Debent ab Episcopis protegi, foveri, & summa charitate, ac benignitate tractari Regulares, utpote qui onus diei, & æstus sustinent in Ecclesia Dei. num. 494

Quam copiosa, & maxima bona a Regularibus habuerit, habeatque quotidie universa Catholica Ecclesia? a n. 495. usque ad 499

Innocentius III. in somnis videre sibi visus est, Lateranensem Basilicam, quæ tunc erat Sedes Pontificum, collabentem humeris suppositis a Sancto Francisco Assisinate sub specie cujusdem pauperis suffultam fuisse. n. 499

Debent Episcopi Regulares summa charitate, ac benignitate tractare, quemadmodum Regulares debent Episcopis maximam venerationem, & reverentiam exhibere, quod non semel Utrisque Summi Pontifices commendarunt, præsertim Leo X. in Concilio Lateranensi. n. 499

ARTICULUS XXIII.

Intra quod Spatium attento Jure novissimo extendat se Potestas Judicis Regularium Conservatoris.

SUMMARIUM.

Judex Regularium Conservator, quis, attento Jure antiquo, extra Civitatem, seu Diœcesim, pro qua deputatur procedere nequit, nisi intra unam dietam a fine Civitatis, seu totius Diœcesis Rei conveniendi: sicut & in certis quibusdam casibus. Et inspecto Jure novo intra tres dietas. n. 1. & 2

Hodie, attento Jure novissimo, intra Civitatem, seu Diœcesim, ubi extat Monasterium conservandum, & Regulares defendendi procedere potest, non extra ultra unam dietam. n. 3

Ne quidem de consensu partium. ibid.

Archiepiscopus tamen Metropolitanus, aliusve extra Diœcesim electus, ob penuriam eligendorum in diœcesi, extra illam procedit. ibid.

Quamvis Monasterium habeat Bona in diversis Diœcesibus; non in illis, sed in sola Diœcesi, ubi situm est Monasterium, potest jus dicere, & procedere Conservator. n. 4

Si Scholaris Jesuita habeat Bona extra Diœcesim, conveniri non potest ab Actore, propter dicta Bona, coram Conservatore Collegii, ubi ipse residet; cum agere non possit Conservator extra Diœcesim: neque coram Conservatore illius Collegii, in cujus Diœcesi sunt præfata Bona; cum hic ad suum judicium trahere non possit extra suam Diœcesim existentes. n. 5

Quid ergo in dicto casu faciendum ab Actore? ibidem.

Nequit Conservator extra Diœcesim citare per Edictum: nec sententiarum facere denuntiationes; cum utrumque sit jurisdictionem exercere. n. 6

Si Reus citandus reperiatur extra Diœcesim, quid agendum? ibid.

Sed non obstante Constitutione Gregorii XV. de Conservat. posse hodie Conservatorem extra Diœcesim procedere, modo non ultra tres dietas, contendunt nonnulli Doctores. a n. 7. usque ad 15

Conservator Regularium procedere valet in pluribus Episcopatibus, intra trium dietarum fines existentibus; modo ejus electio notificetur Curiæ uniuscujusque Episcopatus. n. 10. & 11

Sufficere tamen notificationem Conservatoris electi, factam soli Curiæ Episcopatus, ubi extat Monasterium, nec requiri, quod illa fiat etiam Curiæ aliorum Episcopatuum, ubi sunt Monasterii Bona, volunt nonnulli. a n. 12

Religiosus presbyter, residens in Grangia, seu Villa Monasterii, potest ultima Sacramenta, & Sepulturam conferre in Oratorio Grangiæ Servitoribus Secularibus inibi degentibus, & inservientibus, si ægrotent, & decedant. n.12

Et cognitio hujus causæ ad Conservatorem, non ad Episcopum pertinet. ibid.

Cadaveri Sæcularis, in Conventu reperto, nequit a Regularibus Sepultura ministrari. Nec cognitio hujus Causæ ad Conservatorem attinet, sed ad Ordinarium. n. 14

Constitutio reformatoria Gregorii XV. cum sit odiosa, & loquatur de constitutis in Dignitate Ecclesiastica, quorum nomine non veniunt Episcopi, & eorum Superiores in odiosis, non afficit Episcopos, Archiepiscopos, &c. n. 15

Quamobrem Episcopi, Archiepiscopi, &c. Conservatores procedere queunt usque ad tres dietas, juxta Constitutionem Gregorii XIII. etsi Conservatores inferiores procedere non valerent. ibid.

ARTICULUS XXIV.

Quomodo procedere in causis occurrentibus: & intra Quod tempus illas terminare debeat Judex Conservator Regularium.

SUMMARIUM.

Tripliciter de delictis agi potest in Judicio: Criminaliter, Civiliter, & Mixte: sicque triplex delictorum esse potest causa, Criminalis, Civilis, & Mixta. n. 1

Agitur Criminaliter, & Causa dicitur Criminalis, quando de crimine ad publicam vindictam, & utilitatem principaliter agitur, etiamsi pro eo pœna pecuniaria imponatur, nedum Fisco, sed etiam parti applicanda. Agitur Civiliter, & Causa Civilis est, quando ad privatam utilitatem principaliter agitur. Agitur demum Mixte, & Causa dicitur Mixta, cum actio Judicis partim ad publicam, partim ad privatam utilitatem dirigitur, & quidem æque principaliter. n. 2.& 3

Exemplum triplicis hujus actionis, & Causæ. num. 3

Ex Causis agitandis in Judicio aliquæ sunt dubiæ, & obscuræ, in quibus incertum est, id de quo agitur: Manifestæ & notoriæ aliæ, in quibus manifestum est id quod discutitur. n. 4

Et illæ de se Judicialem indaginem exigunt, non hæ. ibid.

Inter Causas dubias nonnullæ sunt ordinariæ, seu plenariæ, sive solemnes; aliæ vero extraordinariæ, seu summariæ, & non solemnes. n. 5

Quænam ambæ sint, sicut & earum judicium & processus, explicatur. n. 5. 6. & 7

In Causis ordinariis, seu plenariis, neque de mutuo partium consensu, solemnis ordo judiciarius in toto, vel in parte omitti potest: secus tamen in causis extraordinariis, seu summariis. n. 8

Et ratio diversitatis assignatur a Glossa. n. 9

Causæ summariæ ex natura sua celerem expeditionem requirunt. n. 10

Atque hæ sunt causæ Ecclesiasticæ super electionibus, postulationibus, vel provisionibus, an nimirum validæ sint: super Dignitatibus, Personatibus, Officiis, Canonicatibus, vel Prębendis &c. Matrimoniis, Decimis, Usuris &c. Item Causæ miserabilium Personarum, causæ Alimentorum, causæ spolii, depositi, mercedis, forensium, seu peregrinorum, & causæ Religiosorum &c. n. 11

Tandem causæ parvæ, & leves, in quibus nimirum agitur de rebus levis momenti, vel de præjudicio facile reparabili. n. 12

Causa parva, & levis dicitur, quæ est usque ad 50. aureos, vel usque ad trecentos, vel ad centum libras auri, vel quæ pro tali, prudentis Judicis arbitrio definitur. n. 13

Aliquando committitur Judici causa dijudicanda sub clausula: sola facti veritate inspecta. n. 14

Hæc clausula maximæ virtutis est, & plus operatur, quam clausula Summarie, simpliciter & de plano *&c.* ibid.

Quandoque sub clausula Appellatione remota. num. 15

Attento jure antiquo Regularium Conservator non nisi civiliter procedere potest, favore aut Religiosorum contra extraneos, vel extraneorum adversus Religiosos. n. 16 & 19

Criminaliter, & mixte procedere proprium est Judicis Ordinarii, non Delegati, cujusmodi est Conservator ad terminos juris antiqui. n. 17 & 18

Stat cum modo procedendi civiliter, utpote necessarius, usus censurarum, & imploratio brachii sæcularis. n.20

Attento jure novo, & novissimo etiam criminaliter, & mixte procedere potest Conservator adversus extraneos, favore Regularium. n. 21

Regularium Conservator attento jure antiquo in causis occurrentibus manifestis, seu notoriis neque de consensu partium potest ordinem Judiciarium, qui in causis plenariis, aut in summariis adhibetur, observare. n.22

Attento jure novo, & novissimo in causis plenariis debet ordinem judiciarium, qui in summariis est defectus, adhibere. n. 23

Consentientibus tamen partibus potest in iisdem causis ordinem judiciarium, qui plenariarum proprius est, tenere. n.24

Debet etiam in causis plenariis sola facti veritate inspecta, *procedre.* n. 25

Sicut & Appellatione postposita. n. 26

Regularium Conservator, ut quivis alius Judex, quam citissime, debet causas terminare. n. 27

Non obligatur tamen, ut obligantur Ordinarii Locorum, ad illas saltem infra biennium terminandas. n. 28. & 29

ARTICULUS XXV.

An, & per Quem, ac Quando Sententiam suam exequi, valeat Judex Conservator Regulatium.

SUMMARIUM.

Judex Conservator Regularium, de quocumque jure, potest sententiam suam exequi per se ipsum. num. 1

Potest etiam per alium præsertim Ordinarium, seu Ecclesiasticum, sive Laicum Judicem. n. 2

Potest etiam de quocumque jure Ecclesiasticum vel sæculare brachium implorare. n. 4.& 5

Tenetur quivis Ordinarius, etiamsi Legatus sit Apostolicæ Sedis, brachium Conservatori præstare: secus per Censuras compelli poterit. n. 6

Nequit tamen per Censuras compelli Supremus Princeps, & fortassis etiam Magistratus supremus. n. 7

Stylus Romanæ Curiæ Imperatorem excipit a Censuris in brachii invocatione. ibid.

Si post mandatum unius Conservatoris, alter oppositum mandet, quid ab Ordinario faciendum? n. 80

Aposto-

Apostolicæ Sedis Legatus non potest jure legationis confirmare sententiam Conservatoris confirmatione authorizabili ex certa scientia vel in forma communi; cum id spectet ad Superiorem Conservatoris: sed approbationis seu facti, quæ etiam inferiori competit. num. 9

Non potest Ordinarius violenter Conservatori resistere, injustam sententiam exequi volentis; sed tantum instare, ut differat, vel ut ab hoc onore eximatur. n. 10 & 11

Ordinarius cognoscens sententiam Conservatoris esse injustam, an illam exequi teneatur? a n. 11. usque ad 16

Ordinarius e. g. Episcopus certe sciens non fuisse Clericum in Beneficio canonice institutum, an obedire teneatur Delegato Papæ, mandanti Clericum in Beneficii possessionem induci? n. 17

Regularium Conservator ad limites juris antiqui debet ut quivis alius delegatus infra annum, & non ultra, sententiam suam exequi. n. 18

Ad fines vero Privilegiorum potest etiam post annum, ut quivis alius Ordinarius exequi sententiam a se latam. n. 19

ARTICULUS XXVI.

Quibus Juris remediis, & qualiter sententias suas exequi valeat Judex Conservator Regularium.

Ac quomodo se gerere debeat cum Episcopis?

SUMMARIUM.

De quocumque jure Judex Regularium Conservator pro executione sententiæ suæ adversus quascumque, & qualescumque Personas uti potest Censuris, etiam vicibus iteratis. n. 1

Immo & privatione exercitii Muneris & Jurisdictionis, ipso facto incurrenda. ibid.

Siquos paratos videat ad injuriandum Religiosis, potest illos etiam per Censuras impedire. n. 2

Sicut & censurare Contumacem ratione contumaciæ suæ, ad hoc, ut compareat in Judicio. ibid.

Et Inobedientem in non solvendo debitum, ad hoc ut solvat. ibid.

Ut usus Censurarum subsistat, injuriæ debent esse manifestæ, & manifesti item Injuriatores. num. 3

Si Conservator excommunicet Contumacem, quem ex post facto constet, fuisse Injuriatorem, sed non manifestum, excommunicatio non subsistit. n. 3

Sique Monitorias generales concesserit, generalem excommunicationem comminando adversus Detentores rerum Religiosorum, aut contra non revelantes hujusmodi detentores, & ad hujusmodi excommunicationem generalem, aut etiam specialem devenerit, nulliter aget. ibid.

Expressio & certitudo Personarum, adversus quos conceduntur Monitoriæ & ad excommunicationem devenitur, necessaria est Conservatori. n. 4

Secus tamen Episcopo, ejusque Generali Vicario & Capitulo Sede vacante. ibid.

Injuriatores ut valeant a Conservatore excommunicari, aut alia affici Censura, non solum esse debent manifesti, sed etiam debent carere privilegio, ne possint censurari. n. 5

Inquisitores hereticæ pravitatis, eorumque Notarii, & probabiliter etiam Advocati, Consultores aliique id genus Inquisitionis Ministri, privilegio gaudent, ne possint ab Apostolicis Delegatis, vel Subdelegatis, Conservatoribus, ac etiam executoribus censurari. n. 6

Immo nec ullis pœnis affici. n. 7

Lex extenditur ad limites rationis, in ea expressæ. ibid.

Licet possit Conservator excommunicare, ac excommunicatos a se denuntiare; non tamen excommunicatos a Jure: cum id ad Ordinarium Loci pertineat. n. 8

Quod concedit Moneta, *ubi ad publicam vindictam ageretur. Negat tamen, si ad privatam utilitatem, ut ad satisfactionem.* n. 9

Denuntiatio non injicit novum vinculum, sed injectum declarat. ibid.

Licet attento Jure antiquo, ad cujus limites Conservator dumtaxat civiliter procedit, nequeat excommunicatum a Jure denuntiare ob publicam vindictam; poterit tamen attento Jure novo, & novissimo, vi cujus nedum civiliter, sed criminaliter etiam, & mixte procedere potest. n. 10

De quocumque Jure potest Conservator pœnam pecuniariam Fisco, vel locis piis applicandam nedum Clericis, sed Laicis etiam imponere. n. 11

Uti potest Repræsaliis. ibid.

Potest Delinquentes incarcerare in Carceribus Episcopi, vel Potestatis sæcularis. ibid.

Ac brachium Episcopale, vel Sæcularis potestatis implorare. n. 12

Et utraque Potestas ad concedendum brachium obligat ita, ut per excommunicationem cogi queat. n. 13

Ut Potestas sæcularis tenetur brachium suum concedere Ecclesiastico Judici; ita & Judex Ecclesiasticus Potestati sæculari, cum utraque potestas, ubi Juris ratio postulat, debeat sese ad invicem adjuvare. n. 14

Brachium Ecclesiasticum, vel Sæculare debet ordinate implorari. Imploratur ordinate, si Judex implorans prius fecerit, quantum in se erat, pro executione sententiæ suæ. n. 15

Imploratio brachii est remedium subsidiarium pro supplemento Justitiæ. ibid.

Imploratur etiam ordinate, si Juris ordine servato, & in executione Justitiæ petatur. n. 16

Jus implorandi brachium sæculare competit etiam Episcopis, Abbatibus, Generalibus, Provincialibus, Correctoribus, Guardianis, ceterisque Religiosis, potestatem excommunicandi habentibus, eorumq; Delegatis. n. 17

Regularium Conservator debet potius brachium Episcopale, & Episcopalem carcerem a potestate Ecclesiastica, quam brachium sæculare, & sæcularem carcerem a Judice laico implorare, nisi propter Rei potentiam illud satis esse non possit. n. 18

Ut hujusmodi brachium imploretur, non debent necessario præmitti Censuræ. n. 19 & 20

Antequam ad censuras ecclesiasticas deveniatur, debent pœnæ mitiores experiri. n. 21

Censuræ ecclesiasticæ sunt remedia subsidiaria seu in subsidium aliorum instituta, & valde violenta, ac odiosa; ac proinde non nisi rare, & in casu extremæ, ut ita dicam, necessitatis, adhibenda. ibid. & n. 22

Concilium Tridentinum sess. 25. de Refor. *modum præscribens in ferendis Censuris, non ita formam decernit, ut, si omittatur, vitiet processum, & sententia nulla sit.* n. 23

In procedendo adversus Episcopos, aliosque Pontificali dignitate fulgentes, magna cautela opus est, & quænam servari debeat. n. 24

Eadem cautela servanda est etiam cum Episcopis, Electis, & Confirmatis, nondum tamen consecratis. num. 25

Si non servetur præscripta cautela, sententia tenet; sed non observans est reprehendendus. n. 26

Episcopus, petens a Conservatore, ut faciat suarum

Conservatoriarum ostenseatm, hodie injuriam illi infert, nec Conservator debet obedire. n.27

Non est fides adhibenda Judici Delegato, etiamsi vir excelsus, & illustris sit asserenti, se delegationis mandatum habere, nisi illud præseatet, ibid.

ARTICULUS XXVII.

In Controversia inter Judicem Regularium Conservatorem, & Ordinarium Loci.

Super Jurisdictionis competentia, an necessario eligiendi sint Arbitri: & a quibus, ac quales, & quot: & num compelli valeant ad acceptandum munus arbitrandi. Ab iisque ad quem Appellatio interponenda. Ubi de Arbitris.

SUMMARIUM.

IN Controversia inter Judicem Regularium Conservatorem, & Ordinarium loci super jurisdictionie competentia Arbitri in forma juris necessario eligendi sunt. n. 1. & 13

Arbiter ab arbitrando, idest æstimando derivatue. num. 2

Quomodo definiatur. ibid.

Arbiter esse debet Persona idonea, seu jure habilis, sive a Jure expresse non prohibita, munus arbitrandi exercere. n. 3

Expresse autem prohibentur a Jure, atque adeo sunt jure inhabiles ad Arbitri munus exequendum, quotquot jure inhabiles sunt ad munus Judicis, seu Ordinarii, sive Delegati exercendum: videlicet Infames, Servi, Feminæ, jurisdictionem ordinariam non habentes in subditos, excommunicati vitandi, minores 20. annis, etiamsi pro his consensus partium habeatur, Religiosi sine facultate Superioris, Laici in causa spirituali, seu ecclesiastica, nisi assumantur conjunctim cum Clerico, & ex auctoritate Judicis Ecclesiastici, & alii. n.4

Arbiter proprie licet Judex non sit, est tamen quasi Judex, ad cujus instar circa controversiam pronuntiat. n.5

Duplex est Arbitrorum species, Juris seu Necessariorum una, Voluntariorum, seu Compromissariorum altera. n.6

Arbitri Juris, seu Necessarii, ex necessitate, seu præscripto Legis a Judice, vel a partibus constitui debent. n.7

Arbitrorum Juris complura in Jure recensentur exempla. ibid.

Hi ex Lege jurisdictionem & coercitionem habent; omniaque possunt, quæ ad causam definiendam necessaria sunt. n. 8

Procedunt Juris ordine servato. ibid.

Eorumque sententia Arbitrium, & Laudum *dicitur a laudando.* ibid.

A qua non minus, quam a sententia Judicis possunt partes appellare. n.9

Arbitri voluntarii, seu compromissarii non ex Legis necessitate assumuntur; sed ex privata dumtaxat, liberaque partium voluntate. Unde nuncupantur Volontarii: *concordique eorumdem compromisso, unde* Compromissarii *appellantur.* n.10

Hi nullam habent jurisdictionem, neque coercitionem, sed tantum cognitionem seu notionem quamdam. ibid.

Privati nequeunt jurisdictionem conferre. ibid.

Arbitri voluntarii non procedunt servato Juris ordine; sed extrajudicialiter de bono, & æquo. n.11

Et proprie Arbitratores *dicuntur, eorumque sententia* Arbitramentum. n.12

Electi ut procedant servato juris ordine, & forma Judicii, Arbitri *proprie nuncupantur; &* Recepti Arbitri; *eorumque sententia* Arbitrium, *seu* Laudum. ibid.

Ab hujusmodi Arbitrorum voluntariorum arbitrio, non secus ac ab arbitramento nequeunt partes appellare. ibid.

In Controversia inter Regularium Conservatorem, & Ordinarium Loci super jurisdictionis competentia, ita necessaria est Arbitrorum electio, ut, si facta propositione respuatur, actus jurisdictionis electionem recusantis, deinde subsecuti, nulli sint. n.13

Particula Nequaquam *idem significat, quod nullo pacto, nullo casu, nulla ex parte: vim præcisæ prohibitionis habet, & æquipollet Clausulæ* Nullatenus, *quæ nullitatem actus inducit ipso jure.* n.14

Particula Donec *de per se conditionem facit.* ibid.

Conservator vel Episcopus recusans electionem Arbitrorum, si procedat in Causa, tamquam Usurpator Jurisdictionis Ordinariæ in excommunicationem incidit Bullæ Cœnæ. ibid.

Arbitrorum Electio facienda est a Conservatore simul, & Ordinario. n.15.

Si ab Ordinario seligantur Arbitri, debent Conservatori denuntiari, ut in illos consentiat. Quod si dissenserit, aliam faciat Electionem Ordinarius cum inhibitione, ac in causa procedat. n.15

Si Arbitrorum electio fiat a Conservatore, proponi debet Ordinario, ut suo consensu illam confirmet, absq; tamen inhibitione, ne Ordinarius procedat in causa. n.15

Arbitri debent esse Clerici, non tamen Laici sine Licentia Papæ. n.16

In dispari numero duo tantum, vel tres sunt eligendi. n.17

Arbitrorum electio in numero dispari est de Consilio: quamobrem in pari numero subsistit. n.18

In pari numero facta e. g. duorum ita, at si duo non concordent, ipsimet Arbitri tertium innominatum eligant, non subsistit. Subsistit tamen, si tertius eligendus nominetur. ibid.

Arbitri ad acceptandum munus arbitrandi in Controversia inter Conservatorem, & Ordinarium Loci, cum eliguntur ex præscripto Constitutionis Gregorii XV; compelli queunt, etiam in virtute Obedientiæ. n.19

Quemadmodum ad acceptandum munus judicandi, & conservandi compelli possunt Judices, & Conservatores. ibid.

Ab Arbitris, in forma, juris electis, ad Papam est appellatio interponenda. n.20

A sententia Delegatorum a Lege appellatur ad Principem, tamquam ad delegantem. ibid.

A sententia Delegati Regis, vel Principis inferioris, & Arbitrorum, qui sunt tales Delegati, ad Regem, & Inferiorem illum Principem est appellandum. ibid.

ARTICULUS XXVIII.

Ubinam Judex Regularium Conservator possit Tribunal erigere:

Illudque semel erectum, an valeat, immutare: & in eo pro ferenda sententia Assessore, Notario, & Testibus, ac quibus prædita qualitatibus, uti.

SUMMARIUM.

JUdex Regularium Conservator, cum non habeat ullum certum, & fixum Tribunal erectum, potest in quovis loco, quem maluerit, illud erigere. n. 1

Et semel erectum pro libito mutare non potest. n. 2

Quamvis de consensu partium, vel legitima intercedente causa, illud mutare, queat. n. 3

Modo tamen Erectio, & Mutatio fiat intra fines Diœcesis, & locus, ubi fieri debet, sit Civitas populosa, & locus insignis, in quo copia peritorum habeatur. n. 4

Con-

Conservator uti potest Assessore. n. 5

Assessor est ille, quem sibi Judex associat, ut ad recte tractandam, decidendamque causam instruat. Unde consiliarius etiam dicitur. ibid.

Uti debet Conservator Assessore, ubi eo indiguerit. n. 6 & 7

Et ubi non indiguerit, uti potest. n. 8

Conservator, non indigens Assessore, si illum eligat, propriis expensis debet eidem de competenti salario providere: expensis tamen partium, ab ipso moderandis, si propter indigentiam assumpserit. ibidem.

Melius facit Conservator, si in casu non indigentiæ Assessorem non eligat, ait Moneta: *sed melius est oppositum.* n. 9

Assessor neutri parti debet esse suspectus. Secus potest recusari. n. 10

De consensu partium non est necessario eligendus; rationabilius tamen, si consentientibus partibus eligatur, ne ab iis possit deinde recusari. ibid.

Esse debet aptus, & idoneus ad Conservatorem instruendum. n. 11

Nedum de jure humano, sed etiam naturali tenetur quivis scire, quæ ad obeundum munus proprium necessaria sunt. ibid.

Assessor per imperitiam, & contra leges consulens tenetur, ac si dolo fecisset. ibid.

Imperitia negligentiæ æquiparatur. ibid.

Dolum quis facit, qui perfecte nescit, quod se scire, profitetur. ibid.

Assessor imperitus puniendus est, & ad damnum astringendus ad arbitrium Judicis. ibid.

Judex si male per imperitiam Assessoris judicaverit, tenetur ad interesse partis, arbitrio Superioris. ibidem.

Si de partium consensu Assessor imperitus a Conservatore assumatur, ejus sententia, licet injusta, tenet. n. 12

Quemadmodum tenet, si assumatur de consensu partium Assessor peritus dumtaxat in Jure Civili; quamvis ut Assessor Judicis Ecclesiastici, & in causa mere Canonica, & spirituali, esse deberet peritus in Jure Canonico; secus posset recusari. ibidem.

Assessor esse debet Persona honesta, non infamis, nec excommunicatus. n. 13

Esse debet Clericus, ubi ejus consilium sequi debeat. n. 14

Licet Assessor Ecclesiastici Judicis possit esse Laicus; si tamen ejus consilium sit ex necessitate sequendum, esse debet Clericus. ibid.

Assessor nullam habet Jurisdictionem. n. 15

Potest tamen suspectus recusari, & quare? ibidem.

Assessoris non suspecti licet potere debeat consilium Judex cordatus; non tenetur tamen, illud exequi, nisi cum sit imperitus; vel in Rescripto commissionis id imponatur, vel cum assumatur Assessor loco Arbitrorum Juris, ubi Judex suspectus recusatur. num. 16

Quamvis ex justa causa associare sibi debeat Judex Assessorem, eoque frequenter uti, &c. conveniens tamen est, ut Judex ipse acta causæ legat, & examinet, &c. ne quid ex aliquo humano affectu, negligentia, vel imprudentia committatur, aut omittatur, quod justitiam lædere possit. num. 17

Judex saltem ipsam prolationem sententiæ debet sibi reservare. ibid.

Ubi necessitas postulavit potest, imo debet Conservator Notarium, quem maluerit, eligere. n. 18

Notarium semel electum non potest, nec debet sine justa causa Conservator removere. ibid.

Non potest Episcopus, Conservatorem cogere, ut Notariis utatur Episcopalibus: & quare? n. 19

Conservator est delegatus Papæ, & Papæ jurisdictione utitur, non propria. n. 20

Inferior jus non dicit Superiori. ibid.

Conservator, si sit Clericus sæcularis, extra Conservationem, in omnibus Ordinario subjicitur, eique velut legitimo Superiori tenetur obedire. ibid.

Resolutiones Sacræ Congregationis pro Notariis Episcopalibus, a Conservatore assumendis, considerandæ veniunt in suis casibus particularibus, & cum suis circumstantiis. n. 21

Consuetudo assumendi Notarios Episcopales, impedire non potest, quin Conservator pro libito eligat, quem maluerit. n. 22

Privilegium aliquid faciendi, est de sua natura perpetuum. ibid.

Juri, seu facultati aliquid faciendi præscribi non potest. ibid.

Libero arbitrio non præscribitur. ibid.

Si stante consuetudine, assumendi Notarios Episcopales, Conservator alios malit assumere, & Ordinarius, vel Judex sæcularis Notariis omnibus inhibeat, ne quidquam actuent pro Conservatore; hic potest utrumque excommunicare, tamquam suam jurisdictionem impedientem: Et interim ne ejus officium impediatur, poterit vocare duos viros idoneos qui coram testibus Judicis acta conscribant. num. 23

Notarius, a Conservatore assumendus habere debet nedum qualitates ad munus Notariatus suscipiendum necessarias; sed etiam ad illud recte exequendum. num. 24

Notarius est Persona, officium publicum habens, scribendi instrumenta ad faciendam Fidem. n. 25

Qualitates ad officium Notariatus legitime suscipiendum requisitæ sunt, quod Notarius creandus non sit notorie infamis infamia Juris vel facti. ibid.

Nec illegitime natus, & multominus spurius, cum hi infames sint. n. 26

Quamvis eos infames non esse, contendant nonnulli; &, si infamiam dicantur habere, eam Parentum esse, non propriam. ibid.

Quod liber sit, & non servus. n. 27

Quod Laicus sit, non Clericus beneficiatus, aut in Sacris constitutus, cum hi neque in foro ecclesiastico esse queant Notarii; si Romana Curia excipiatur ratione Dignitatis & Privilegii. n. 28

Clerici autem in Minoribus non beneficiati esse queunt Notarii, etiam a Principe laico constituti, & in foro sæculari. ibid.

Quod non sit Monachus; cui non licet sæcularibus negotiis se immiscere. ibid.

Quod sit a potestatem habente creandi Notarios constitutus. n. 30

Potestatem creandi Notarios habent Papa quo ad causas spirituales, seu Ecclesiasticas pro toto orbe; quo ad temporales vero pro statu dumtaxat pontificio. Imperator pro Terris imperio subjectis, Rex, aliique Principes & Duces exercentes jura Principis pro suis statibus. Privilegiati a Principe supremo ad creandos Notarios, ut Comites Palatini; Quique per immemorialem consuetudinem tale jus præscripserunt. Principes inferiores, & Domini Territoriorum saltem in iis, quæ ad suam jurisdictionem pro suis Territoriis pertinent, & Episcopi in Ecclesiasticis pro sua Diœcesi. n. 31

Qualitates ad exequendum rite Notariatus officium sunt scientia, & diligentia, cum ex imperitia, & negligentia Notarii complura damna oriri soleant. num. 32

Mor-

Mortaliter peccat Notarius imperitus & negligens Notariatus exercens officium & tenetur ad compensationem damnorum, quæ parti causantur. n. 33

Aliæ qualitates ad exequendum Notariatus officium sunt veritas, seu fidelitas, de qua juramentum præstat initio muneris. n. 34

Et Justitia, quæ in conficiendo instrumento, & in competenti exigendo pretio consistit. n. 35

Notarius, qui revera talis non est, sed pro tali communiter habetur, si conficiat instrumenta cum titulo colorato Officii sui, subsistunt instrumenta; secus tamen, si titulum coloratum non habeat. n. 36

Error communis cum titulo colorato jus facit, & veritati præfertur. n. 37

Potestas creandi Notarios est Supremo Principi in signum supremæ suæ Potestatis reservata. n. 38

Possessor malæ Fidei ullo tempore non præscribit. num. 39

Subsistunt gesta per Notarium intrusum, sciente & tolerante Supremo Principe, aliove potestatem habente creandi Notarios; utpote qui propria tolerantia illum tacite confirmare existimatur. n. 40

Judex Regularium Conservator potest etiam Testibus uti, nedum inspecto jure novo, & novissimo; verum etiam antiquo. n. 41 42 & 43

Notorium facti momentanei, seu transeuntis per Testes probatur. n. 43

Testes dicuntur, qui ad fidem alicujus rei faciendam adhibentur. n. 41

Testium depositiones, Attestationes vel Testimonia nuncupantur. ibid.

Testes esse queunt, quotquot a Jure ad fidem alicujus rei faciendam neutiquam prohibentur. n. 44

Hi nuncupantur testes idonei, seu omni exceptione majores, contra quos videlicet non est exceptio in Jure, cur non debeant ad testificandum admitti. ibid.

Testes minus idonei dicuntur, contra quos est exceptio in Jure. ibid.

Ex Testibus minus idoneis nonnulli absolute & simpliciter fidem facere prohibentur: alii secundum quid, vel pro certis nimirum personis, vel contra certas personas, vel in certis dumtaxat casibus. n. 45

Prohibetur absolute & simpliciter fidem alicujus rei facere Impubes, mas videlicet 14 annis, & femina 12 minor, utpote tenui admodum judicio prædita. n. 46

Nisi tamen, majores effecti, testentur de iis, quæ in pupillari ætate viderunt; quæque talia sint, ut in intellectum Impuberis cadere possint. ibid.

Furiosus & mentecaptus, quando non habent lucida intervalla: secus tamen tempore, quo illa habent. num. 47

Cæcus si debent testificari de rebus, quæ visu percipiuntur, & post cæcitatem acciderunt: secus tamen si ante cæcitatem; vel non visu, sed alio sensu percipiuntur. n. 48

Surdus simul & mutus; nisi sciat scribere, vel signis mentem suam explicare. n. 49

Infames infamia Juris vel facti. n. 50

Nisi tamen veritas aliunde haberi non possit; vel infamia sit occulta; aut infames fuerint pristinæ famæ a Principe Supremo restituti: vel emendati de crimine infames infamia facti; qui ultimi admittuntur in civilibus, & cum de crimine civiliter agitur. ibidem.

Qui semel in Judicio falsum testimonium protulit; utpote qui censetur facile secundo pejeraturus. num. 51

Criminosus, & reus delicti gravis, & capitalis, quoties se Innocentem aut emendatum non probaverit. n. 52

Nisi tamen veritas per testes idoneos haberi non possit: in quo casu admittuntur ad testandum in civilibus. ibid.

Persona vilis, de qua habetur suspicio, quod possit pecunia corrumpi: secus tamen, si honesta sit & talem suspicionem non ingerat. n. 53

Qui pecuniam sunt conducti ad testandum; etiamsi ad ferendum verum testimonium eam acceperint. n. 54

Servi, stricto sumpti, seu mancipia: Excommunicati excommunicatione majori: Accusati de crimine adhuc accusatione pendente: Incarcerati propter crimen, quod irrogat notam Infamiæ: Banditi, seu proscripti ob crimen famosum: Concubinarii publici, Sacrilegi manifesti; Malefici, Sodomitæ, Hæretici, Blasphemi, de blasphemia damnati & Spurii. num. 55

Testes minus idonei admittuntur in Judicio, quando idonei haberi non possunt. n. 56

Testis minus idoneus cum teste valde fide digno facere potest plenam probationem. ibid.

Prohibentur testari pro certis Personis, scilicet Filius pro Patre, & Pater pro Filio; cum una eademque persona censeantur; & naturalis amor persæpe soleat veritatem subvertere. n. 57

Nisi tamen ex depositione parentum nullum directe commodum Filiis eveniret, & e converso. n. 58

Vel a Reo admitterentur; cum quilibet Juri pro se introducto valeat renuntiare. n. 59

Aut si Filii litigarent inter se. n. 60

Vel attestatio esse deberet in factis, quæ a nemine melius, quam a parentibus sciri possent, ut in probatione ætatis Filiorum. n. 61

Vel in causa Religionis, ut si dubitetur, an Filius Religionem ingressus, animum vero illam profitendi habuerit. ibid.

Aut in causa matrimoniali; in qua si agatur de Matrimonio a Filio, vel Filia contrahendo, & unus ex parentibus deponat de impedimento dirimente, ei quamvis uni plena fides præstatur. n. 62

Si tamen de Matrimonio jam contracto dissolvendo agatur, satis non est attestatio unius Parentis. ibid.

Quemadmodum satis non est, si de contrahendo quidem agatur inter Filium, filiamve, & alteram Personam; sed divitiis, vel nobilitate longe majorem; cum hujusmodi depositio unius ex parentibus suspicione non careret. ibid.

Prohibentur testari, quemadmodum parentes pro Filiis, & Filii pro parentibus, Ascendentes pro Descendentibus, & e converso. n. 63

Et Filii tam emancipati, quam naturales tantum, immo etiam spurii, ac incestuosi. n. 64

Uxor testans pro Marito, Consanguineis, vel Affinibus usque ad tertium gradum inclusive, & e contra. n. 65

Domestici, & familiares ejus, qui testes producit, ut qui habitant in eadem domo sub potestate ejusdem Patrisfamilias: famuli, qui pro mercede operas suas alicui locant &c. n. 66

Nisi tamen Domestici sint vitæ probatæ; vel æque domestici utriusque partis. Aut expresse, vel tacite admittantur a partibus. Vel demum nisi facta a nemine melius, quam a domesticis sciri queant. n. 67

Prohibentur testimonium dicere contra certas Personas; inimici inimicitia gravi & capitali, cum non sit danda manus hominum malitiæ. n. 68

Nisi tamen tempore depositionis jam fuerint reconciliati, & quidem ab antiquo, non de recenti: quod definire Judicis arbitrio remittitur. ibid.

Inimicus reconciliatus licet testari permittatur, numquam tamen erit testis omni exceptione major. ibidem.

Socius criminis: nisi crimen fuerit ex exceptis; aut perfici non potuerit sine socio. n. 69

In

In criminibus exceptis, & quæ fieri non possunt sine socio, depositio jurata socii, citata parte, facit semiplenam probationem, & cum alia alterius contestis plenam probationem constituit. ibid.

Hæretici, Judæi, ceterique Infideles adversus Catholicos testari, prohibentur: etsi queant esse testes Catholici contra Hæreticos Judæos, & Infideles, cum post legem Evangelicam Judæi Christianis, non Christiani debeant subjacere Judæis. n. 70

Pro Catholico tamen potest esse testis Hæreticus, non vice versa. ibid.

Prohibentur testimonium dicere in certis causis Mulier in causa feudali: nisi esset femina illustris, quæ feudum haberet sub se. n. 71

Mulier in publicis instrumentis; nisi tamen a partibus foret in testem rogata. n. 72

Personæ ceteroqui inhabiles ad testandum in instrumentis, si rogentur a partibus, censentur ab iisdem per talem rogationem approbatæ; sicque earum depositio vim habet. n. 72

Mulier in causis Criminalibus de jure Canonico; non ita tamen in causis civilibus; vel si agatur de crimine civiliter; licet in utrisque de jure Civili ad dicendum testimonium admittatur, nisi fuerit damnata publico judicio. n. 73 & 75

In Testamentis repellitur mulier de jure Civili a testimonio dicendo. ibid.

In Legatis ad pias causas communis opinio mulierem admittit ad testandum; licet opposita negans probabilis sit. n. 74

In causis matrimonialibus, & ubi agatur civiliter contra Clericum, vel per viam Inquisitionis, denuntiationis, aut exemptionis etiam jure Canonico admittitur mulier ad testandum. n. 75

Repelluntur a testimonio dicendo minores 20. annis in Criminalibus; licet eorum dictum faciat indicium sufficiens ad capiendas informationes. n. 76

Puberes in Civilibus non repelluntur. ibid.

Inimicus vel inimicitia gravi & capitali non admittitur ad testandum, neque in Criminalibus exceptis, in quibus etiam testes minus idonei admittuntur. n. 77

Crimina excepta sunt crimen læsæ Majestatis, Hæresis, Simoniæ &c. ibid.

Prohibentur Judex, Assessor, Executor, Advocatus, Procurator, Tutor, Curator, & quivis alius Administrator in causis, in quibus patrocinium dederunt, aut cognoverunt. n. 78

Proxeneta in illo negotio, in quo mediator fuit, testari prohibetur. n. 79

Admittitur tamen ad testandum de pertinentibus ad suum officium, si a publico sit deputatus. num. 80

Parochus, si fuerit mediator alicujus matrimonii, plene testatur promissionem dotis, factam a muliere viro suo. ibid.

Deficientibus aliis testibus, testari possunt Proxeneta, & recensiti inhabiles, in Contractibus vel instrumentis, in articulis non connexis, ac conjunctis, &c. ibid.

Quemadmodum si admitti velint in testes ab illis, contra quos quis fuit Advocatus, Procurator &c. ibidem.

Prohibetur quivis esse testis in propria causa, quam videlicet nomine suo intentat. n. 81

Prælatus, seu Rector Ecclesiæ, vel Monasterii non repellitur a testificando pro Ecclesia, vel Monasterio. num. 82

Si tamen Procuratorem suo nomine constituat, ad agendum in judicio pro juribus Ecclesiæ suæ; vel si agatur de redditibus ad mensam Episcopalem pertinentibus, repellitur. ibid.

Facilius repellitur Judex, quam Testis. ibid.

In causa Universitatis, vel Collegii nulla Persona quantumvis sit membrum illius, a testificando repellitur. n. 83

Clerici sunt testes idonei, si agatur de donatione; vel Legato Ecclesiæ relicto, pro ejus fabrica. ibid.

Aliud est jus Universitatis, aliud jus singulorum. ibidem.

Testes pro Universitate, vel Collegio, cujus sunt membra, deponentes, non sunt omni exceptione majores ita, ut duo ex illis faciant plenam probationem, ob aliquam affectionem, quam erga Universitatem, vel Collegium habere præsumuntur. ibid.

Si causa Universitatis, vel Collegii nedum interesse commune illius, sed etiam particulare singulorum respiciat, in ea testari prohibentur singuli. n. 84

ARTICULUS XXIX.

An Judex Regularium Conservator ejusque Assessor, Notarius, & Testes possint salarium exigere, recipere munera &c.

SUMMARIUM.

Judex Regularium Conservator nequit a Monasterio, quod tuetur, salarium exigere, ne quidem pro sententia, quam profert. n. 1

Omnibus Judicibus Apostolicæ Sedis delegatis interdicitur, ne super decima Litis, vel parte alia, præter expensas victualium, salarium a Litigantibus exigant. ibid.

Potest Conservator moderatas expensas a Partibus exigere, quas ratione itineris extra domicilium facturus erit; nisi tamen partes valde pauperes fuerint. num. 2

Quod si una dumtaxat pars fuerit pauper, potest ab alia integras expensas exigere. ibid.

Ab his expensis deducendæ non sunt illæ, quas domi facturus esset, sed integras recipiet, etiamsi Conservator haberet aliunde sufficientia beneficia. n. 3

Extra domicilium se conferens, ad testem ex causa in Jure probata examinandum, expensas recipit Procurante. ibid.

Inter has expensas comprehenduntur illæ pro famulis, equis, vecturis &c. ibid.

Nequit Conservator sibi resarcire damnum, siquod extra domicilium passus sit; cum aliud sit damnum, aliud expensæ. n. 4

Si propter infirmitatem plus temporis, quam utilitas, vel necessitas causæ exposcat extra domicilium Judicem morari contingat, & plus ibi expendere, quam expenderet domi, hunc excessum potest exigere. ibidem.

Etiamsi adest alicubi consuetudo, exigendi sportulas, seu salaria, adhuc illas ibi nequit exigere Conservator; quidquid alii dixerint in oppositum. n. 5. & 6

In Provincia Mediolanensi, etiam citra consuetudinem, potest Conservator salarium exigere, juxta taxam præscriptam a Gregorio XIII. n. 7

Sportulæ dicuntur munera Judicum, quorum quantitas a Lege taxata non est. Olim dicebantur Vasa quædam, in quibus munera Judicibus deferebantur. num. 8

Conservator neque munera a Monasterio, quod conservat, recipere potest; & si recipiat, ad integram restitutionem tenetur, nulla eorum, quibus restitutio facienda est, remissione eidem profectura. num. 9

Potest tamen recipere esculenta, & poculenta, mera liberalitate oblata, quæ paucis diebus consumi possint. n. 10

Hæc

Haec dierum paucitas ab aliquibus explicatur pro tribus diebus ; ab aliis arbitrio boni viri statuenda relinquitur, attenta qualitate Personarum dantium ac recipientium, & causæ, pro qua esculenta & pocula ta donantur. ibid.

Verum hae ipsa esculenta, & poculenta, mera liberalitate oblata, neque omnino, neque semper, neque ab omnibus sunt recipienda. ibid.

Assessor Regularium Conservatoris potest salarium exigere, vel ab ipso Conservatore, si eo Conservator non indigeat; vel si indigeat, a partibus, moderandum tamen a Conservatore attenta qualitate causæ &c. num. 11.

Potest etiam Conservatoris Assessor esculenta & poculenta, imo & munera a partibus litigantibus accipere. n. 12

Ubi Conservator Assessoris Consilium sequi tenetur, nequit Assessor munera recipere. n. 13

Notarius Conservatoris si salarium habeat a Principe, seu Republica, nequit illud a particularibus exigere. Sin minus, illud potest exigere pro ut a Principe, vel Republica taxatum est. n. 14

Quod si taxatum non sit; debet labori consentaneum expetere, habito etiam respectu ad conditionem Litigatorum &c. ibid.

Aliquid in notabili quantitate recipiens, nedum peccat contra justitiam, cum onere restituendi; sed etiam contra Religionem ratione juramenti, in principio Notariatus emissi de fideli exekutione sui muneris secundum Leges. ibid.

Ad evitanda incommoda in hac materia, salarium, Notario consentaneum, per Conservatorem moderandum esse, decrevit Bonifacius VIII. ibid.

Notarius potest etiam esculenta, ac poculenta; immo & munera recipere. n. 15

Vocati pro Testimonio possunt expensas, quas veniendo, stando, & recedendo fecerunt, ab illos producente, diligentia Conservatoris, exigere. n. 16

Bonifacius VIII voluit, a Conservatoribus etiam servari cap. Statutum 11. de Rescriptis in 6. *circa munera, & expensas, Assessores, Notarios, ac Testes.* ibidem.

Affertur laudatum cap. Statutum *per extensum.* num. 17.

Quamvis titulo remissionis, proprie dictæ, nequeat Conservator quidquam a partibus acceptum sibi retinere, potest tamen titulo donationis. n. 18

ARTICULUS XXX.

An Judex Regularium Conservator impediri, vel molestari valeat, præsertim a Legato Nato, aut de Latere, a Delegato Apostolico, ab alio Conservatore, ab Ordinario Loci, vel a Magistratu sæculari, quo minus exercere possit munus suum. Et quibus subjiciantur pœnis illum impedientes, vel molestantes : ac contra hos num, & quomodo procedere possit?

SUMMARIUM.

JUdex Regularium Conservator a nemine, qui non sit Pontifex maximus, impediri vel molestari potest, quominus exequatur munus suum. n. 1

Conservatorem impediens, vel molestans, ipso facto censuram incurrit; ac, ut censuratus potest ab eodem declarari. ibid.

Ne quidem a Legato Nato, vel de Latere potest in suo munere Conservator impediri, vel molestari. num. 2.

Legatus Apostolicæ Sedis nequit se intromittere in causa, specialiter alicui a Pontifice delegata : neque latam ab eo sententiam irritare sine speciali commissione : potest tamen approbare, & executioni mandare. ibidem.

Mandatum speciale derogat generali. n. 3

Specialis Delegatus in causa sibi commissa major est Delegato generali. ibid.

Conservator in Causis sibi demandatis major est Legato. ibid.

Nequit minor inhibere majori, neque par pari, sed Major dumtaxat. ibid.

Privilegiatus contra pariter Privilegiatum uti non potest Privilegio suo. ibid.

Simile non agit in simile. ibid.

Legatus de latere Personam Papæ repræsentat, ejusque vices gerit. Quod tamen est mandatum generale, cui per speciale Conservatoris, qui etiam Personam Papæ repræsentat, ejusque vices gerit, derogatur. n. 4

Neque a Delegato Apostolico potest Conservator in suo munere impediri, vel molestari. n. 5

Licet Ordinarius loci in pluribus sit Apostolicæ Sedis Delegatus, nequit tamen, se intromittere in iis, quæ ad Conservatorem spectant; uti nec Conservator in iis, quæ Ordinarium Loci, tamquam Apostolicæ Sedis Delegatum, concernunt. n. 6

Delegatus Apostolicus specialiter in aliqua causa ex pertinentibus etiam ad Conservatorem potest huic inhibere : quemadmodum si illi causa appellationis a sententia Conservatoris fuerit demandata : eumque etiam per Censuras, utpote sua jurisdictioni resistentem, coercere. n. 7

Mandatum speciale Delegati hujus specialis derogat generali Conservatoris. ibid.

Neque ab alio Conservatore, seu ejusdem Ordinis Monasterii, sive diversi Ordinis, potest Conservator in suo munere impediri, vel molestari. n. 8

Potest adjunctus, seu Collega alicujus Judicis in aliqua causa, statim ac sibi commissio est præsentata, Conjudicibus inhibere, ne ulterius sine eo procedant in causa. n. 9

Ubi duo Conservatores, vel Conservator cum Delegato, essent in solidum deputati; tunc si unus prævenisset alium, qui nihilominus cum eo, vel sine eo procedere vellet, posset præveniens inhibere prævento. num. 10.

Secus tamen, si præventus procedere vellet, eo quia foret impeditus præveniens; vel nollet, aut malitiose recusaret; vel ex aliquo justo titulo Præventus esset præferendus. n. 10. & 11

Controversia super Jurisdictionis competentia inter duos Conservatores, vel Conservatorem, & Legatum, aut Apostolicum delegatum, ne rixæ, contentiones, & scandala oriantur, per ipsosmet Judices pacifice definienda, & terminanda est; vel per Arbitros, ab ipsis concorditer electos. n. 12

Conservator Regularium neque ab Ordinario Loci impediri, vel molestari potest, quominus exequatur munus suum. n. 13

Episcopus, aliave Persona rebellis, & contumax in causa, alicui ab Apostolica Sede delegata, potest a Delegato etiam per Censuras compelli. ibid.

Ordinarius obsequi tenetur Delegato. ibid.

Ordinarius nequit se ingerere in causa, a Sede Apostolica delegata, etiam mortuo ipsomet Delegato, & quantumvis agatur de absolvendo Excommunicato ob contumaciam. ibid.

Potest Ordinarius cognoscere de validitate Rescriptorum commissionis duorum Delegatorum, qui contraria illi mandant. n. 14. & 15

Et ex speciali delegatione Pontificis potest copiam petere Literarum, ut mandatum alterius delegatorum non exequatur. ibid.

Non

Non tamen potest Delegatis præcipere, inhibere, compellere, &c. ibid.

Neque potest de competentia Jurisdictionis inter eos Delegatos cognoscere. ibid.

Ordinarius ob malitiam, vel desidiam Judicis delegati in procedendo, potest absolutos per Apostolicum Delegatum ab excommunicatione, in pristinam excommunicationis sententiam revocare; eosdemque tamdiu in eadem sententia ligatos tenere, quamdiu causa legitimum habere progressum non incipiat. n. 16

Ratione periculi peccati, adeoque favore animæ potest Ordinarius in causa Delegati, se aliquo modo intromittere. ibid.

Favore animæ & ad vitandum peccatum, imo & ipsummet peccati periculum ac scandalum optime recedi potest a regulis Juris. n. 17

Judex Regularium Conservator neque a Magistratu sæculari potest in sua Jurisdictione impediri, vel molestari. n. 18

Conservator, utpote Delegatus a Papa, adversus quascumque Personas, etiam laicas, cujuscumque conditionis, & dignitatis eæ sint, Judex competens est; non secus, ac Papa Judex competens est quarumcumque Personarum, etiam sæcularium. n. 18

Rectores locorum venerabilium possunt Laicos malefactores suos coram Ecclesiastico Judice convenire, ibidem.

Laici, per violentiam usurpantes bona Ecclesiæ, etiam temporalis jurisdictionis, per censuram ecclesiasticam ab Ecclesiastico Judice ad cessandum cogendi sunt, & faciendum satis de præteritis damnis, & injuriis. ibid.

Sæcularis Judex supplere non potest negligentiam Judicis ecclesiastici, sed Ecclesiasticus. n. 19

Impediens, vel molestans Conservatorem in suo munere, si fuerit Legatus, Delegatus Apostolicus, Conservator, Episcopus, aliave Persona ecclesiastica excommunicationem, sive suspensionem a Divinis ipso facto incurrit. n. 20

Sin autem Magistratus sæcularis, aliave Persona laica, excommunicationem latæ sententiæ. ibid.

Censuram sub forma disjunctiva latam nullius roboris esse, volunt nonnulli: validam probabilius arbitrantur alii; & quare? n. 21. & 22

Sententia lata in foro fori sub forma disjunctiva, delinquentis arbitrio determinanda, sicut & in foro conscientiæ pœnitentialis, ut opus injunctum in concessione Indulgentiarum, valida est. n. 23

Censura, sub forma disjunctiva prolata, per aliquos facit hunc sensum ex intentione Judicis: quod delinquens ligetur minori earum censura, quæ in dicta forma continentur. n. 24

Non semel præfata disjunctiva ex Intentione Judicis hunc alium sensum habet; ut singulæ ejus partes ad diversas Personas juxta diversas earum conditione applicentur. n. 25

Ferre censuras sub forma disjunctiva, cum non sit in usu Ecclesiæ; sine peccato mortali nequit Judex ecclesiasticus Inferior: potest tamen Supremus, idest Papa, utpote supra jus commune, quod non tenetur observare. n. 26

Judex Regularium Conservator adversus impedientes, aut molestantes executionem sui muneris, si Laici sint, procedere potest declarando illos in excommunicationem incursos: & in excommunicationem, vel suspensionem, si Persona Ecclesiasticæ sint. num. 27.

Servanda est modestia, & reverentia debita Pontificali Dignitati, quoties adversus Episcopos, eorumve Superiores, impedientes, aut molestantes procedendum erit. n. 28

Censuræ nunquam caro, & in casu magna necessitatis infligantur, & probatis antea mitioribus remediis. n. 29

ARTICULUS XXXI.

Quas pœnas incurrat Judex Regularium Conservator, limites suæ Jurisdictionis excedens: sicut & Conservatoris procurans excessum. Et a quonam denuntiandus incursus?

SUMMARIUM.

Judex Regularium Conservator ad formam juris antiqui, si limites suæ potestatis excedat, qui manifestas concernunt injurias, & violentias per unum annum ab officio est suspensus; irritumque, & inane quidquid ab ipso per excessum attentatur. n. 1

Juxta formam juris novi, & novissimi, si traditam sibi potestatem excesserit, eamdem pœnam incurrit. n. 2

Ad incurrendam præfatam Suspensionem requiritur scientia excessus in Conservatore ex Constitutione Bonifacii VIII. n. 3

Quamobrem illa non incurritur ex inadvertentia, & ignorantia, dummodo non affectata, & multa minus crassa, & supina. ibid.

Quid, & quotuplex sit ignorantia. n. 4. & 5

Eadem excessus scientia, quæ per Bonifacium VIII. requiritur in Conservatore ad incurrendam suspensionem prædictam probabiliter etiam requiritur per Gregorium XV. n. 6

Judex ignorantiam vel inadvertentiam in suo excessu prætendens, eam probare tenetur. n. 7

Ubi Lex aliquid fieri prohibeat; si fiat, non præsumitur ignorantia, sed scientia. ibid.

Annus præfatæ suspensionis incipit, currere a die commissi delicti de momento in momentum, eoque transacta, statim suspensio cessat, absque ulla absolutione. num. 8.

Præfata suspensio non est Censura Ecclesiastica; sed dumtaxat ab officio Conservatoris, seu a potestate Conservatorium munus exercendi. n. 9

Suspensio, quæ est Censura Ecclesiastica, suspendit simul ab Ordine, seu ab exercitio Ordinis, ab Ecclesiæ ministerio, sive a rerum Ecclesiasticarum administratione, & jurisdictione Ecclesiastica, vel temporali. ibid.

Olim non levis ferbuit controversia, num memorata Suspensio fuerit censura Ecclesiastica, nec ne, quæ hodie extincta est. ibid. & n. 12

In pœnalibus proprietati sermonis standum est quæ si attendatur, non dicitur fieri propria extensio, sed interpretatio ex vi comprehensiva. n. 10

Ea pœna est infligenda, quæ verisimiliter magis timetur. ibid.

Aliquando infligitur a jure suspensio tantum a parte jurisdictionis. n. 12

Juri consonum est, ut in quo quis peccaverit, in eo puniatur. ibid.

Et quilibet juxta mensuram delicti puniendus est. ibidem.

In odiosis, & pœnalibus pœnæ restringendæ sunt. ibidem.

Et interpretatione juris pœnæ sunt emolliendæ. ibid.

Nullitas, adjecta actui contra quæcumque disposita, ipso jure incurritur absque sententia Judicis annullante. n. 13

Tempus præsens regulariter, & in dubio inducit Canonem latæ sententiæ. ibid.

Dictio omnino *etiam in dubio inducit latam sententiam, & ita quidem, ut non sit necessaria exceptio.* ibidem.

Suadens sciente excessum Conservatori, & cum effectu, si sit pars in judicio, puta Reus, vel Actor excommunicationem eo ipso incurrit: a qua non potest absolvi, nisi prius parti læsæ integre de expensis satisfecerit. n. 15

Ad absolutionem mera cautio satis non est. ibid.

Si Suasor non sit pars in Judicio, dictam excommunicationem non incurret. n. 16

Episcopi, eorumque Superiores præfatam excommunicationem incurrunt, si sint partes in judicio, & scienter, ac cum effectu excessum Conservatoris persuadent. num. 17.

Cap. quia periculosum de sent. excom. in 6. eximens Episcopos a generalibus Censuris, loquitur de suspensione dumtaxat, & interdicto, non etiam de excommunicatione. ibid.

In generali excommunicatione, a jure lata, comprehenduntur etiam Episcopi, & Cardinales. ibid.

Excommunicationem præfatam incurrit dicta pars, etiamsi ea fuerit non singularis Persona, sed Collegium Ecclesiasticum, sive Universitas aliqua. n. 18

Cum Universitas agat in judicio per Syndicum, speciale mandatum habentem, si per illum Conservatoris excessum procuraverit, tam Syndicus ipse, quam singuli de Universitate, qui ejus mandato consenserant, excommunicationem incurrent. n. 18

Merus tamen Syndicus, non Universitas excommunicationem incurret, si ad id speciale mandatum non habuerit. ibid.

Ubi in aliquibus Collegiis, & Universitatibus non omnes de Collegio, & Universitate gubernent, sed dumtaxat Superior, & aliqui majores, seu Officiales, quorum consilio regitur Superior; cum in hoc casu tantum culpabiles sint Superior, & Majores, non reliqui; Superior & Majores, non ceteri excommunicationem latam in culpabiles incurrent. n. 19

Temeritas includit dolum, & scientiam Legis violatæ. n. 20

. Lex excommunicans facientem aliquid non ligat nisi effectu sequuto. n. 21

Excommunicatio præfata ante compensationem a nemine absolvi potest; nisi a Papa, cui reservatur. Post compensationem ab Episcopo, vel a quovis simplici Confessario, cum ea reservata non sit. n. 23

Cum tam suspensio Conservatoris limites suæ potestatis scienter excedentis, quam excommunicatio partis scienter, & cum effectu dictum excessum suadentis, sit latæ sententiæ; utraque bene potest ab Ordinario denuntiari. n. 24

In quibus casibus Conservator limites suæ potestatis excedat? ibid.

Si excessus Conservatoris fuerit dolosus, & præsumptuosus denuntiari potest ab Ordinario etiam incursa Excommunicatio Bullæ Cœnæ propter usurpatam a Conservatore jurisdictionem ordinariam. Vel poterit iterum excommunicari. n. 25

Ratione offensæ jurisdictionis ordinariæ Conservator fit subditus Ordinario. ibid.

Ut fieri queat ab Episcopo præfata denuntiatio debet Conservatoris excessus esse notorius. n. 26

ARTICULUS XXXII.

Quibus modis possit se tueri excessum patiens a Judice Conservatore Regularium?

SUMMARIUM.

Conservator potest suam jurisdictionem excedere in præjudicium tum jurisdictionis Ecclesiasticæ, seu Ordinarii loci: tum jurisdictionis sæcularis, seu judicis Laici: tum in præjudicium aliorum. n. 1

Ordinarius Loci adversus Conservatorem, suam potestatem excedentem, potest se tueri censuris Ecclesiasticis. n. 2

In casu excessus Conservator habendus est tamquam Persona privata, non ut Papæ delegatus. ibid.

Summus Pontifex in Bulla Cœnæ non distinguit Personas; sed indefinite usurpatores Ecclesiasticæ jurisdictionis excommunicat; adeoque tam Sæculares, quam Ecclesiasticos. n. 3

Judex sæcularis, excessum patiens a Conservatore, potest se tueri pœnis condignis. n. 4

In aliquibus casibus potest judex sæcularis de causis Clericorum cognoscere, eosque corrigere. ibid.

Judex Ecclesiasticus per Principem laicum expelli potest a Regno, & jure Originis privari, si violentiam inferat: vel sit injuriosus, & molestus Vassallis Regis: aut sit turbator pacis: vel Coronæ suspectus. num. 5.

Princeps sæcularis non tenetur admittere Prælatum, de quo non possit confidere, ne forte Adversario manifestet secreta Provinciæ. ibid.

Præfata correctio, amotio, & non receptio judicis Ecclesiastici per Principem Laicum, locum non habet extra Hispaniam: & facienda est cum consensu Pontificis, si periculum non sit in mora. n. 6

Judex Regularium Conservator, in præjudicium aliorum suam potestatem excedens, poterit ab illis coram Ordinario loci, in quo excessus committitur conveniri; ab eoque condignis pœnis affici. n. 7

Potest etiam Delegatus coram Ordinario conveniri pro damnis & interesse, si delinquat in causa, in qua est delegatus in judicando, vel non judicando, in non reddendo jus, & abutendo sua jurisdictione, & illam excedendo, aut alias litem suam faciendo. ibidem.

Judici Delegato potest ab ordinario resisti, quando voluerit exequi aliquod injustum. ibid.

Potest delegatus Principis, delinquens in causa processus, ab Ordinario puniri. n. 8

Delegatus Principis, delinquens in causa sibi commissa, & abutens sua jurisdictione, potest conveniri ratione delicti in loco, ubi deliquit. ibid.

Etsi Delegatus in causa, sibi commissa, major sit quocumque ordinario, ratione tamen delicti subditur illi. ibid.

Ordinarii possunt Delegato resistere, & debent illud facere, alias puniendi sunt. ibid.

ARTICULUS XXXIII.

An & in quibusdam causis, quomodo, quando, ac quare Judex Conservator Regularium valeat ut suspectus recusari?

Ubi de Recusationibus.

SUMMARIUM.

Recusatio judicis quid? n. 1

Recusatio in nonnullis convenit cum Appellatione, & in nonnullis disconvenit. ibid.

Recusatio est de jure Naturæ. n. 2

Nihil gravius, & periculosius eo est, quod sub judice suspecto litigare. ibid.

Nedum Princeps inferior, & Legatus a latere, sed etiam supremus Princeps nequit Recusationem tollere. num. 3.

Ex gravi tamen causa potest Supremus Princeps, illam tollere; modo illam expresse, & signate tollat. num. 4.

Non intelligitur supremus Princeps Recusationem tolle-

tollere, si ex certa scientia, nihil ulterius addendo, causam committat suspecto notorio. n. 5

Immo etiamsi addat omni recusatione remota non est intelligendus tollere gravem recusationem ob justam suspicionem, sed dumtaxat frivolam. ibid.

Rescripta Principis ita sunt interpretanda, ut nemini noceant. ibid.

Non omnes Personæ, ut suspecti Judices, possunt recusari, nec omnes irrecusabiles sunt. n. 6

Recusari non possunt Supremus Princeps, Papa videlicet, Imperator, Rex &c. Cardinales, Concilium generale per Papam congregatum, & approbatum, Judex deputatus, & approbatus ab initio de consensu partium, modo nova causa recusationis non superveniat. Notarii & similes de consensu partium ab initio approbati: Prælati Regulares quoad correctionem subditorum juxta regularia Instituta, nisi modum excedant, vel procedant ut Judices contra proprios subditos; sintque valde suspecti, & causa suspicionis manifesta: demum Commissarii cum clausula: Recusatione remota. a n. 7. usque ad 12 inclusive.

Recusari queunt Concilium Provinciale, & Diœcesanum, Universitates, & Collegia, eorumque Rectores. num. 13

An recusari valent totus Senatus, vel Decurionum Ordo, totum Parlamentum, vel tota Synodus, aut Universitas, eo quia caput illius suspectum est? ibid.

Recusari item queunt Legatus de latere, Episcopus, ejusque Successor; sicut & quivis Successor in alia dignitate, si suspicio dignitatem concernat. n. 15

Rursus Officialis, seu Vicarius generalis Episcopi, quantumvis suspicio non ipsum, sed Episcopum suum concernat. n. 16

Non potest autem e converso recusari suspectus Episcopus, si suspicio concernat Officialem, seu Vicarium, non tamen Episcopum. ibid.

Recusatio Officialis, seu Vicarii, ubi suspicio ipsum concernit, non Episcopum, facienda est coram Episcopo. Coram Arbitris tamen, ubi recusat Officialis seu Vicarius, eo quia ejus Episcopus suspectus est. ibid.

Recusari pariter valet Judex tam Ordinarius, quam delegatus etiam Papæ, & in totum, de jure Canonico. num. 17

De jure Civili etsi Delegatus in totum recusari valeat; nequit tamen Ordinarius in totum. n. 18

Nec delegatus ad universitatem causarum. ibid.

Si quoad ordinarium aliqua emerserit suspicio, eidem Episcopus loci est adjungendus, qui cum illo, causam amicabiliter componat, vel cognitionaliter dirimat. ibid.

Id tamen non est de consuetudine; sed loco Episcopi per Judicem recusatum alius bonus vir recipitur. ibid.

In causa, commissa pluribus in solidum, recusato uno, censentur & alii recusati; modo in commissione non adsit expressa clausula, id concedens. n. 19

Recusatio locum habet in causis, tam civilibus, quam criminalibus, seu procedatur judicio ordinario per accusationem, sive extraordinario per inquisitionem ex officio Judicis. n. 20

Et nedum in obscuris, & non manifestis, sed etiam in notoriis, & manifestis facti transeuntis locum habet recusatio, non tamen permanentis. n. 21

Et in notoriis etiam facti permanentis, si id certo notorium non sit. n. 22

Ac ubi pœna non est in jure taxata, sed arbitrio Judicis relicta. n. 23

Recusatio Judicis suspecti fieri debet ante Litem contestatam, & intra viginti dies post oblatum libellum. n. 24 & 25

Nedum ante Litis contestationem, sed etiam ante alias exceptiones proponenda recusatio, utpote quæ una est ex Dilatoriis exceptionibus, & simul declinatoriis fori. n. 26

Nisi tamen Judex ob incompetentiam valeat recusari. n. 27

Vel post Litem contestatam nova recusandi causa supervenerit. n. 28

Aut si non de novo contigerit, tunc primum tamen in notitiam venerit recusantis. n. 29

In his casibus fieri potest recusatio etiam post conclusionem in causa; immo & data jam sententia scribæ ante pronuntiationem, si tunc causa recusationis, ejusve notitia supervenerit. n. 30

De Jure Canonico recusatio proponi debet cum illius causa coram Judice recusato in libello recusatorio. n. 31

Et proposita jam, eligendi sunt Arbitri: coram quibus plene probanda venit causa, ita ut non sufficiat juramentum. ibid.

In recusatione tamen Notarii, Procuratoris &c. satis est juramentum. ibid.

Delegatus particularis recusari potest re integra sine allegatione, & probatione causæ. Sed in hoc locorum stylo est deferendum. n. 32

Si recusetur Delegatus, vel Officialis Episcopi, non eliguntur Arbitri, sed coram Episcopo causa suspicionis probatur. n. 33

Quemadmodum coram Delegante, si Apostolicus Subdelegatus recusetur. ibid.

Ubi Causa a Sede Apostolica sit delegata duobus cum clausula: [si ambo interesse non possunt; alter eorum in causa procedat;] si contra unum causa suspicionis proponatur, coram altero non recusato probari debet. Cum aliis vero clausulis, ut: [Quod si non omnes, tu cum altero;] coram Arbitris causa suspicionis probanda est. ibid.

De Jure civili recusatio licet proponi debeat coram Judice recusato; non tamen necessario exprimere debet causam recusationis; nec ea probanda est; cum ejus loco sufficiat juramentum calumniæ, quod recusanti Judex sit suspectus in genere. n. 34

Arbitri in causa recusationis possunt esse vel unus, in quem partes consenserint; vel duo, quorum unus sit ab una, & alter ab altera parte electus. n. 35

Si duo Arbitri non conveniant in judicando, eligendus est tertius; & ad hoc potest cogere partes etiam ipse Judex recusatus. ibid.

Arbitri per solas partes eliguntur, ubi ex earum instantia proceditur, ubi vero procedit Judex ex officio, per partem, contra quam proceditur, & per Judicem simul. n. 36

Non sunt necessario eligendi ex eodem loco, in quo Judex recusatus suam jurisdictionem exercet: neque ex loco nimis remoto, v. g. ultra unam dietam, eligendi sunt. ibid.

In Causis spiritualibus debent esse Ecclesiastici; in temporalibus vero, etiam Clericorum, esse possunt Laici. ibid.

Ab Arbitrorum sententia, utpote Juris, & necessariorum, potest appellari, & quidem ad Superiorem Judicis recusati. n. 37

Arbitri de Jure Canonico super causa suspicionis cognoscere debent: eaque proinde apud ipsos intra terminum, ab iisdem recusanti præfixum, probanda. num. 38

Si intra dictum tempus causa suspicionis probata non fuerit, aut tamquam illegitima reprobata; causa principalis ad Judicem recusatum remittenda est. Sin autem tamquam legitima approbata, Judex recusatus debet in causa principali supersedere; & de consensu recusantis debet illam alteri committere, vel ad Superiorem remittere. n. 38

Non possunt tamen Arbitri dictam causam principalem cognoscere; cum per pronuntiationem super causa suspicionis, eorum potestas finiatur. num. 39

Arbitri de Jure Civili de causa suspicionis non cognoscunt; sed ea dumtaxat allegata, & non probata, & professio a recusante Juramento calumniæ, de causa principali cognoscunt. n. 40

Sed in hoc standum consuetudini Judiciorum. n. 41

Communi Judiciorum usu servatur Jus Canonicum. ibid.

Et ubi hic usus non innotescat; in Terris Imperii servandum Jus Civile; in terris vero Ecclesiæ, & in foro Ecclesiastico Jus Canonicum. ibid.

Causæ recusationis legitimæ complures sunt. n. 42

Effectus Recusationis est, jurisdictionem Judicii recusati suspendere, ita ut si procedat, processus nullus fuerit, & sententia ipso jure nulla. n. 43

Ipsa ratio dictat, quod suspecti, & inimici, Judices esse non debent. n. 44

Si causa suspicionis sit frivola, potest illam recipere Judex, & ad ulteriora procedere, rejectionis suæ exprimens causam. n. 45

Recusatio quamvis suspendat, non tamen extinguit Jurisdictionem Judicis. n. 46

Etiam post recusationem, & approbationem causæ suspicionis, de consensu partium, potest Judex recusatus in causa procedere, vel eam alteri delegare. ib.

Gesta post recusationem a Judice recusato, quando causa recusationis est notoria, vel jam electi sunt Arbitri, sunt ipso jure nulla. n. 47 & 48

Quid si causa recusationis notoria non sit, neque electi sint Arbitri? n. 49. 50. 51. & 52

Regularium Conservator nequit ut suspectus recusari in causa de notoriis, seu manifestis injuriis, & violentiis, Regularibus illatis. n. 53

Scilicet in causa de notoriis facti permanentis, non vero transeuntis; & ubi factum certo notorium sit. n. 54. & 55

Ac pœna in jure præscripta: secus tamen, si Judici arbitraria sit. n. 56

In causis de injuriis, & violentiis non manifestis potest Conservator a Regularibus suspectus recusari. n. 57

Recusatio Conservatoris ante Litis contestationem, ac intra 20. dies post oblatum libellum facienda est, immo ante alias Exceptiones proponenda. n. 58

Nisi tamen Conservator ob incompetentiam recusari valeat. n. 59

Frustra objicit esse suspectum, si jurisdictione careat. ibid.

Et nisi post litem contestatam, vel aliam exceptionem objectam, causa recusationis de novo superveniat, vel antiqua tunc primum in notitiam venerit recusantis. n. 60. 61. & 62

In causis, in quibus Regularium Conservator recusari potest ut suspectus, quomodo procedendum? n. 63. 64. & 65.

Arbitri in casu legitimæ suspicionis Conservatoris eligendi sunt a recusante simul, & conservatore recusato, si recusans non habeat Adversarium; quod si Adversarium habeat; ab Adversario, & Recusatore. n. 66

Conservator, electis jam Arbitris, illos cogit ad conveniendum, si discordes fuerint, in unam sententiam; vel ut certium concorditer advocent, competenti ad id termino iisdem assignato. ibid.

Arbitri, non Conservator recusatus, debent partibus præfigere terminum ad causam suspicionis probandam. n. 67

Causa suspicionis pro legitima non probata, utitur Conservator sua jurisdictione: admissa vero pro legitima, alicui Personæ idoneæ, de recusatoris consensu, negotium committit: vel ad Superiorem transmittit. ibid.

Potest Conservator post recusationem propositam, immo etiam probatam, modo tamen super ea pronuntiatum non fuerit, de recusatoris consensu alteri committere vices suas. ibid.

Quemadmodum ante recusationem propositam potest alteri committere vices suas, ita tamen, ut, si in totum commiserit, recusari ulterius, aut facta per eum commissio impugnari non possit: secus tamen, si aliquid sibi de jurisdictione reservarit. ibid.

Potest Conservator adhuc suspectus recusari, si subconservator commissionem sibi factam ante recusationem Conservatoris non receperit; vel ante usum Jurisdictionis mortuus fuerit; vel Conservator ab eo commissionem avocaverit. ibid.

Causæ, ob quas quivis Judex, adeoque Conservator recusari potest suspectus, præcipuæ illæ sunt, si Judex sit consanguineus alterius partis usque ad septimum gradum, & ultra; si sit consanguineus alicujus Prælati Ecclesiæ, potest recusari in causa illius Ecclesiæ; si sit affinis, Collactaneus aut Privignus: non tamen si æque talis sit utrique parti. n. 68

Si sit Compater alterius partis. n. 69

Si sit intimus Amicus Adversarii; non tamen si amicitia sit modica, vel æqualis utrique parti; si sit valde familiaris parti adversæ, vel ejus domesticus, socius, ac commensalis, si sit Canonicus ejusdem Ecclesiæ, cujus est adversarius. n. 70

Si sit concivis alterius partis, & ambo extra propriam patriam: secus tamen, si sint in propria Patria, & Judex sit ordinarius. n. 71

Si sit concivis alterius partis, cum qua degat in propria patria, sed Judex sit delegatus. ibid.

Si sit inimicus, etiamsi inimicitia non sit capitalis, & provenerit ex culpa recusantis, vel ratione litis, quam ut privatus habet cum Recusatore. n. 72

Inimicitia præsumitur, quando quis non alloquitur, & salutat eum, quem prius alloqui, & salutare solebat. ibid.

Si sit inimicus Domini mei. n. 73

Propter Dominum potest Judicem recusare tota familia; & omnes de familia recusari queunt propter Dominum. ibid.

Si sit consanguineus inimici mei; si copulet parentelam cum illo. n. 74

Si sit familiaris, & commensalis, inimici mei, si confœderatus cum illo: si multum cum eodem conversetur, ludendo, bibendo, pernoctando &c. n. 75

Si aliquando minatus fuerit, se nociturum. num. 76

Si aliquando fuerit inimicus, & modo est reconciliatus. n. 77

Si vellet esse Judex in propria causa. n. 78

Neque Rex, aut Imperator potest esse Judex in causa propria, sed debet eam delegare. ibid.

Prælatus in causa Ecclesiæ suæ recusari potest ratione nimiæ affectionis erga illam; vel potius commodi, quod ex illa habet. ibid.

Si causa respiciat commodum, vel incommodum Judicis: si est Fidejussor alterius partis. n. 79

Si Adversarii Dominus sit, cum Patronus in causa Vassalli a non Vassallo, & in causa Clientis a non Cliente recusari valeat. n. 80

Si fuit prece, vel pretio corruptus ab Adversario, aut donum ab eo acceperit. n. 81

Si ut privatus litiget cum alio in consimili causa. num. 82

Si sit nimis severus, & crudelis: si indiscretus &c. n. 83

Si consuevit esse iniquus: si animose, injuste & extrajudicialiter procederet. n. 84

Si sit illiteratus, imperitus, & grossus, & causa ardua, & subtilis. n. 85

Si operam suam dederit in eadem causa, puta tamquam Advocatus partis contrariæ; vel ut ea Consultus; aut Assessor, votumque suum pro parte

con-

contraria propalarit: si fuerit sollicitator, Testis &c. num. 86

Secus tamen, si operam suam dederit in alia causa, ibid.

Si semel in alia causa gravaverit, unde fuit a Recusante appellatum. n.87

Quod licet videatur difforme Juri Civili; conformatur tamen juri Canonico; per quod correctum est jus Civile. n. 87. & 88

Utrumque jus in proposito, adhibita distinctione, conciliat Gonzalez Tellez. n. 89

Si Judex curaverit, sibi causam committi, potest suspectus recusari. n. 90

Causa ad removendum Procuratorem, Arbitrum, vel Testes sufficiens, satis erit ad Judicem suspectum recusandum. n. 91

Causa, etiam in jure non expressa, si major, vel æqualis sit expressis; vel etiam minor; aut quæ arbitrio prudentis viri sufficiens existimatur ad recusationem Judicis suspecti, satis erit. n. 92. & 93

Acta, processus, & sententia post recusationem Conservatoris lata, sunt ipso jure nulla. n.94

ARTICULUS XXXIV.

An, in quibusnam casibus, quomodo, ac quando a sententia Judicis Regularium Conservatoris liceat appellare, & ad quem?

Ubi

De Appellationibus; deque Judice Apostolicæ Legationis, seu Regiæ Monarchiæ in Regno Siciliæ.

SUMMARIUM.

Appellatio quid sit? n. 1. & 2

Non potest interponi Appellatio a Judice inferiori ad æqualem; nam par in parem non habet imperium; & multominus a superiore ad Inferiorem. num. 3

Judex Inferior, a quo fit Appellatio, Judex a quo appellari consuevit: quemadmodum Judex Superior, ad quem appellatur, Judex ad quem, vel Judex Appellationis. ibid.

Appellatio nedum ratione gravaminis injuste illati, sed etiam probabiliter inferendi, seu Judicialiter, sive extrajudicialiter conceditur. n.4

Appellatio quo ad substantiam est de jure Naturæ: quo ad formam, & solemnitates est de jure positivo. n.5.

Appellatio inducta est, tum ut gravamen injustum removeatur: tum ut læsus ex propria ignorantia, vel negligentia damnum non sentiat: tum demum ut unius Judicis iniquitas, vel imperitia ab alio corrigatur. num. 6

Appellatio est duplex: Judicialis, & Extrajudicialis, & quid utraque sit. n. 7

Appellatio Judicialis, & Extrajudicialis differunt inter se, & quomodo? n. 8. & 9

Judicialis proprie est appellatio, secus tamen Extrajudicialis. n. 8

In materia odiosa pœnali sub nomine Appellationis Extrajudicialis appellatio non comprehenditur. ibid.

Appellatio Judicialis subdividitur in eam, quæ fit ab Interlocutoria, & in eam, quæ a sententia definitiva. n. 10

Et utraque potissimum quadrifariam discriminatur inter se. n. 11

Appellatio a definitiva fieri potest incontinenti, seu stante pede, & viva voce: in scriptis tamen fieri debet appellatio ab Interlocutoria. n. 12

In illa non est necesse, causam gravaminis in specie exprimere; secus in hac. n. 12

Appellatio a definitiva ex novis probationibus justificari potest; secus tamen Appellatio ab Interlocutoria. n. 13

In prima locum habet beneficium juris [Non deducta deducam, non probata probabo] & quomodo? non tamen in secunda. ibid.

Appellatio a definitiva semper proponi potest; non sic appellatio ab Interlocutoria, nisi vim habeat definitivæ, vel ejus gravamen per appellationem a definitiva reparari non possit. n. 14

Gravamen per sententiam definitivam irreparabile exemplificatur. ibid.

Appellatio seu Judicialis, sive Extrajudicialis ab Interlocutoria, vel a definitiva, alia est rationabilis, seu legitima; frustatoria alia; alia frivola, inanis, & levis; & quænam unaquæque sit? n. 15

Sententia Definitiva est definitio judicialis, damnationem, vel absolutionem continens. n. 16

Hæc definitio explicatur. a n. 17

Sententia Arbitri, vel Arbitratoris non est proprie sententia. Unde in materia coercibili non venit nomine sententiæ. n. 18

Arbiter jurisdictionem non habet; sed notionem dumtaxat. ibid.

Sententia Definitiva differt a sententia Interlocutoria, & Absolutoria ab observatione Judicii, & quomodo? n. 19

Sententia Definitiva dividitur in Absolutoriam & Condemnatoriam: & quid utraque sit. n. 20. & 21

Sententia Interlocutoria ab inter & loqui derivatur. n. 22

Estque est definitio Judicis inter principium [quod est citatio, sive præceptum Judicis de comparendo,] & finem causæ [quæ est sententia Definitiva] non super quæstione principali, sed super aliquo incidenti, vel emergenti facta. ibid.

Exemplificatur multifariam. ibid.

Sententia Interlocutoria non nisi minus proprie, & cum addito Interlocutoria sententia est; secus tamen sententia Definitiva; & quare? n. 23

In dubio nomine Sententiæ intelligitur Definitiva, non Interlocutoria. ibid.

Sententia Interlocutoria subdividitur in Interlocutoriam puram, & Interlocutoriam mistam, seu mediam, sive vim habentem sententiæ Definitivæ. n. 24

Et utraque quænam sit? n. 25. & 26

Unde dignosci possit, sententiam Interlocutoriam esse mistam? a n. 27

Mista, seu Media est illa, post quam non expectatur alia ferenda sententia in eadem instantia, vel quæ est Absolutoria ab observatione Judicii: vel qua pronuntiatur, appellationem esse desertam. n. 27

Mista, seu media, & vim habens Definitivæ pariter est, per quam definitur unus Articulus causæ principalis. n. 28

Aut per quam expirat officium Judicis, etiam Ordinarii. n. 29

Aut, qua Judex interloquendo pronuntiat, se esse competentem. n. 30

Aut per quam admittitur, vel rejicitur exceptio peremptoria. n. 31

Et quæ continet, aliquid dari, vel fieri a parte. num. 32

Sententia definitiva, & mere Interlocutoria trifariam potissimum discriminantur. n. 33

Scilicet quoad rem controversam, quo ad ordinem judiciarium, & quo ad effectus. n. 33

Sententia Definitiva controversiam principalem determinat; unde necessario debet absolutionem, vel condemnationem continere. Interlocutoria vero quæ-

stiones

stiones dumtaxat incidentes inter principium, & finem controversiæ principalis. n.34

Sententia Definitiva ferri non potest, nisi præcesserit Ordo, & tela judiciaria; secus tamen Interlocutoria. n.35

Definitiva ferri debet in scriptis, & scripto recitari; potest tamen Interlocutoria ferri sine Scriptura. num.36

Quamvis deinde in scriptis redigi debeat, non ad validitatem actus; sed ad probationem, cum Judici non credatur, nisi de ipsa pateat per scripta in Actis. ibid.

Definitiva ferri non potest, nisi Judice pro Tribunali sedente, præsentibus partibus, vel saltem legitime citatis, & contumaciter absentibus: Interlocutoria vero ferri potest, etiam parte absente; & per Nuntium, vel Epistolam. n.37

Si a prima non fuerit appellatum, ea controversiæ finem imponit; non ita tamen secunda. n.38

Per primam sententiam condemnatus de crimine redditur infamis; non ita per secundam. n.39

Prima semel a Judice prolata, si valida fuerit, & si forsan iniqua, nequit ab eodem revocari: potest tamen secunda, ante subsequutam primam. n.40 & 41

Judex, postquam semel sententiam Definitivam pronuntiarit; Judex esse desinit. ibid.

Si sententia Definitiva fuerit invalida, potest a Judice Ordinario revocari; & causa de novo cognosci; quemadmodum a Delegato ad universitatem causarum; non tamen a Delegato ad causam particularem. n.41

A sententia Definitiva potest regulariter appellari; non tamen ab Interlocutoria, nisi vim habeat Definitivæ; vel damnum irreparabile contineat. n.42

Regulariter omnes possunt appellare. n.43

Appellatio est quædam defensionis species. ibid.

Defensio est de jure naturæ, & neque Diabolo deneganda. ibid.

Appellans non facit injuriam Judici a quo, saltem non tantam, ut injuste gravato impediatur Appellatio. n.44

Qui utitur jure suo, nemini facit injuriam. ibid.

Potest ab eadem sententia utraque pars appellare. num.45

Ut petere potest in integrum restitui. ibid.

Appellare possunt ii omnes, quorum interest; vel quibus mandatum est; vel qui negotium aliquod gerunt, quod mox ratum reus habeat. n.46

Pater, aut Mater ratione affectionis appellare possunt in causa deserta Filii. ibid.

Procurator in causa sui principalis: & alieni negotii gestor; dummodo id dominus mandaverit, vel postea ratum habuerit. ibid.

Tutor, & Curator nomine pupilli, & minoris. ibid.

Fidejussor ex sententia lata contra principalem debitorem. ibid.

Episcopus pro suo Clerico: Abbas pro suo Monacho: Civitas pro cive: Dominus pro subdito. ibid.

Quilibet tertius appellare potest contra sententiam; si per eam aliquod sibi censeat præjudicium obventurum. n.47

In causa, pluribus communi, etiam criminali, potest unus appellare, ceteris non appellantibus. n.48

Appellatio unius alteri prodest, si communi jure juventur. ibid.

Qui gravati non sunt, & quorum non interest, appellare non possunt. n.49

Secus tamen in causa sanguinis, ne sanguis innoxius effundatur. ibid.

Cuilibet licet provocare pro eo, qui ad supplicium ducitur, etiam eo invito. ibid.

Appellare potest, judicialiter Excommunicatus, non tamen extrajudicialiter. n.50

Excommunicatus ante absolutionem, saltem conditionatam ad cautelam, ad effectum agendi, vel ad reincidentiam, potest de nullitate Excommunicationis judicialiter appellare: quemadmodum a declaratoria excommunicationis. Nequit tamen de excommunicationis injustitia, nisi prius absolutionem præfatam obtineat, appellare. n.51 54 55 & 60

Excommunicatio nulla est, si feratur a Judice incompetente, vel excommunicato non tolerato: aut contineat errorem intolerabilem; vel si contra tenorem Privilegiorum, aut post legitimam appellationem feratur. n.52

Declaratio Excommunicationis est nulla, si declaratus illud delictum non commiserit, quod in ipsa declaratoria exprimitur. ibid.

Sententia Excommunicationis nulla est, si feratur sine legitima causa. Injusta tamen, & si valida; si cum legitima quidem causa feratur, sed ad vindictam, non ad correctionem. n.53

Quemadmodum est injusta, licet valida, si non servetur in ea ordo judiciarius. ibid.

Judex Appellationis potest absolutionem impertiri vel ad cautelam, vel ad effectum agendi, vel ad reincidentiam appellanti a nullitate, vel a declaratoria Excommunicationis; modo tamen potestatem habeat absolute & simpliciter absolvendi ab Excommunicatione. n.56

Eadem potestas requiritur ad absolvendum conditionate ab excommunicatione; quæ ad absolvendum absolute. n.57

Nulla est absolutio a peccatis, data ad cautelam, vel ad effectum agendi, aut ad reincidentiam a Sacerdote, non potente absolute & simpliciter absolvere. n.58

Quo ad effectum dicendi testimonium necessarium, potest Judex ecclesiasticus, etiamsi non habeat potestatem absolute absolvendi ab excommunicatione, absolutionem excommunicato ad cautelam impertiri. n.59

Sententia Pastoris, sive justa, sive injusta, timenda est. n.61

Quotquot possunt appellare, nonnisi in casibus, in quibus sunt injuste gravati, vel probabiliter gravandi, appellare valent. n.62

Appellationis fundamentum est gravamen injustum. ibid.

Dantur nonnulli casus, in quibus jura prohibent appellare: & quinam hi sint? n.63

Quamvis etiam in his casibus aliquando liceat Appellatio. n.64

Ob scelus *prohibetur quis appellare, quando de eo convictus est, & confessus: secus, quando de scelere non ita constat.* n.65

Interest Reipublicæ, quod crimina non maneant impunita. ibid.

Ratione sceleris prohibiti appellare sunt, Insignes Latrones; seditionum Concitatores, vel Duces factionum: Condemnati de crimine falsæ monetæ: aut læsæ Majestatis divinæ, seu hæresis; vel de raptu Virginis, aut pro delicto publico, seu fiscali, quoties Fiscus certat non de lucro captando, sed de damno vitando: vel pro delicto Personæ privatæ, aut Officialis alicujus Judicis patrato in Officio. ibid.

Excellentia *Supremi Judicis, Papæ videlicet, Concilii generalis, Imperatoris, Regis &c. impedit appellare.* n.66

Pactum, *appellare vetat eos, qui in judicio transegerunt.* n.67

Item, qui causam per juramentum voluntarium, aut judiciale terminarunt; vel tacite, aut expresse appellationi renuntiarunt, appellare non permittuntur. ibid.

Arbitrium, *quo nimirum Litigatores prætermisso Judice Ordinario, in Arbitrium voluntarium compromi-*

miserunt, impedit appellationem; nisi manifestam iniquitatem contineat, per partes non remissibilem. n.68

Fatalia non observata appellationem imposterum non peemittunt. n. 69

Quando dilatio nulla datur, appellare non licet. n.70

Clausula Appellatione remota Appellationem removet, remissive. n.70

Appellatio non admittitur, si res notorie constet, notorietate videlicet facti. n.72

Notorium dicitur factum illud, de quo constat vel per evidentiam rei, quæ nulla potest tergiversatione celari: vel per propriam ipsiusmet Rei confessionem in judicio factam sponte, non metu gravi, aut vi tormentorum: vel per sententiam condemnatoriam, a qua non fuit appellatum; vel per testes idoneos, aliasque legitimas probationes, quibus nihil opponi valeat; sitque jam in causa conclusum. n.73

In dubio locum habet Appellatio. n.74

Admittitur Appellatio, si in ipsa de facto notorio exprimatur causa. n.75

Qui hominem occidit in conspectu Populi, si in appellatione dicat, se occidisse in sui defensionem, appellare potest. ibid.

In Notoriis etsi nequeat appellari quo ad effectum suspensivum, potest quo ad devolutivum. ibid.

Appellatur a declaratione notorii; etsi non ab ipso facto notorio. ibid.

Judex a quo, si deferat appellationi, debet cogere appellantem, ut intra terminum a se præfixum prosequatur appellationem; vel eo elapso spondeat coram se. ib.

Correctio legitima impedit appellationem Clericis Sæcularibus, & Regularibus. n.76

Nisi modus excedatur. n.79

Contemptus, seu contumacia illius, qui tribus Edictis, vel uno pro tribus peremptorio legitime per judicem citatus, & non impeditus, venire contemnit, ipsum a sententia contra se lata appellare non sinit. n.80

Possessio, seu sententia lata in possessorio non admittit appellationem de jure Civili, secus tamen de jure Canonico. n.81. & 82

Sed inter jus Civile & Canonicum quo ad hoc nullam esse differentiam, contendit non nemo. n.83

Jus clarum prohibet appellare; cum neminem gravet. n.84

Executio sententiæ, quæ transiit in rem judicatam, vel secundum jus clarum lata fuit, appellationem non admittit. n.85

Secus tamen, si executor modum executionis excedat; vel timetur probabiliter excessurum. ibid.

Potest in executione sententiæ modus excedi, vel per hoc, quod fiat executio in alia re, quam in sententia contenta: vel quod ordo executionis invertatur, quia executor procedat via ordinaria, & cum cognitione causæ; vel per hoc, quod sententiam non exequatur in mobilibus prius, quam in immobilibus: vel quod tempus, datum condemnatis ad solvendum, minuatur: vel quod sine citatione ab executione incipiat. n.86

Res minima, saltem spectatis specialibus locorum statutis, appellationem non admittit. n.87

De Jure tamen Canonico, etiam in causis minimis admittitur appellatio, & fortassis etiam de jure Civili. num. 88.

Res longius acta trinam non admittit appellationem ab eadem sententia, seu definitiva, sive Interlocutoria, & super eodem articulo. n.89

Si tertia sententia novum gravamen inferat, quod aliæ sententiæ non intulerunt, ab hoc novo gravamine permittitur appellatio. ibid.

Quamvis ab eadem, & super eodem articulo non liceat ter appellare, licet tamen ter, & pluries, immo toties, quoties super diversis articulis etiam ejusdem causæ. n.90

Trina appellatio ab eadem sententia, & super eodem articulo prohibita est, seu de cetero interpolatim illa fiat, sive successive. n.91

A supremo Principe, non de potentia ordinaria, sed per viam Privilegii, & ex certa scientia, concedi potest. n.92

Loco tertiæ appellationis potest remedium nullitatis sententiæ intentari. ibid.

Vel supplicari Principi, aut Revisio intentari. ibid.

Vel Restitutio in integrum. ibid.

Clausula, Appellatione remota, apponi solet a Principe dumtaxat supremo, Ecclesiastico, vel Sæculari, non ab Inferiore, ne quidem a Legato de latere, nisi id specialiter concedatur. n.93

Per hanc clausulam nedum appellatio frivola, & frustratoria prohibetur, sed quævis alia, quæ a jure non indulgetur expresse. n.94

Clausula, & dispositio, quamtumvis odiosa, & exorbitans a jure communi, si nihil operetur, non est stricte interpretanda. ibid.

Contractus stricti juris, late est intelligendus, si alias nullum habeat effectum. ibid.

A gravamine notorio, & manifesto potest appellari, quamtumvis causa cum clausula, Appellatione remota, fuerit commissa. n.95

Appellatio expresse permittitur, non obstante dicta clausula, ubi judex denegat spoliato restitutionem spolii; sicut & cum Delegatus est consanguineus ejus, qui Literas impetravit; vel ejusdem fuit Advocatus in eadem causa; vel ex alia ratione suspectus est; nec non quando citatus non potest accedere tutus ad locum judicii, & hæc exceptio recusetur a judice: cum in his casibus gravamen notorium, & manifestum videatur. ibid.

Princeps cum dicta clausula causam committens, existimat, judicem non injuste gravaturum. ibid.

Secus, citra iniquitatem non posset cum tali clausula causam committere. ibid.

Nedum fieri potest Appellatio, quando jura illam expresse concedunt, non obstante clausula, Appellatione remota, verum etiam quando expresse appellationem in universum indulgent, licet non exprimant, quod Appellatio sit remota. n.96

Quamvis a sententia definitiva valeat appellari, nulla in specie expressa causa gravaminis; ubi tamen dicta clausula apposita est, non admittitur Appellatio etiam justa, nisi prius exprimatur causa gravaminis. n.97

Judex a quo, datus sub dicta clausula, potest non obstante appellatione suam sententiam exequi, nisi prius judex ad quem illi, ne exequatur, inhibeat. n.98

Tenet Excommunicatio lata in Contumacem, a judice dato sub hac clausula, post appellationem illius; modo ea appellatio expresse non approbetur a jure. ibid.

Judex a quo, virtute talis clausulæ, extra casus in jure expressos, si non deferat appellationi, non punitur. n.99

Innovata post interpositam appellationem, virtute talis clausulæ, nequeunt per viam nullitatis revocari, sed tantum per viam querelæ. n.100

Appellatio virtute talis clausulæ, jurisdictionem judicis a quo non suspendit. n.101

Rescriptum posterius non revocat prius, datum sub hac clausula, nisi prioris rescripti, & hujus clausulæ expressam fecerit mentionem. n.102

Clausula, Appellatione remota, apposita in commissione causæ, plures articulos inter se connexos continentis, in quacumque rescripti parte fuerit sita, censetur omnes, & singulos articulos comprehendere. n.103

Inter se connexa diverso jure censeri non debent. ibidem.

Ap-

Apposita in Delegatione causæ, plures articulos non connexos continentis, si in medio Rescripti sita sit, ad solos præcedentes articulos extenditur: si in fine ad omnia, & singula, in dispositione contenta refertur. num. 104.

Contra sententiam Judicis, dati cum dicta clausula, injuste gravatus potest appellare, dummodo prius exprimat causam gravaminis. n. 105

Princeps per appositionem dictæ clausulæ non aufert gravato penitus appellationem, quæ est de jure Naturæ; sed nulla prius allegata causa gravaminis. ibidem.

Clausula, Appellatione remota, *non tollit Appellationem, quoties incontinenti quis paratus est docere de justa, & legitima causa appellandi.* ibid.

Contra sententiam Judicis, dati cum dicta clausula, competit gravato remedium Nullitatis sententiæ. num. 106

Sicut & Supplicationis, sive Revisionis, & Restitutionis in integrum. n. 107. & 108

Restitutio in integrum permittitur adversus sententiam inappellabilem, seu ex natura causæ, sive ob excellentiam Judicis, aut ex commissione sub clausula, Appellatione remota. ibid.

Appellatio est species defensionis adversus injuriam judicis. n. 109

Et remedium ad præsidium innocentiæ, & ad iniquitatem judicantiam, vel imperitiam corrigendam. ibidem.

A quolibet Judice, seu Ordinario, sive Delegato potest appellari. ibid.

Nisi tamen gravatus ante sententiam professus fuerit, se a judice non provocaturum in judicio. n. 110

Vel pactum iniisset cum Adversario de non appellando; quia stante tali professione, & pacto nequit appellari. n. 111

Vel nisi Judex a quo foret Episcopus, judicans inter Laicos ex prorogatione jurisdictionis circa causam civilem. n. 112

Vel dictus judex a quo foret Arbiter compromissarius. n. 113

Aut Supremus Princeps. n. 114. 115. & 118

A sententia Papæ ad futurum generale Concilium appellantes excommunicationem incurrunt in Bulla Cœnæ Domini. n. 115

A Concilio generali, legitime congregato, & a Pontifice approbato, appellari non potest. n. 116

Neque a Sacra Congregatione Cardinalium. n. 117

Neque a Principibus Inferioribus, a quibus per speciale privilegium appellare vetitum est. n. 119

Neque ab Electoribus Sacri Romani Imperii. ibid.

Appellatio interponenda est gradatim ad judicem proximum Superiorem ejus, a quo appellatur, non autem ad remotum, omisso medio proximo. n. 120

Ad Papam tamen potest appellari omisso medio ex toto orbe in causis Ecclesiasticis, & Spiritualibus: sicut & in temporalibus ab iis, qui temporali Papæ jurisdictioni subduntur. n. 121

Solus Papa est Ordinariorum omnium Ordinarius, habetque potestatem concurrentem cum omnibus judicibus inferioribus. ibid.

A Subdelegato tamen Delegati Papæ, qui non in totum subdelegavit, non potest ad Papam, sed ad delegatum subdelegantem appellari. n. 122

In Gallia, & in Belgio nequit ad Papam omisso medio, appellatio interponi. n. 123

Quemadmodum in Sicilia, ubi causæ omnes debent judicari, & extraregnari non possunt. ibid.

Eaque de causa concessum fuit Siciliæ Tribunal Apostolicæ Legationis, seu Regiæ Monarchiæ. ibid.

De consensu partium possunt causæ extra Siciliæ Regnum deferri: quemadmodum ubi deberet Superioris auxilium per viam querelæ, & recursus implorari: vel justitia denegaretur. n. 123

Si declaretur ab Ordinario Siculus excommunicatus Excommunicatione Soli Papæ reservata, ut servetur Privilegium Siciliæ, debet ad Papam per viam Appellationis recurri, fierique supplicatio, ut committatur cognitio Causæ alicui in Regno existenti, cum potestate absolvendi (si opus fuerit) appellantem. ibid.

Ad Legatum Papæ omissis mediis appellari potest in ejus Legatione, seu Provincia. n. 124

Legatus Papæ, qui est Nuntius, licet sit judex Appellationis in locis exemptis, non debet tamen appellationes Regularium admittere, sed illas gradatim Superioribus suis cognoscendas relinquere. n. 125

Ad Patriarcham immediate institui potest Appellatio. n. 126

A Subdelegato in Totum ad primum delegantem appellatur: secus, si Subdelegatus sibi aliquid de jurisdictione reservarit. n. 127

A Vicario generali Episcopi non appellatur ad Episcopum, sed ad Superiorem Episcopi, non obstante consuetudine in oppositum. n. 128

Idem est Tribunal Episcopi, & Vicarii Generalis. ib.

A Vicario tamen Episcopi foraneo, & Delegatis Episcopi, etiam ad universitatem causarum, ad Episcopum appellatur; cum non idem, sed diversum Tribunal constituant. n. 129

Valet Appellatio ad Superiorem remotum omisso Medio, ubi id admittit consuetudo. n. 130

Idem procedit ratione Privilegii; cum privilegium, & consuetudo æquiparentur. n. 131

Hujusmodi privilegium appellandi ad Superiorem, omisso medio, habent Scholares, Viduæ, pupilli, aliæque Personæ miserabiles. ibid.

Immo hæ possunt etiam in prima instantia Principem adire. ibid.

Potest ad Superiorem appellari, quando judex intermedius est inhabilis, puta quia est excommunicatus, hæreticus, suspensus, &c. n. 132

Aut cum est suspectus, sicque recusatus: vel absens, longo impedimento detentus: aut denegat justitiam: vel sponte causam ad Superiorem remittit. ibid.

A sententia Arbitrorum, litigante Episcopo cum suo Clerico, appellandum est ad Papam, omisso medio. num. 133.

Appellatio ad Superiorem, omisso medio, facta per errorem subsistit; donec contra eam excipiat Adversarius. n. 134

Quemadmodum tenet Appellatio facta, omisso medio, ad superiorem, contra quem non excipit pars adversa; cum hoc ipso, quod non excipiat, censeatur in appellationem consentire; & jurisdictionem illius Superioris in se ipso facto, ac tacito suo consensu prorogare. n. 135

Appellatio coram Judice, qui sententiam tulit, ne amplius immisceat se in causa, proponenda est. n. 136

Si plures insimul Judices sententiam tulerint, coram omnibus simul, vel separatim coram singulis, aut majori ipsorum parte proponi debet. Quod si id non possit, coram eo, vel iis, cujus vel quorum copia haberi potest, facta tamen protestatione. n. 137

Quod si nullius judicis a quo copia haberi queat; coram judice ad quem fieri debet Appellatio, modo tamen deinde judici a quo ea intimetur. ibid.

Si neutrius judicis copia haberi possit; coram viris honestis, aut una saltem Persona authentica, puta Notario, adhibitis et testibus, appellatio proponenda cum protestatione, quod Appellans coram judice a quo, appellare volebat, sed ejus copiam habere non potuit. num. 138.

Volens appellare, & injusto metu cadente in virum constantem impeditus; si coram judice a quo; vel

vel in ejus defectu coram viris honestis intra decemdium protestetur, se velle appellare &c. sed non audere; idque si coram ipsis protestari, hoc ipso intelligitur appellasse. n.139

In casibus, in quibus coram aliis, quam judice a quo, proponatur Appellatio; ea deinde ipsimet judici a quo semper debet intimari. n.140

Copia judicis tunc haberi censetur, cum in publico sui copiam fecerit. ibid.

Sufficit, quod judex a quo perquiratur in loco publico; nec est in horto, aut villa suburbana ab appellare volente requirendus. ibid.

Non valet appellatio generalis & irrestricta super omni causa, vel gravamine, quod adversus appellantem quovis tempore moveri, & contingere, queat. num. 141.

Subsistit tamen Appellatio generalis, sed restricta ad unam determinatam causam, puta super omni gravamine, quod in una determinata causa inferri possit. ibidem.

Appellatio ab Interlocutoria, vel gravamine extrajudiciali, fieri debet, exprimendo causam in specie. n.142

Non sufficit, si causa exprimatur in genere, vel generaliter per relationem ad Acta. ibid.

Sufficit tamen, si proponatur per relationem ad certam Actorum partem, in qua diceretur, apparere de gravamine. ibid.

Quemadmodum satis est, si dicatur: [Appello, quia non attendistis exemptionem pacti, de qua constat ex Actis.] ibid.

Appellatio ab Interlocutoria, habente vim definitivæ, non debet fieri, exprimendo causam gravaminis in specie. n. 145

Sententia Interlocutoria, habens vim definitivæ, secundum naturam definitivæ regulatur. ibid.

Uti Appellatio a Definitiva facta incontinenti, fieri potest viva voce; ita & appellatio ab Interlocutoria, habente vim definitivæ. ibid.

In causis, ubi summariter proceditur, ac de plano, Appellatio ab Interlocutoria subsistit, etiamsi expressa non fuerit causa gravaminis. n.146

Quemadmodum subsistit, quando causa gravaminis consistit in mero jure. n.147

Et quando antea non opposita causa gravaminis in ipsa appellatione ab Interlocutoria exprimitur postea infra decemdium. n.148

Vel si de consuetudine aliter sit receptum. n.149

Aut quando, nemine excipiente, judex deferat appellationi ab Interlocutoria, causam in specie non exprimente. n.150

Appellatio a Definitiva non debet necessario causam appellationis in specie exprimere. n. 151

Si fiat incontinenti, satis est dicere: [Appello.] ibidem.

Ratio disparitatis inter appellationem a Definitiva, & Interlocutoria quo ad hoc. ibid.

Appellans a definitiva tenetur exprimere causam Appellationis in omnibus casibus, in quibus a jure, vel ab homine per clausulam, Appellatione remota, prohibitum est appellare. n.152

Sicuti eam causam exprimere debet appellans ab executione sententiæ definitivæ. n.153

Et tertius propter suum interesse appellans a sententia definitiva. n. 154

Appellatio ab Interlocutoria, vel gravamine extrajudiciali ad Papam, vel judices Inferiores proposita, necessario fieri debet in scriptis. n.155

A definitiva vero, vel Interlocutoria, vim habente definitivæ, sicut & in causis summariter, & de plano, si fiat incontinenti, fit viva voce, & sufficit dicere: [Appello.] n.156

Si fiat ex intervallo, intra decemdium facienda est, & per libellum appellatorium, in quo contineatur Persona appellantis, judicis a quo, & sententia, a qua appellatur. ibid.

Non tamen necessario contineri debet Persona Adversarii; licet melius sit, quod contineatur. ibid.

Ad Appellationem necessaria non sunt verba formalia; cum fieri queat æquivalentibus; immo melius per ipsum factum. n. 157

Plus est, facto provocare, quam verbis. ibid.

Dummodo serventur ea, quæ cæteroquin ad appellationem requiruntur. ibid.

Facta jam appellatione, petendi sunt Apostoli, ne appellatio efficiatur deserta. n. 158

Apostoli in proposito, qui, & unde dicuntur? n. 159

Apostolorum hujusmodi quinque sunt species: quarum tres dantur in judicio; ideoque judiciales appellantur, scilicet Dimissorii, Reverentiales, & Refutatorii: duæ extra judicium, ideoque extrajudiciales dicuntur, suntque Conventionales, & Testimoniales. n. 160

Apostoli Dimissorii, Reverentiales, & Refutatorii, qui & quomodo dentur? n.161, 162, & 163

Non obstante, quod Appellatio per Judicem a quo, non fuerit admissa, nequit is procedere ad executionem sententiæ. n. 164

Appellatione interposita, sive recepta sit, sive non, medio tempore nihil novari oportet. ibid.

Judex a quo deferens appellationi ab Interlocutoria, vel gravamine extrajudiciali abdicat a se jurisdictionem, & causam transfert in Superiorem. n. 164

Unde poterit judex ad quem, si velit, in causa procedere, etiamsi appellationem frivolam, & frustratoriam esse cognoverit. Secus, si judex a quo non deferat appellationi. n. 165

Apostoli Conventionales, & Testimoniales, qui? n.166 & 167.

De jure communi necessario petendi sunt Apostoli ab Appellante, nedum a definitiva, sed etiam ab Interlocutoria: & dandi necessario a judice a quo. n. 168

Si non petantur, censetur Appellans appellationi suæ renuntiasse. ibid.

Si denegentur, aut intra tempus a lege præfixum non concedantur, de jure Civili judex a quo subjacet multæ in causis Civilibus; de jure tamen Canonico punitur pœna arbitraria: in causis vero Criminalibus deponitur. ibid.

Si post denegatos, aut opportune non datos Apostolos, judex a quo procedat in causa, processus nullus erit, etiamsi aliunde de jure valeret. ibid.

Et appellans absque Apostolis potest suam appellationem prosequi. ibid.

De jure peculiari in nonnullis Tribunalibus Apostolorum petitio in usu non est. Et quid loco illius fiat? n.169

Apostoli hodie intra triginta dies petendi, & exhibendi sunt. n. 170

Olim intra quinque dies peti debebant. n. 171

Apostoli petendi non sunt, quando appellatur a gravamine extra judicium, sed non per judicem, sed aliunde illato, ut in Electione: cum non adsit, qui illos dare valeat, aut teneatur. n. 172

Melius tamen est, etiam tunc Apostolos petere sub conditione, si adsit, qui illos dare possit. ibid.

Apostoli congruo loco, & tempore, instanter, & sæpius saltem uno contextu, viva voce, vel in scriptis, & sumptibus Appellatoris petendi sunt. n. 173

Alioquin Appellans censetur suæ appellationi renuntiasse. ibid.

Satis non est, Apostolos petere a judice, dum equitat, vel transit per viam. n.174

Neque de nocte, vel hora prandii, aut auditionis Missæ, aliove tempore incongruo. ibid.

Non sufficit, Apostolos leviter tantum, aut semel dumtaxat expetere. n. 175

Olim interpolatis, seu renovatis vicibus petebantur; hodie uno, eodemque contextu, sæpius, & instanter postulantur. n. 176

Apostoli consultius petuntur in scriptis, quam viva voce. n. 177

In scriptis dandi sunt a Judice. ibid.

Non alterius, sed ipsius appellatoris sumptibus Apostoli petendi, & Judici ad quem, præsentandi sunt. n. 178

Judex a quo potest, appellanti una cum exhibitione Apostolorum præfigere terminum, illos præsentandi, adeo ut alioquin appellatio efficiatur deserta. n. 180

Utroque jure tempora sunt appellationibus definita, juxta quæ debet incohari, & terminari causa appellationis; alias appellatio censetur deserta. n. 181

Prædicta tempora dicuntur fatalia *a* fato, *sive morte, quam inferunt appellationi, nisi intra ea fiat, & terminetur.* ibid.

Tria communiter recensentur prædicta tempora, seu fatalia. n. 182

Tempora, seu fatalia appellationis interponendæ, etsi fuerint olim duo, vel tres dies; nunc sunt decem dies. n. 183

Decendium hoc computandum ab hora latæ sententiæ, vel illati gravaminis, hujusque scientiæ. ibid.

Currit de momento in momentum. ibid.

Estque continuum ita, ut neque per ferias solemnes intermedias interrumpatur. ibid.

Notarius in appellationis instrumento non solum diem, sed etiam horam appellationis apponere debet, ut sciatur, an & quando decendium sit elapsum. ibid.

Tempora, seu fatalia petendi Apostolos, & si de jure antiquo fuerint quinque dies, de jure novo sunt triginta a die interpositæ adversus Judicem a quo appellationis. n. 184

Tempora, seu fatalia appellationem introducendi, præsentandique Apostolos coram Judice ad quem, de jure civili quondam fuere sex menses; hodie, saltem de jure Canonico, sunt arbitraria Judici a quo. n. 185

Judex a quo debet terminum præfigere, intra quem appellatio Superiori præsentetur, alioquin habeatur pro deserta. ibid.

Tempora, seu fatalia prosequendæ, ac terminandæ appellationis, sunt integer annus, a die interpositæ appellationis computandus. n. 186

Et, ex justa causa, puta legitimi impedimenti, biennium. ibid.

Si, impedimento cessante, appellationem suam gravatus intra tale tempus non prosequatur, ac terminet, ea habetur pro deserta. ibid.

Stante legitimo impedimento prosequendi, terminandique infra annum, vel biennium causam appellationis, conceditur appellanti tertius annus per restitutionem in integrum. n. 187

Hujusmodi restitutio, fieri potest per Judicem, pronuntiando: [Quia appellans tali facto fuerit impeditus, ideo ipsum restituimus.] ibid.

Sex recensentur hujusmodi justæ causæ, seu impedimenta prosequendæ, & terminandæ appellationis intra annum, immo & biennium. n. 189

Infirmitas, vel inopia appellantis, aliave impotentia, vi cujus nequit infra annum vel biennium appellationem prosequi, & terminare, est justa causa ad concedendum biennium, vel triennium. n. 189

Quemadmodum si appellatus per se, vel per alios, aut frustratorias appellationes interponendo, impediat, ne appellator infra annum, vel biennium causam appellationis absolvat. n. 190

Est etiam hujusmodi justa causa dilatio ex mutuo appellantis, & appellati consensu, ut si uterque peregrinationem suscipiat, vel in Arbitros compromittat. n. 191

Judex ad quem, si deprehendat, periculum ex ea dilatione imminere, præcipere potest, ut in appellatione procedatur; & post tale præceptum incipit currere tempus. n. 192

Periculum ex dilatione imminet, quando causa est de Electione, vel de Matrimonio &c. ibid.

Partes mutuo consensu possunt, tempus a jure statutum, prosequendi, & finiendi appellationem, non solum suspendere, sed etiam prorogare ultra biennium, ad triennium, quadriennium &c. n. 193

Possunt etiam partes pacisci, ut nullum servetur fatale, ibid.

Si Judex ad quem noluerit, vel ob infirmitatem non potuerit appellantem audire, vel alia de causa tam cito causam appellationis cognoscere, & expedire, concedi potest appellanti biennium, immo & triennium. n. 194

An tunc necessaria sit Appellantis protestatio, quod nec per se, nec per adversarium suum stet, quo minus procedatur in causa? ibid.

Si Tertius, vel Procurator negligens fuerit, tempore debito appellationem prosequi; non datur secundus annus appellanti, & multo minus Restitutio in integrum, sed actio ad interesse contra Procuratorem, vel alium impedientem, rata manente sententia lata. n. 195

Si Procurator satis non sit ad solvendum interesse, tunc datur appellanti Restitutio in integrum adversus lapsum fatalium. ibid.

Si ex casu fortuito impediatur prosecutio, & terminatio appellationis; & casus accidat in primo anno, conceditur appellanti secundus annus: si in secundo, totum illud tempus conceditur, quod per impedimentum fortuitum ablatum est. n. 196

Onus probandi impedimenta prædicta, incumbit appellanti. n. 197

In universum probatio incumbit affirmanti. ibid.

Facta natura sua sunt incerta. ibid.

Nec præsumuntur, nisi probentur. ibid.

Appellans nedum impedimenta probare debet, sed etiam quod ipse diligentiam adhibuerit ad illa removenda; secus probatio non concludet. ibid.

Admissa a Judice post finem primi anni causa impedimenti: declarat, appellanti competere secundum annum. n. 198

Et quidem integrum, etiamsi impedimentum duraverit per partem anni. ibid.

Et post finem secundi anni declarat, competere Restitutionem in integrum. ibid.

Tempora, seu fatalia prosequendæ, & finiendæ appellationis, hodie non attenduntur in majoribus Tribunalibus. n. 199

Appellatio non tantum habetur pro deserta, & sententia transit in rem judicatam, si appellans non servarit fatalia; sed etiam si actum contrarium egerit. n. 200

Appellans a gravamine extrajudiciali, adhuc post memoratum tempus auditur, saltem per remedium juris communis. n. 201

Tempora, seu fatalia appellationis interponendæ, neque ex permissione Judicis, neque de consensu partium restringi queunt, uti neque prolongari. n. 202

Tempora, seu fatalia petendi Apostolos, & si nequeant prorogari; possunt tamen per Judicem a quo in breviora reduci. n. 203

Tempora, seu fatalia prosequendæ appellationis, abbreviari queunt a Judice a quo juxta exigentiam negotii, & Personarum, locorumque distantiam &c. n. 204

Tempora, seu fatalia finiendæ appellationis nequeunt per Judicem a quo restringi. n. 205

Quod si restringerentur, censerentur fatalia appellationis, prosequendæ, non finiendæ restringi. ibid.

Tempora, seu fatalia prosequendæ appellationis nequeunt a Judice ad quem abbreviari, nisi da-

mnum

mnum Reipublicæ, vel periculum immineat animarum. n. 206

Tempora, seu fatalia Appellationum potest sibi restringere appellans; non tamen solus prorogare. n. 207

In causa appellationis desertæ ob lapsum fatalium Judex competens est Judex a quo, qui sententiam tulit. n. 208

In ea causa eumdem Judicem a quo tenetur Appellatus adire, ab eoque petere executionem sententiæ latæ. ibid.

Citari tamen debet Appellans, ad dicendum causam, quare Judex a quo non debeat sententiam suam executioni mandare. ibid.

Quod si citatus appellans non comparuerit, vel saltem causam non probaverit, potest Judex a quo sententiam suam exequi. ibid.

Si Appellans comparuerit; & aliquid pro se probaverit; sed ita, ut adhuc remaneat dubium, num ipse causam appellationis deseruerit, nec ne; in hoc casu si appellans numquam comparuerit coram Judice ad quem, Judex a quo cognoscit, & pronuntiat super causa desertæ, vel non desertæ appellationis: secus cognoscit, & pronuntiat Judex ad quem. n. 209

Effectus appellationis legitimæ duplex est: suspensivus, & devolutivus. n. 210

Suspensivus consistit in eo, quod per appellationem suspendatur jurisdictio Judicis a quo circa illam causam, in qua fuit appellatum, ita ut non possit in ea procedere sine vitio attentati. n. 211

Consistit etiam Suspensivus Appellationis effectus in eo, quod per ipsam pronuntiatum, sive sententia Judicis a quo, ejusque executio suspendatur, sicut & præsumptio, alioquin stans pro sententia Judicis. n. 212

Consistit quoque præfatus effectus in eo, quod per appellationem reponatur appellans in pristinum statum, in quo erat, post, non ante contestatam litem. ibid.

Tandem laudatus effectus in eo situs est, quod ita suspendatur sententia Judicis a quo; ut si Appellatio sit legitima, illam revocare teneatur Judex ad quem: sin minus, eamdem confirmare, & damnare in expensas parti appellatæ temere, vel calumniose appellantem. ibid.

Appellatio regulariter causat prædictum effectum, non tamen semper. n. 213

In pluribus casibus sententia Judicis, nonobstante appellatione, executionem secum trahit. ibid.

Scilicet in casibus, in quibus Jura vetant post sententiam appellari. n. 214

Et in Censuris Ecclesiasticis absolute inflictis, quia cum principaliter ad corrigendum infligantur, utpote medicinales, persæpe intenta correctio per frivolam appellationem impediretur; si ea posset in censuris absolute inflictis effectum suspensivum operari. n. 215

Secus in censuris solum comminatis, vel latis sub conditione, si ante hujus eventum appelletur, & quare? n. 216

Appellans a Judice a quo in una causa, potest coram eodem in alia causa conveniri. n. 217

Nisi hunc recusaverit ut suspectum etiam in alia causa, ex mera appellationis interpositione in prima causa, nullo etiam probato gravamine. n. 218

Appellans a Judice a quo in una causa, nequit illum ut suspectum recusare in causa de crimine manifesto. ibid.

Appellatio, & Recusatio æquiparantur. ibid.

Appellatio non habet effectum suspensivum in iis, quæ tendunt dumtaxat ad faciliorem exitum causæ appellationis. n. 219

Si excommunicatus, vel personaliter interdictus appellarit, potest interim absolutionem petere, eamque ipsi tenetur elargiri Judex a quo; modo sufficientem præbeat cautionem de parendo juri, & mandatis Ecclesiæ. n. 220

Potest Judex a quo possessionem reformare, a qua appellans, appellatione pendente, fuerat dejectus. ibid.

Potest etiam, licet appellationi detulerit, interdicere, ne appellans faciat id, propter quod appellavit: e. g. ne appellans a valore Matrimonii, nubat alteri, donec Matrimonii causa decidatur. ibid.

Potest tandem Judex a quo, appellantem compellere, ut appellationem prosequatur: ut iter arripiat intra certum tempus, ad sistendum se coram Judice ad quem &c. ibid.

Appellatio neque sortitur effectum suspensivum in causa dotis, in causa mercedis, in alimentis futuris (secus in jam decursis ante litem motam) in causis piis, & in illis, quæ propter periculum in mora celeritatem requirunt. n. 221

Appellatio, nedum a definitiva, sed etiam ab interlocutoria, vel gravamine, parit effectum suspensivum respectu illius articuli, a quo appellatur. n. 222

Si appelletur super incidenti, sine quo causa principalis expediri non potest, appellatio effectum suspensivum in Judice a quo sortitur, tum super cognitione illius incidentis, tum super cognitione causæ principalis. n. 223

An, quando sine incidenti illo potest causa principalis expediri, appellatio causet effectum suspensivum, nedum super cognitione incidentis, verum etiam causæ principalis? controversia est apud Doctores. n. 224 225 & 226

Continentia causæ non debet dividi. n. 226

Argumentum a sensu contrario non valet, quando ex illo jurium correctio sequeretur. n. 227

Judex a quo, licet revocare non possit sententiam definitivam, valide prolatam, revocare tamen potest interlocutoriam, & gravamen; ac deinde in causa principali libere procedere: & cur? n. 229 & 230

Effectus appellationis devolutivus situs est in eo, quod causa devolvatur ad Judicem ad quem, ita ut nedum de justitia appellationis, sed etiam de meritis causæ cognoscere valeat. n. 231

Si appellatio sit a definitiva, non solum causa principalis, sed ejus quoque accessoria, & consequentia devolvuntur ad Superiorem. n. 232

Idem juris debet esse in accessorio, quod est in principali. ibid.

Quando appellatur a definitiva, Judex ad quem debet judicare, & proferre: [Bene judicatum, male appellatum;] vel e contra. ibid.

Vel debet priorem sententiam reformare, aliquid addendo, aut detrahendo &c. ibid.

Si appellatio sit ab interlocutoria, vel gravamine, & Judex ad quem pronuntiat [Bene appellatum;] tota causa, principalis videlicet & incidens, ad eum devolvitur. Si vero [male appellatum;] totam causam tenetur ad Judicem a quo remittere, appellantem in expensis alteri parti condemnando. num. 233

Modo Judex a quo appellationi non detulerit, dando Apostolos refutatorios. n. 234

Si Judex a quo appellationi detulisset, dando Apostolos dimissorios, vel reverentiales, censetur a se omnem jurisdictionem quæ ad illam causam abdicasse in potestatem Judicis ad quem, etiamsi hic appellationem illegitimam judicaverit. ibid.

Et in hoc casu liberum erit Judici ad quem remittere causam illam Judici a quo, vel apud se retinere. ibid.

Judex appellationis nequit ex actis primæ instantiæ judicare, nisi coram eo producantur. n. 235

Appellator præter acta, quæ validitatem appellationis justificant, acta omnia prioris instantiæ pro, & contra se, suis sumptibus debet ad Judicem appellationis transferre. ibid.

Sunt acta primæ instantiæ Citationes, Dilationes, Recusationes, Exceptiones, Petitiones, Responsiones, & Interrogationes, Confessiones, Testium Depositiones, Instrumentorum productiones, Interlocutiones, Appellationes, Renuntiationes, Conclusiones, sententia &c. n.236

Executio sententiæ in causa appellationis spectat ad Judicem superiorem, qui vel in tribus conformibus, vel alias in causa appellationis ultimam sententiam pronunciarit. n. 237

Nisi tamen Judex a quo dederit Appellanti Apostolos refutatorios, & appellatio pronuntietur frivola; vel sententia, a qua fuit appellatum in rem judicatam transierit ob non præsentatam Superiori appellationem intra tempora legitima, vel appellatio fuerit deserta per lapsum fatalium, ad ejus prosecutionem statutorum. n. 238. 239 & 240

Cum in his casibus executio sententiæ spectet ad Judicem a quo. ibid.

Causa attentatorum, lite, vel appellatione pendente, eorumque revocatio ad Judicem superiorem pertinet. n. 541

Attentatum in proposito idem est, ac innovatum. n.242

Potest accipi pro jure, estque jus revocandi innovata, lite vel appellatione pendente: Et pro facto; estque innovatum contra jus, lite vel appellatione pendente. ibid.

Explicatur attentatum, sumptum pro facto. a n.243

Attentatum sonat in malam partem, nec dicitur attentare, qui aliquid innovat lege permittente, licet post appellationem. n. 244

Attentata lite, vel appellatione pendente, differunt inter se: illa innovantur a Persona Adversarii; hæc a Judice. n. 245

Attentata sumpta pro facto, alia sunt pendente appellatione judiciali; alia vero pendente appellatione extrajudiciali, seu a gravamine extrajudiciali, & ex illis alia pendente appellatione a definitiva, alia vero ab Interlocutoria. n.246

Attentata pendente appellatione a Definitiva, vel ab Interlocutoria, habeate vim definitivæ, aut a gravamine per definitivam irreparabili, sunt ipso jure nulla, & revocantur. n. 247

Dummodo pars adversa nullitatem attentatorum, eorumque revocationem legitime petat. n.248

Petet autem legitime, si conjunctim probet hæc tria, scilicet quod fuerit definitive pronunciatum in causa; appellatum jure non prohibente; & postea aliquid innovatum. ibid.

Quibus si accedat citatio partis, dicuntur attentata revocari causa cognita. ibid.

Si pars adversa nullitatem attentatorum, adeoque revocationem eorumdem non petat, censetur tacite in illa consentire. ibid.

. Attentata pendente appellatione ab. Interlocutoria, non habeate vim definitivæ; nec gravamen per definitivam irreparabile, tunc annullantur, & revocantur, cum constiterit, justam fuisse causam appellationis. n.249

Nisi forsan post inhibitionem, a Superiore factam, ne Judex inferior amplius in causa procedat, illa innovata fuissent. ibid.

Disparitas inter appellationem a sententia definitiva, & ab Interlocutoria. n. 250

Attentata, pendente appellatione extrajudiciali, sunt ipso jure nulla, & revocantur, quemadmodum attentata pendente appellatione judiciali. n.251

Quo ad vim revocandi utraque attentata multiplex obviat discrimen inter utramque appellationem. ibid.

In appellatione judiciali, si justa sit, revocantur omnia attentata post illam a Judice a quo, licet directe contra eamdem appellationem non fiat. ibid.

In appellatione vero extrajudiciali solum revocantur ea, quæ directe sunt contra eamdem appellationem, seu in impedimentum appellationis, etiamsi appellatio justa sit. ib.

Non obstante appellatione interposita, ne fiat electio contra Canones, si Capitulares canonice eligant, valida est electio, licet ea facta sit post appellationem, non tamen contra ipsam. ibid.

Ex adverso si post factam etiam juste appellationem, ne is, a quo appellatur, conferat beneficium; collatio, dein facta, est ipso jure nulla, utpote facta nedum post, sed contra etiam appellationem extrajudicialem. n. 252

Ut attentata post appellationem judicialem revocentur, opus est, appellationem Judici, & parti fuisse intimatam; secus est in appellatione extrajudiciali. n. 253

Ad revocationem attentatorum in appellatione extrajudiciali, sufficit, quod causa appellandi probabilis sit, idest talis, quæ si esset probata, foret legitima, etiamsi non sit vera. n. 254

Ad revocationem vero attentatorum in appellatione judiciali, requiritur, quod causa appellandi etiam vera sit. ibid.

Modus revocandi attentata, alius est ordinarius, qui etiam dicitur modus revocandi attentata per viam injustitiæ; extraordinarius alius, qui etiam remedium attentati nuncupatur. n.255

Tunc modo ordinario attentata revocantur, cum instituitur directa petitio revocationis attentatorum simul cum causa principali. ibid.

Modus ordinarius revocandi attentata, locum habet appellatione deserta, & quando petitur accessorie revocatio attentatorum, prosequendo appellationem. n.255

Tunc modo extraordinario attentata revocantur, quando, non servato Juris ordine, principaliter imploratur officium Judicis mercenarium super revocatione attentatorum, eaque petitur fieri ante omnia. n. 256

Appellans licet valeat, appellationem suam, & negotium principale, causamque attentatorum, simul prosequi, seu modo ordinario; ad id tamen non arctatur. n. 256

Remedio Attentati plura competunt privilegia. num. 257

Quando intenditur remedium attentati, non requiritur ordo judiciarius, sed summarie, & de plano proceditur, citata tamen parte. n. 258

Utenti hoc remedio non potest opponi notorius proprietatis defectus, neque exceptio alterius spoliationis, aut excommunicationis, saltem in appellatione judiciali; secus tamen in extrajudiciali. n.259

Remedio attentati potest agi etiam contra tertium, succedentem jure attentati. n. 260

Utenti hoc remedio necessarium non est, spoliationem probare; cum sufficiat, si appellans, post interpositam appellationem, spoliatus probet, se tempore appellationis possedisse, & quod nunc Adversarius possideat. n. 261

Remedium attentati pinguius est Interdicto Unde vi: & quare? ibid.

Attentata, pendente appellatione a sententia definitiva; sicut & ea, quæ medio tempore inter sententiam, & appellationem ante lapsum decendii innovata fuerunt, exceptis casibus, in quibus jura prohibent appellare, revocantur ante omnia per remedium attentati. n.262

Secus, quando ad eorum revocationem proceditur per viam ordinariam. n. 263

Vel quando appellatio fit ante definitivam: ut si appelletur ab Interlocutoria, vel a gravamine. n.264

Attentata, pendente appellatione a sententia definitiva, per Judicem ad quem revocanda sunt. n. 265

Pendente vero appellatione ab Interlocutoria, per Judicem a quo revocari possunt. n. 266

Attentata, pendente appellatione a definitiva, per Judicem ad quem revocanda sunt, nisi appellans velit, appellationi renuntiare. n. 267

Vel attentata sint notorie injusta. n. 268

Aut

Aut ex illis casibus, in quibus Judici a quo, non obstante appellatione, permittitur aliquid innovare. num. 269

Decretum Sacræ Congregationis Episcoporum, a Clemente VIII. approbatum circa materiam Appellationum refertur. n. 270

A Judice Regularium Conservatore, ad terminos juris communis deputato, regulariter non datur Appellatio. n. 271

Quia in Notoriis, seu facti, seu etiam juris, quod resultat ex Confessione judiciali, probationibus, & sententia, regulariter non datur appellatio. ibid.

In nonnullis tamen casibus subsistit appellatio in Notoriis. n. 272

In Notoriis injuriis, ubi pœna contigerit cum excessu, potest a Conservatore Regularium appellari. ibid.

In Notorio præsumptionis licet appellare. n. 273

Quemadmodum in illis casibus, in quibus appellatio de jure admittitur in Notoriis. n. 274

Ut si exprimatur aliqua causa, offuscans Notorium: quia e. g. Confessio est fuerit erronea, aut metu extorta; vel si Notorium habeat aliquam excusationem, & defensionem. ibid.

A sententia Conservatoris declarantis Notorium potest appellari. n. 275

Licet a sententia Juris non subsistat appellatio; subsistit tamen a sententia Judicis declarantis, aliquem in pœnam legis incurrisse. ibid.

Etsi a sententiæ definitiva, declaratoria super crimine Notorio, non teneat appellatio; si tamen appelletur ante sententiam a non admissione exceptionum, & excusabilium defensionum Rei contra Notorium, appellatio subsistit. n. 276

Eaque tam quo ad effectum suspensivum, quam quo ad devolutivum admittitur. ibid.

Seu de cetero excusationes contra factum ipsum, quod dicitur Notorium, proponantur, sive ut ostendatur, non esse Notorium. ibid.

Nisi sententia condemnationem contineat, tamquam de crimine Notorio, appellatio subsistit. n. 277

A Judice Regularium Conservatore, ad terminos privilegiorum, & Gregorianæ reformationis deputato, licet appellare, etiam in causis dubiis, & non manifestis, in quibus plenarie cognoscit. n. 278

In causis dubiis & non manifestis datur Appellatio, saltem a definitiva, vel ab Interlocutoria, habente vim definitivæ. ibid.

Sicut & in causis, quæ summarie & sine figura Judicii judicandæ committuntur. ibid.

A sententia Conservatoris appellari non potest, nisi ea sit definitiva, vel interlocutoria habens vim definitivæ, aut gravamen irreparabile contineat. n. 279

Dispositio Concilii Tridentini Sess. 24. de Reform. c. 5. in quonam discedat a regula 36 Cancellariæ? num. 280

Dispositio indistincte, & generaliter loquens, indistincte, & generaliter est intelligenda. ibid.

Dictio universalis negativa, cui adjicitur dictio Nisi, totum omnino excludit præter excepta. ibid.

Particula & natura sua est conjunctiva. ibid.

Nil peculiarius in materia Conservatoris statuitur circa modum, locum, ac tempus, quo ab ejus sententia proponi debeat Appellatio, & a quibus, ac quibus in casibus, sicut & petendi, dandique sint Apostoli &c. n. 281

A Judice Conservatore Regularium appellandum est ad Papam. n. 282

Appellandum ad eum, qui dedit Judicem. ibid.

Etiamsi Pontifex det Conservatorem laicum, ad ipsum Pontificem est appellandum. ibid.

Quemadmodum si Princeps Laicus det Conservatorem Clericum, ad ipsum Principem laicum est Appellatio interponenda, cum origo jurisdictionis inspicienda sit. ibid.

A Judice Regularium Conservatore appellari non potest ad Legatum, etiam de latere; & multominus ad alium Legato inferiorem. n. 283

Neque id consuetudine induci potest; cum induci non possit consuetudo, quod a majori, cujusmodi est Conservator, appelletur ad minorem, scilicet Legatum. ibid.

Nisi tamen aliud habeat Legatus in sua commissione. n. 284

Vel nisi agatur de illo Apostolico appellationis Judice, qui generaliter pro aliquo Regno, aut Regione deputatur. n. 285

In Sardinia ad hunc Apostolicum appellationis Judicem appellatur a Conservatore Regularium. ibid.

Et in Regno Siciliæ ad Judicem Apostolicæ Legationis, seu Regiæ Monarchiæ. n. 286 & 287

Privilegium Regiæ Monarchiæ ab Urbano II. Rogerio Comiti, ejusque successoribus in Sicilia concessum, a Clemente XI. fuit annullatum; sed a Benedicto XIII. in ampliori forma denuo concessum est. n. 287

A Decreto vel sententia Judicis Apostolicæ Legationis, seu Regiæ Monarchiæ ad quem appellatio interponenda? n. 288

ARTICULUS XXXV.

An Judex Regularium Conservator valeat Subconservatorem deputare:.

Et eum qua Potestate, quando, ac ubi: & quibus præditum qualitatibus.

SUMMARIUM.

Regularium Conservator, attento jure antiquo, nequit Subconservatorem deputare, nisi ad citandum, vel ad denuntiandam, sive intimandam sententiam a se latam. n. 1

Delegatus Principis regulariter potest subdelegare; quemadmodum Delegatus ad universitatem causarum. n. 2

Ubi electa est industria Personæ, fieri subdelegatio non potest, nisi de consensu partium. n. 3

Citationes, & sententiarum denuntiationes, sive intimationes, sunt articuli non jurisdictionales. ibid.

Articulos non jurisdictionales quilibet Judex potest alteri committere. ibid.

Attento jure novo, & novissimo, potest Judex Regularium Conservator Subconservatorem deputare. n. 4

Et quidem nedum in principio, sed in medio etiam, & fine causæ. n. 5

Facultatem deputandi Subconservatorem, hodie restrictam esse, contendit Donatus ex quadam declaratione Sacræ Congregationis Episcoporum & Regularium: sed hæc declaratio nihil prodest Donato. n. 6

Potest Conservator, nedum in partem, sed etiam in totum Subconservatorem eligere. n. 7

Vices committere, proprie loquendo, est, aliquem in totum loco sui subrogare. n. 8

Nequit Ordinarius, inconsulto Principe, & sine ejus licentia, totam suam jurisdictionem ita delegare, ut sibi nec facultatem avocandi retineat. n. 9

Nequit Conservator Subconservatorem deputare cum potestate subdelegandi. n. 10

Potest Subconservator citationes, & sententiarum denuntiationes, qui actus jurisdictionales non sunt alteri committere. n. 11

Potest Conservator Subconservatorem deputare, quando aliqua ratione est impeditus: ut quando est extra Civitatem, seu Diœcesim; cum suspectus recusatur; cum morbo laborat; aut infirma valetudine; cum rebus suis superesse non potest; cum Sacerdotium nactus nequit ab eo sine Religione discedere; vel cum alia legitima causa est impeditus. n. 12

Impedimenta præfata excusant a munere judicandi. ib.

Conservator, existens extra Civitatem, seu Diœcesim, deputare debet Subconservatorem illum, qui intra Civitatem, seu diœcesim existit. ibid.

Sine legitima causa Subconservatorem deputare non potest, & perinde se haberet, subconservatorem deputando, ac si nollet, electioni de se factæ consentire; aut si vellet, acceptato muneri renuntiare. n. 13

Unde graviter peccaret, & censuris foret obnoxius, gravissime puniendus. n. 13 & 14

In aliquibus casibus neque cum legitima causa potest Conservator, Subconservatorem eligere: scilicet ubi causa commissa est cum clausula: [Quod si non omnes, vel si ambo non poteritis:] ubi electa est industria Personæ; & ubi constat de expressa voluntate Principis, quod delegatus ipse per se, & non per alium cognoscat. n. 15

Eligendus in Subconservatorem habere debet omnes omnino qualitates, quas eligendus in Conservatorem. n. 16

Si deputaretur a Papa ex certa scientia vel facultas concederetur, ut eligatur Conservator, non habens qualitates requisitas, hic non posset Subconservatorem deputare, nisi requisitas qualitates habentem. n. 17

Gregorius XIII. indulsit PP. Jesuitis pro partibus Indiarum ut loco qualificatarum Personarum, quosvis idoneos, & probos viros sæculares, clericali charactere insignitos, non tamen conjugatos, in Conservatores eligerent. ibid.

Non dissimilis facultas eligendi Conservatorem requisitis qualitatibus carentem, aliis Religiosis Ordinibus concessa est. ibid.

Correctio Jurium est odiosa, & quo ad fieri queat evitanda. n. 18

Dispensatio est stricti juris, nec ullatenus de Persona ad Personam, de casu ad casum extendenda. n. 19

Commissio facta alicui a Summo Pontifice non habenti qualitates requisitas est quædam dispensatio personalis, quæ Personam illius non egreditur. n. 20

Qualitas apposita respectu Delegati non transit in Subdelegatum, de quo Papa non cogitavit. n. 21

Hoc ipso, quod Papa sciat posse a Delegato subdelegationem fieri, si voluisset etiam cum Subdelegato in qualitatibus requisitis dispensare, id utique expressisset. n. 22

Qui non potest aliquod officium principaliter exercere, neque potest in eo subrogari per viam suffectionis, & suppositionis in locum principalis. n. 23

ARTICULUS XXXVI.

An Subconservator electus Judicis Conservatoris Regularium teneatur, munus acceptare; acceptatumque prosequi; & quibus Juris remediis in eo uti; ac sub qua pœna fines suæ potestatis non excedere.

An valeat, ut suspectus recusari: ab ejusque sententia num, & ad quem Appellatio interponantur.

SUMMARIUM.

Deputatus in Subconservatorem tenetur munus acceptare. n. 1

Immo ad illud acceptandum a Conservatore, etiam per censuras, cogi potest. n. 2

Munus semel acceptatum nequit, sine legitima causa dimittere. n. 3

Verba accipienda sunt cum effectu. n. 4

Nedum expresse, sed neque etiam tacite potest Subconservator, acceptatum munus sine legitima causa dimittere. n. 5

Quæ de Conservatore disponuntur, de Subconservatore proportionali modo procedunt. Quemadmodum quæ de Delegato disposita sunt, proportionaliter de Subdelegato disposita censentur. n. 6

Subrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum subrogatur. n. 7

Sub nomine Conservatoris etiam Subconservator venit; ut sub nomine Delegati Subdelegatus. n. 8

Judicandi munus necessarium est. n. 9

Subconservator, seu in partem, sive in totum constitutus, in executione sui muneris potest iisdem juris remediis uti, quibus valeat Conservator, & contra easdem Personas; adeoque contra Legatum etiam de Latere, quem potest mulctare. n. 10 & 11

Potest Censuras, excommunicationem videlicet, interdictum &c. ferre, & sæculare brachium implorare. n. 11 & 12

Subconservator limites suæ potestatis scienter excedens, suspensionem a Subconservatoris Officio per annum ipso facto incurrit. n. 13

Quemadmodum excommunicationem latæ sententiæ pars scienter procurans excessum. ibid.

Nullumque irritum, & inane est, quidquid a Subconservatore per excessum attentatur. ibid.

Lex ad eas quoque Personas, & Res pertinet, quæ quandoque similes erunt. n. 15

Eadem res duplici jure censenda non est. n. 16

Subconservator Regularium potest suspectus recusari. num. 17

Recusans coram Conservatore, non coram alio debet, justam recusationis causam probare. ibid.

A Subconservatore potest appellari. n. 18

Si Conservator, etiam quo ad unam causam, totam suam jurisdictionem Subconservatori commiserit, de jure Canonico ad solum Papam est Appellatio interponenda: De jure civili ad Conservatorem. n. 18 & 20

Si tamen aliquid sibi de Jurisdictione reservaverit, ad Conservatorem appellandum. n. 18 & 21

Idem de Delegato procedit: quod tamen nonnullas patitur exceptiones, ut in sequentibus. n. 19

Ubi Conservator, qui subdelegavit, & non in totum, excommunicari, vel mori contingat, a Subconservatore ad Papam est appellandum. n. 22

Quemadmodum ubi a Subconservatore non in totum appellari contingat, ex eo quia non admittit exceptionem, appellandum est ad Papam. n. 23

Ubi appellatio interponeretur ad Papam, eamque prosequeretur appellans, non contradicente Appellato; appellatio ad Papam subsistit. n. 24

Et a fortiori, ubi partes expresse consentirent. ibid.

Ubi Conservator aliquos sibi actus reservasset, illosque jam ante appellationem expedisset; vel ubi consilium sibi dumtaxat reservasset; aut alios actus non jurisdictionales sibi retinuisset, appellatio a Subconservatore fieri debet ad Papam. n. 25. 26 & 27

Ubi causa fuisset Subconservatori delegata cum clausula: [Donec Conservator vices suas duxerit revocandas:] & Subconservator appellationi etiam ante revocationem detulisset, ad Papam appellatio est interponenda. n. 28

Quemadmodum ubi unus ex duobus Conservatoribus cum clausula: [Si non ambo &c.] & [Appellatione remota,] subdelegat alteri non in totum, appellatio non nisi ad Papam facienda est. n. 29

Et ubi duo ex tribus Apostolicis Conservatoribus duobus aliis non in totum subdelegaverint, ipsique Subconservatores cum tertio Conservatore in causa delegata processerint; ab his, tertio nimirum Conservatore, & duobus Subconservatoribus ad Papam est appellandum, non ad duos Conservatores subdelegantes. n. 30

AR-

ARTICULUS XXXVII.

An, & qualiter expiret, aut suspendatur Judicis Regularium Conservatoris Officium.

Ubi

An per mortem naturalem, vel Civilem Servitutis, Relegationis, Exilii, Excommunicationis, Suspensionis, &c.

SUMMARIUM.

Officium Judicis Regularium Conservatoris temporaneum est, non perpetuum; cum multipliciter valeat expirare, nedum suspendi. n. 1

Expirat per mortem ipsius Conservatoris naturalem; cum mors omnia solvat, omnia videlicet bona, & jura, quæ vivens habeat. n. 2

Si divinitus statim revivisceret, jurisdictionem Conservatoriam recuperaret; quemadmodum cetera bona, & jura. n. 3

Soluto per mortem naturalem matrimonio carnali; sicut & spirituali inter Episcopum, & suam Ecclesiam; ac inter Religiosum Professum, & suam Religionem, non recuperat Conjux redivivus superstitem; nec Episcopus suam Ecclesiam; neque Religiosus suam Religionem. n. 4

Matrimonium carnale, & spirituale omnino, & irrevocabiliter dissolvitur per mortem naturalem: non ita tamen jurisdictio Conservatoris. n. 5

Religiosus Abbas Defunctus, reviviscens non recuperat Abbatiam regularem: nec Episcopus mortuus dignitatem Episcopalem: neque Personatum aut dignitatem habens in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, si reviviscat, illum assumit. n. 6

Ad perseverandum in munere Conservatoris non requiritur, quod etiam perseveret qualitas Ecclesiasticæ dignitatis, & Judicis synodalis, cum satis superque sit, quod utraque fuerit tempore deputationis. n. 7

Licet probabilis sit opinio docens, quod Episcopatus characterem non imprimat; probabilior tamen est opposita. n. 8

Si Defuncto Conservatori statim successor eligatur, Conservator redivivus neque quoad negotia jam ab ipso Cœpta jurisdictionem recuperat. n. 9

Officium Conservatoris non expirat in uno ex duobus, simpliciter datis, per mortem alterius. n. 10

Conservatores, simpliciter dati, censentur dati in solidum, ita ut unus sine altero procedere valeat. ibid.

Conservatores, dati in solidum, utpote delegati attento jure antiquo, per aliquos non censentur dati in solidum, sed simul: Unde per mortem unius ex duobus, ita datis Conservatoribus, expirat in altero Conservatoris Officium. n. 11

Idem dicendum, si alter ex duobus Conservatoribus, simpliciter datis, reddatur infamis, aut alias de jure inhabilis; vel tamquam suspectus via juris removeatur. n. 12

Non tamen si amoveatur a Principe; cum in hoc casu potius consolidetur jurisdictio in superstite. n. 12

Si Conservator alteri commisisset vices suas, & deinde mortuus esset, sed postquam Subconservator uti jurisdictione cœpisset; tunc perseveraret Conservatoris officium in superstite, & jurisdictio perpetuaretur in Subconservatore; ita ut cum ea posset Subconservator procedere. n. 13

Expiraret tamen Conservatoris officium in superstite, si antequam Subconservator uti sua jurisdictione cœpisset, Conservator delegans mortuus esset. ib.

Quemadmodum non expiraret, immo perpetuaretur jurisdictio in Conservatore superstite, illi demandata a Collega, si ante huius mortem Collega superstes uti cœpisset jurisdictione demandata: expiraret tamen, si nullum ejus usum posuisset. n. 14

Si duo Conservatores deputentur cum clausula [Quodsi non omnes,] aut [Si ambo &c.]; per mortem unius non expirat in alio Conservatore superstite Conservatoris officium. n. 15

Quemadmodum neque expirat, si iidem Conservatores cum hac alia clausula deputentur: [Ut omnes, vel duo, vel unus eorum mandatum Apostolicum exequatur:] vel cum hac: [Quod quilibet eorum in solidum, & per se judicare, & exequi possit.] vel [Quod alter alterum non expectet, aut non requirat.] n. 16

Si ex duobus Conservatoribus, simpliciter datis, alter, qui habet dignitatem, moriatur; non expirat officium in Collega superstite: immo neque in, & cum ipso Collega moriente moritur jurisdictio, sed transit in Successorem. n. 17

Successor tamen in dignitate expectandus est ad hoc, ut Conservator superstes, simpliciter datus procedat. ib.

Quod si præfati duo Conservatores deputati sint cum clausula: [Si non omnes;] non est expectandus Successor. ibidem.

Officium Conservatoris, quamvis expiret per mortem naturalem ejusdem; non expirat tamen, sed suspenditur per mortem civilem, seu stricte, sive large sumptam. n. 18

Est mors civilis, stricte sumpta, qua vel Civitas simul cum libertate deperditur, & maxima capitis diminutio nuncupatur, cujusmodi est servitus; vel sola Civitas amittitur, & minor seu media capitis diminutio appellatur; cujusmodi est Relegatio, Exilium &c. Mors vero civilis large sumpta est, quæ quodcumque mortis genus præter naturale comprehendit, vocaturque minima capitis diminutio: & hujusmodi est Excommunicatio, quæ mors spiritualis dicitur, & Suspensio, quæ mors jurisdictionis est quoad exercitium &c. ib.

Servus nequit esse Judex, si servitus sit a principio. Quodsi Judici superveniat, jurisdictionem non tollit, sed suspendit, donec recuperetur libertas. n. 19

Idem est de furioso, & Episcopo ab hostibus capto. n. 20

Mors naturalis tollit omne jurisdictionis fundamentum, quod est vita: mors vero civilis relinquit potentiam, seu jurisdictionem in habitu, licet tollat jurisdictionem in actu, seu exercitium, & usum illius. n. 21

Si Conservator deputatus sit solus, per supervenientem servitutem, & ipsa durante non potest procedere; sed expectandus est Successor in dignitate; vel eligendus alius, si illum pars eligere curat; aut recurrendum ad Papam, qui alium assignet, vel Adjunctum. n. 22

Si deputatus sit simul cum alio, & cum clausula: [Quod si non omnes;] recurrendum ad Collegam, qui solus procedere potest propter impotentiam alterius. n. 23

Et multo magis, si ambo deputati sint in solidum. ib.

Idque, seu tempore servitutis supervenientis negotium cœptum sit, sive non cœptum. ibid.

Nisi tamen Conservator, servitute impeditus, Subconservatorem instituisset, qui jam cœpisset jurisdictione uti: in quo casu ut sine Subconservatore procedat Collega, non servus, opus est, quod ipse etiam Subconservator impediatur. ibid.

Cessante servitute Conservator, qui fuit servus, & alioqui deputatus simul cum alio sub dicta clausula: [Quod si non omnes.] etiam post cœptum negotium admittendus est. ibid.

Conservatoris officium non expirat, sed suspenditur per exilium, Relegationem &c. n. 24

Quemadmodum non expirat per excommunicationem: sed dumtaxat suspenditur, donec absolvatur. n. 25

Per excommunicationem Jurisdictio cujusvis Judicis, etiam Laici, suspenditur, ejusque exercitium,

& usus

& usus tollitur, donec adveniat Absolutio. ibid.

Sententiæ, latæ a Judice excommunicate, nullæ sunt, nullique actus jurisdictionis etiam voluntariæ. ib.

Si ex duobus Conservatoribus datis simul, *vel* simpliciter, *alter excommunicetur; Collega non excommunicatus solus nulliter procedet.* n.26

Quod si duo Conservatores dati sint cum clausula: [Si non omnes], valide procedit solus non excommunicatus sine Collega excommunicato; nulliter tamen, si cum excommunicato procedit. ibid.

Nisi adesset clausula: [Et prædicta facimus tam conjunctim, quam divisim, sive in solidum, & omni meliori modo &c.] ibid.

Judex excommunicatus, sed non denuntiatus, vitandus non est; valideque procedit, donec pro tali fuerit declaratus. n. 27

Per Suspensionem Conservatoris Officium suspenditur, non perimitur. n.28

Conservator, ut per suspensionem exercitium, & usum suæ jurisdictionis amittat, saltem quo ad validitatem actorum, debet esse denuntiatus. n.29

ARTICULUS XXXVIII.

An Officium Judicis Regularium Conservatoris expiret, aut suspendatur, vel transeat in Successorem, per dimissionem, aut mutationem Dignitatis.

Ubi

Quænam Dignitas proprie habeat Successorem: & quandonam Commissio, seu deputatio Conservatoris censenda sit Realis, & transiens in Successorem, quando Personalis, & in illum non transiens?

SUMMARIUM.

Officium Judicis Regularium Conservatoeis non expirat, neque suspenditur, seu quoad negotia cœpta, sive quoad non cœpta per renuntiationem, vel amissionem dignitatis, cujus titulo fuit Conservator electus. n. 1

Immo neque transit in Successorem, si deputatio fuerit personalis: licet in Successorem transeat, si realis fuerit, facta videlicet sub nomine dignitatis. ibid.

Quemadmodum de Apostolico delegato disponitur. n.2

Sufficit ad Conservatorem, seu Apostolicum delegatum, quod qualitas requisita tempore electionis, seu deputationis extiterit, nec requiritur, quod tempore executionis perseveret. ibid.

Delegatus Apostolicus, ratione Canonicatus electus, modo fuerit Canonicus tempore Commissionis, licet talis non sit tempore præsentationis, valide procedit. ibid.

Cum disponens requirit aliquam qualitatem pro certo tempore, sufficit, quod illa adsit eo tempore. n. 3

Officialis, seu Vicarius Episcopi principalis, si desinat esse Vicarius, non proinde delegatio illi facta sub nomine proprio expirat. n.4

Delegatio, alicui facta sub nomine proprio, non transit ad Successorem Delegati præmortui, aut dignitatem amittentis. n. 5

Pro Apostolico Delegato Bonifacius VIII. videtur, qualitatem Dignitatis, Personatus, vel Canonicatus Cathedralis &c. requirere pro tempore commissionis dumtaxat. ibid.

Est similiter pro Conservatore. ibid.

Tam Delegatus, quam Conservator nequit committere vices suas, nisi qualitatem Dignitatis, Personatus, vel Canonicatus Cathedralis &c. habenti, in quacumque parte Judicii illas committat. n. 7

Non est inconveniens, quod Persona non qualificata tempore subdelegationis, qualificata tamen tempore suæ delegationis, teneatur subdelegare alicui Personæ qualificatæ, quæ etiamsi suam qualitatem dimittat, adhuc retentura sit suam subdelegationem. n. 8

Causæ a Sede Apostolica Personis qualificatis idcirco committuntur, ne per vilem & pannosum Clericum Papa repræsentetur, cum vilipendio Apostolicæ Sedis. n.9

Hæc tamen est causa non finalis, sed impulsiva. n.10

Causa finalis commissionis præfatæ qualificatis Personis est, quia Personæ, in dignitate constitutæ, existimantur habiles, honestiores, & fideliores, cum jam fuerint in assumptione Dignitatis approbatæ. ib.

Per amissionem qualitatis Judicis synodalis non expirat, neque suspenditur Conservatoris Officium; neque transit ad Successorem, si ea semel adfuerit in ejus deputatione. n. 12

Officium Judicis Regularium Conservatoris expirat per amissionem dignitatis ob adventum qualitatis oppositæ, vel ob patratum delictum. n. 13

Senator, amotus a dignitate ob turpitudinem, Judex esse non potest. ibid.

Nisi tamen fuerit toleratus: nam donec repellatur, procedere potest. ibid.

Et ubi a dignitate fuerit remotus, non autem ab administratione, vel ab ea suspensus. ibidem.

Moneta *docens per dimissionem qualitatis non expirare Conservatoris officium quoad negotia cœpta, sicut & quoad non cœpta, ubi transmissa fuerit citatio, ob auctoritatem* Speculatoris *&* Franci *non bene utrumque reprehendit; nec ipse cohærenter discurrit.* n.14.&15

Officium Judicis Regularium Conservatoris, sub nomine dignitatis commissum, quovis modo vacet dignitas, transit in Successorem, tam re integra, quam non integra. a num. 16. usque ad 20. inclusive.

Mortuo Delegato; qui excommunicarit, nemo absolvere potest, nisi Papa, aut ille, qui tali Delegato succedit in onere, & honore. n. 17

Dignitas, cui sit commissio, numquam moritur. num. 18

Commendatarius, sub nomine Commendæ in Conservatorem electus, si illam renuntiet, Conservatoris Jurisdictio transit ad Superiorem in Commenda. n.21

Vicarius Generalis Episcopi, sub nomine Vicarii Conservator electus, si desinet esse Vicarius, Conservatoris officium transmittitur in Vicarium successorem. ib.

Vicarius est nomen dignitatis, & quidem ordinariæ, vereque Successorem habet in Officio. n.22

Et etiamsi talis non esset; adhuc tamen per ejus vacationem in Vicarium Successoem transit munus Conservatoris ex mente Pontificis. n. 23

Vicarius generalis Sede Vacante; & Prælatorum jurisdictionem quasi Episcopalem habentium in sua Diœcesi, nulli Episcopo subjecta; nec non Vicarius Episcopi Electi, & confirmati, nondum tamen consecrati, ut Vicarius in Conservatorem deputatus, si desinat esse Vicarius, Conservatoris Officium transit in Successorem. n. 24.&25

Non transit tamen ad Successorem Conservatoris Officium, quod habet Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, si desinat esse Canonicus. n. 26

Et quidem nedum ubi Cathedralis Ecclesia sit Receptiva, idest determinatum Canonicorum, & Præbendarum numerum non habens; sed etiam ubi sit Numerata, seu certum Canonicorum, & Præbendarum numerum habens. ibid.

Quod licet in rigore verum putet Sanchez, *oppositum tamen decidit ex mente Pontificis.* n. 27

Conservatoris Officium, uni factum sub duplici nomine appellativo, quorum alterum jurisdictionis capax non est E. G. Præposito, & Capellano, *per*

utriusque

utriusque vacationem non transmittitur in Capellanum successorem, sed in præpositum, si duo distincti succederent in dictis officiis. n. 28

Quod si utrumque nomen jurisdictionis capax esset, & duæ Personæ distinctæ succederent uni habenti simul utrumque nomen, ad utramque Personam munus Conservatoris transmittitur. n. 29

E converso tamen munus Conservatoris, commissum duobus sub nomine appellativo, e. g. Archidiaconatus, & Præpositurae, & Archidiaconus ab Archidiaconatu deficiat; quem obtineat Præpositus propria dignitate retenta, hic in munere succedit in solidum. n. 30

Ubi duo sint delegati, etiam simpliciter, potest alter Judicum Collegæ suo causam delegare, ut ipse solus procedat in ea. ibid.

Conservatoris officium, quod erat in Episcopo non transit in Capitulum sede vacante per mortem naturalem, vel civilem Episcopi, donec Ecclesia de Successore provideatur. n. 31

Licet in Capitulum sede vacante per mortem naturalem, vel civilem Episcopi transferatur ordinaria ejus jurisdictio, & quidquid Episcopo competit jure communi, & proprio Episcopi; non transfertur tamen jurisdictio delegata, & quidquid Episcopo competit jure aliquo speciali, sive accidentali, cujusmodi est Jurisdictio Conservatoris. ibid.

Dignitas, proprie successorem habens, illa est, quæ in perpetuum erigitur in Ecclesia. n. 34

Commissio seu deputatio tunc censenda est personalis, cum ex toto commissionis contextu, aut ex subjecta materia colligitur, committentem habuisse respectum ad Personam, quantumvis commissio facta esset sub nomine dignitatis: sin autem colligatur, dignitatem respexisse, licet facta esset commissio cum sola expressione Personæ, ea censenda est realis. n. 35

Una præsumptio tollit alteram, & major minorem. num. 36

Præsumptio specialis tollit generalem. ibid.

Si neque ex contextu verborum, neque ex subjecta materia deducatur, num committens respectum habuerit ad Personam; an vero ad dignitatem, id ex nominis expressione conjectandum, ita nimirum, ut, si nomen, aut cognomen exprimatur Personæ, commissio reputanda sit personalis: sin autem nomen dignitatis exprimatur, ea censenda est realis. n. 37

Quod si utrumque nomen exprimatur, & neque ex conjecturis verborum, neque ex subjecta materia mens committentis argui queat; commissionem existimant realem nonnulli. n. 38

Aliqui considerant, utrum ex illis nominibus præcedat; & præcedente proprio, commissionem reputant personalem: realem vero, si nomen dignitatis præcedat. n. 39

Quidam distinguunt: vel committens notitiam habet Personæ, cui committit, vel non: si primum, commissionem ajunt personalem, præcedente nomine Personæ: realem vero, si nomen dignitatis præcedat. Si secundum; utrumvis nomen præponatur, commissionem existimant realem. n. 40

Quod alteri in stipulatione postponitur, censetur in dubio apponi non principaliter gratia disponendi, sed gratia demonstrandi. n. 41

Alii demum probabilius opinantur, commissionem semper esse personalem, utrumvis nomen præponatur. n. 42

Quod multipliciter evincitur a Sanchez. n. 43 44 45 & 46

Nomen generale restringitur per speciale, ita ut non excedat Personam nominatam. n. 43

Ubi genus, & species in unius Persona concurrunt, genus per speciem restringitur ad illam. ibid.

Verba debent aliquid operari. n. 44

Cum privilegium sit lex privata, debet aliquid specialiter indulgere. ibid.

Superfluitas in Lege, aut Decreto vitanda est. ibid.

Nec una quidem dictio, nec syllaba in Rescriptis Pontificis debet esse superflua, & sine effectu aliquid operandi. ibid.

Negatio quidquid post se invenit, destruit; magisque negat, quam affirmatio ponit. n. 45

Conjectura, & præsumptio specialis vincit generalem. num. 46

Commissio, facta Vicario Episcopi, est personalis, quoties in ea nomen proprium Vicarii exprimitur. n. 47

In quacumque sententia de commissione sub nomine appellativo, & proprio facta, num ea dicenda sit Personalis, an vero realis, illud nomen inspici censendum est, quod non reddit commissionem omnino inutilem, altero nomine attento. n. 48

In dubio ea semper Interpretatio accipienda est, ut actus valeat. ibid.

Nisi tamen redundaret in damnum injustum alterius; cum potius dicendum sit, dispositionem vanam & inutilem esse, quam damnum injuste inferri. n. 49

Officium Judicis Regularium Conservatoris, sub nomine Personæ commissum, non expirat, nec suspenditur, neque transit in successorem per mutationem dignitatis, cujus titulo fuit Conservator electus, in aliam vel superiorem, vel æqualem, aut etiam inferiorem. n. 50 & 52

Commissio Personam sequitur instar Privilegii personalis. n. 51

Ubi qualitas aliqua ob aliquam dispositionem assumitur, ita ut debeat permanere, licet regulariter cessante qualitate cesset dispositio; secus tamen, ubi qualitas illa mutetur in melius, vel in qualitatem, non mutantem rationem disponentis. ibid.

Officium Judicis Regularium Conservatoris, sub nomine dignitatis commissum, per mutationem dignitatis illius, ratione cujus electus fuit Conservator, in aliam etiam superiorem, vel æqualem, transit in Successorem, quantumvis res non sit integra. n. 50 & 53

Modo tamen nova dignitas, ad quam transiret Conservator, antiquam non contineret, sed extingueret. n. 54

Si Deputatio Conservatoris fieret Decano, qui postmodum eligeretur Episcopus; Episcopo jam facto, munus Conservatoris transit in Decanum successorem; cum Episcopatus Decanatum extinguat. ibid.

Si fieret Episcopo e. g. Catanensi, qui dein Archiepiscopus ejusdem Diœceseos crearetur, Archiepiscopus factus in munere Conservatoris perduraret; cum Archiepiscopatus Episcopatum contineat, non extinguat. ibid.

ARTICULUS XXXIX.

An per renuntiationem, vel abdicationem Jurisdictionis; perque mortem naturalem vel civilem Subconservatoris, aut Pontificis, Conservatorem indulgentis, Officium Judicis Regularium Conservatoris expiret, aut suspendatur.

SUMMARIUM.

Officium Judicis Regularium Conservatoris expirat per renuntiationem intra quinquennium, rationabili superveniente causa. n. 1

Et per abdicationem Jurisdictionis expressam, qua illam Conservator in totum Subconservatori committit absque ulla clausula, sequuto tamen in Subconservatore jurisdictionis exercitio. n. 2

Per usum jurisdictionis commissæ, censetur Jurisdictio in Subconservatorem efficaciter transiisse. ibid.

Judex, datus a Sede Apostolica, si in totum commiserit, recusari ulterius, aut facta per eum commissio impugnari non potest: posset tamen, si jurisdictionem retineret. n. 3

Non

Non expirat, neque suspenditur Conservatoris Officium, si Subconservator, datus in totum, jurisdictione sua usus non fuerit. n. 4

Potest Conservator, nedum causam, sed ipsam etiam commissionem in totum ad se a Subconservatore avocare ante usum jurisdictionis illius. ibid.

Conservatoris Officium non expirat, neque suspenditur per usum jurisdictionis a subconservatore positum, si commissio illi facta non sit in totum. n. 5

Aut in totum quidem facta, sed cum clausula: [donec vices suas ad se duxerit revocandas.] ibid.

Per Abdicationem etiam tacitam expirat Conservatoris Officium, ut si Conservator pronuntiet, nullam se jurisdictionem habere. n. 6

Quamvis Conservator, qui causam in totum Subconservatori commisit absque ulla clausula, illam potuerit ante usum Subconservatoris reassumere; nequit tamen post dictam pronuntiationem. ibid.

Vel si deferat Appellationi, nedum legitimæ, sed etiam illegitimæ. ibid.

Vel si pronuntiatus fuerit suspectus. ibid.

Conservator, pronuntiatus suspectus, non potest causam committere; cum jam desierit esse Judex. ib.

In casibus præmissis per tacitam Abdicationem potius suspenditur; quam expiret Jurisdictio Conservatoris, usque ad executionem sententiæ, per quam dicitur expirare. n. 7

In casu Recusationis potest recusans in Conservatorem consentire; & Appellans renuntiare appellationi, & coram Judice a quo litigare. ibid.

Per mortem naturalem, vel civilem Subconservatoris non expirat, neque suspenditur Conservatoris Officium. n. 8

Neque per mortem Pontificis, qui facultatem eligendi Conservatorem induisit, etiam re integra. n. 9

Gratiæ, & Privilegia generaliter, usu ad beneplacitum concessa, realia, non personalia, neque re integra, neque re non integra per mortem concedentis expirant, aut suspenduntur. n. 10

Dignitas Ecclesiastica per mortem Papæ concedentis non expirat, neque suspenditur. n. 11.

Privilegia Regularium, neque re integra per mortem concedentis expirant, aut suspenduntur. n. 12. & 13

ARTICULUS XL.

An Officium Judicis Regularium Conservatoris expiret, aut suspendatur per lapsum Quinquennii, non obstante Partium consensu prorogante: vel per amisionem ejusdem infra quinquennium.

SUMMARIUM.

OFficium Judicis Regularium Conservatoris expirat per lapsum Quinquennii, etiam re non integra. n. 1. & 3

Quantumvis dolo partis res integra non sit. n. 1 & 4

Permissum ad tempus; post illud censetur prohibitum. n. 2

Affirmativa, ad certum tempus limitata, inducit, & importat negationem post illud. n. 5

Qui erat in calculo temporis, sibi imputare debebit. ibid.

Statutum, permittens, vel disponens intra certum tempus, censetur eo elapso prohibere; & Inquisitio, postea facta, est ipso jure nulla. ibid.

Procurator, ad certum tempus datus; post illud expirat; nec admittitur ad prosequendum, quamvis litem fuerit contestatus, & Adversarius voluerit. ibid.

Conditio, seu momentanea, sive successiva implenda in tempore, nequit post expressum tempus impleri. ib.

Si præfigatur tempus ad pronuntiandum, laudum post diem compromissi latum per horam unam non valet. ib.

Vetitum ad tempus, censetur post illud permissum. ib.

Potest Conservator, post quinquennium exequi sententiam, a se infra quinquennium latam. n. 6

Quemadmodum potest Delegatus, ad certum tempus datus. ibid.

Delegatus tunc dicitur jam functus officio suo, ejusque jurisdictio expirare, cum per se, vel per alium sententiam suam est exequutus. ibidem.

Incipit quinquennium a die præsentationis currere. n. 7

Si intra certum tempus lis decidenda committatur, ex tunc terminus incipit currere, cum Judicem contigerit, literas recepisse. ibidem.

Negotia, jam cœpta, & infra quinquennium a Conservatore non terminata, potest Conservator, qui succedit, terminare. n. 8

De consensu Partium potest Conservatoris Officium post quinquennium prorogari. n. 9

Quemadmodum Officium cujusvis Judicis delegati, & Ordinarii. ibid.

Ut Jurisdictio ad tempus determinatum concessa, de consensu partium rite prorogetur, debet partium consensus non esse erroneus: quia errans non consentit. n. 10

Debet etiam consensus esse expressus, quamvis tacitus sufficiat. n. 11

Debet necessario ante lapsum temporis, seu quinquennii positus esse. ibid.

Debet intercedere etiam consensus Judicis. n. 12

Debet prorogatio fieri sub eadem forma, & natura. n. 13

Et in dubio sic facta existimatur. ibid.

Debet prorogatio fieri durante priori termino. n. 14

Non valet prorogatio, facta durante priori tempore, sed translata post lapsum temporis. ibid.

Prorogatio fieri nequit ad aliud tempus, majus quinquennio, saltem pro qualibet vice: etsi simul sumptum totum tempus, ad quod pluribus vicibus, & successive fiat, majus fuerit ipso quinquennio, quod prorogatur. n. 15

In Literis Conservatoris ad tempus determinatum non debet esse appositum formale, vel æquivalens decretum irritans, ut de consensu partium fieri valeat prorogatio. n. 16

Dictiones taxativæ, affirmative positæ, omnes casus excludunt, præter expressos: & prohibent ulterioris temporis extensionem. ibid.

Officium Judicis Regularium Conservatoris, etiam intra quinquennium, expirat per remotionem ejusdem a munere, factam in Capitulo Provinciali ex legitima causa, a Sede Apostolica, vel ab Ordinario loci, pro libito Regularium, approbanda. n. 17

Est hujusmodi causa electio illegitima propter non servatam formam Constitutionis Gregorianæ; item Conservatoris negligentia in Officio; Impotentia, Inimicitia, aliave id genus. n. 18

ARTICULUS XLI.

An per Avocationem Causæ Officium Judicis Regularium Conservatoris expirat, aut suspenditur.

Ubi

De Avocatione Causæ.

SUMMARIUM.

AVocatio Causæ, seu Litis, sive Advocatio, Revocatio, & Evocatio quid sit? n. 1

Avocari proprie non dicitur Lis, nisi pendeat. n. 2

Avoca-

Avocatio est de Lite pendente coram Judice Inferiori, cujus Jurisdictio aliquo modo a Judice superiori avocante dependet. n. 3

Non est Avocatio illa, per quam unus Judex ab alio suo pari, vel etiam Superiore, subditum suum ibi incompetenter litigantem avocat; sed potius Exemptio declinatoria fori. ibid.

Nedum Supremus Princeps, sed etiam inferior, modo aliis Judicibus superior, qui potest in quacumque litis parte jurisdictionem tollere; & quivis alius alium jusserit judicare; potest ab his Judicibus seu expresse, sive tacite causas avocare. n. 4

Judex Superior, seu motu proprio, sive ad instantiam partis, potest causam ab Inferiore Judice ad se revocare, magis per revocationem operando, quam per interpositam appellationem a partibus. n. 5

Plus operatur Avocatio, quam Appellatio. ibid.

Avocatio Causæ fit in eo statu, in quo apud Judicem inferiorem reperitur, idque in bonum Litigatorum. n.6

Avocatio causæ alia est expressa, alia tacita, & hæc duplex est. n. 7

Avocatio fieri potest vel motu proprio, vel ad instantiam partis. Et illa favorabilior est, ac ab omni subreptione, vel obreptione immunis. n. 8

Avocatio, tam expressa, quam tacita, tam motu proprio, quam ad instantiam partis, vel est simplex, & absoluta, vel eventualis, sive conditionalis. n.9

Avocare potest causam Summus Pontifex, aliusve Supremus Princeps, & his inferior jura Principis habens, & Superior aliis Judicibus, quibus potestatem judicandi concedit: vel qui majus imperium in eadem jurisdictione habet. n. 10

Nequit tamen avocare suprema Principis Curia sine illius facultate. Neque Duces, Marchiones, Comites &c. jura Principis non habentes; quamvis Inferiores Judices, a quibus deberent avocari causæ, ad plebis electionem ab ipsis confirmentur. n.10

Potest etiam Episcopus, avocare causam, pendentem coram suo generali Vicario. n.11

Non tamen Archiepiscopus causam, pendentem coram Episcopo Suffraganeo. Neque Legatus de latere causam, pendentem coram Episcopo, vel Delegatis Apostolicis. ib.

Avocare tandem potest Ordinarius causam, pendentem coram suo delegato. Non tamen Delegatus causam, pendentem coram Subdelegato, nisi re integra, ante citationem. n. 12

Effectus Avocationis est, auferre Jurisdictionem a Judice Inferiore in causa, quæ avocatur, ita ut quidquid post Avocationem ab ipso fiat, sit attentatum, ac nullum. n. 13

Immo magis attentatum, & nullum, quam quidquid post Appellationem a Judice inferiore fieri contingat. n. 14

Discrimen inter Appellationem, & Avocationem. n.14

Quin & magis attentatum, ac nullum est, quidquid a Judice inferiore post Avocationem fit, quam quod lite pendente, aut pendente etiam Relatione. Et quare? n. 15

Recensitus effectus est nedum Avocationis expressæ, sed etiam tacitæ, quocumque modo fiat Avocatio tacita. n.16

Avocatio tacita operatur effectus suos quoad ipsas dumtaxat partes litigantes, non quoad tertium: cum tamen etiam quoad tertium operatur Avocatio expressa. ibid.

Ut Avocatio jurisdictionem auferat a Judice Inferiore, ita ut quidquid ab eo post Avocationem gestum fuerit, sit attentatum, & nullum &c. esse non debet ex aliqua causa nulla. n.17

Nec debet Avocato nova causa insurgere cum periculo in mora. n. 18

Avocatio cum clausula: [Quatenus causa non sit instructa,] quid operatur? n.19

Causa quando dicatur instructa quo ad Avocationem? n.20

Avocatio cum his clausulis: [coram priore Judice ad nonnullos actus fuisse processum, citra tamen conclusionem in causa:] & [Quatenus causæ coram Judicibus pendeant indecisæ], quamnam vim habeat? n. 21. & 22

Processus Judicis revocati subsistit donec excipiatur per partem. n. 23

Si cognito per Judicem revocatum, an sua sit jurisdictio, se competentem pronuntiet, & pars non appellet, valet processus Judicis revovati. ibid.

Quemadmodum si partes coram Judice revocato procedant. ibid.

Subsistit processus Judicis Avocati ante notitiam avocationis, seu motu proprio, sed non ob delictum, sive ad instantiam partis factæ. n. 24

Avocatio jurisdictionem non aufert, quamdiu ignoretur, nisi ob delictum Judicis facta sit. ibid.

Oppositum arbitrantur complures: utramque sententiam conciliari posse, opinatur Moneta. n.25

Valet processus Judicis Avocati; ubi Judex scierit alias, quam per partis exceptionem. n.26

Vel pars Avocatione non utatur. ibid.

Processus Judicis Avocati etiam ante notitiam Avocationis nullus est, ubi adsit Decretum irritans, etiam ad instantiam partis appositum, & cum, vel sine illis verbis, Scienter, *aut* ignoranter. n. 27

Decretum irritans ligat etiam ignorantes. ibid.

Non obstante Decreto irritante, si pars nolit Avocatione uti, vel eidem renuntiarit, valet, quidquid a Judice revocato gestum fuerit. n. 28

Potest quivis renuntiare iis, quæ in sui favorem inducta sunt, etiamsi accesserit Decretum Principis in oppositum. n. 28

Contrarium sentiunt plerique: utramque sententiam conciliare nititur Moneta. ibid.

Avocatio motu proprio fieri potest etiam sine causa, & cum justa, aut injusta causa. n.29

Ad instantiam vero partis Avocatio fieri debet ex causa, atque hæc esse potest vel horrescentia Adversarii, utpote potentis, vel nimia decisionis causæ dilatio, scilicet ultra triennium. ibid.

Officium Judicis Regularium Conservatoris per Avocationem Causæ, ab eo per Summum Pontificem factam, expirat in eadem causa, ita ut sit attentatum, & nullum quidquid sine nova commissione a Conservatore in tali causa gestum fuerit. n.30

Immo magis attentatum, & nullum, quam quod post appellationem, vel Lite, aut Relatione pendente gestum fuerit ab eodem. n. 31

Nisi tamen Avocatio aliqua ex causa nulla foret, vel Conservatori recusato causa de novo insurgeret cum periculo in mora &c. juxta prædicta a numero 17. n. 32

ARTICULUS XLII.

An, & qualiter expiret, aut suspendatur Subconservatoris Officium.

Ubi

Doctorum Catalogus de Judice Regularium Conservatore differentium, & Constitutiones Summorum Pontificum de Conservatoribus.

SUMMARIUM.

Officium Subconservatoris temporaneum est, non perpetuum, cum nedum suspendi valeat, & expirare illis iisdem modis, quibus Conservatoris Officium, sed etiam aliis. n. 1

De

De Subconservatore proportionaliter est intelligendum, quidquid de Conservatore statutum reperitur. n. 2

Subconservator, & ipse Conservator est. ibid.

Subrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum subrogatur, etiam in materia jurisdictionis. n. 3

Subconservatoris officium per mortem naturalem ipsius expirat, etiam quoad negotia cœpta. n. 4

Quid si divinitus revivisceat? ibid.

Non expirat per mortem ejusdem civilem, puta per Servitutem, Exilium, Excommunicationem, Suspensionem &c., sed suspenditur, donec restituatur libertati &c. n. 5

Restitutus libertati &c. cœpta negotia recuperat. n. 6

Nisi commissio facta fuerit non in totum, aut cum clausula: [donec vices suas duxerit avocandas:] & Conservator commissionem avocaverit. ibid.

Recuperat etiam non cœpta, si Conservator jurisdictionem non avocaverit. ibid.

Si commissio facta fuit cum clausula: [Quod si non omnes;] Subconservator libertati restitutus &c. tum quo ad cœpta, tum quo ad non cœpta negotia est admittendus. n. 7. & 8

Ubi duo sint Subconservatores dati [simul aut simpliciter;] uno excommunicato, vel suspenso, alter solus nulliter procedet. n. 9

Si dati sint cum clausula: [Si non omnes;] etsi procedere valeat non excommunicatus, non suspensus sine Collega excommunicato, vel suspenso; si tamen cum illo procedat, nulliter procedet, nisi in processu foret clausula: [& prædicta facimus tam conjunctim, quam divisim, sive in solidum, & omni meliori modo &c.] ibid.

Non expirat, neque suspenditur munus Subconservatoris per dimissionem dignitatis. n. 10

Immo neque transit in Successorem in dignitate, si Commissio fuerit personalis: quamvis in illum transeat, etiam re non integra, si commissio fuerit realis. n. 11

Expirat Subconservatoris Officium in uno ex duobus Subconservatoribus simpliciter datis, per mortem alterius Subconservatoris naturalem. n. 12

Vel per civilem large sumptam; ut si alter reddatur infamis; vel alias de jure ad judicandum inhabilis; vel tanquam suspectus via juris amoveatur. n. 13

Non expirat tamen in superstite Subconservatoris officium per mortem alterius Subconservatoris naturalem, si hic habeat successorem in dignitate: Qui tamen expectandus est, ut superstes procedat, utpote datus simul cum alio. n. 14

Neque expirat in superstite Subconservatoris jurisdictio per mortem alterius naturalem, si ambo dati sint cum clausula: [Quod si non omnes,] vel: [si ambo &c.,] vel: [ut omnes, aut duo, vel unus eorum mandatum exequatur,] vel cum hac: [Quod quilibet eorum in solidum, & per se judicare possit,] vel: [Quod alter alterum non expectet &c.] n. 15

Expirat Subconservatoris jurisdictio per Renuntiationem muneris ex justa causa. n. 16

Expirat etiam per lapsum temporis præfiniti, tum quoad negotia cœpta, tum quoad non cœpta. n. 17

Quamvis de consensu partium valeat prorogari. ibid.

Expirat pariter Subconservatoris Officium per Avocationem Causæ, ab eo factam per Conservatorem, re integra. n. 18

Non tamen per Avocationem causæ, factam a Conservatore per Papam. ibid.

Quemadmodum per Avocationem a Delegato, per Principem factam, non expirat jurisdictio Subdelegati: unde validus est processus post Avocationem, & gesta Subdelegati. ibid.

Re tamen non integra, eo quod Subconservator uti cœperit jurisdictione, etiam per solam citationem, non expirat in eo Subconservatoris officium per Avocationem. n. 19

Nisi ejus Commissio facta fuerit cum clausula: [Donec vices suas ad se duxerit avocandas.] n. 20

In actu indivisibili, vel divisibili Subconservatoris, deputati sub dicta clausula, num subsistat Avocatio? ibid.

Expirat Subconservatoris officium per mortem naturalem Conservatoris, re integra. n. 22 & 23

Quemadmodum munus Delegati per mortem delegantis, & Officium Subdelegati per mortem Delegati, re integra. ibid.

Jurisdictio delegata non transit efficaciter in Delegatum, sed manet penes Delegantem, donec ea delegatus utatur. n. 24

Non expirat Subconservatoris officium per mortem Conservatoris naturalem, si errore communi mors ignoretur, quantumvis ab ipso Subconservatore sciatur. n. 25

Subconservatoris Officium per mortem Conservatoris naturalem non expirat, si res integra non sit. n. 26

Ut non expirat Officium Delegati, & Subdelegati per mortem Delegantis, & Delegati, re non integra. ibid.

Etiamsi Subconservator, vel Delegatus, & Subdelegatus fuisset mortui Conservatoris, aut delegantis, & delegati subdelegantis collega: vel commissio illi facta sub clausula [Quoties eum abesse contigerit:] vel [Donec vices suas ad se duxerit revocandas.] ibid.

Expirat Subconservatoris Officium per mortem naturalem Conservatoris, nedum re integra, sed etiam non integra, si commissio illi facta sit sub clausula: [Ad beneplacitum voluntatis meæ:] vel [Quamdiu voluero:] & quare? n. 27. & 28

Idem est de Subdelegato sub utraque clausula deputato. ibid.

Non expirat officium Subconservatoris per mortem Conservatoris naturalem, si commissio facta fuerit sub clausula: [Donec duxero avocandum] vel [aliter ordinandum, seu procedendum:] neque re integra. n. 29

Idem est de Officio Subdelegati. ibid.

Tunc res non est integra, & Subconservator sua jurisdictione dicitur usus, cum saltem fuerit transixissa citatio. n. 30

Per mortem civilem Conservatoris non expirat Subconservatoris Officium, sed suspenditur quoad negotia non cœpta. n. 31

Quoad negotia vero cœpta neque suspenditur. n. 32

Per excommunicationem, vel Suspensionem Conservatoris non expirat, sed mere suspenditur Subconservatoris Officium re integra: re tamen non integra neque suspenditur. n. 33

Quid si Subconservator sit Vicarius Episcopi Conservatoris, qui uti Episcopus fuerat & ipse a Papa deputatus Conservator? n. 34


Expirat Subconservatoris Officium, ubi Conservator officio Conservatoris privetur, vel per Revocationem Electionis, a Regularibus factam; vel per Renuntiationem muneris, factam ab ipsomet Conservatore quoad negotia non cœpta; secus tamen quoad cœpta. n. 35. 36. & 37.

Expirat quoque Subconservatoris Officium per lapsum Quinquennii, etiam quoad negotia jam cœpta. n. 35 & 38.

Non tamen per Avocationem Causæ a Conservatore, factam per Papam. n. 35. & 39

Catalogus Doctorum, de Judice Regularium Conservatore differentium. n. 40

Constitutiones Summorum Pontificum de Conservatoribus. n. 41



DE JUDICE CONSERVATORE
REGULARIUM
TRACTATUS CANONICUS
ARTICULUS PRIMUS.
Quid sit Judex Conservator Regularium attento jure communi antiquo.

1 DIco I. *Conservator* a verbo *Conservo* deri-
vatus, idem significat, quod *defensor*
a verbo *defendo*, & *Tutor* a verbo *Tueor*
2 dictus: unde Tutor etiam appellatur
Conservator a *Jo. And. in Cap. fin. in princ.*
verb. tueantur de offic. deleg. in 6., *& ab aliis*; sicut
& Defensor *a Petr. Greg. Tholosan. Syntag. Jur. Univers.*
lib. 47. c. 22. Cum aliis, teste Moneta de Conservat.
3 *Judic. c. 1. q. 1. n. 4.* scilicet de Jure positivo mise-
rabilium personarum ab injuriis, violentiis, &
oppressionibus, quæ illis a potentibus inseruntur.
4 Et hujusmodi est nedum quivis Episcopus, cujus
profecto Curæ demandatur, miserabiles personas, Vi-
duas nimirum, Pupillos, Orphanos, Pauperes, Adve-
nas, Captivos, Senes, Decrepitos, Cæcos, Leprosos,
Claudos, Furiosos, perpetuo Morbo laborantes,
de novo ad fidem Conversos, ad Carceres damna-
tos, aliosque id genus, de quibus inferius *art. 26.*
assert. 2. Resolutione 25. n. 115., ad quorum Com-
miserationem propter fortunæ injuriam natura mo-
vemur, a prædictis injuriis, violentiis, & oppres-
sionibus tueri, defendere, & conservare, ut apud
Mirandam tom. 1. Man. q. 47. art. 2. docet Gloss. in cap.
statuimus de offic. Jud. deleg. in 6. verb. Conservator, &
probat *en c. en parte licet, & c. ex tenore de for. Compet.,*
& ex c. 1., & 2. dist. 87. & c. Administratores 23. q. 5.
c. licet de Censib., & c. significasti eodem tit. de offic. Jud.
5 *deleg. in antiquis*. Sed, & principalius, ipsemet Pon-
tifex Maximus, Imperator, Reges, aliique supre-
mi Principes, utpote qui de Jure communi sunt
veluti generales omnium, injurias, violentias, &
oppressiones patientium, maxime Pupillorum, Or-
phanorum, Viduarum, aliarumque personarum
6 miserabilium ordinarii Defensores, Tutores, & Con-
servatores, ut liquet, tum ex juribus allegatis,
tum etiam *ex l. unica, c. quando Imperat. inter pupill.,*
vel Judices, & ex c. Principes sæculi, c. Administratores,
c. Regum officium, 23. q. 5. apud Emanuelem Rodriquez tom.
1. quæst. Regul. q. 65. art. 1. in marg., & Mirandam loc. cit.

Quos quidem esse in Christiana Republica (quid- 7
quid perperam dixerint nonnulli;) non modo con-
sentaneum valde, sed admodum etiam necessarium
est; cum, ut habetur in *l. 1. ff. Ne vis fiat ei, &*
l. æquissima ff. de usufr. ad Prætorem Reipublicæ 8
spectet, quoslibet ab oppressionibus, injuriis, &
violentiis defendere, omnesque in proprio statu
indemnes, ac in pacifica suorum Jurium, & Bono-
rum possessione tueri, ne videlicet ejiciantur ab
ea. Sique id ad quoscumque Judices, & Princi-
pes inferiores pertineat; potiori Jure, præsertim
respectu miserabilium personarum; ad Judices,
Principesque superiores, & supremos, qua spiritua-
les, qua temporaneos pertinere debebit ad Ponti-
ficem videlicet Maximum, ad Imperatorem, Re-
ges, &c., ut omnia præallegata Jura proclamant.
Verum cum superiores hujusmodi, supremique 9
Judices, & Principes nequeant id ipsum per se
semper, & ubique præstare; opportuna providen-
tia consultum est, ut per speciales Conservato-
res, alio nomine delegatos, sive ordinarios Judi-
ces nuncupatos, prædictarum miserabilium perso-
narum necessaria defensio exhibeatur, ut notat
Archidiac. in c. 1. de offic. deleg. in 6. apud laudatum Rodri-
quez, qui unicus est conservatorum institutionis
finis, prout in dic. *c. Statuimus*; Innocentius IV.
& in cit. cap. fin. de offic. Jud. deleg. in 6. Bonifacius IV.
clare satis expressere.
Sed relictis tum generalibus, tum specialibus 10
aliarum miserabilium personarum conservatoribus
Judicibus, præsenti hujusce nostræ Tractationis
scopus est, de specialibus Religiosorum Conserva-
toribus solummodo disserere; cum etiam Religiosi 11
sub nomine miserabilium personarum comprehen-
dantur, ut optime tradunt Doctores apud lauda-
tos *Rodriq. art. 3., & Mirandam art. 4.* Et sane con-
tendunt expositores sacrorum Canonum passim in 12
c. 1. de postul. Prælat. & in c. super quibusdam de Verb. si-
gnific. cum Bart. in l. Cum alia ff. de legibus. Innoc. in cap.

significasti de offic. Jud. deleg. & Abbate in c. licet, de Censibus, nomine *miserabilium Personarum* intelligendos
non esse plebejos, prout etiam notat *Petr. Gregor.
Syntag. Jur. 1. p. c. 18. n. 10.* contra nonnullos id perperam arbitrantes; sed illos, qui necessitatem patiuntur, ut Pauperes præsertim Religiosi, Viduæ,
Pupilli, Orphani, & universim ii omnes, quorum
propter fortunæ injuriam naturaliter miseremur.
13 Quamobrem variis, diversisque temporibus, varii,
diversique Summi Pontifices inter alia privilegia,
Regularibus concessa, illud, quod non infimum
sibi locum adscivit, eligendi in suam defensionem
speciales conservatores, adversus injurias, & violentias illatas, aut probabiliter inferendas, beni-
14 gne sunt impertiti: Tum propter eorumdem professionem expressam paupertatis: tum etiam propter divinum Cultum, cui ex proprio Instituto,
& professione sunt addicti: tum denique propter
decentiam, quia nimirum clausuram monastici status maxime videtur dedecere, pro tuendis rebus
suis ad publica Tribunalia, seu Laica, sive etiam
Ecclesiastica, ad quæ omnes confluunt indiscriminatim sæculares, nedum Laici, sed Ecclesiastici
quoque, se conferre: expediensque proinde, ut
quæ ad ipsorum Personas, Bona, Jura, Privilegia, Monasteria conducerens, per ecclesiasticos peculiares Judices summarie, simpliciter, de plano,
sine strepitu, & figura Judicii sola facti veritate
inspecta expedirentur, ut optime explicat *Abbas
in præcit. cap. Licet de Censib.*
15 Verum cum hujusmodi Conservatoris Privilegium trifariam valeat considerari: I. nimirum,
prout concessum a Jure communi antiquo *c. 1.*
per Innocentium IV., & *cap. fin.* per Bonifacium
VIII. *de offic. Jud. delegat. in 6.*, adeoque secundum
Jus commune Antiquum. II. prout a Jure peculiari novo privilegiorum amplificatum, adeoque
secundum Jus particulare novum, seu secundum
peculiaria privilegia, a Summis Pontificibus post
laudatos Innocentium, & Bonifacium, præsertim
a Clemente VII., Sancto Pio V., & Gregorio
XIII. abunde Regularibus in suis Conservatoribus
impertita: & III. prout a Gregorio XV. novissime
moderatum, adeoque secundum Jus novissimum,
per Constitutionem supra laudatam Gregorii XV.
incipientem: [Sanctissimus] stabilitum, de Judice
Regularium Conservatore juxta triplex insinuatum
Jus nobis in tota hac Dissertatione Canonica peragendum. Ut autem distincte, & ordinatim procedamus, a Judice Regularium Conservatore secundum Jus commune antiquum exordiendo, propositæ insimul Quæstioni faciendo satis;
16 Dico II. Judex Regularium Conservator secundum Jus Commune antiquum est: [Judex delegatus, a Papa concessus, ad aliquos, etiam Actores, contra manifestas dumtaxat aliorum injurias,
& violentias defendendos, intra Civitatem, seu
Diœcesim, & non extra procedens, neminem ultra unam dietam a fine diœcesis ipsius trahens,
judiciali non utens indagine.] Ita in re *Joa. Andr.
in cap. fin. n. 4. de off. Jud. deleg. in 6. Anchar. in cap. 1.
n. 1. de offic. deleg. item in 6. Butr. ibid. n. 2. S. Anton.
tract. de excommun. c. 37. n. 3. Gemin. dict. Cap. fin. §. fin.
& §. Conservatores autem n. 5. Calder. in quæst. incip.
Dominus Papa dedit Conservatorem, Azor. Instit. mor.
tom. 2. lib. 5. c. 35. q. 1. Monet. de Conserv. Judicibus
cap. 1. q. 2. n. 8. Sayr. in floribus decis. sub tit. de offic.
deleg. decis. 1. Cokier de jurisdict. ordin. in exempt. p. 1.
q. 39. n. 4. Joannes de la Crue de statu Relig. lib. 2. c. 10.
Miranda in man. tomo 2. q. 47. art. 1. Pepr. in Constit. 5.
Gregorii XV. §. 1. n. 2. Barbos. de offic. & pot. Episcop.
part. 3. Alleg. 106. n. 1. Pirhing. lib. 1. Decretal. tit. 29.
sect. 8. §. 1.*, & alii apud ipsos, & quidem ex *Cit.
cap. 1. de offic. Judic. deleg. in 6.* ubi [statuimus, (in- 17
quit Innocentius IV.), ut Conservatores, quos
plerumque concedimus, a manifestis injuriis, &
violentiis defendere possint, quos eis committimus defendendos. Nec ad alia, quæ judicialem
indaginem exigunt, suam possint extendere potestatem.] Et *ex dict. cap. fin. eod. tit., & lib.* ubi
Bonifacius VIII. sancivit: [Ut Conservatores,
qui aliquibus (ut a manifestis injuriis, & violentiis tueantur eosdem) plerumque a Sede Apostolica conceduntur, de cætero deputari non possint, nisi Episcopi, vel eorum Superiores, &c.
Conservatores autem hujusmodi extra Civitates,
seu diœceses, in quibus fuerint deputati, contra
quoscumque procedere, aut aliquos ultra unam
dietam a fine diœcesum eorumdem trahere non
præsumant, &c. Si de aliis, quam de manifestis
injuriis, & violentiis scienter se intromiserint;
seu ad alia, quæ judicialem indaginem exigunt,
suam extenderint potestatem, eo ipso per annum
ab officio sint suspensi.] Pro cujus explicatione,
Dico III. Conservator Regularium dicitur 18
I. *Judex*; ut enim sustinent allati Doctores,
& alii passim, Regularium Conservator attento
Jure antiquo Judex est. Quod liquet tum ex *dic.
cap. fin. de offic. Jud. deleg. in 6.* ubi vers. *Vices quoq;*
supponitur, a Conservatore ferri sententias; quod
proprium esse Judicum, extra controversiam est.
Et v. *Circa munera* præcipitur, a Conservatoribus observari Constitutionem editam de Judicibus delegatis circa Munera, Expensas, Assessores,
Notarios, & Testes, quæ est *cap. Statutum, §.
Insuper cum seq. de Rescript. in 6.* Tum ea *cap. 1.
2., & fin. de offic. Jud. deleg. in 6.*, in quibus juribus
de Conservatoribus disponitur, dum hi Canones
sub *rubr. de offic. Judic. deleg.* ponuntur: Optimum 19
siquidem argumentum desumitur a rubrica, vel
titulo pro elicienda qualitate potestatis ejus, de
cujus officio in rubrica, vel titulo tractatur: ea
quo enim aliqua materia ponitur sub aliquo rubro, ea hoc judicatur esse illius naturæ, cujus
est rubrum; ut post *Gloss. dict. cap. 1. & cap. Tibi,
quæ. de rescript. in 6. & Clem. unic. de offic. deleg.* iisdem
fere verbis tradit *Everar. in Allegat. topic. Jur., sive
locis argumentorum legal. loc. a rubro n. 4.*
Advertunt tamen *Moneta cap. 1. q. 2. n. 10.* & 20
alii, Nudos Conservatores prout in terminis juris antiqui, non ita proprie dici posse Judices,
quemadmodum dici queunt cæteri, seu ordinarii, sive delegati. Manifestum est hoc, tum ex
dict. cap. 1. & fin. ubi Conservatoribus prohibetur
de aliis, quam de manifestis injuriis cognoscere;
atque ad ea, quæ judicialem indaginem exigunt,
suam potestatem extendere. Tum ex *dict. cap. 2.*
ibi: [a Judicibus, vel Conservatoribus, a Sede
Apostolica deputatis.] in hoc siquidem textu
Conservatores sub nomine Judicum nequiquam
comprehenduntur; cum dictio *Vel* regulariter sit
disjunctiva, *L. cum pater §. penult. ff. de leg. 2. & l.* 21
Triplicis ff. de verb. signific. Ponaturque inter diversa, *l. 1. ff. de Reb. dub. & rubr. ff. de acquir., vel omitt.
hæred.*, cum aliis, quibus id astruit *Rebuff. l. lege
obvenire ff. de verb. signific.* Unde *Archidiac. in dic. cap.
1. n. 5. de offic. Jud. deleg. in 6. post Host.* asserit, Conservatores non esse Judices per omnia. Et *Gof-* 22
fred. in summ. rubr. de offic. deleg. n. 34., eos esse me- 23
ros executores. *Card. de Luca de Jurisdict. disc. 49.
n. 40.*, Conservatores privilegiorum, ait, in pu- 24
ris terminis Juris Communis *c. 1. & fin. de offic.
Jud. deleg. in 6.* vere, & proprie non esse, nec
dici debere Judices, sed potius viros potentes,
&

& auxiliatores, cum majoribus armis assistentes
parti, ut illam ab injuriis, & violentiis mani-
festis tueantur, juxta terminos textus in *l. Ut*
25 *vim ff. de Just. & Jur.* Quod ex eo deducit, quia
extrajudicialiter procedunt, & velut pars, seu
assistens auxiliator parti, &c. Quod idem con-
tendunt alii, quos infra laudabimus *art. 1. ass. 2.*
Resolut. 2. a n. 9.
26 Dicitur II. *Delegatus*: Conservatores etenim de-
legati sunt, non ordinarii, attento Jura anti-
27 quo, *cap. 1. cit. de offic. deleg. in 6.* Unde eorum ma-
teria ponitur sub titulo, & rubrica de officio
delegati. Et ita sentit communis opinio, quam
tuentur *Gloss. 2. in dic. cap. 1. Archid. ibid. n. 1. Joan.*
Andr. n. 2. Franc. n. 3. Butr. n. 4. Gemin. n. 5. Anchar.
n. 2. & Consil. 132. n. 2. Jas. Cons. 145. lib. 4. Ruin. cons.
3. n. 1. lib. item 4. Mandos. in prax. signat. grat. verb.
Conservatoria vers. Conservatores dicuntur, Petr. Greg.
lib. 47. Syntag. jur. c. 32. n. 23. Jo. Nevizan. cons. 35. n. 9.
Divus Antonin. 3. p. summ. tit. 9. c. 4. §. 2. Navar. cons.
3. n. 1. de offic. deleg. Confess. in Compend. privil. mendic.
tit. 4. c. 7. Azor p. 2. lib. 5. c. 34. Monet. de Conservat.
c. 7. q. 1. n. 36. Macerat. variar. resolut. lib. 1. resol. 16.
28 *n. 4.*, *& alii*; cum Jurisdictio illis impertita in
jure antiquo, non ratione officii, sed delegatio-
nis a Papa factæ, conveniat: &, si officium ha-
bent, illud Jure delegationis ejusdem habere di-
cantur, ut in aliis videre est, & notant cum
Gloss. dic. cap. 1. in princ. v. Conservatores doctores
laudati, aliique, quos citatos sequuntur *Pasqua-*
ligus quæst. mor. Can. Centur. 2. q. 579. & Barbos. ubi
supra n. 2.
29 Quamvis a Delegato in multis discriminetur
Conservator, ut notant *Sylvester verb. Conservator*
q. 2. Azor q. 5. Miranda art. 3. Peyr. n. 2., *& alii*,
quibus patrocinatur *Joan. Andr. in dic. cap. fin. de*
30 *offic. Jud. deleg. in 6.* inquiens, discriminari I. in eo,
quod delegatus esse queat quivis Canonicus cu-
juslibet ecclesiæ Cathedralis; Conservator vero
non, nisi simul sit in aliqua Dignitate, vel Per-
31 sonatu constitutus. II. in eo, quod ejus, qui
mihi datus est Delegatus in una causa, possum
ego esse delegatus in alia causa, salvo Jure re-
cusationis, seu cessionis; sed ejus, qui mihi da-
tus est Conservator, non possum ego Conserva-
tor esse, etiamsi non opponatur exceptio; cum
hujusmodi mutua defensio sit Juri suspecta, *Gloss.*
32 *margin. in cit. cap. fin. lit. D.* III. in eo, quod salvo
prædicto Jure recusationis, sibi subditum bene
possit quis impetrare delegatum, non tamen
Conservatorem; adeo ut deputatio Conservatoris
in his casibus sit ipso jure irrita, *cit. cap. fin. §.*
33 *ult. ibiq; Gloss. v. omnino.* IV. in eo, quod delega-
tus a Principe valeat causam sibi demandatam,
in totum, vel in partem alteri committere, jux-
ta *cap. Pastoralis, de offic. deleg.* secus tamen Con-
34 servator, ex *dic. cap. fin. §. vices quoque.* V. in eo,
quod Conservator si limites sibi traditæ potesta-
tis excedat, de aliis, quam manifestis injuriis,
& violentiis cognoscendo, vel ad ea; quæ judi-
cialem indaginem exigunt, sese intromittendo,
eo ipso per annum officio sit suspensus, &c. ut
suo loco dicemus ex *dic. cap. fin. §. ut autem*: se-
cus tamen Delegatus, cum hoc de illo in jure
expressum non sit, ut notat ibi *Gloss. v. suspensi.*
35 VI. in eo, quod etiamsi Conservator ex privilegio
haberet, posse alteri delegare; id tamen præstare
non possit, nisi illi, qui conditiones, ut esse
possit Conservator, alias habeat: sed delegatus
potest subdelegare eum, cui alias de jure fieri
potuisset delegatio. Ita *Joa. Andr. in dict. cap. in.*
quem per extensum refert *Sylvester, ubi supra. Mi-*
randa dic. art. 3., & alii. Utque addit *Pirhing.*
lib. 1. cit. decret. tit. 29. sect. 8. §. 2. a n. 209. & alii:
Discriminatur Conservator a Delegato VII. in 36
eo, quod delegatus generaliter ad causas præ-
sentes, & futuras dari non soleat; cum per hu-
jusmodi delegationem Ordinariorum Judicum mul-
tum derogetur potestati, *Gloss. in c. ad hæc, v. omnia*
negotia, de Rescript. Conservatoribus autem hu-
jusmodi generalis potestas conceditur, ut infra
videbimus, ob favorem pauperum, & oppresso-
rum, præsertim Ordinum Religiosorum, quorum
Sedes Apostolica speciale patrocinium gerit, eos-
que in suam protectionem recepit, *Gloss. in cit.*
cap. fin. v. edita, in addit. de offic. Jud. deleg. in 6.
VIII. In eo, quod nequeat Conservator extra 37
Civitatem, seu diœcesim, in qua est deputatus,
contra quoscumque procedere, aut aliquem ultra
unam dietam a finibus territorii civitatis, seu
diœcesis numerandam trahere, sive citare, ut
habetur in *dic. cap. fin. §. Conservatores, de offic. Jud.*
deleg. in 6. Neque de partium consensu; cum de
hoc nihil sit expressum in Jure: Delegatus au-
tem, licet nequeat, uti Conservator, extra civi-
tatem, aut diœcesim procedere, nec ultra unam
dietam trahere, ut habetur in *cap. statutum, 11.*
§. Cum vero, de Rescript. in 6., potest tamen de
consensu partium, ut colligitur ex *dic. cap. sta-*
tutum, §. In nullo.
Dicitur III. *a Papa Concessus*, idest, ut loqui- 38
tur textus *dic. cap. fin. v. Conservatores*, deputatus;
cum a solo Principe supremo, adeoque a Papa,
non ab inferiore, nequidem a Legato de Latere
Conservatores hujusmodi concedi, seu deputari
queant, ut infra videbimus *art. 5.*
Ubi notandum, expositas particulas in allata 39
definitione Conservatoris stare loco generis; in
quo convenit Conservator cum cæteris, qui de-
legatam habent potestatem judicandi: reliquas
vero sequentes particulas se habere loco differen-
tiæ, per quas Conservator ab aliis delegatis Ju-
dicibus discriminatur.
Dicitur IV. *ad defendendos aliquos*, puta Regu- 40
lares; cum hoc sit privilegium etiam Regulari-
bus concessum; & hic sit finis per se intentus
a Jure communi in Conservatorum institutione,
ut propterea Tutores, & Defensores etiam no-
minentur, ut initio insinuavimus, *Sorb. in Com-*
pend. privil. Mendic. v. Conservatores sunt autem, Le-
zana in summ. tom. 1. v. 10. d. Conservat. n. 1. & alii.
Et quidem ad defendendos eosdem, tum quoad
personas, quarum favore principaliter dantur
Conservatoriæ, ut probat *Monet. cap. 1. q. 2. n. 13.*
tum quoad Religiones ipsorum, Monasteria, seu
Conventus, eorumque Bona, Jura, Privilegia,
&c., ut melius infra explicabitur.
Non tamen quoad Familiares, & Servos, cum 41
cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. de illis solis, qui-
bus Conservatoriæ literæ conceduntur, adeoque
de Regularibus, non etiam de ipsorum Fami-
liaribus, & Servis, quibus non conceduntur,
loquatur sic: [Conservatores defendere possint,
quos eis committimus defendendos.] & [Con-
servatores, qui aliquibus, ut a manifestis inju-
riis, & violentiis tueantur eosdem.] Dictio enim
vos, illos, aut similes, personales sunt, *l. 1. ff. de* 42
vulg., & pupil. l. ult. c. de instit., & substit; *cum utro-*
bique not. Menoc. lib. 4. præsumpt. 62. n. 6. Et multo
magis personalis est dictio *eosdem*, ut tradit *Bart.*
in l. si quis servum §. ult. ff. de leg. 2. & DD. pas-
sim. Quod vel ex eo patet, quia tamquam pri-
vilegium speciale conceditur in Jure novo ex di-
cendis *art. seq.*, quod Regularium Conservatores

protectionem suam extandere valeant ad familia-
res, & servos etiam eorumdem.
43 Quamvis, si injuria, Regularium familiaribus,
& servis irrogata, talis sit, ut etiam in injuriam
Regularium ipsorum redundet; tunc ad eosdem
quoque familiares, & servos tuendos dirigatur
Conservator. Nec valet dicere, in tali casu a
Judice Conservatore Regulares defendi quidem,
non familiares, & servos, postque Regulares uti
Conservatore adversus injuriam mediate sibi fa-
ctam, non autem servos, & familiares: cum in
oppositum pro priori sensu extet bonus textus in
l. 1. §. fin. ff. de injur. & *§. Item per Uxorem, juncto*
44 *§. seq. Inst. eod. tit.* Favet nostræ opinioni *Monet. de*
Conserv. c. 7. q. 10. a n. 535., contendens *n. 580.*,
Ecclesiarum servos uti posse Conservatoriis, con-
cessis ipsis Ecclesiis: quia *ex c. 2. de for. compet.*,
injuria, quæ hujusmodi servis Ecclesiarum infer-
tur, ipsis Ecclesiis irrogati dignoscitur: atque
adeo, cum tunc præsumptione juris injuria Ec-
clesiæ censeatur, Conservator Ecclesiæ deputatus,
juxta traditam sibi facultatem a Principe, eam
injuriam jure medio potest vindicare actione a
servis; vel saltem ab Ecclesiis coram eo inten-
tata. Pro quo etiam facit optimus textus in *cap.*
45 *auctoritate de privil. in 6.*, ubi a contrario sensu
exempti possunt esse actores, seu defensores in
causis propriorum servorum, & familiarium co-
ram Judicibus suis Conservatoribus, ut expresse
tradit ibi *Gloss. v. liberorum, & v. revocamus.* Quan-
do autem injuria, facta servo, censeatur Domino
facta, ita ut hic civiliter, aut criminaliter agere
possit actione injuriarum, late tradit *Farinac. lib.*
3. quæst. crim. q. 105. inspect. 6.
46 Dicitur V. etiam *Actores*: quia stando præcise
dispositioni præfatorum *cap. 1. & fin. de offic. Jud.*
deleg. in 6., possunt Regulares, etiam ut Actores,
coram suo Conservatore reos quoscumque, seu
Laicos, sive Clericos (de quo puncto infra) tra-
here, & convenire, ut docent *Joan. Andr. in dic.*
cap. fin. n. 2. Jo. Monac. ibid. Monet. de Conservat. c. 7.
q. 6. n. 338. Peyr. ad Const. Greg. XV. §. 6. n. 46., &
alii, quibus subscribunt *Donat. in prax. tom. 1. tract.*
57. de Conservat. q. 10. n. 1. & Lezana in summ. quæst.
Regul. part. 2. cap. 50. n. 30., moti ex illis verbis
cap. fin. [Conservatores non præsumans trahere ul-
47 tra unam dietam]: ergo a contrario sensu, (quod
sane argumentum fortissimum est in jure, ut pa-
tet *ex lege l. ff. de offic. ejus, cui mand. est Jurisdict.*
& c. cum Apostolica, de his, quæ fiunt a Prælat.,
ac cap. cum vistum, de Regular.) intra illam trahe-
re possunt. Sed trahere proprium est Actoris,
trahentis ad Judicium, ut manifeste liquet ex
illis verbis *Constit. Gregorii XV. incip.* [*Sanctis-*
simus] §. 9. [Alios convenire, aut trahere non
possint;] & ex infra dicendis *art. 3. ass. 2. a n. 10.*
melius patebit: ergo &c.
48 Dicitur VI. *Contra manifestas injurias, & violen-*
tias, scilicet non solum illatas, sed etiam proba-
biliter inferendas, & quidem civiliter santum
procedendo.

Et sane contra manifestas injurias, & violen-
tias, non solum *illatas*, sed etiam probabiliter
inferendas, deputari Conservatorem, docent ea-
dem *Gloss. in dic. cap. 1. de offic. Jud. deleg. in 6. ibi-*
que Jo. Andr. in princ., & Jo. Monach. n. 5. Azor. tom.
2. lib. 5. c. 35. q. 7. Miranda in man. tom. 2. q. 47. art.
49 *7. concl. 4.*, & alii passim. Et recte quidem, quia
defensio licet proprie in utrisque, magis tamen
proprie in arcendis injuriis, & violentiis inferen-
dis sita est, ut notat *Barbos. alleg. cit. n. 34.*, & ex
eo *Lezana n. 33.*, addens proinde cum *Donat. tom.*
1. tr. 7. q. 50. n. 16., & aliis, Conservatorem, si- 50
quos paratos videat ad damnum monasterio infe-
rendum, posse prohibere; &, si opus fuerit, sub
pœna etiam excommunicationis cogere, ut a dam-
nificatione abstineant, prout habetur in *cap. sa-*
cro, de sent. excomm. Non secus, ac cogere potest
reum ecclesiasticis censuris, ad satisfaciendum pro
damno jam illato, ut ex *Azor.*, & Doctoribus pas-
sim notat *Peyr. tom. 2. ad Constit. Gregorii XV.* su-
pra citatam *n. 41.*
Adversus autem manifestas injurias, & violen- 51
tias, seu illatas, sive etiam inferendas civiliter
santum Conservatorem procedere posse, ad pri-
vatam nimirum Regularium sibi commissorum
utilitatem; non autem criminaliter, idest ad pu-
blicam utilitatem, & vindictam, aut mixte,
utramque nimirum utilitatem, tam Religiosorum
privatam, quam publicam, æque principaliter
respiciendo, inferius *art. 24. asser. 1. a n. 16.* cum
communi Doctorum sententia firmabimus; cum
attento Jure communi pro solis causis civilibus,
in quibus videlicet ad privatam utilitatem pro-
ceditur, Regularium Conservator sit iisdem da-
tus, non item pro criminalibus, in quibus pu-
blica utilitas intenditur: neque pro istis, in
quibus utraque respicitur utilitas, publica nimi-
rum, & privata, ut *cit. art. 24.* dicemus.
Quænam vero sit injuria, & violentia mani-
festa, fuse explicant Doctores. Ut brevitati con-
sulamus,
Manifestum est hic idem, quod Notorium, seu 52
quod nulla potest probabili tergiversatione celari,
vel excusatione defendi, *c. ex parte, de verb. si-*
gnific. & c. ult. de Cohabit. Cleric., & Mulier. Gloss. in
c. 1. de offic. Jud. deleg. in 6. v. Conservatores. Et aliud 53
est Notorium Facti, aliud vero Juris. I. generis
est, quod per evidentiam facti ita notorium est,
ut examinatione non indigeat: vel, si indigeat;
potest tamen probari clare, & certitudinaliter
per multos testes, ita quod negari non possit,
Tuschus v. manifestum concl. 71. n. 7. Jo. Monac. dic.
cap. 1. n. 3. de offic. Jud. deleg. in 6. Rodriquez tom. 1.
q. 65. art. 12. Miranda in man. tom. 2. q. 47. art. 7.
Concl. 1. Peyr. ad dic. Constit. Gregorii XV. §. 6. n. 38. &
alii. II. vero generis, quod Reus in Judicio fa-
tetur; cum, per confessionem Rei in Judicio,
notorietas Juris inducatur, *c. vestra, de Cohabit.*
Cleric. juncta Glossa v. Notorium; Marant. de Jurisdict.
ordin. p. 6. de Confess. Farinac. prax. Crim. q. 21. n. 31.,
ita ut ex inde cesset omne dubium, cognitio-
nem exposcens, & judicialem discussionem; *Gloss.*
cit. Anchar. in dic. cap. 1. n. 5., & alii.
Injuria vero dicitur, quidquid non jure fit, ut 54
nomen ipsum indicat; cum ly *in* sit particula
privativa, ut ex *Jo. Andrea c. 5. de Jud. deleg. in*
princ. v. Injuriis, ibique Gemin. n. 5., Franc., & Ar-
chidic. n. 2. tradunt *Donat. tom. 1. tract. 7. de Conser-*
vat. q. 8. n. 2. Peyr. loc. cit. n. 35., & alii cum Monet.
c. 1. q. 2. n. 14. Continetque sub se, tum violatio- 55
nem privilegiorum; injuria siquidem est, privi-
legia violare, ut notat *Jo. Andr. in cap. fin. n. 3. de*
offic. Jud. deleg. in 6., & ex eo Monet. n. 15., & alii:
tum culpam, & contumeliam, iniquitatem, &
injustitiam, ut docent *Host. in summ. tit. de Injuriis*
n. 1. Farin. 3. p. prax. Crimin. l. 3. q. 105. inspect. 5.
n. 2., & alii.
Fit autem injuria tribus modis: Re nimirum, 56
Verbis, & Literis. Re; quoties per manus in-
fertur: Verbis; quoties per convicium: Literis
demum; quoties quis librum, vel libellum fa-
mosum, carmen, aut historiam, ad infamiam
alicujus pertinentem scribit, vel componit, edit,
man-

mandat, consulit, aut dictat, vel exemplar, in loco publico legit, vel vendit, emit, retinet, vel affigit in publico, vel publicat, aut invenit, & non combnrit, vel carmina, aut cantiones in alterius infamiam compositas cantat, &c., ut explicat laudatus *Peyr. n. 36.*

57 Violentia demum est injuria cum vi, & impetu personis, vel rebus irrogata. Eaque, ut distinguis *Menoch. in prælud. de recuper. possess. a n. 38. Tuschus v. vis, & violentia concl. 214., & Peyr. sup.*
58 *n. 37.* Quintuplex est: I., *Ablativa*, quoties nimirum aliquid per vim aufertur. II., *Expulsiva*, quoties per vim de possessione quis ejicitur. III. *Compulsiva*, quoties per metum compellitur quis, aliquid facere, quod alias sponte non esset facturus. IV., *Turbativa*, quoties possessor in sua possessione turbatur. V. Demum, *Inquietativa*, non multum a turbativa discedens, quoties non sinit quis, alium uti sua pace, & quiete; vel alter eo invito, vult in suo fundo ædificare.

59 Atque hic notandum, quod licet violentiæ nomen sub nomine *injuriæ* contineatur, ut contendit *Franc. in dic. cap. 1. n. 2. de offic. Jud. deleg. in 6.*, vel sub nomine *Manifestæ Injuriæ*, ut volunt alii apud *Monet. n. 16.* Quamobrem laudatus *Moneta* in definitione Conservatoris ponit dumtaxat manifestas injurias, a quibus Conservator tueri debet personas conservandas, nec addit *violentias*; nihilominus, quia in *cap. 1. & fin.* adjicitur, apponenda est, saltem majoris explicationis, seu declarationis, & exemplificationis causa; cum præsertim, quod ita ponitur, non frustra, nec supervacanee apponatur, ut etiam in fine notabimus; & sic particula & posita in dicto *cap. 1. & finali*, inter verba illa *manifestis injuriis*, ac illud *violentiis* intelligenda est, non copulative, seu ampliative, sed expositive, pro *idest*, cohærenter ad *tex. in l. 1. ubi Gloss., & Doctores, ff. de pact. & Can. In Synodo dist. 63.* Vel declarative, seu exemplificative, quatenus nimirum affert exemplum principalis speciei, sub genere injuriæ contentæ, ut *in Rubr. ff. de vi, & vi armat.* Nisi dicere velimus, concludit *Moneta* citatus, quod tam in *dic. Rubr.* quam in *dic. cap. 1. & fin.* allata particula & ponatur, non inter genus, & speciem, sed inter duas species.

61 Dicitur VII. contra *manifestas dumtaxat* injurias, & violentias, scilicet non contra obscuras, & dubias, in quibus probandis, & verificandis omnino judicialis indago necessaria est, ut in *cap. 1. cit.* expressum legitur. [Nec ad alia, quæ judicialem indaginem exigunt, suam possint extendere potestatem]. Et in *cap. fin.* [Si de aliis, quam de manifestis injuriis & violentiis se intromiserint, seu ad alia quæ judicialem indaginem exigunt suam extenderint potestatem.] Cum-
na pertineant ad Ordinarium, teste *Gloss. in dic.*
62 *cap. 1.* Quamobrem Religiosi, recusantes solvere decimas, attento Jure antiquo, nequeunt coram Conservatore conveniri, sed coram Ordinario conveniendi sunt; cum id injuria, & violentia manifesta non sit, & judicialem discussionem, ac indaginem requirat, teste *Nicol. Lucubr. Canon. lib. 1. tit. 29. n. 13. except. 10. apud Monacellum in appendice ad form. p. 2. adnot. ad Const. Greg. XV. de elect. Conservat. n. 4.* Quemadmodum coram eodem Ordinario, non coram Conservatore, iidem, etiam Rei, trahendi sunt in reliquis causis civilibus, quæ manifestæ non sunt, requiruntque judicialem Indaginem, & discussionem, ut etiam declaravit *Sac Congreg. Concil. die 24. Martii 1657.*

63 Et ita contra manifestas injurias, & violentias deputatus est Conservator, ut neque de mutuo partium consensu prorogari queat ejus Jurisdictio ad non manifestas. Et quamvis Jurisdictio Con- 64
servatoris de consensu partium, prorogari valeat de re ad rem, sive de causa ad causam, quia jurisdictio, seu delegata, sive ordinaria, sic valet prorogari, ut ex variis Juribus, & Doctoribus optime docet *Monet. de Conserv. c. 7. q. 8. n. 441.* cum ea tamen limitatione, quod prorogatio fiat ad causam similem, hoc est specie non differentem: Unde bene deducit, quod Judicis, qui 65
est deputatus in causa civili, Jurisdictio dumtaxat prorogari queat ad causam civilem, non ad criminalem: sicut & illius, qui est deputatus ad causas misti imperii, prorogari queat Jurisdictio ad alias hujusmodi causas, non ad causas meri imperii: non secus, ac illius, qui est ad causas certæ quantitatis deputatus, fieri queat prorogatio ad majorem, vel minorem, quia magis, & minus non variant speciem, ut cum Philosophis tradunt etiam Jurisconsulti. Nequit tamen eadem Conservatoris jurisdictio de consensu partium de causa manifestarum injuriarum ad causam injuriarum non manifestarum prorogari.

Et sane cum ad omnes omnino injurias, & violentias manifestas, qua tales, sit deputatus Judex Regularium Conservator; non apparet, quomodo ejus Jurisdictio prorogari queat ad Causas similes, quæ profecto non aliæ esse deberent, nisi injuriæ, & violentiæ manifestæ. Injuriæ siquidem, & violentiæ non manifestæ dissimiles sunt, & ab illis specie differunt; & sic ad has, utpote dissimiles, de consensu partium, fieri nequit prorogatio. Et etiamsi non dissimiles forent, neque specie diversæ, adeoque de se posset ad illas fieri prorogatio; cum habeatur decretum irritans in *cap. fin.*, quod omnem prorogationem, etiam de consensu partium excludit, ut mox infra videbimus; Consensus partium nihil confert ad illam, ut recte notat *Monet. n. 443.*

Quod si de consensu partium prorogari non 66
possit Jurisdictio Conservatoris ad injurias, & violentias non manifestas; neque consuetudine legitime præscripta, seu legitima Præscriptione prorogari potest ad easdem; ut probabilius arbitror contra *Monet. c. 7. q. 9. & 10. n. 507. & 554.*

Non obstat, quod Jurisdictio Conservatoris, quæ de jure, aut rescripto, seu privilegio competit; possit per Consuetudinem legitime præscriptam, vel legitimam Præscriptionem augeri, ita nimirum, ut si ea jurisdictio sit ad causas civiles, augeri queat etiam ad criminales; & consequentes si sit ad manifestas injurias, augeri etiam possit ad non manifestas. Non obstat, inquam: quia, ut alia omittam, urget in contrarium decretum irritans, appositum in *dic. cap. fin.*, utpote quod omnem Consuetudinem tollit, 67
nedum in præteritum, sed etiam in futurum, seu de cætero illam exprimat, sive non, ut docet communissima Doctorum sententia cum *Gem., Franc., Archid., & Jo. Andr. in cap. Cum de Beneficio, de præben. in 6. Curt. dic. cap. fin. Sect. 8. n. 7. Pel. in cap. Cum accessissent, reg. 3. limit. 4. n. 50. Prob. in cap. Tibi, qui n. 7. de rescript. in 6. Barb. Clem. 1. n. 23. de elect. Præpos. Alex. in Can. In istis, §. leges dist. 4. Rebuff. in Concord. sub rubr. de firm., & irrevoc. Concord. stabilit. vers. plus dicit, Gonzalez. ad reg. 8. Cancell. Gloss. alt. n. 50. Ruin. Cons. 23. n. 13. vol. 2. & Cons. 102. n. 11. vol. 3. & aliis.*

Dicitur VIII. Contra manifestas dumtaxat *aliorum* 68
injurias, & violentias; puta omnium, & quorumcumque, cujuscumque sint conditionis, & digni-

tatis:

tatis: tum quia Pontifex in *dic. cap. 1. & ult. de offic. Jud. deleg. in 6.* loquitur de injuriis indefinite, idest a quibuscumque personis illatis, vel probabiliter inferendis. Tum etiam, quia ita sæpe decisum testantur *Lopez in cap. Per vestras. §. Sed pulchra dubitatio. n. 3. de donat. inter vir., & uxor. Salsed. in pract. Crim. p. 3., & in facti contingentia, Rodriquez tom. 1. quæst. regul. q. 65. art. 11. ac Miranda in Man. tom. 2. q. 47. art. 7. concl. 3.* Tum denique, quia ex hoc non defraudatur, nec usurpatur Jurisdictio Regia; cum hæc crimina sint misti fori, ut dicitur in *c. Cum sit generale de foro Compet.* Et habetur expressa in *l. 58. tit. 6. p. 1., & l. 4. tit. 18. ead. part.* Et magis expressa in quadam lege regia *tit. 53. lib. 1. Ord.* apud *Rodriquez & Mirandam loc. cit.*

69 Quamobrem ad defendendos Regulares deputatus est Conservator adversus manifestas injurias, & violentias, tum a Magistratibus Laicis illatas, vel probabiliter inferendas, *Monet. de Conser. c. 8. q. 4. Concl. 1. n. 160.* Tum a Laicis inferioribus, *Rodriquez q. 65. art. 1. Concl. 1.* Tum etiam a Clericis. *Idem ibidem cum Miranda q. 47. art. 3.; & aliis*, sicut & ab Episcopo: immo a Legato, seu Nato, sive etiam de Latere, *Sanchez tom. 2. Consil. lib. 6. c. 9. dub. 6. n. 4. Pellizz. in Man. Regul. tom. 2. tr. 8. c. 8. sect. 4. q. 33. n. 134. & alii.* Quin & a Religiosis alterius Ordinis; a Doctoribus, vel Scholaribus, seu Cancellariis Universitatum, aliisque Communitatibus, ex privilegio Apostolico etiam Conservatorem habentibus pro suis causis, *Mirand. loc. cit. art. 12. Pellizz. supra q. 14. Rodriquez. art. 15. & alii.*

70 Nec obstat, quod par in parem non habet imperium, ut dicitur in *l. Nam Magistratus, ff. de arbitr. l. ille, a quo, §. Tempestivum ff. de trabell. Can. Inferior, dist. 21., & cap. Innotuit, de elect.*

71 Non obstat, inquam; nam ratione delegationis, seu in causa sibi commissa major quis eo est, cui aliunde est par; aut etiam inferior, ut liquet ex *cap. sane il 2. de offic. deleg., ac cap. Pastoral., §. Præterea, de offic. Ordin.*, & in specie adnotavit *Gloss.*, quam alii sequuntur in *dic. cap. Innotuit, v. in parem.*

72 Nec etiam obstat, quod Privilegiatus contra pariter Privilegiatum uti non possit privilegio suo, ut habetur ea *Auth. de sanctissimis Episcopis §. sed hac præsenti*; & ex *l. Verum, §. ult. cum legibus seq. ff. de minoribus.*

73 Non obstat, inquam; licet enim ea regula procedat, ubi utriusque par sit causa, quando nimirum utrumque privilegium sit æquale, æque favorabile, & concurrat in actu, & exercitio, ut docent plures, relati a *Barbos. axiom. 190. n. 1.* Cujus ea potest esse ratio, quia teste *Philosopho l. 4. de Generat. c. 7. text. 50.* [Simile non agit in omnino simile:] Non valet tamen, ubi causa sit impar, quando nimirum ambo privilegia non sint æqualia; quia tunc majus præfertur minori, *Caccialup. in l. omnes populi ff. de Justit., & jur. n. 122.*

74 Vel quando unus sit dupliciter privilegiatus, non ita tamen alter; nam iste cedit illi, *Cephal. Consil. 148. n. 18.* Vel quando agatur de damno vitando, & lucro acquirendo; cum præferatur tunc, qui damnum passus, vel passurus est, *Bart. in Auth. Quas actiones C. de sacrosanctis Ecclesiis n. 3. §. Potius autem.* Vel quando uni assistat jus commune, & non alteri; nam hic illi cedit, *Covarr pract. quæst. c. 7. §. sexto.* Vel quando unus privilegium habeat in actu, actuque sit in ea re, & in ea specie, de qua controvertitur, non ita tamen alter; quia [In pari delicto, & causa melior est conditio possidentis,] ut *juxta regul. Juris sentam* doceat passim Doctores: vel quando unus privilegium habeat in specie, alius vero in genere; quia tunc huic ille præfertur, *Bart. in cit. Auth.* cum manifesti Juris sit, quod privilegium speciale privilegio deroget generali, conformiter ad *regul. 34. juris in 6.* [Generi per speciem derogatur.]

In nostro proposito causa Religiosorum injuriatorum, & injuriantium par non est; nec utrumque Conservatoris privilegium æquale, æque favorabile, & concurrens in actu, ac exercitio: nam privilegium Conservatoris Regularium pro tuendis Regularibus ab injuriis, per alios Regulares, &c., simile Conservatoris privilegium habentes, illatis, aut inferendis, præfertur ulteri aliorum Regularium, &c., injuriantium: tum quia, ut alia ex mox insinuatis prætermittamus, quæ facile possunt applicari, casus est de damno manifestarum injuriarum, vitando. Tum quia, licet utrique Regulares, &c. injuriantes, & injuriati, privilegium habeant in genere Conservatorem eligendi adversus manifestas injurias, & violentias; in casu tamen speciali, quo Religiosi A manifeste sint a Religiosis B injuriati, soli Religiosi A sunt specialiter privilegiati ad Conservatorem eligendum, qui illos a manifestis tueatur injuriis Religiosorum B. Tum denique, quia Religiosi A actu injuriam patiuntur, actuque læsionem habent; &, ut tales, auxilio indigent restitutionis ad reparationem damni; & consequenter privilegium habent in actu. Non ita tamen Religiosi B, qui injuriam inferunt, non patiuntur; faciunt, non recipiunt. Et sic in proposito privilegia non sunt æqualia, neque privilegiatus currit contra pariter privilegiatum. 75

Immo si res funditus introspiciatur, nec duo sunt privilegia Religiosorum, injuratorum unum, & alterum injuriantium, sed unum dumtaxat, scilicet injuriatorum; nec duo privilegiati, Religiosi A injuriam patientes, & Religiosi B injuriantes; sed unus privilegiatus, soli nimirum Religiosi A, ut notant, & bene *Miranda art. 12. Reiffenst. lib. 1. decretal. tit. 41. q. 4. a n. 44., & alii.* 76

Cæterum si proposita regula vim haberet, ut ab adversariis contenditur; neutri Religiosi possent Conservatorem eligere adversus sese invicem; quod esset contra concessionem expressam tot, tantorumque Conservatoriarum, indulgentium, ut Religiosi possint Conservatores eligere adversus quascumque personas Laicas, ecclesiasticas, tam regulares, quam sæculares, nec non adversus Communia civitatum, & diœcesum, &c. ut liquet ex *Conservat. Clementis VII.* pro Minimis, & ea aliis, quas laudat *Rodriquez*, ubi supra. 77

Dicitur IX. *Intra Civitatem*, seu *diœcesim*, pro qua nimirum fuerit deputatus, & *non extra procedens*: (puta non extra diœcesim, seu stricte sumptam, cujusmodi est diœcesis Episcopi respectu ipsius Conservatoris, vel alterius Episcopo inferioris: vel late sumptam, qualis est provincia, seu metropolis Archiepiscopi, Metropolitani, sive Episcopo superioris, ubi Episcopo superior, seu Archiepiscopus Metropolitanus fuerit Conservator. Cum nomine *Diœcesis* in jure non semel provincia, seu metropolis intelligatur, & e converso, ut compluribus allegatis juribus probat *Archidiac. in cap. Statutum, de Rescript. in 6. circa medium.* Et Archiepiscopus Conservator in tota sua metropoli procedere queat, ex infra dicendis *art. 54. asser. 2.*) *Neminem ultra unam dietam a* 78

79 *fine*

fine diœcesis illius trahens. Conservator siquidem
Regularium ad terminos Juris communis nonnisi
intra Civitatem, seu diœcesim sive provinciam
pro qua deputatur, procedere potest. Quod tamen
intelligendum est regulariter: si enim in aliquo
casu intra civitatem, seu diœcesim sive provinciam
ob aliquam rationabilem causam procedere nequeat;
poterit utique in tali casu extra illam, dum-
modo non ultra unam dietam procedere, confor-
miter ad *cap. Statuimus de offic. Deleg. in 6.*, ubi
sic habet Pontifex: [Statuimus, ut is, per quem
ab Apostolica Sede certo loco inquisitio fieri,
vel quidquid aliud expediri mandatur, si propter
potentiam, vel malitiam illius, contra quem in-
quiri debet, sive procedi, seu fautorum ejusdem,
non possit hoc exequi eo loco secure, (ne ipse
commodum ex dolo, vel fraude reportet) ad id
exequendum alium locum eligat idoneum, &
securum. Idem faciat si alia rationabilis causa
subsit, propter quam in loco decreto perfici ne-
queat commode, quod mandatur: ne tali præ-
textu impediri contingat mandatum Apostoli-
cum, vel differri.] & *cap. Statutum, de rescript.
in 6.*, ubi casus hujusmodi recensentur sic: [cum
vero ejusdem civitatis, seu diœcesis fuerint A-
ctor, & Reus, extra ipsas, causa non commit-
tatur, nec conveniatur aliquis eorumdem, nisi
ab Episcopo contra aliquem de sua diœcesi, vel
ab aliquo contra eum, aut contra ejus Capitu-
lum, seu contra Universitatem Civitatis, Vil-
læ, aut Castri, fuerit actio dirigenda: vel nisi
Actor eamdem civitatem, vel diœcesim intrare
non audens, aut sui adversarii potentiam merito
perhorrescens, eum infra ipsas nequeat conveni-
re secure: in his quippe casibus extra dictas ci-
vitatem, & diœcesim possit contra prædictos
causa committi. Nullus tamen eorum ultra
unam dietam a fine suæ diœcesis valeat conveni-
ri, &c.]

80 Extra recensitos autem, aliosque id genus ca-
sus, ita Conservater debet intra Civitatem, seu
diœcesim, & provinciam procedere, neminem ul-
tra unam dietam trahendo a fine civitatis, seu
diœcesis, & provinciæ illius, ut ne quidem, ad-
dit *Monet. q. 8. concl. 7. n. 446. & 447.*, de mutuo
partium consensu, jurisdictionem conservatoriam
de loco ad locum prorogantium, valeat extra il-
81 lam procedere. Licet enim de mutuo partium
consensu Jurisdictio Conservatoris de se posset non
solum in hac, sed in quavis etiam alia specie
prorogari; adeoque de persona ad personam, de
re ad rem, de causa ad causam, de casu ad
casum, de uno modo cognoscendi ad alium, de
tempore ad tempus, de loco ad locum (quæ
sunt species prorogationis, de consensu partium
fieri solitæ) ut contendit laudatus *Monet. supra
n. 410.* nihilominus attento *dic. cap. fin. & cap. Sta-
tutum §. In nullo autem, de Rescrip. in 6.*, Jurisdi-
ctio Conservatoris prorogari non potest de loco
ad locum per mutuum partium consensum, uti
neque de causa ad causam, ut supra diximus,
deque persona, habente qualitates requisitas, ad
non habentem, ut inferius dicemus loco suo.
Movetur autem *Moneta loc. cit.* (estque ratio mi-
litans in omnibus recensitis prorogationum spe-
ciebus) cum ex eo, quia, ut arguit *Gloss. dic. cap.
fin. verb. prænunant*, si voluisset Papa; de partium
consensu, utramque prorogationem fieri, de loco
nimirum ad locum, & de causa ad causam,
facile id exprimere potuisset, & expressisset *in
dic. cap. fin. §. Conservatores autem*; sicut in simpli-
ci delegato expressit, quod procedere etiam va-
leat extra locum deputationis suæ, *in cit. cap. Sta-
tutum.* Tum etiam ex eo, quia in eodem *cap.
fin.* apponitur decretum irritans in hæc verba:
[Quidquid autem contra præmissa, vel eorum
aliquod attentari contigerit, omnino decernimus
irritum, & inane.] Decretum autem irritans, 82
ut ipse ait, *q. 8. concl. 3. n. 417.* irritat, & inficit
omnia, quæ fiunt in contrarium, omnesque juris
effectus tollit ita, ut nec aliquod juris fomen-
tum habeant, *Mandos. ad Regul. 7. Concell. q. 4. n. 3.
Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloss. ult. n. 12. Gabr. com-
mun. concl. lib. 6. tit. de clausul. concl. 3. n. 56.* Ligat
appositum a Papa etiam ignorantes, licet in eo
non sint adjecta verba illa: [scienter, vel igno-
ranter] ut in *dic. cap. Statutum, & fin. Gabr. cit.
concl. 3. a n. 1.*, & *Gonzalez dic. gloss. ultim. n. 18.*
Præscriptionem, & consuetudinem tollit legitime
præscriptam ex dictis. Inducit formam in actu,
Bal. in leg. 1. v. quæro ergo, ff. de lib., & *posth. Fel.
in cap. Cum accessissent, vers. Et ubi apponitur Clau-
sula, de Const.*, & *alii.* Ac dispositioni, cui ad-
jectum est, nequit pars renunciare, etiamsi com-
modum ejus contineat dispositio, *Gloss. in cap. dis-
pendia, v. processus, de rescript. in 6. Cum Archid.,
Jo. Andr., Fant. Gem. Front. ibid.* Et favet textus
in *cap. Dilecto, ubi Host. Anchar. Jo. Andr. Abb. &
Butr. de præbendis. Gloss. in dic. cap. Statutum, verb.
Committantur, cum Doctoribus ibi magis communiter
de Rescript. in 6.* Et quamvis complures doctores 83
oppositum sustineant quoad privatum commodum;
conveniunt tamen omnes in eo, quod disposi-
tioni, cui adjectum est decretum irritans, ne-
queat pars renuntiare, si favorem contineat pu-
blicum, vel magis principaliter, vel æque saltem
principaliter favorem publicum contineat, ac pri-
vatum. In proposito autem *dic. cap. fin.* continet 84
non merum partis favorem privatum, sed prin-
cipaliter publicum; quia Constitutio requirens
certas qualitates in Judicibus, quibus causæ com-
mittendæ sunt; tendit in favorem Apostolicæ
Sedis, ne in talibus ministris vilipendatur, *Can.
in Sacerdotibus dist. 61. Cum simil.* favor autem Apo-
stolicæ Sedis, ut maximus, ita & publicus est.

Concedit tamen *Monet. c. 7. q. 9. Concl. 9. n. 507.*, 85
quod per consuetudinem legitime præscriptam,
seu per legitimam præscriptionem valeat Conser-
vator extra civitatem, & diœcesim, in qua est
deputatus, propriam jurisdictionem extendere.
Sed nescio, qua cohærentia, cum decretum ir-
ritans, appositum in *dic. cap. fin.*, nedum irritet
consensum partium, sed quamcumque etiam con-
suetudinem, & præscriptionem ex dictis, sive de
cætero consuetudo, vel præscriptio expressa in eo
sit: [Non obstantibus consuetudinibus;] ut ipse
concedit *n. 510.* sive non expressa; ut per ipsum-
met *Monetam* decretum irritans ligat ignorantes,
etiamsi in eo adjecta non sint illa verba: [scien-
ter, vel ignoranter.]

Dicitur tandem: *judiciali non utens indagine*, 86
ea nimirum causæ cognitione, & discussione,
quæ a Judicibus vere, & proprie talibus adhibe-
ri solet in rebus dubiis, & obscuris: non autem
a Judicibus etiam minus proprie in notoriis, &
manifestis, ut ex *Gloss. in dic. cap. 1. verb. indagi-
nem, Jo. Andr.* ibi, & aliis explicat *Peyr. §. 6. n. 34.*
sive, ut exponit *Monet. c. 8. a n. 1.* ex variis juri-
bus, & doctoribus, ea causæ cognitione, & dis-
cussione, quæ adhiberi solet in causis plenariis;
imo etiam in summariis, quæ aliqualem indagi- 87
nem exigunt, de qua in *Clem. sæpe, de verbor.
signific.*, & *in tit. de libell. oblat., de Testib., de lit.
Contest.*, & *aliis*; & mediæ sunt inter Plenarias,
requi-

requireotes judicialem indaginem prædictam, &
Notorias, judicialem indaginem oon requirentes,
vel falrem longe leviorem illa, quam requirunt
causæ summariæ. Cujusmodi est, ut tradunt *Mo-
net. loc. cit. n. 7.*, *Peyr. n. 39.*, & *40.*, & alii, illa
Judicialis indago, quæ in Notoriis solet adhi-
88 beri. Quamobrem Conservator, Regulares tuen-
do ut defensor, auxiliator, & pars illis assistens,
etsi nequeat in manifestis injuriis, & notoriis violen-
tiis eam judicialem indaginem adhibere, quæ adhi-
betur in rebus dubiis, & obscuris, sive in causis
Plenariis, imo etiam io Summariis; potest oi-
hilominus illam judicialem indaginem servare,
sive illum juris ordinem, & quidem levissimum,
qui in notoriis communiter servatur. Quod satis
expressum habetur in *cit. cap. 1. de offic. deleg. in 6.*
ubi Innocentius IV., qoi ejusdem *cap.* auctor
fnit, exponens illa verba: *Nec ad alia*, sic ha-
bet: [Præter quam io Notoriis, quia in Noto-
riis bene habebunt iodaginem.] Et in fine con-
cludit: [Expone ergo sic literam, quia noo ha-
bebit indaginem judicialem, supple in oon no-
toriis.]
89 Et sane, ut arguit *Peyr. loc. cit.*, & alii passim,
coocessa alicui Jurisdictione in notoriis, necessa-
rio censentur eidem ea omnia concessa, sine qui-
bus illa Jurisdictio expleri non potest, ut constat
ex *lege 2. ff. de Jurisdict. omn. Judic.* sed Jurisdi-
ctio, Conservatoribus impertita, est in Notoriis,
quam non possunt explere, nisi delinquentes ci-
tent, & citatos examinent, atque contumaces
90 puniant in expensis: ergo, &c. Item ubicumque
jurisdictio competit alicui respectu certæ qualita-
tis, ante omnia debet eidem, de illa qualitate
constare, *Bart. in l. Multum interest, n. 5. & §. ff. de
condit. & demonstrat. Vant. de nullit. tit. ex defectu
jurisdict. ordin. n. 107.* communiter. Sed Conserva-
tori de jure communi antiquo competit facultas
defendendi in Notoriis. Ergo & examinandi te-
stes super notorietate, ad hoc, ut cognoscat, an
illa ad suam jurisdictionem pertineat: secus inu-
tile foret Conservatoris officium; cum quisque
dicere posset, suum delictum non esse notorium.
91 Hinc potest Conservator summarie de qualita-
te Injuriæ examinare, num clare de ea appa-
reat; & super ea probationes recipere ita, ut,
si illam reperiat notoriam, procedat: sin minus,
se incompetentem pronunciet, *Gloss. in dic. cap. 1.
v. Conservatores*; cum non habeat potestatem de-
fendendi ab injuria simplici, sed qualificata, seu
notoria, *Riccius p. 2. decis. 257. n. 11. & p. 3. decis.*
92 *191. n. 8.* Quod etiam notat *Azor. instit. Mor. p. 2.
lib. 5. c. 34. q. 8.*, addens, quod, si delictum sit
notorium aliis, non sibi, jus habeat quærendi,
& cogendi testes ad dicendum testimonium.
93 Item quando notorium est delictum, sed nesci-
tur, quis illud patraverit; procedere possit per
inquisitionem mistam, specialem videlicet erga
94 delictum, generalem vero quoad personam. Et
demum si Reus, qui fuerit condemnatus, ac ex-
communicatus, comparuerit intra annum, &
dixerit, se velle satisfacere; Conservator valeat
de gravamine damni illati, vel iojuriæ factæ
cognoscere. Hactenus *Azor.* Sed de hoc iofra
redibit sermo *art. 18.*
95 Immo, addit *Monet. de Conservat. c. 8. n. 1.*, et-
iam illa judiciali indagine, seu causæ cognitio-
ne, & discussione, quæ a Judicibus in rebus du-
biis, & obscuris solet adhiberi, sive in causis
plenariis, uti potest Conservator in maoifestis
injuriis, sive io violentiis notoriis, si partes con-
sentiant: motus tum ex eo, quod etiam in cau-
sis summariis potest Judex de consensu partium,
judicialem indaginem, quæ congruit causis ple-
nariis, adhibere, ut disponitur in *Clem. sæpe, in
fine*, ibi: [Si quis tamen in præmissis casibus so-
lemnis ordo judiciarius in toto, vel in parte,
non contradicentibus partibus, observetur, non
erit processus propter hoc irritus, nec etiam ir-
ritandus.] Tum etiam ex eo, quod ita colliga-
tur *ex cap. Ad nostram il III. de Jurejur. & cap. su-
per eo, de test.* atque in specie norant *Butr. tract.
de Notorio art. 4. n. 27.*, & *Capc. eodem tract. membr.
4. n. 47.* Nequit tamen Conservator prædicta in-
dagine oti, dissentienre parte: sed debet ad un-
guem servare dispositionem *dic. cap. 1.*, & *fin.*,
adeo ut parti liceat appellare, ur post *Cald.* ad-
notavit *Butr. n. 27.* & aperte deducitur ea *Gloss.*
communiter recepta *in dic. cap. ad nostram il III. de
Jurejur. verb. Requirit.* Sed quamvis hæc *Monetæ*
doctrina de se subsisteret; attento tamen decre-
to irritante, adjecto in *cap. fin. de offic. Jud. deleg.
in 6.*, quod partium excludit consensum, ipso-
met fateote *Moneta*; subsistere nequit, & sine in-
cohærentia ab eodem propugnari juxta superius
dicta *§. dicitur IX. intra Civitatem &c. a n. 81.* de
prorogatione Jurisdictionis conservatoriæ, per mu-
tuum partium consensum.
Illud hic pro coronide definitionis Conserva- 96
toris, ad terminos juris communis hactenus ex-
plicatæ prætereundum non est, quod licet supra-
dictæ particulæ: *Judiciali non utens indagine*, su-
perfluæ, & supervacaneæ in præposita definitione
videantur, utpote sufficienter ioclusæ in illis
verbis: *Contra manifestas injurias, & violentias*;
cum manifesta injuria hic sumatur pro notoria;
& notorium sit illud, quod examinatione non
indiget, *cap. bonæ, il I. §. contra Legati, de elect.*,
nihilominus cum hoc nonnisi per consequen-
tiam, & quidem mediatam, ac tamquam effe-
ctus ex illo deducatur, ita ut explicatione, ac
declaratione opus esset: cumque tam manifesta
injuria, quam notorium plures habeat significa-
tiones, ut liquet ex *text. in cap. cum olim, de verb.
signific.*, & ex allatis per *Gloss. in cap. vestra, & cap.
ult. de Cohabit. Cleric.*, & *Mulier.*, & *Archid. dic. cap.
1. n. 5.* ac dubitari posset, an si non teneatur,
posset saltem Conservator in his manifestis inju-
riis, & violentiis judiciali indagine uti; noo
superflue, nec supervacaoee dictæ particulæ ad-
jectæ sint; cum præsertim non superflue, non su-
pervacanee, nec frustra ponatur, quod majoris
declarationis, seu dubitationis tollendæ gratia
adjicitur, ut liquet *ex l. 1. §. Sed sciendum, ff. de
ædilit. edict.*, cum aliis, quæ coogerit *Dec. in l. 2.
§. Creditum, ff. si cert. petat. Tiraqu. de retract. lign. §. 21.
Gloss. unic. n. 5. cum seq. & Jacob. Alb. Cons. 11. n. 29.*
Et nos insinuavimus supra *n. 59.*

Et hæc de Judice Regularium Conservatore,
secundum jus commune antiquum definito, juxta
cap. 1. Innoc. IV. & *cap. fin.* Bonifacii VIII. *de
offic. Jud. deleg. in 6.* de eodem secundum Jus par-
ticulare novum, seu secundum peculiaria privi-
legia, a Summis Pontificibus post laudatos In-
nocentium, & Bonifacium, præsertim a Cle-
mente VII., S. Pio V., & Gregorio XIII., ante
Gregorium XV. ejusque reformatoriam Constitu-
tionem Ordinibus regularibus impertita, fit.

ARTICULUS SECUNDUS

Quid ſit Judex Regularium Conſervator attento Jure peculiari novo Privilegiorum.

1 Dico I. Judex Regularium Conſervator ſecundum Jus peculiare novum privilegiorum, ſeu ſecundum privilegia, a Summis Pontificibus, præſertim a Clemente VII., S. Pio V., & Gregorio XIII. large iiſdem Regularibus impertita, eſt: [Judex Ordinarius, a Papa Regularibus, etiam Actoribus, eorumque adhærentibus, nedum intra, ſed extra quoque Civitatem, ſeu Diœceſim, modo non ultra tres dietas, conceſſus ad univerſitatem Cauſarum.] Sive [Contra omnes omnino injurias, iiſdemque per quamcumquem perſonam illatas, aut inferendas.] Definitio in re eſt Doctoribus univerſaliſſima, qui de Judice Regularium Conſervatore ſecundum privilegia ſcripſerunt. Et ſatis expreſſe deducitur ex Conſt. 1. Clementis VII. *incip.* [*Conqueſtionem*] pro Minimis, Leonis X. In Concil. Lateran. *incip.* [*Dum intra*] S. Pii V. 1v. *incip.* [*Ad hoc nos Deus*] pro Dominicanis, Sixti IV. pro Carmelitis *incip.* [*Dum attenta*] Gregorii XIII. 1. *incip.* [*Æquum reputamus*] pro Jeſuitis, & aliorum Pontificum in explicationis decurſu & per extenſum in calce operis adducendis. Itaque

2 Dico II. Regularium Conſervator, attento Jure novo, dicitur 1. *Judex:* quia ſic illum nuncupat *Tridens. ſeſſ.* 14. *de refor. c.* 5. ibi: [Certos Judices per litteras Conſervatorias deputari obtinent, qui illos a moleſtiis, & injuriis tueantur, ac defendant.] Et deinde: [In civilibus etiam cauſis, ſi ipſe actor extiterit, aliquem ei apud ſuos Conſervatores Judices in Judicium trahere, minime liceat.] Et poſtmodum [ſiqua inter ipſos Judices Conſervatorem, & Ordinarium] Et demum [non liceat quoque Conſervatoribus Judicibus, ullum habere Tribunal erectum.] Quemadmodum etiam nuncupat S. Pius V. in dict. Conſtit. [*Ad hoc nos Deus.*] §. 14. ſic: [In eorum, ac dictorum eorumdem privilegiorum, &c. Conſervatores, & Judices unicos.] Clemens VIII. in dic. Bulla [*Conqueſtionem*] §. 2. ibi: [in quibus deputati eſtis Conſervatores, & Judices.] Gregorius XIII. in cit. Bulla. [*Æquum reputamus.*] §. 2. per hæc verba: [In ſuos poſſent aſſumere Conſervatores, & Judices.] §. 3. [In quibus Conſervatores, & Judices deputati forent] & alii Summi Pontifices.

3 Et quidem dicitur *Judex* proprie talis; cum attento jure novo Conſervator etiam de non manifeſtis cognoſcat; Judicialem indaginem habeat, derogata quoad hoc Conſtitutione Bonifacii VIII. Contradictores quoslibet, & rebelles per Cenſuram Eccleſiaſticam compellat, ſicque judicialiter procedat, ut infra ex Conſtit. cit. S. Pii V. 4. Julii II. *incip.* [*Alias venerabilem.*] Gregorii XIII. 1. aliorumque Pontificum oſtendemus; & notat *Lezana in Conſultis variis poſt conſul.* 4. ex *Rot. in Oſcen. Juriſdictionis coram Ubaldo deciſ. alt.* & alii inferius citandi *art.* 21. *aſſ.* 2. *Reſol.* 2. Immo

Dicitur II. *Ordinarius:* per quod derogatur 4
Juri antiquo, ad cujus terminos delegatus eſt Regularium Conſervator ex dictis *art. præc. n.* 16. *&* 26. & merito quidem: tum quia, ut notat *Barboſ. de offic. & poſt. Epiſcop. alleg.* 106. *n.* 6 ita videtur deduci ex *Trident.*, quod ſane, dum præcipit *ſeſſ.* 24. *de refor. c.* 20. Cauſas omnes in 1. inſtantia coram Ordinario loci dumtaxat agitari debere; non excludit Religionum Conſervatores, & alios, qui non comprehenduntur ſub reſtrictione ejuſdem Concilii, facta circa Conſervatores *ſeſſ.* 14. *c.* 5. apud illos enim cauſæ ad ſuam juriſdictionem ſpectantes, etiam in 1. inſtantia, poterunt agitari: & conſequenter quoad hoc Regularium Conſervatores reputandi erunt Judices Ordinarii. Tum etiam, quia ſic Conſervatores, de quibus diſſerimus, expreſſe nuncupat Gregorius XIII. in laudata Conſtitutione dic. §. 2. ibi: [in ſuos poſſint aſſumere Conſervatores, & Judices ordinarios.] Tum pariter, quia poteſtatem habet, delegandi, ſeu inſtituendi Subconſervatorem, ut liquet ex eadem Conſt. Gregorii III. §. 3. ibi: [ipſis vero ſic electis, vel duobus, aut uni eorum, ut per ſe, vel alium, aut alios.] ex Conſtit. cit. Clem. VII. §. 2. ubi ſic legitur: [Quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, per vos, vel alium, ſive duos,] Sixti IV. pro Carmelitis, in qua habetur. §. 107. [per ſe, vel alium, ſive alios.] aliiſque ceterorum Pontificum, immo Gregorii XV. *incip.* [*Sanctiſſimus*] reformatoria privilegiorum Judicum Conſervatorum, ubi ſic §. 2. [Judices Conſervatores hujuſmodi, ſeu principales, ſive ſubrogati.] & inferius cum communi dicemus *articulo* 35. Qui autem poteſt delegare, & 5
ſubſtituere, Judex ordinarius, vel quaſi ordinarius exiſtimatur, Teſte *Gloſſ. in cap. fin. de offic. deleg. in* 6. *verſ. nulli*, Cui Doctores paſſim adhærent. Tum denique, quia conceditur ad Univerſitatem Cauſarum, ut ſupra inſinuavimus, & infra videbimus: Judex autem, datus ad univerſitatem 6
cauſarum, cenſetur ordinarius, præſertim hodie poſt *Trident.* & Conſtitutionem laudatam Gregorii XV. ut notant *Navarr. Conſ.* 3. *de offi. deleg.* & alii cum *Barboſ. alleg.* 106. *cit. n.* 3. qui proinde concludunt, Juriſdictionem Judici Conſervatori Regularium impertitam, illi competere ratione Officii; in quo ratio Judicis ordinarii ſita eſt: non jure delegationis, in quo ratio Judicis delegati conſiſtit.

Nec officit, quod Conſervatores Territorium non habeant, utpote inſtituti tantum ad cauſas unius generis perſonarum, non autem ad univerſitatem Cauſarum unius Territorii.

Non officit, inquam; quia ad Juriſdictionem 7
ordinariam non ſemper requiritur Territorium,

cum possit Judax ordinarius, etiam sine tarritn-
rio creari, ut notant *Felin. in cap. Post Cessionem, de Probat. Marant. in speculo p. 4 dist. 5. tit. an sit Judicium ordinar. n. 2. Gemin. in cap. ordinarii, de offic. ordinar. in 6. Moralls tam. 6. Theol. Mor. disp. 7. l. 3. dub. 2. n. 59.*

Atquc bic notandum, quod cum Regularium
Conservator, attento Jure novn, Judex ordinarius
8 sis, opus non est, quod in Citatinnibus litteras
Conservarnrias inserat; cum satis, superque sit,
quod, instar aliorum Jedieum Ordinariorum,
de eis constet in Actis Notarii curiæ Ordinarii
loci, ut notant *Peyr. dic. n. 2. Pellizz. in man. tom. 2. tract. 8. sect. 4. n. 82., & alii.*

9 Dieitur III. *a Papa Concessus*, seu deputstus,
nt loquuntur Sistus IV. in præcitara Bulla pro
Casmelitis, Julius II. in Constit. 4. [*Alias venerabilem*] pro Minimis, elii que Summi Pon-
tifices, cohæranter ad *cap. fin. de offi. Jud. deleg. in 6. v. Consarvatores*: cum etiam attento Jure
peculiari novo, quamadmndum communi anti-
qun ex dictis *art. praced. §. dicitur 3. n. 38.* a solo
Principe Supremn, adeoque a Papa cnncedi, seu
deputari valeat Conservatot, non autem ab In-
ferinra, nc quidem a Legato de Larere, ut
atiam infra dicemus *artic. 5.*

Dicitur IV. *Regularibus*; cum in efficacem de-
10 sensionem anrumdem, utque ipsis ministrent justi-
tiæ complementum, a Summis Pontificibus Con-
servatores deputantur: & quidem tum circa Re-
gularium ipsorum personas, juxta ea, quæ *art. praced.* declarata sunt, *ass. 3. §. dicitur 4. n. 40.*
Etiam axtra Claustra degentes, ut notant *Peyr. §. 2. n. 4.* & satis, superque conspicuum est, cx
Toident. sess. 7. c. 14. de refor. argumento desumpto
a contrarin sensu: [in aliis vern Clerici sæ-
cnlares, seu Regulsres, extra Mnnssterium de-
gentes, quomodolibet exempti, si certum Ju-
dieem a Seda Apostnlica deputatum non ha-
buerint.] Er meritn sane; cum enim, ut ar-
guit *Miranda in man. tom. 2. q. 47. art. 2n. Concl. 4.*
Regulares, axtra Convanium Claustra degentes,
quodammodo exempti sint a Prælatorum suorum,
sicut & Judieum Ordinariorum jurisdictione;
necessa est, ut Judieem habeant Conservatorem,
cnram qun convaniantur, & a quo in oppressio-
nibus, mnlestiis, & injuriis defandantur, & con-
11 serventur. Tum qnoad Religiones ipsas, Mo-
nastaria, seu Convantus, eorumqua Bona, Jura,
privilegia, &c. ut ex eodem Concilio manifestum
est *sess. 14. de refor. c. 5.*, ibi: [Universitates autem
generales, &c.] & satis expressere Sixtus IV.
in cit. Bulla pro Carmelitis. *§. 207.* sic: [Ac
eisdem Fratrum gloriosissimæ Dai Genitricis da
Monta Carmeli ordini, illiusque domibus, &
Prnfessoribus in præmissis efficacis defansionis præ-
sidio assistentas, faciant, eos pacifica possessinna,
val quasi privilegiorum, & concessionum hujus-
modi gaudera, &c.] S. Pius V. in dic. Bulla
pro Dominicanis *§. 14.* sic: [In eorum, &
dictorum eorumdam privilegiorum, indultorum,
concessionum, & gratiarum, &c. edversus insa-
rentes eis molestias, sive perturbationes aliquas,
seu injurias, gravamina, vel damne in Personis,
Rebus, & Bonis, seu exigendo ab eis vectiga-
lia, datia, pedagia, gabellas, collecta, aut alia
onara, &c.] Clemens VII. in cit. Bulla pro
Minimis §. 2. sic: [Non permittatis, eosdem
super libertatibus, privilogiis, indultis, rebus, &
bonis indebite molastari, vel eis gravamina,
vel damna, seu injurias irrogari &c.] Et, ut
alios omittamus Pontifices, Gregorius XIII. in
cit. Bulla pro Jesuitis *§. 3.* sic: [Eidem Socie-
tati efficacis desensinnis præsidio assistentes, non
permitterent Societatem, Collegiaque hujusmodi
super terris, locis, dnmibus, possassionibus, &
Juribns, necnon fructibus, censibus, redditibus,
& proventibus, ac quibuscumquo aliis bonis,
mobilibus, & immobilibus, spititualibus, &
temporalibus, nec non privilegiis, & indnltis,
eis, & dictæ Societati, tam Apostolica, quam
nrdinaria, & alias rita Regia auctoritatibus con-
cessis, & aliis rabus ad dictam Societatem, com-
muniter, vel divisim spectantibus, &c. quoqun
modo indebite molastari.]

Dicitur V. *etiam Actoribus*: quia nedum at- 12
tanto Jura Communi antiquo, cx dictis *art. praced. §. dicitur 5. n. 46.* sed etiam inspecto novo
Privileginrum, Consarvatores Regularibus indul-
gentur: [etiam in eis, in quibus Actnres,
vel Conventi Rei forent.] ex Const. laudata
Gregnrii XIII. §. 2., & notant *Peyr. n. 42.*

Dicitur VI. *eorumque adhærentibus*, scilicet 13
juxta privilegium bullatum Pii IV. pro militibus
Hierosolymitanis, & Constirutionem laudatam
S. Pii V. pro Prædicatnribus *§. 14.* [Procnra-
tnribus, Agentibus, Syndicis, Servitoribus, &
Familiaribus.] juxta Constit. Gregorii XIII.
prn Jasuitis §. 2. [Familiaribus Cleriesli chara-
ctera tamen insignitis], & juxte Bullam Cle-
mantis VII. prn Minoribus *incip. Dum Considera-mus: §. 2.* [& insuper in quibusvis causis, &
rebus ipsos Syndicum, & Procuratnrem, concer-
nantibus, Civilibus, Criminalibus, & Mistis,
nnnnisi coram Judicibus Conservatoribus domo-
rnm illarum, quarum ipse Syndieus, & Procu-
tor fuerit, de Justitia respondere teeeatur.]

Et quidem in causis ipsos adhærenres taagen- 14
tibus ratione officii, ut sustieet cnmmnnior Do-
ctnrum opinin; Quamvis *Emm. Rodriquez tom. 3. q. 39. art. 4.* de Syndico minorum, multis com-
probat etiam in causis, quæ ipsum respiciunt,
ut talis parsnna priveta ast. Quemadmodum
(ait ipse) familiares S. Officii in causis, ipsos
concarnentibus, ut persnnæ privatæ snnt, coram
dnminis Inqnisitoribus respondere tenentur. *Roderica* adhæret *Portel. in dub. Regul. verb. Syndicus minorum n. 4.* addens, mantem Papæ hanc fuissa:
cum enim ibi dicat Pontifex, pro causis Crimi-
nalibus debara coram Conservatore conveniri,
clarissime supponitur loqui de Causis Crimina-
libus ipsins Syndici: nam res notissima est, quod
Minoritæ pro Causis Criminalibus, non ciren-
tur coram Conservatora, sed coram sno Præla-
to. Nac officit, quod boc privilegium nnn sit in 15
usu: quie contra ipsum ene darur præscriptio:
& nondum alapsi snnt anni Ceetum; & deinde
e multis Pontificibus suit confirmatum ex certa
scientia, & planitudine potestatis, ita ut multis
ax Capitibus deperdi enn potuerit. Hactenus
ciratus *Portel.* Utrique Doctori subscribit *Card. de Lugo in Respons. Moral. lib. 4. dub. 38.* quoad
Familiares, ubi *n. 10.* docet, Regnlarium Con-
servatorem Familiaribus conaessum asse pro tui-
tinne bonorum ipsorum, quæ Religinnis non
sunt; adeoque ipsis, us talibus privatis persnnis,
nedum ut Familiaribns. Jam per hoc privile-
gium derogatur Juri Commuei antiqnn, quod
solis Regularibus, non eorumdem adhærentibus
Conservatorem indulget.

Dicitur VII. *Nedum intra, sed extra quoque* 16
Civitatem, seu diœcesim, modo non ultra tres dietas:
anm per Constitutionam prædictam Clementis VII.
in favorem Minimorum, & Gregorii XIII. in fa-
vorem

vorem Jesuitarum indultum Regularibus sit, Conservatores eligere, etiam extra Civitates, seu diœceses, pro quibus deputantur: qui pariter ad suum judicium trahere possint personas existentes, etiam extra Civitates, & diœceses, in quibus sunt Conservatores: dummodo non trahant ultra duas dietas, ut statuit Leo X. in Concilio *Lateran.* per laudatam Constitutionem: [*Dum intra*] sic: [Coram eis nullum trahi posse ultra duas dietas:] &, ut ampliarunt Clemens VII., & Gregorius XIII. ultra tres dietas, a fine territorii diœcesum. Jam sic habet Clemens VII. in præfata Constitutione §. 4. [Non obstantibus tam *fel. record.* Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur; quam aliis quibuscumque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, tam de Judicibus delegatis, & Conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis &c.] Gregorius XIII. sic indulsit, §. 6. [non obstantibus *piæ memoriæ* Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, qua cavebatur, nequis extra suam Civitatam, vel diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam a fine suæ diœcesis, evocaretur ad judicium, seu ne Judices a Sede prædicta deputati extra Civitatem, vel diœcesim, in quibus deputati forent, contra quoscumque procedere præsumerent; & de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo non ultra tres dietas aliquis vigore earumdem litterarum tunc desuper conficiendarum extraheretur &c.] Et hoc quoque privilegium derogat juri communi antiquo, juxta quod Conservator extra Civitatem, seu diœcesim, pro qua deputatur, procedere nullibi valet.

57 Est autem dieta iter unius diei, ut explicat *Bertachinus in suo Repertorio, verb. Dieta, Moneta dic. cap. 7. q. 7. n. 353. Portel. in dub. Regul. verb. Conservatores n. 3. Lezana* n. 27. & alii passim.

58 Eaque in proposito triplex est: Vulgaris una, idest secundum statutum, vel consuetudinem cujuscumque Regionis: Legalis altera, a Legibus stabilita. Et hæc in terra coalescit ex 20. milliaribus, unum autem milliare ex mille passibus: sicut & unus passus ex quinque pedibus: & unus pes ex 15., vel 16. digitis. In Mari vero continet 50. milliaria circiter, mensuranda pro modo viæ rectæ, & solitæ. Arbitraria demum alia, quæ locum habet præcipue, cum longum admodum iter faciendum est: nedum tacite per Canones approbata, dum expresse reprobata non est, juxta *cap. 1. & 2. cum ibi not. de novi oper. nuntiat*, sed etiam satis expresse in *cap. cupientes in 1. respon. de elect.* Atque hæc arbitrio boni viri, seu Judicis remittitur, qui habita ratione temporis, ætatis, sexus, valetudinis, usus itinerandi, & aliarum circumstantiarum arbitretur, quanto tempore dictum iter mature confici possit, & soleat. Ita ex variis juribus, & doctoribus *Monet. supra a* n. 354. *usque ad* 362. *exclusive*.

59 In dispositionibus autem dicta dieta intelligenda est, non de legali, ut vult *Gloss. in l. 1. incip. Vicena, ff. siquis caution. & leg. 3. incip. in itinere ff. de verb. signific. & alii*. Neque de arbitraria, ut alii maluerunt. Sed de vulgari, puta secundum statutum, vel consuetudinem Regionis, ut contendunt *Rebuff. in l. mille passus in fin. & leg. In vulgari, §. siquis ita, ff. de verb. signific. Gloss. Bern. communiter recepta in c. nonnulli, de Rescript.* & alii passim. Sed cum hac distinctione, addit *Monet. dic. cap. 7. q. 7.* n. 362., dissidentes insinuatas opiniones concilians: Quod si a consuetudine, vel statuto certa quantitas spatii, & numeri milliarium cuilibet dietæ assignata sit, ea in quavis dispositione servanda est: nam æque statutum, ac consuetudo legi præjudicat; ut, de statuto adest *text. in l. omnes populi ff. de Justit. & Jur. ac tradit Cæpol. ibi n. 3. in fin.* & de consuetudine in *l. de quibus, ff. de leg. cap. Cum Consuetudinis, & cap. fin. de consuet.* & docet *Menoch. de arbitr. Judic. Cas. 2. num. 2.* Quod si de tali statuto, vel consuetudine non satis constet, tunc dieta Legalis, idest 20. milliarum supra explicata servanda est. Et si neque hæc valeat observari, præsertim cum longum admodum iter conficiendum sit, eo quia homines, ut sæpe contingit, non ejusdem conditionis reperiantur; in hoc casu confugiendum est ad arbitrariam, ut colligitur ex *l. de die in princ. ff. qui satisd. cog. Et cap. cupientes in 1. & 2. respon. de elect. in 6.* & docere videtur *Gloss. in dic. cap. Cupientes verb. commode* post nonnullos doctores, inquiens: Quod si non apparerent vulgares, non erraret Judex, si recurreret ad legales dietas, modo tamen qualitas causæ, personarum, locorum, ac temporum id patiatur. *Menoch. dic. Cas. 2. n. 12. & alii, quos relatos sequitur Cæpol. dic. l. 3. n. 10.*

Et computanda est dieta, non a continentibus 20 Ædificiis, seu a fine Ædificiorum Civitatis, seu diœcesis; sed, ut explicat *Villalobos in Ærario mille opinionum Communium verb. dieta num.* 83. a fine Civitatis, seu totius diœcesis, sive a fine totius Territorii Civitatis, & diœcesis, in qua nimirum moratur Reus trahendus: quæque proinde est diœcesis Domicilii, non autem Originis, Rei sitæ, aut alterius, ut tradit Communis opinio cum *Gloss. in cap. Statutum §. Cum vero, de Rescript. in 6. ibique Gemin.* & alii, quibus subscribit *Rot. decis.* 643., *alias* 34. *de rescript. in antiquis*; Cum non dicatur quis proprie trahi (quo verbo utitur Pontifex, tum in *dic. cap. Nonnulli, cap. Olim, cap. Statutum*, tum in *cap. fin.*, & Clemens VII. ac Gregorius XIII. in *Constit. præcit.*) nisi a lo- 21
co, ubi est, aut esse solet. Quod si reus trahendus plura habeat domicilia, illud est attendendum, cum quo res litigiosa concurrit, *cap. ex parte B. de foro compet.* Secus, ex duobus attendendum principalius, *Soc. cap. licet. il 2. de for. Compet. q. 4. & 5.* Et si sint æqualia; eligendum, quod actor maluerit, *l. 3. ff. de eo, quod certo loco; & l. fin. C. ubi in rem. act.*

Dicitur VIII. *Ad universitatem Causarum*: is 22 autem dicitur ad universitatem causarum deputatus, cui sub uno universali verbo causæ omnes commissæ sunt, *l. 1. ff. Quis, & a quo appell.* Et explicat *Menoch. lib. 1. de arb. q. 67. num.* 48. Ut si committantur causæ omnes Mercatorum, aut Clericorum Civitatis, ut exemplificant *Gloss. in c. 1. l. Jason. in l. a Judice num. d. C. de Jud. Bald. ex Salicet. ibid. Castr. in l. 2. num. 3. ff. de offic. ejus. Sanchez lib. 8. de Matr. d. 31. num. 4. & alii apud Pignatell. tom. 3. Cons. 1. n. 50.* jam Conservatoribus Regularium causæ omnes, ad eosdem Regulares pertinentes, in determinato Territorio committuntur, ut notant *Peyr. n. 48. Lezana in Summ. qu. Regularium tom. 2. c. 10. de Conservat.* & alii: & manifestum est ex Conservatoria Sixti IV. pro Carmelitis §. 107, ibi: [In quibuscumque causis per eos movendis, ac quacumque ratione, vel Causa, quæ excogitari posset, &c.] Clementis VII. pro Minimis §. 2. ibi: [Quavis occasione, vel Causa, etiam Criminali, &c.] S. Pii V. pro Dominicanis §. 14. ibi: [In eorum, & dictorum eorumdem privilegiorum, indultorum,

Concessionum, & gratiarum, & singulorum aliorum præmissorum, &c.] & [molestias, sive perturbationes aliquas, seu injurias, gravamina, vel damna in personis, rebus, & bonis, seu exigendo ab eis vectigalia, &c. aut alia onera, &c.] Gregorii XIII. pro Jesuitis §. 2. ibi: [In quibuscumque Causis.]

23 Et sane Regularium Conservatoribus attento Jure novo deputantur tam Causæ Civiles, quam Criminales, & mistæ, ut expressere præter alios Summos Pontifices in toties laudatis Constitutionibus, pro Minimis Clemens VII. sic: [Quavis occasione, vel Causa etiam Criminali.] Sixtus IV. pro Carmelitis sic: [In quibuscumque Causis per eos movendis.] & Gregorius XIII. pro Jesuitis sic: [In quibuscumque Causis tam Civilibus, quam Criminalibus, & mistis.] Item Causæ injuriarum, seu manifestarum, judicialem indaginem non exigentium, sive non manifestarum, dictam propterea judicialem indaginem exposcentium: & quidem nedum præsentium, seu illatarum, sed futurarum, sive inferendarum etiam, ut iisdem verbis expressere Clemens VII. & Gregorius XIII. in toties laudatis Constitutionibus §. 3. sic: [ac de quibuslibet, molestiis, injuriis, atque damnis, præsentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ Judicialem requirerent indaginem.] Hinc.

24 Dicitur IX. *Sive contra omnes omnino injurias*, puta tam manifestas, quam non manifestas, præsentes, seu irrogatas, vel futuras, sive irrogandas; quarum Causæ Civiles sint, vel Criminales, aut mistæ. Atque per hoc etiam privilegium derogatur Juri Communi antiquo, juxta quod Conservator ad solas Causas Civiles ex injuriis dumtaxat manifestis, judicialem indaginem neutiquam exposcentibus, deputatur.

Dicitur tandem: *per quamcumque personam*, 25 scilicet seu laicam, sive ecclesiasticam, etiam regularem alterius Religionis, simile Conservatoris privilegium habentem, cujuscumque conditionis, & qualitatis, aut mundanæ, aut ecclesiasticæ ea sit, ut indulsere Sixtus IV. in laudata *Bulla* pro Carmelitis §. 107. sic: [contra quoscumque cujuscumque qualitatis, vel conditionis existant, & quacumque ecclesiasticæ, etiam Patriarchali, Archiepiscopali, aut Episcopali, aut mundanæ forent dignitate, & exemptione muniti, &c.] Gregorius XIII. in *dic. Constit.* pro Jesuitis §. 3. ibi: [A quibuscumque personis, tam sæcularibus, quam ecclesiasticis, ac quacumque auctoritate, & superioritate fungentibus:] aliique in aliis Conservatoriis Bullis Pontifices Maximi, qui hoc privilegio illud juris antiqui, de quo *art. præced. ass.* 3. §. *Dicitur* 8. *num.* 68. confirmarunt.

Hactenus de Judice Regularium Conservatore secundum Jus peculiare novum Privilegiorum: secundum vero novissimum Reformationis Gregorianæ differet.

ARTICULUS TERTIUS

Quid sit Judex Conservator Regularium inspecto Jure novissimo Reformationis Gregorianæ:

Ubi

Quinam sit Actor, quinam vero Reus in Judicio Conservatoris.

1 DIco I. Judex Regularium Conservator, attento jure novissimo laudatæ Constitutionis Gregorii XV. *incip.* [*Sanctissimus*] qua privilegia, Regularium Conservatoribus per antecessores Pontifices large concessa, reformantur, est; [Judex Ordinarius, Regularibus, eorumque Adhærentibus, in propria Civitate, seu diœcesi, & non extra ultra unam dietam, Conventis, non Actoribus, ad omnes omnino Causas a Papa deputatus, & Actoribus etiam in manifestis injuriis, & violentiis, quæ judicialem non petunt indaginem.] Ita contra *Pignatellum t.* 8. *consult.* 33. contendentem, Regularium Conservatorem in causis injuriarum non manifestarum, etiam ubi Regulares rei sint, & conventi, nullatenus se extendere, sed Ordinarium dumtaxat loci, & *Raymundum Nidum*, idem sentientem *c.* 4. *part.* 2. *a n.* 23. sicut Conservatorem esse Judicem delegatum, non Ordinarium; atque adeo illum juxta jura novissima, præsertim Gregorii XV. Constitutionem *Sanctissimus*, definientem *cap.* 1. *partic.* 2. *num.* 1. [Judex datus, (idest delegatus, ut se explicat *c.* 2. *part.* 3. *n.* 12. & propugnat *n.* 4., ac *partic.* 2. *n.* 5.) ad aliquos defendendos contra manifestas injurias, molestias, & violentias, judiciali haud utens indagine.] & n. 55. [Judex datus (idest delegatus) ad tuendos Regulares ab injuriis illis illatis,] & contra paucos alios, Canonistæ passim ex Constitutione lau- 2 data Gregorii XV., ubi legitur. §. 2. [In futurum vero sanctitas sua hac generali, & perpetuo valitura Constitutione statuit, & decrevit, ut Judices Conservatores hujusmodi, sive principales, sive subrogati eligi, &c.] & §. 9.

[Ad hæc statuit sanctitas sua, ut coram ipsis Conservatoribus Regulares, ac personæ suprascriptæ conveniri quidem, aut trahi debeant; sed alios convenire, aut trahere non possint, ita ut memorati Conservatores in Causis, in quibus Regulares, & alii Actores fuerint, nullam prorsus jurisdictionem habeant; sed in iis tantum, in quibus Rei extiterint: neque extra Civitates, seu diœceses, in quibus fuerint deputati, contra quoscumque procedere præsumant.] Et ex declaratione Sac. Congreg. Concilii: 3

Cum

Cum enim dubitatum fuisset, an per dicta verba [Statutum est, ut coram Conservatoribus Regulares conveniri quidum, aut trahi debeaat, sed alios convenire, ant trahere non possint, ita ut memorati Conservatores in Causis, in quibus Regulaaer, & alii Actores] fuerint, nullam prorsus jurisdictionem habeanr, sed in iis tantum, in quibus Rei extiteriat:] sit facultas sublata, quam habent Conservatorea desendendi Regulares, & alios a manifestis injuriis, & violentiis, quæ illis de facto inferuntur, dum a suis possessionihus dejiciuntur, & propriis honis nti, ac frui impediuntur; Sac. Coagreg. Coacilii Trid. interpretum, censuit: [Ejusmodi verhis minime sublatam fuisse facultaacm, quam habens Consetvatorea, defeadendi Regularea a manifestis injuriis, & violentiis, dummodo observent foamam præscriptam in Coastitutionibus Innocentii IV., & Bonifac. VIII., aelatis in *cap.* a. & *fin. de offic. Jud. deleg. in* 6.] Et pro explicatinne definitionis allatæ.

Dico II. Regularium Conservator, attento Jure novissimo,

4 Dicitur I. *Judex Ordinarius*; per quod derogatur etiam Juri Communi, secnndum quod est delegatna; & confirmatur Jus novnm, quo attento Regularium Cnofervatoa est Ordinarius. Dicit enim Constitutio Gregoriana [Conservatores hujusmodi, sive principales, sive subrogati.] Conservatores antem principales, ut una est omnium Doctorum mena, sunt Ordinaaii, qui proinde possunt subrogare; non vero delegati, qui subrogare neutiquam valent.

5 Dicitur II. *Regulaeibus, eorumque adhærentibus*, Procuratoaibua videlicet, Syndicis, Agentibua, Famulis, Servitoribus, Familiaribus, &c. Cum hoc novi Juris privilegium per Constirutionem Gregorianam ablatum non sit, teste *Pelizz. q.* a8. *num.* 1ao. immo confirmatum quoad Syndicum Fratrum Minorum a *Sac. Congreg. Immunitatis in Terracinen. die* 7. *Septembris* 1666. Sic declarante: [Syndicus legitimus, & unicus Fratrum Minorum strictioris observantiæ ex Bulla *Clement. VII.* gaudere debet privilegio fori, tam in Causis Civilibus, quam Criminalibus, & mistis, nec a quoquam potest molestari, nisi coram legitimo Conservaaore.] & *in Assisiensi* a1. *Aprilis* 1643. [Syndicum Conventus Fratrum Minorum de Observantis, non existente legitimo Conservatore, subjectum esse Jurisdictioni Episcoporum.] apud *Riccium in Synopsi decretorum dic. Congreg. verb. Syndicus n.* 5. & 6.

6 Dicitua III. *In propria Civitate, seu diœcesi*, scilicet Regularium ipsorum, eorumqun Monasteriorum, Bonorum &c. sicnt, & adhærentium, & quidem seu stricte, sive late sumpta diœcesi ex supra insinuatis *art.* 1. *asser.* 2. §. *dicitur* 9. *n.* 7. 8. & dicendis inferius *aet.* 14. *asser.* a. *n.* 4. Per quod derogatur Juri novo, quo inspecto etiam extra Civitatem, & diœcesim eligi poterat Conservator, qui Regulares sibi commissos cum suis adhærentibus, psrisoamiter extra Civitatem, sen diœcesim tueri, suamque Jnrisdictionem contra pariter existentes extra Civitatem, seu diœcesim exercere poterat. Et roboratur Jus antiqnum, limitans Conservatorum electionem a Regularibus faciendam, sicut & ipsorum Regularinm defensionem per suum Conservatorem; ad propriam Civitatem, sen diœcesim, ubi Regulares ipsi degunt, ac existunt Monasteris, Monasteriorumque Bona, &c. ut sic, quantum minus possit, pstribus præsertim reis, præjudicium inferatur, ut notat *Peyr.* §. 6. *num.* 57. quidquid dixerina *Thesaurus, Antonius a Spiritu Santo, Cespedes, Pasqualigus*, & *Card. de Luca* inferius adducendi *art.* a3. *ass.* 2.

Dicitur IV. *Et non extra ultea unam dietam.* 7
Ut enim observant *Donat. p.* 2. *tr.* 17. *q.* 36. *n.* 5. *Novar.*, & *Passer.*, quos citat, & sequitur *Nidus de Conserv. Regul. c.* 6. *partic.* 1. *n.* 7., jurisdictio Conservatoris noa est hodie, attento Jure novissimo, ita restricta intra fines Civitatis, seu diœcesis, pro qua est depntatus, ut nullo modo extra valeat sese extendere. Cum enim Gregorius XV. §. 21. innovet præfatam Bonifacii VIII. Constitutionem, in qua statuitur, quod Conservatores possint ad se arahere intra unam dietam partea a fine diœcesis existentes; verba Gregorianæ Constitntionis in §. 9. juxta sensum textus *cap. fin. de offic. deleg. in* 6. intelligenda suaa: scilicet quod Causæ non audiantur, non trahantur partes, non procedatur extra Civitatem, seu diœcesim ultra unam dietam. Quamobrem possunt 8
hodie, attento Jure novissimo, Conservatores ad se trahere partea, in illosque procedere, extra Civitatem, seu diœcesim existentes, dummodo noa ultra unam dietam a fine Civitatis, seu diœcesis existant. Er ita etiam docent *Fagnan. in cap. Sane il* 11. *n.* 35. *de offic. deleg. Nicol. lib.* 1. *can. tit. de Conserv. n.* 13. §. 2. *Fermosin. in cap. Si clericus q.* 12. *n.* 23. *de for. compet.*, & alii. Per quod derogatur Juri novo, & Jus antiqnum etiam confirmatur.

Dicitua V. *Ad omnes omnino Causas deputatus*, 9
puta tam Civiles, quam Criminales, & mistas, & injuriarum, seu manifestarum, & judicialem indaginem neutiquam exposcentium, sive non manifestsrum, ac exposcentium judicialem indaginem, prout de Jure novo, at pro Regularibus Conventis, & Reis. Per quod derogatur etiam Juti antiquo, ipsumque Jus novum confirmatur; cum quoad hoc punctum pro Regularibus Cooventis, nulla extet limitatio in Constitutione Gregoriana, adeoque in rota relinquatua amplitudine Juris novi Causarum sphæra, ad quam valeat se pro Regularibus Conventis jurisdictio Conservatoris extendere, atteoto Jure novissimo. Quod liquet ex verbis Gregorianæ laudaræ, absque ulla Causarum restrictiona prolatis, sic: [Ita ut memorati Conservatores in Causis, in quibus Regulares &c. sed in iis tantum, in quibus Rei extiterint]. Er declaratur a *Sac. Congreg. Immunitatis in Terracinen.* 7. *Septembris* 1666. *sup. cit.* §. *dicitur* 2. *n.* 5. Et a communi Doctorum cum *Tamburino, Lezana, Pellizz. Donato, Ventriglia, Peyr.* infra adducendis §. dicitur 7. *n.* 13. *Card. de Lugo, de Luca*, & aliis, de quibus inferius *art.* 21. *ass.* 2. *Resolutione* 2. *n.* 7.

Dixi [pro Regularibus Conventis, & reis.] 10
Quamvis enim non limitentnr Causæ pro Regularibus Conventis, & Reis, limitantur tamen pro Convenientibus, & Actoribus: Unde

Dicitur VI. *Conventis, non Actoribus*. Per quod 11
restringitur amplius privilegium, tum in Jure antiquo, tum in novo Conservatoribus Regularium impertitum, defendendi nimirum illos cum adhærentibus, tam in Causis, ubi Rei Conventi forent, quam in illis, ubi essent Actorea. Et hujusmodi restrictio utrique Juri consonat, Ecclesiastico nimirum, & Civili, *Cap. Sane* 11. *c. Si Clericus*, 5. *c. cum sit generale* 8. & *c. fin. de for. Compet. l.* 2. *C. de Jur. omn. Judic.* secundum quod Actor sequi debet forum Rei.

Dicitur VII. *Et Actoribus etiam in manifestis* 12
injuriis

injuriis, & violentiis, quæ judicialem non petunt indaginem, ut ex laudata declaratiune ſuſtineot paſſim Doctorea; quos ioter

53 *Tambur. laudatus de Jure Abbatum tom. 3. d. 57. quæſt.* 2. contendens, ſaeultatem Cooſervatoribur ſublatam deſeodendi Regularea, Actores, & Conveoientes, ſictam eſſe pro iis, io quibus non agitur de manifeſtis injuriia. Sic enim habet *num.* 24. [Verum hoc revocatum ſuit a Greg. XV. io natrata ſoa Conſtitntione, in qua voluit, ut Regulares eoram ſuis Conſervatoribua ſolum, tamquam *Rei* conveniri poſſint; alios autem, tamquam *Actores*, coram eiſdem convenire nequeant, niſi agatur de maniſeſtia injuriis, & violentiis Regularibus, ſive eorum Boois illatis, vel inſerendis, Quo eaſu poſſunt Conſervatores eognoſcere, etiamſi Regulares Actores ſint, ſervata forma Juris Communis *in c.* 1., & *fin. de offic. Jud. deleg. in 6.*]

54 *Lezana vol.* 1. *p.* 2. *c.* 10. *de Conſervat. n.* 59. ioquiens: [Modo tamen, juxta præſcriptum Conſtitutionis Gregorii XV., Conſervatores Regolarium ſolum poſſunt eognoſcere de illis Cauſis, in quibus Regularea ſunt Rei, non Actores: & juata præſcriptum præd. Sae. Congreg. etiam in iis, in quibua Actorea fuerint, quoad injuriaa tantum manifeſtas, & violentias ſecundum ſormam *Cap. fin. de offic., & pot. Jud. deleg. in 6.*, quod incipit [Hac Conſtitutione,] & innovatur a Gregorio XV. in eis, quæ Conſtitutioni Ipſius non adverſantur.]

55 *Ventriglia in prax. tom.* 1. *annot.* 27. *de Conſervat. Regul.* §. *unic. n.* 8. ubi ſic habet: [Nota etiam, quod videtur Bulla prædicta ſaculcatem, & Juriſdictionem concedere hujuſmodi Conſervatoribua, quando Regulares ſuot Rei tantum, & ſic contra illos: attamen Sae. Congregatio Coocilii declaravit, (ut habetur in Bullario in calce dictæ Bullæ) poſſe Cooſervatorea deſeodere Regularea a manifeſtia injuriis, & violentiis, Agenses conrra alioa Reoa, dum a ſuis poſſeſſionibua deijciuntur, aus propriir bonis ſrui impediuntur, qnia hæc poteſtar non cenſetnr ſublata per bullam prædictam, dummodo ſervent formam, de qua in *Conſtitut. Innoc. IV. & Bonifacii VIII.*, relatam *in Cap.* 1. *& Cap. fin. eodem tit. de offic. deleg. in 6.*]

56 *Pellizzarius in Manu. tom.* 2. *tr.* 8. *c.* 8. *ſect.* 4. *q.* 21. *n.* 15. aſſerens: [Conſervatores Regularium in præſentia ſolum eognoſcere poſſunt de illia Canſis, in quibus Religioſi ſunt Rei, & non Actores: vel etiam (quod poſtea addit Sacr. Congregatio,) de illis Cauſis, in quibus Religioſi fuerint Actores, quoad violentias tamen, ae injuriaa ſolum manifeſtas.]

57 *Mouncellus in Appendice ad Formul. p.* 1. *de Elect. Conſer. Adnot. ad Conſtit. Gregor. XV. n.* 2. hæc babet in propoſito: [Conſervatores tamen Religionia Sooietatis Jeſu, & Hieroſolymitanæ, quæ habent indulta ampliora, nec revocata, niſi io ea parte, & Cauſis, In quibos ſunt Actores, dicuntur Judicer, quia habent ſaeultatem, eognoſcendi omnes Canſar, in quibus hujuſmodi Regulares ſont Rei, ut firmat Card. de Luca *de Regular. diſc.* 51. *n.* 1. 2., & 15., & *diſc.* 52. *n.* 11., & *de Juriſdict. diſc.* 49. *n.* 7.]

58 *Antonius a Spiritu Sancto in direct. Regul. part.* 1. *tr.* 2. *diſp.* 1. *ſect.* 4. §. 3. *n.* 211. & 212. *Paſſerinus* apud *Rajmundum Nidum de Conſerv. Regul. c.* 4. *partic.* 2. *n.* 24. Rota *in Oſcen. juriſdictionis Coram Ubaldo*, Card. de Luca *diſc.* 1. §. 2. *de Controverſiis inter Regul., & Epiſc. n.* 33. & *alibi*. Card. de Lugo *in reſp. Mor. lib.* 4. *dub.* 38. *q.* 1. & alii, quorum loca inferius fideliter adducemua *art.* 21. *aſſ.* 2. *Reſolut.* 2., ubi de hoe puncto fuſior redibit ſermo, & lata probatio.

Bordonus tom. 3. *variar. Reſolut. p.* 2. *Reſol.* 95. *n.* 55., ubi quærena: [An per Bullam Gregorii ſublata fuerit Conſervatoribus ſaeultas deſeodendi Regulares ab Injuriis, & violentiis ſibi illasis, vel inſerendis ab extraoeis, quando dejiciuntut a ſuis poſſeſſionibus, domibns, Ecclesiis, & impediuntur, illia, & ſuis bonia uti, & ſrui, &c.?] Reſpondet [Nequaquam: quia Papa per illa verba ſupra allata, per qua extranei conveniri non poſſunt eoram Conſervatoribus a Regularibus, diſponit tantum io Caſibus, & aliis, quę oon habent adjunctam injuriam, & violentiam; oe per ſuam Bullam adverſetur Jnri Communi: expedit enim; Jura Juribua concordari.] 19

Donatus in praxi tom. 1. *tr.* 57. *de Conſervat. q.* 50. inquirens, An Regulares, ſtando in Jnre Communi, poſſint pro injuriia manifeſtis coram Cooſervatore Reoa trahere? Affirmative reſpondet *n.* 1. & *n.* 2. [Neque hia obſtat (inquit) §. 9. *dicta Conſt.* Gregorii XV., prout Saera Congregatio autbentice deeſaravit, & habetur in calce, & fine dictæ Gregorianæ.] ſed *q.* 11. *n.* 3. ea Peyr. mox laudando: [cum Sacra Congregatio decreverit, noo eſſe per hæc verba ſublatam ſacultatem, quam habebans Conſervatorea, deſendendi Regularer a manifeſtia iojuriis, & violentiis, &c. ne eogamur ſateri contraria, & ne dicatur, Gloſſam eſſe contrariam textui, eſt cum diſtinctione dicendum: Gregorium in ſua Conſtitntione ſolum negaſſe Cooſervatoribur ſacultatem procedendi in bujuſmodi Cauſis Civilibus debitornm, quando Regulares ſuot Actores; non autem in aliis Cauſis Criminalibua, quæ pullulant a maniſeſtis violeotiis.] 20

Pey. tom. 2. *privil. ad Conſtit. Gregorii XV.*, ſuſtinena, qood ſtatuit Gregorius XV. [Regulares poſſe quidem conveniri coram Conſervatoribua, ut Reos, non autem, ut Actorer convenire alios,] debere ſic intelligi, quod ſcilicet Religioſi non poſſint quidem ut Actores convenire coram ſuo Conſervatore alios in Cauſis Civilibur, ut ſi ipſis debeatur aliqua pecunia ex loeatione, legato, &c. &c. poſſint tamen ut Actores coram eo illos convenire, qui ipſorum bonis, aut perſonia manifeſtam injuriam, ae violentiam inſerunt. 21

Quod probat I. ex eo, quia Gregorius XV. videtur velle extendere ad Regulares Statutnm Tridentini *Seſſ.* 24. *de reform. c.* 5., ubi decernitur, qnod, qui habent Conſervarores, non poſſint in Cauſis Civilibua coram eis aliquem trabere, ſed ſolum poſſint coram eis trahi: in Cauſia vero Criminalibur, & miſtia dictæ perſonæ, Conſervatorem habentes, conveniantur coram ſuo Epiſcopo, vel alio ſuperiore ſuo Ordinario. Unde apparet, qood Concilium ſacit differentiam in modo procedendi quoad Cauſas Criminales, & miſtar, a modo procedendi quoad Cauſas Civilea: in his enim vult, ut habentes Conſervatorem active quidem coram eo neminem trahere; ſed forum rei ſeqnantur: paſſive autem trahi equidem poſſint: in Caoſia vero Criminalibur e contra vult, ut prædicti habeotea Conſervatorem, paſſive quidem coram ſuis Epiſcopis, & Ordinariis ſuperioribus trahantur, active autem coram dicto Conſervatore trahaot. Ad hoc enim dantur Conſervatores, ut a Moleſtiia, injoriis, & violentiis ſub tutela receptos conſervent illæſos, & defendant. 22

II. Quia

23 II. Quia alioquin non apparet, a quibusnam debeant Conservatores conservare? Unde potius dicendi atque Judices, dati pro ministranda justitia Regularibus, quam Conservatores.

24 III. Ex *Cap. Conquestus*, & *Cap. Cum sit, de for. compet.*, ubi dicitur: [Cum sit generale, ut actor forum rei sequatur. Verum quoniam Sæculares Judices in exhibenda justitia personis Ecclesiasticis sæpe in judicio sunt remissi; in favorem Ecclesiæ est introductum, ut Malefactores suos, qui Sacrilegi sunt censendi, Venerabilium locorum Rectores possint, sub quo maluerint Judice, convenire.] ergo cum Jus Commune ab illa generali regula: [Actor sequitur forum Rei,] quam in nostro proposito videtur approbare Gregorius XV., excipiat eos, qui malefecerint publice, & notorie Regularibus, eorum bona diripiendo, dissipando, invadendo, molestando, injuriando, violentando; dicendum est, quod etiam hic Pontifex velit hunc casum excipere; & quod solum intendat, quod Regulares Actores forum rei sequantur in exigendis pecuniis sibi a debitoribus suis debitis: in reliquis autem relinquant antiquos Canones, & Constitutiones in sua dispositione. Hucusque *Peyr. loco cit.*

25 Verum quamvis relata *Peyrini*, & *Donati* doctrinæ quoad II. partem vera sit, & subsistat; falsa tamen, & omnino insubsistens quoad primam. Cum enim non minus injuria sit, & maleficium, nec minus sacrilegium censendum, nolle Regularibus pecunias debitas persolvere, quam eos a suis possessionibus, domibus, &c. ejicere: non minus injuriatores, malefactores, & Sacrilegi censendi sint, qui pecunias Regularibus debitas non persolvunt, quam ii, qui a suis possessionibus, &c. illos ejiciunt: neque minus in Judicio sint remissi sæculares Judices in exhibenda Justitia personis Ecclesiasticis pro ejectione earumdem a propriis possessionibus, domibus &c., quam pro solutione Creditorum: non minus excipiantur ab illa regula generali, [Actor sequitur forum Rei] personæ Ecclesiasticæ patientes Civilem, quam Criminalem injuriam: neque demum minus ab una, quam ab alia, si notorie sit, debeant Conservatores secundum formam præscriptam in *Cap. 1. & fin. de offic. Jud. deleg. in 6.* Regulares sub tutela receptos, etiam ut Actores tueri; si Regulares ut Actores valeant injuriatores proprios, qui se e suis possessionibus, domibus, &c. ejiciunt, coram suo Conservatore, non sequendo forum Rei, stante Constitutione Gregoriana, ejusque declaratione per sacram Congregationem Concilii emanatam convenire; poterunt etiam, stante eadem Constitutione, & declaratione, injuriatores suos, qui sibi propria debita persolvere nolunt coram eodem suo Conservatore trahere: Cum præsertim laudata Constitutio Gregorii XV. absolute, & irrestricte loquatur, dicens: [Ad hæc statuit Sanctitas sua, ut coram ipsis Conservatoribus Regulares conveniri quidem aut trahi debeant: sed alios convenire, aut trahere non possint, ita ut memorati Conservatores in Causis, in quibus Regulares Actores fuerint, nullam prorsus jurisdictionem habeant, sed in iis tantum, in quibus Rei extiterint.] Et declaratio *Sac. Cong. Concilii* non distinguat inter injurias Civiles, & Criminales, solumque definiat: [Ejusmodi verbis (non laudatis Constitutionis Gregorianæ) minime sublatam fuisse facultatem, quam habent Conservatores, defendendi a manifestis injuriis, violentiis, dummodo observent formam præscriptam in Constitutionibus Innocentii IV., & Bonifacii VIII., relatis in *Cap. 1. & fin. de Offic. Jud. Deleg. in 6.*]

26 Allucinatur autem *Peyr.* in eo, quod ipsi videatur, Gregorium XV. velle ad Regulares extendere decretum Trident. *sess. 14. de refor. c. 5.* Cum enim laudatum decretum a dispositione, quam continet, expresse velit omnino exempta, & minime comprehense regularia loca, &c., non videtur, sub hoc decreto velle Gregorium XV. comprehendere Regulares, nisi illud corrigendo. Correctio autem jurium non est temere, & sine manifesta necessitate (quam sane non habet *Peyr.*) astruenda, ut habet famigeratum apud omnes Juristas, & Canonistas omnes proloquium. Quamobrem merito *Peyr.* sententia singularis est, & a Doctoribus passim refutata.

27 Quæ circa hoc punctum de Regularibus hactenus dicta sunt, intelligenda eodem modo veniunt de ipsorum adhærentibus, Procuratoribus videlicet, Syndicis, Agentibus, Servitoribus, Famulis, Familiaribus, &c. Quare hi, non secus, ac Regulares, quorum sunt Procuratores Syndici, &c. conveniri quidem tamquam rei debent coram Ordinum Conservatoribus: convenire tamen, ut Actores, nequeunt, nisi in manifestis injuriis, & violentiis, sibi illatis, vel inferendis, ut etiam notant *Pellizz. q. 28. n. 129. & alii.*

28 Verum quamvis communis Doctorum, & fere certa sententia sit, quod Regularium Conservator, attento Jure novissimo, ad eosdem ut Reos tuendos, ad omnes omnino Causas, nedum Civiles, sed Criminales pariter, & mistas, seu manifestarum, sive non manifestarum etiam injuriarum, sit deputatus; ad defendendos vero tamquam Actores, nonnisi ad Causas manifestarum; non ita tamen communis sententia est, nec æque omnibus certa, quod ille sit Actor in subjecta materia, qui trahit ad Judicium, & convenit; Ille vero Reus, qui trahitur, & convenitur. Contendunt siquidem non pauci, eumdem esse Actorem, & Reum in proposito, qui Actor, & Reus est in Nuntiatione novi operis; cum etiam in novo opere, quod nuntiatur, non semel intercedat injuria, illudque proinde materia partialis sit, circa quam in facti Contingentia versari queat potestas Judicis Conservatoris Regularium. Quamobrem, ut in Nuntiatione novi Operis, teste *Cortiada tom. 4. decis. 259. a num. 65.*, quincuplex versatur sententia circa explicationem Actoris, & Rei, & quidem scitu necessaria, ut dignoscatur, coram quo Judice, Nuntiantis videlicet, an Nuntiati Controversia sit agitanda, cum Actor sequi debeat forum Rei; ita & in proposito quincuplex recensetur sententia circa conceptum Actoris, & Rei, scitu pariter necessaria, ut decidatur, num coram Judice Regularium Conservatore, an coram alio Judice discutienda veniat injuria non manifesta Regularibus irrogata, ubi Regulares intervenerint in Judicio, ut Rei, non ut Actores, vel e converso. Et

29 Prima Sententia est, quod injuriatus, injuriam deferens in Judicio, sit Actor: Injurians vero delatus sit Reus: quia Actor censetur ille, qui prius provocat ad judicium. Ita doctores passim. Ad eum modum, quo in Nuntiatione Novi Operis, ob eamdem rationem, Nuntians novum opus, seu ob novum Opus molestatus, est Actor, nuntiatus vero, seu molestans, Reus: ut volunt *Gutier. Cons. 48. n. 1. Salgado ad Reg. protect. p. 2. c. 8. num. 54. vers. cui obstare, & resolut. num. 55. Alciat. in l. 1.*

l. 1. n. 10. vers. Certum, ff. de novi oper. Nuntiat. Ripa Observat. 63. n. 1. & 2. Maason, de Caus. caecat. ampliat. 38. Altimar. ad Rovit. decis. 1. Observat. 6. n. 18. Capon. discept. forens. Cap. 172. num. 1. Luca ad Franchis decis. 657. n. 7. Severin. ad Sanfelic. decis. 379. Romagaera in addit. ad Conciolum ad stat. Eag. lib. 2. rubr. 7. n. 12.

30 Secunda santentia ast; quod injuriatus Injuriam deferens in Judicio, sit Reus; Injurians delatus sit Actor. Ita *Monet. de Conserv. c. 7. q. 6. n. 339.* ex eo motus, quia ille, qui manifestam injuriam, & violantiam infert, ad Judicium provocat, & sic Actor efficitur: quemadmodum de jactante habetur in *l. diffamari C. de ingen. & manum; cum ibi not.* Cui adhæret *Chiavetta lib. 3. instit. Canonic. p. 1. t. 3. §. 3. n. 20.* quia ille, qui defert, molestatur in jure suo, & videtur quasi se defendere. Unda infert Chiavatta *loc. cit.*, Laicos debitores, nolentes solvere debita Regularibus, posse ab his coram Judice suo Conservatore trahi, & conveniri: quia in tali casu monasterium non consideratur ut Actor, sed ut manifeste injuriatum, adeoque non debet sequi forum Laicorum injuriantium. Et *Nidus de Conserv. Regul. c. 5. partic. 1. a n. 14.* inquiens, Regularem, qui injuriam, molestiam, violentiamque manifestam passus fuerit, censendum esse Reum. *Marches. tom. 3. de Commiss. Jactat. c. 1. §. 2. n. 3. Passerin. 155.* & alii dicunt, quod diffamans sit Actor, licet a diffamato in judicium vocetur; & sic etiam dici debet de injuriante, qui provocat injuriatum, ut recurrat ad Judicem, & eum in judicium vocet &c. sicut in casu diffamationis magis communis sententia est, quam sequitur *Marches. ubi supra num. 40.*, quod diffamans sit Actor, diffamatus vero Reus: quia in hoc judicio diffamatus se defendit, & non provocat, nisi provocatus; & naturale initium, & origo diffamationis attendi debet. Hæc *Nidus*. Ob eamdem rationem in Nuntiatione Novi Operis Nuntians illud, ast Reus, utpote molestatus: Nuntiatus vero, quippe molestans, est Actor. *Anton. de Butr. in cap. significantibus, ubi Abbas n. 2. & Socin. n. 5. de Novi Operis Nuntiat. Guttier. Cons. 48. n. 4. de Grassis de Effect. Cleric. effect. 1. n. 633. Sanfel. decis. 379.*, quibus subscribit *Cortinda laudatus n. 31.*

31 Tertia sententia est, quod aliquando contingit, injuriatum esse Reum, Injuriantem vero Actorem. Ita nonnulli. Simili modo, quo in Nuntiatione novi operis evenit aliquando, quod Nuncians sit Reus, & Nuntiatus sit Actor, ut dicit *Ripa Observat. 63. n. 3.*

32 Quarta sententia est, quod injurians vel compareat simpliciter ad sui defensionem, ut mediante satisfactione remissio fiat injuriæ; & tunc dicitur perseverare Reus; vel citat principaliter injuriatum; & tunc, dum comparet, & judicium prosequitur, non dicitur amplius Reus, sed partes Actoris sustinet. Ita nonnulli. Quemadmodum in nuntiatione novi operis vel nuntiatus comparet, simpliciter ad sui defensionem, ut mediante satisdatione remissio operis fiat; & tunc dicitur perseverare Reus: aut nuntiatus citat principaliter nuntiantem, ad tollendum, revocandum &c.; & tunc nuntiatus, dum comparet, & judicium prosequitur, non dicitur amplius Reus, sed partes Actoris sustinet; ut cum *Bart. Angelo n. 3. Alex. n. 4. Castrens. n. 4. in l. de pupillo; §. Procurator ff. de novi oper. nuntiat.* docet *Ripa dic. Observ. 63. num. 4.*

33 Quinta sententia est, quod si offensæ satisfactio sit extrajudicialiter petita, & ex ea offendens compareat, citando offensum ad comparendum in Judicio; tunc ipsemet offensor dicitur Actor, & offensus Reus. Sin autem satisfactio offensæ sit Judicialiter petita, adeundo Judicem; tunc offensus dicitur Actor, & offendens, contra quem mandatum debitæ satisfactionis expeditur, dicitur Reus. Ita quidam, pariformiter discurrentes ad Nuntiationem novi operis: quæ si facta sit extrajudicialiter, & ea facta nuntiatus compareat, citando nuntiantem, ad tollendam, & revocandam Nuntiationem novi operis; tunc ipse Nuntiatus dicitur Actor, & nuntians Reus. Si vero Nuntiatio sit facta judicialiter, adeundo Judicem; tunc Nuntians dicitur Actor, & Nuntiatus, contra quem mandatum expeditur, Reus; ut contendit ex *Severino ad Sanfel. decis. 379. Romaguera ad Conciol. ad Statut. Eug. lib. 2. rubr. 7. n. 13. & 14.*

Sed quidquid sit de allatis Sententiis, & ex- 34
plicationibus in Nuntiatione novi operis: In materia de Judice Conservatore Regularium definita videtur prima sententia & explicatio, quod nimirum Injuratus injuriam deferens in Judicio, sicque prius ad illud provocans, & trahens, sit Actor; Injurians vero delatus, sicque provocatus ad Judicium, & tractus, sit Reus, & quidem in Constitutione Gregor. XV. laudata §. 9. sic: [Ad hæc statuit Sanctitas sua, ut coram ipsis Conservatoribus Regulares, ac personæ suprascriptæ conveniri quidem, aut trahi debeant; sed alios convenire, aut trahere non possint, ita ut memorati Conservatores in Causis, in quibus Regulares, & alii Actores fuerint, nullam prorsus jurisdictionem habeant, sed in iis tantum, in quibus Rei extiterint.] Unde Actor in proposito idem est, ac conveniens, provocans, & trahens ad Judicium, seu injuriam receptam deferens in judicio; Reus vero Conventus, & tractus ad Judicium, seu de injuria alteri per ipsum illata, delatus ad Judicium, Et hæc circa explicationem Actoris, & Rei.

Duo hic pro coronide prætereunda non sunt: 35
& primum est: Gregorium XV. in sua Constitutione reformatoria §. 43. concedere quidem, quod Regulares, ceteroqui Conservatorem habentes, petere queant a Principibus, seu Magistratibus Laicis, in casibus a Jure permissis, (idest in quibus ipsimet erunt Actores, ut explicat *Peyr. ad hanc Constit. §. 2. n. 67.*) Judicem non suspectum, qui neque sit excommunicatus, neque suspensus, neque interdictus: modo tamen hæ tres conditiones copulative purificentur, quibus nimirum Regulares Actores sint, non autem Rei: quod agant contra Laicum, non autem contra Ecclesiasticum: quodque demum causa fuerit profana, non ecclesiastica; & in ea Laicus aliquodus Judex competens existat.

Secundum est: Constitutionem præfatam Gre- 36
gorii XV. cum declarationibus Sacræ Congrega-
tionis Concilii, quæ hodie ad unguem servanda
ast, cum ad ipsius terminos omnia Conservato-
rum privilegia redacta sint, Regulares omnes af-
ficere, & comprehendere, si Carthusiam Papien-
sem excipiamus, cui, ut testatur *Pignatellus tom.* 37
8. Consult. 33. num. 26., concessa est ab Innoc. X.
Conservatoria cum expressa, & speciali faculta-
te, attributa Conservatoribus, in ea nominatis,
procedendi in Causis, requirentibus judicialem in-
daginem, cum amplissima derogatione omnibus
Constitutionibus in contrarium quomodolibet fa-
cientibus, & consequenter dictæ Gregorianæ: &
Ordinem militarem Sancti Jacobi, cujus amplissime 38
Con-

Conservatoriæ per S. Pium V. indultæ nihil detrahere, nedum Constitutionem Clem. VIII. *incip. Sanctissimus anno* 1592., sed etiam Gregorianam, de qua loquimur, contendit *Mendo de Ordin. milit. disp.* 2.*q.*4.*n.* 141.*&* 142. infra adducendus *art.*19. de potestate Judicis Conservatoris Regularium attento Jure novo *ass.* 2. Imo æque ceteros afficere, & comprendere, ac Religiosos Soc. Jesu, & S. Joannis Hierosolymitani, non obstantibus amplissimis utriusque Religionis privilegiis circa Conservatorem, ut de Patribus Soc. Jesu declaravit Congregatio specialiter deputata ab Innoc. X. *anno* 1649. *in Causa inter Episcopum Angelopolitanum, & Patres Societatis*, quam declarationem per extensum referunt complures, quos inter *Tondutus de prævent. p.* 3.*c.* 3. *& Lezana in Consult. variis Consult.* 40. ubi proposito dubio V. [Utrum Constitutio Gregorii XV. Circa Conservatores Regularium cum declarationibus Sac. Congreg. Concil. desuper editis æque afficiat, & comprehendat Religiosos Soc. Jesu, ac ceteros Regulares, ita ut omnia alia prædictæ Societatis privilegia fuerint redacta ad terminos dictæ Constitutionis, &c.] Congregatio respondit: [Hujusmodi Constitutionam cum declarationibus, ut prætenditur, editis, æque afficere Religiosos Soc. Jesu, atque aliorum Ordinum: & Conservatores ad illius præscriptum esse eligendos, non obstantibus quibusvis privilegiis, quippe quæ omnia sunt redacta ad terminos ipsius Constitutionis.] Et de Militibus Hierosolymitanis respondit Sacra Congregatio Concilii *in una Melivetana die* 6. *Februarii* 1657. hac de re consulta, sic: [Constitutionem prædictam non afficere Religionem Hierosolymitanam, nisi quoad Conservatores, & non quoad Judices Ordinarios, habentes ordinariam jurisdictionem intra limites Suorum Prioratuum: eidemque Religioni adhuc jus eligendi Conservatores competere.] Quod sane decretum refertur a Barbos. tum *de offic. & pot. Episc. alleg.* 106. tum *in Trident. sess.* 14. *de refor. c.* 5., & a Donato *tom.* 1. *tract.* 17. *de Conservatore q.* 2., & per specialem Constitutionem *incip.* [Exponi] fuit deinde confirmatum ab Urbano VIII. *die* 17. *Febr.* 1628. estque specialis hæc Constitutio inter Bullas hujus Pontificis 78. *tom.* 4. *Bullar. Cherub.*

Et hæc quoad Regularium Conservatoris essentiam ex professo disseruisse, sit satis, quæ tamen meliorem hauriant lucem ex iis quæ inferius erunt stabilienda, ubi de potest. Judicis Regularium Conservatoris sermo erit, examinando in particulari, Ad quæ se extendat Judicis Regularium Conservatoris Potestas, *art.* 18. 19. 20. 21. 22. & 23.

Quoad ejus autem divisionem, causam finalem, & Institutionem, sit

ARTICULUS QUARTUS.

Quotuplex, & propter quid sit, ac Quonam Jure introductus Judex Conservator Regularium.

1 Dico I. Judicis Regularium Conservatoris duplex recensetur genus medium, seu species subalterna sub genere veluti supremo, & generalissimo Judicis Regularium Conservatoris ut sic contenta: alterum secundum Jus, seu secundum potestatem, quæ illi competit de Jure communi antiquo: alterum vero secundum privilegia, seu secundum facultatem, quæ eidem congruit de jure speciali, seu peculiari novo, & novissimo Rescripti, vel Privilegii. Ita *Glossa* 2. *dic. Cap.* 1. *Jo: Andr. Cap. si, n.* 2. *&* 4. *Gemin. ibid. §. Conservatores n.* 4. *&* 5. *Mandos. in prax. signat. grat. lit. de Conservat. vers. An autem ultra præmissa, Confectius in Summar. Mater. privil. Ordin. Mendic. lit.* 4. *c.* 2. *& alii cum Monet. de Conservat.*
2 *c.* 2. *q.* 1. *n.* 1. & 2. ubi tertium addit Conservatoris genus medium, seu tertiam speciem subalternam, secundum videlicet consuetudinem legitime præscriptam, sive secundum legitimam præscriptionem. Jam

3 Judex Regularium Conservator secundum Jus, seu secundum potestatem, quæ ipsi competit de Jure Communi antiquo, triplex genus infimum, seu triplicem sub se continet speciem specialissimam, quam præter alios recenset *Jo: Andr. dic. c.* 1. *n.* 2. *de offic. deleg. in* 6. *in Novella, & Gloss.* 2. *ad eumdem textum, vers. Scire debes, apud Monetam c.* 2. *n.* 2. *Mirandam in Man. q.* 47. *art.* 1. *Concl.* 1. *Tamburinum de Jure Abbatum tom.* 3. *d.* 17. *Quæst.* 1. *n.* 2. *& alios*, ubi asserit, hujusmodi Conservatores interdum dari, ut aliquos defendant contra Latrones, & prædones; interdum contra eos, qui illorum privilegia infringunt: interdum latius, ut ab injuriis, & offensis tueantur. Notatque *Jo: Andr. dic. Gloss.* 2. quod in nullo dictorum Casuum cognoscere possunt de his, quæ judicialem requirunt indaginem, procedendu nimirum per viam Judicii, ad investigandam veritatem, quasi dubii de justitia, ut habetur expresse *in Cap. Statuimus de offi. deleg. in* 6.

Judex autem Regularium Conservator secundum privilegia, seu secundum potestatem, quæ ipsi congruit de jure peculiari novo, & novissimo Rescripti, vel Privilegii, multiplex genus infimum, seu multiplicem sub se speciem continet specialissimam: Aliquibus enim Conservatoribus potestas indulgetur cognoscendi etiam de Criminalibus, & mistis: Aliquibus vero de solis Criminalibus: Aliquibus, ut in iis, quæ judicialem indaginem exigunt, summarie procedant, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & Figura Judicii: Aliquibus vero id non exprimitur, sed in propriis, & integris terminis Judicum cum plena Causæ cognitione relinquitur. 4

Aliquibus extenditur potestas ad plures dietas, restringitur tamen aliquibus ad unam: Aliquibus, ut Regulares tueantur Conventos, & Reos, non autem Actores, & Convenientes, nisi in manifestis injuriis, & violentiis: Aliquibus vero, ut tam Reos, quam Actores, etiam in non manifestis defendant. Aliquibus, nominatim deputatis, & personaliter, personam nominatim designatam conservandi, potestas indulgetur: ut si detur Petro pro conservando Titio Religioso, ejusque privilegiis, &c.: Aliquibus tamen sub nomine dignitatis, ut si concedatur Episcopus pro tuendo Monasterio A. Aliquibus, ut eligantur, qualitas Judicii Synodalis cum Ecclesiastica dignitate conjuncta necessaria est; non ita tamen nonnullis, ut ex literis Conservatoriis Summorum Pontificum *art.* 42. adducendis, quibus recensiti Conservatores indulgentur, & declarationibus sacrarum Congregationum in discursu allegandis satis superque conspicuum erit.

5 Dico II. Finis, ob quem Regularibus Conservatores Judices indulti sunt, ille a S. Pio V. in Constit. [Ad hoc nos Deus] pro Dominicanis assignatur §. 14. scilicet [Ut fratres, & Moniales a præmissis molestiis, & perturbationibus sublevati, quietius Altissimo famulari, & uberiores fructus quotidie in agro Domini pro Christianæ religionis defensione, & ampliatione perferre possint.] Idem fere ab aliis Summis Pontificibus exprimitur, ut videre est in literis eorumdem Conservatoriis pro Regularibus, laudato *art.* 42. referendis.

6 Abbas *in Cap. licet de Censib.* ut supra retulimus *art.* 1. *ass.* 1. *n.* 14. Conservatores Regularibus concessos esse, inquit, tum propter eorumdem professionem expressam paupertatis: tum propter divinum Cultum, cui ex proprio instituto sunt addicti: tum denique propter decentiam; cum Monastici Status Clausuram maximopere videatur dedecere, pro tuendis rebus suis ad tribunalia sæcularia, ad quæ promiscue confluunt passim sæculares omnes, seu laici, sive Ecclesiastici, se exoferre. Sic *Abbas*

7 *Bordonus tom. 3. variar. Resolut. p. 2. resol. 95. n. 2.* cui patrocinatur *Confectius in Summar. privil. Mendic. tit. 4. c. 1. de Privilegiorum Conservatoribus*, inquirens, cur Conservatores dentur Religiosis? hæc est ratio, ait; quia cum Religiosi in suis Causis cum sæcularibus, & aliis extraneis nullum habeant Judicem, ne quidem Ordinarium loci, utpote ab ejus jurisdictione exempti, sed Romanum dumtaxat Pontificem; ad quem tamen immediate recurrere, magni dispendii, & incommodi foret, tam ipsorum, quam sæcularium, qui cum Regularibus quandoque lites habent: Ideo summus Pontifex ut hujusmodi incommodis occurreret, statuit pro iisdem Regularibus Judices speciales Conservatores, qui eos in partibus, tamquam Apostolicæ Sedis delegati, a manifestis injuriis defenderent. Ex hoc enim Conservatores vocantur *Cap.* 1., *& fin. de offic. Judic. deleg. in 6.* Hactenus Bordonus.

8 Dico III. Quamvis in jure Canonico pervetustus sit, & ante *Cap. 1. de offic. deleg. in 6.* usus Conservatorum, ut deducitur ex illis verbis ipsiusmet *Cap.* 1. [Conservatores, quos plerumque concedimus.] Si enim plerumque tunc Conservatores indulgebantur, ut ait Innoc. IV., laudati *Capituli* Auctor: ergo solita erat tunc Apostolica Sedes, illos concedere. Et patet etiam ex eo, quod, ante dictam Decretalem, de Conservatoribus egerint doctores, ut refert *Monet. c. 3. q. 1. n. 3. ex Gofred. in Summ. tit. de offic. deleg. §. Item quod de Conservatoribus, & aliis Doctoribus*: nihilominus nec in Decreto, neque in Decretalibus quidquam de iisdem expresse, ante dictam Constitutionem, dispositum reperitur, ut notant *Archidiac. cit. cap. 1. n. 1. Jo. And. ibi in princ. & Gemin. n. 2. in fin.* ita ut ad eorumdem Conservatorum enucleandam, declarandamque potestatem, memorata emanavit Constitutio Innocentii IV. Quamvis tacite Lucius III. in *Cap. ad hæc de Rescript.*, de illis saltem Conservatoribus, qui habent judicialem indaginem, & omnino Judicibus æquiparantur, decrevisse videatur, non valere literas ab aliquibus impetratas, per quas eorumdem omnia negotia unius Judicis, vel plurium, quos sibi elegerint, arbitrio committantur.

In jure tamen Civili, & Vetustissimus quidem fuit Conservatorum usus; & de illis, pluribus nedum annis, sed etiam sæculis ante *dic. cap.* 1. pluribi mentio facta est, ut testatur *Jo: Andr. in cap. fin. n. 2. de offic. deleg. in 6. ibique Gemin. §. Conservatores autem n. 4. & Anchar. dic. cap. 1. n. 3.* scilicet in *Auth. Ut jud. fin. quoquo Suffrag. fi Collat. 2. §. Nulli quoque Judici*, ibi: [Nulli quoque Judici penitus concedimus, neque Civili, neque militari, mittere per Civitates Provinciæ, quibus præsidet, eos, qui vocantur loci Servatores.] Et §. *Interdicimus autem*, ibi: [Interdicimus autem, & gloriosissimo Magistro militum Orientis, & omnibus nostris Judicibus, aut latronum insectatores, aut violentiarum inhibitores, aut damnatos, aut aliquos tales destinare in provincias.] Et *in Auth. de Mandat. Princ. collat. 3. §. illud tamen vers. eos autem*, ubi legitur: [Eos autem, qui vocantur loci Servatores, dare Judices in Civitatibus Provinciæ, cui præsident, licet spectabiles viri, vel Clarissimi, vel Præsides sint, omnibus interdicimus modis.] Et *in Auth. Ut nulli Judic. hab. loc. servat. Collat. in princ. & §. Nunc vero, ac §. ad majorem* statuitur, ut nullus Judicum valeat, loci Servatorem emittere, nisi concesserit Imperator. Quæ sane jura Civilia ex Authenticis Constitutionibus deprompta Justiniani I. Imperatoris, qui cœpit imperare anno Domini 527. ut referunt *Sigibertus in Chronic. Antonius Contius in Chronologia Imperii Justiniani*, *Petrus Matthæus in Catalog. Pontificum*, & alii, compluribus nedum annis, sed etiam sæculis, ut supra innuimus, fuisse lata ante Decretalem illam Innoc. IV. *Cap. 1. de offic. deleg. in 6.* manifeste liquet, ex eo, quod Innocentius fuerit ad Pontificatum evectus anno 1243., ut testantur *Platina, & alii in ejus vita*. 9

Sed licet ante dictam Constitutionem Innocentii IV. multis nedum annis, sed etiam sæculis de Conservatoribus expressa mentio pluribi facta sit in Jure Civili, nullibi vero in Jure Canonico; in illa tamen Decretali, & post illam compluribus in locis Ecclesiastici Juris mentio, & dispositio expresse facta reperitur. Et sane, ut observat *Monet. dic. cap. 3. q. 2. a n. 6.* in sexto Decretalium libro de Conservatoribus quatuor habentur Canones: quorum primus est toties laudatum *Cap. 1. de offic. deleg. in 6.* quæ fuit decretalis Innocentii IV., ut supra non semel innuimus, decernens, ut Conservator a manifestis defendat injuriis, nec ad alia, quæ judicialem exposcunt indaginem, suam potestatem extendat. Secundus est *Cap. 2. de offic. deleg. in 6.*, quæ fuit decretalis Alexandri IV. immediati successoris Innocentii IV., statuens, quod in coactionibus, 10

nibus, & pœnis Episcoporum Conservatores deferant eorum dignitati, ita ut ingressus primo Ipsis Ecclesiæ, vel sacerdotale a Conservatoribus interdicatur ministerium: deinde vero suspendantur ab officio: & subsequenter contra eos Censura aggravetur ecclesiastica; nisi forte aliter fieri suaserit nimia eorum contumacia, sive culpa. Tertius est *Cap. fin. de offic. deleg. in 6.* quæ Decretalis fuit Bonifacii VIII. desumpta ex parte ab *extravag.* Alexandri IV. *incip.* [Quia de Conservatoribus], ut notat *Gloss. s. dic. cap. fin.*, ubi statuuntur, quinam esse possint Conservatores; in quo loco procedere debeant; aliaque id genus complurima. Quartus est *c. Auctoritate 4. de privil. in 6.* quæ Decretalis fuit Alexandri IV.; per quam revocantur sententiæ ab ipsis Conservatoribus latæ adversus Ordinarios, qui compescunt exemptos, construentes Oratoria, sive Capellas in loco exempto sine eorum licentia: aut in sic constructis, vel tempore interdicti (exceptis Casibus in jure expressis) divina celebrantes, vel celebrari facientes, &c.

51 In Clementinis quoque de Conservatoribus habetur, quod Prælatis Ecclesiarum, qui processus juste factos, seu sententias juste latas a Conservatoribus pro exemptis publicari, seu executioni mandari per suos subditos non permittebant, districte præcipiatur, ut a prædictis, & aliis gravaminibus omnino cessent, & cessare suos subditos faciant.

52 In Extravagantibus post Clementinas emanatis usque ad Concilium Lateranense sub Leone X. nihil, quod vim Communis, & perpetuæ legis habeat, disponitur. Et quamvis Joannes XXII. in *extravag. unic. de Jud. inter Comm.* dederit quosdam Conservatores, quibusdam Prælatis, Capitulis, & Conventibus, vicissim pro observatione *Clem. dudum de sepult.*; ea tamen vel est Constitutio temporalis, vel certe localis; quin potius privilegii, vel rescripti, quam Constitutionis naturam habet, ait *Monet. ubi supra n. 10.*

53 In Concilio Lateranensi per Bullam Leonis X. decernitur, ut Conservatores non Jurisperiti sibi Assessorem assumant: Quemadmodum per aliam ejusdem Bullam *incip.* [Sacro approbante Concilio, dum intra mentis] inter cetera quoad Fratres quorumcumque Ordinum, præsertim Mendicantium, statuitur, ut Conservatores, eisdem Fratribus, pro tempore a Sede Apostolica deputandi, esse debeant doctrina, & probitate præstantes, ac in Ecclesiastica dignitate constituti, & coram eis per eosdem Fratres, quibus dati fuerint, ultra duas dietas a loco suæ solitæ habitationis nullus trahi possit, privilegiis super hoc alias eis concessis nullatenus suffragantibus.

54 A Concilio Lateranensi usque ad Tridentinum Bullæ a Clemente VII., aliisque summis Pontificibus emanatæ, privilegii potius, quam communis legis vim, & naturam habere, contendit laudatus *Monet. n. 15.*

55 In Concilio Tridentino *sess. 7. c. 14. de refor.* statuitur, quod in Civilibus Causis mercedum, & miserabilium personarum Clerici Sæculares, aut Regulares extra Monasterium degentes, quomodolibet exempti, etiamsi certum Judicem, a Sede Apostolica deputatum, (Conservatorem videlicet, ut intelligit *Guttier. pract. quæst. lib. 3. q. 10.* & doctores communiter, paucis exceptis, teste *Nido de Conserv. c. 4. par. 8. n. 8.*) in partibus habeant; in aliis vero Causis, si ipsum Judicem non habuerint, coram locorum Ordinariis, tamquam in hoc ab ipsa Sede delegatis, conveniri, & jure quodam medio ad solvendum debitum cogi possint, privilegiis, exemptionibus, Conservatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus adversus præmissa nequaquam valituris. Et *sess. 14. c. 5. de refor.* idem servari mandatur quoad Causas mercedum, & miserabilium personarum, aliaque de Conservatoribus disponuntur: a quibus tamen eximuntur, qui Universitatibus Generalibus, ac Collegiis doctorum, seu scholarium, vel Regularibus locis, aut Hospitalibus actu hospitalitatem servantibus, eorumve personis conceduntur. Et *sess. 21. c. 8. item de refor.* præscribitur, Conservatorias non obstare, quin beneficia quæcumque Sæcularia, vel Regularia, qualitercumque commendata, etiam exempta, ab Episcopis etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegatis, annis singulis visitentur; curaturque congruentibus remediis, etiam per sequestrationem fructuum, ut quæ renovatione indigent, aut restauratione, reficiantur; & cura Animarum, si qua illis, vel eorum annexis immineat, aliaque debita obsequia recta exerceantur.

A Trident. Concilio usque ad hæc nostra tempora complures emanarunt, ad favorem præsertim Regularium, Conservatoriæ literæ: quarum tamen permultas privilegii, & gratiæ potius, quam legis habere naturam, contendit *Monet. n. 13.* Si illas excipiamus, utpote vim legis habentes, Gregorii XIII. *anno* 1580. *incip.* [Romanum decet Pontificem], qua multa disponuntur, a Conservatoribus circa Notarios, Assessores, sententias ferendas, salaria, munera, aliaque id genus in Provincia Mediolanensi servanda: Gregorii XIV. *nono Kal. Junii incip.* [Cum alias] qua decernitur, Conservatorem non posse licentiam dare, extrahendi delinquentem ab Ecclesia; neque cognoscere, an Is Ecclesiastica immunitate gaudere debeat. Regulam, sive Ordinationem Clementis VIII. statuentis, ut Conservatores quorumcumque Ordinum, Capitulorum, Collegiorum, Militiarum, ac Universitatum, propter reliquas qualitates, a Bonifacio VIII. requisitas in *Cap. statutum de Rescrip. in 6.* illam habeant quoque, quod electi, ac designati sint in Concilio Provinciali, vel diœcesano ad terminos Concilii Trident. Et demum Gregorii XV. *incip.* [Sanctissimus] 20. *Septembris* 1621., qua revocantur omnes, & quæcumque Judicum Conservatorum electiones, &c. Qualitates Conservatorum de novo eligendorum designantur: statuuntur pœnæ adversus eligentes non servata forma, in ipsa Constitutione præscripta: Locorum Ordinarii ad Judices Synodales eligendos admonentur: Quid præstare debeant Regulares post electionem Conservatoris, & sub qua pœna, disponitur; sicut & tempus durationis ipsiusmet Conservatoris. Ad quæ, & intra quos fines Auctoritas Conservatorum extendatur, describitur. In Controversia de competentia Jurisdictionis, quomodo procedendum, exponitur. Pœnæ adversus Conservatores, suæ potestatis limites excedentes, juxta formam Constitutionis Bonifacii VIII., quæ per hanc ipsam Constitutionem innovantur, definiuntur. Regularibus Judicem sæcularem non suspectum petere, in Casibus a Jure permissis, non prohibetur. Observantia præmissorum cum decreto irritante præcipitur, contrariis quibuscumque plenissime derogando, &c. 56

Dico IV. cum *Moneta c. 3. q. 2. a n. 13.* Per *cap. 1. a. & fin. de offic. deleg. in 6.* sicut, & per cetera recentiora Jura non inducuntur Conservatores in 57

usu, ita ut si aliquibus concedendi, statuatur; cum jam ante memorata Jura, ut supra insinuavimus, Conservatores essent in usu: sed posito, quod illi jam in uso sint, per allegata Jura de eorumdem electione, Qualitatibus, Officio, & Potestate disponitur.

18 Nec officit, quod in *dic. cap. 1.* apponatur verbum *statuimus*, quod de se inductivum reputatur novi Juris; non autem *declaramus*, quod Jus explicat jam inductum, ut notant *Gloss.*, & *Doctores in Clem. fin. de Rescript.*, & *Clem. statutum, de elect.*

Non officit, inquam, tum quia verum non est in universum, quod verbum *statuimus* de se inductivum censeatur novi Juris; cum etiam in aliqua lege, seu Constitutione positum, aliud aliquando significet, ut liquet ex *Cap. super. Quæstionum §. verum, ibique Gloss. verb. statuimus, & ult de off. deleg.* Tum etiam, quia, adhuc dato, quod verbum *statuimus* semper, in quacumque dispositione, & lege sit novi Juris inductivum, & consequenter etiam in *dic. cap. 1.*, dici nihilominus potest, laudatum verbum in eodem *cap. 1.* inductivum esse novi Juris quoad constitutionem potestatis, quæ licet antea esset in usu; statutum tamen non erat, ad quid Conservatoris Jurisdictio posset extendi.

Atque hæc quoad Divisionem, Finem, & Institutionem Judicis Regularium Conservatoris. Quoad ejusdem vero Causam, sit



ARTICULUS QUINTUS.

A quo sit, vel esse possit Judex Conservator Regularium.

Ubi

De Errore Communi quo ad Jus faciendum.

1 Dico I. Judex Conservator Regularium iisdem a Pontifice Maximo conceditur. Assertio est citra controversiam ex *c. 1. de offic. Jud. Deleg. in 6.* ibi: [Conservatores, quos plerumque concedimus.] *c. 2. de eod. tit.* ibi: [Conservatoribus a Sede Apostolica deputatis.] *Et cap. fin. eod. tit.* [Conservatores, qui aliquibus, non manifestis injuriis, & violentiis arceantur eosdem, plerumque a Sede Apostolica conceduntur.] Ex *Trident. sess. 7. c. 14. de refor.* ubi sic legitur: [Etiamsi certum Judicem, a Sede Apostolica deputatum (idest Conservatorem, ut explicant *Gutier. pract. quæst. lib. 3. q. 10.*, *& alii passim*) in partibus habeant]. Et alibi ex Constit. Gregorii XV. de Conservatoribus, in cujus §. 3. habetur: [Quodque deinceps literæ Conservatoriæ, per Sedem Apostolicam concedendæ, suprascriptis tantum dirigantur.] Et ex aliis demum aliorum Summorum Pontificum, quibus ii Conservatores, & facultatem Conservatores eligendi Regularibus concessere, & concedunt in dies.

2 Et quidem a Papa Regularibus conceditur Judex eorumdem Conservator, nedum adversus personas Ecclesiasticas; ut est certum, pro defensione personarum, familiarium, bonorum, Jurium, rerum, &c. ipsorummet Regularium; sed etiam contra Laicos, quantumvis simile Conservatoris privilegium habentes; ut diximus supra *art. 1. ass. 2. §. dicitur 8. n. 68. & 69. & art. 2. ass. 2. §. dicitur tandem n. 23.* & optime notant *Lopez de Salsedo in Add. ad Pract. Can. Diaz c. 3. versu Unde ex illa lege, ac vers. Et nota. Lup. in repet. cap. Per vestras n. 3. Anchar. c. 1. de offic. Jud. deleg. in 6. n. 1. Rodriq. quæst. Regul. tom. 1. q. 65. art. 2.* & alii

3 passim: ex eo moti, quod Papa sit Judex ordinarius omnium, etiam Laicorum, cum damna personis, & rebus Ecclesiasticis inferunt. Et ex *cap. Cum sit generale, de for. compet.* ubi statuitur, quod Rectores locorum venerabilium possint Laicos malefactores suos coram Judice Ecclesiastico convenire. Ex *cap. Conquestus eod. tit.*, ubi decernitur, quod Laici, per violentiam usurpantes bona Ecclesiæ, etiam temporalis Jurisdictionis, per Censuram Ecclesiasticam ab Ecclesiastico Judice cessare ab hujusmodi violentia, & satisfacere de præteritis damnis, & injuriis compellantur. Et ex *cap. Si Clericus Laicum de for. comp.* ex quo *Panorm.*, ceterique Doctores, tamquam certissimum firmant, quod ubi probabiliter non negetur, rem, de qua agitur, Ecclesiæ esse, poterit Laicus coram Ecclesiastico Judice conveniri.

Et non modo ubi contra Laicos agendum 4
actione reali; sed etiam mixta, seu actione reali in factum: ut si agendum ex legato, locato, &c. Sicut enim tunc potest Laicus a Regularibus coram Judice Ecclesiastico conveniri, *Soc. in dic. cap. Si Clericus Laicum n. 19.* ita & potest, iisdem dari Conservator; quin & de facto datur, coram quo, tamquam Judice suo Ecclesiastico, a Regularibus Laicus in dictis Casibus convenitur. Immo & in omnibus iis Casibus, in quibus potest aliundo Laicus coram Judice Ecclesiastico trahi; cum & ipse Regularium Conservator Judex Ecclesiasticus sit: sicut & coram Judice Laico, ut fuse diximus supra *art. 1. 2. & 3.*, & fusius infra explicabimus ab *art. 18.*, indagantes: Ad quæ se extendat Regularium Conservatoris potestas.

Et non solum in defectum, seu negligentiam 5
Judicum Sæcularium, sed etiam absolute, & nulla Judicum sæcularium negligentia interveniente, datur a Papa Regularibus Judex eorumdem Conservator, huic committendo, ut simpliciter,

citer, & de plano, sine strepitu, & figura Judicii, &c. Causas cognoscat, juxta *cap. Qualiter, & quando il 12. de Accusat. cum suis concord. Rodriq. dic. q. 65. art. 2., & alii communiter.*

6 Dico II. Judex Regularium Conservator ita conceditur iisdem a Papa contra præfatas personas modo prædicto; ut, etiamsi communi errore reputetur Papa, eum revera talis non sit; eo quia invalide ad Pontificatum evectus ratione vitii occulti, in electione intervenientis, ob quod illa nulla foret: Vel quia incidit in hæresim, juxta sententiam illorum, qui docent, Papam in hæresim lapsum, ipso facto depositum esse, nec manere verum Pontificem; adhuc tamen deputatio valida sit, non secus, ac reliqua gesta per hujusmodi Papam vere non talem, sed communi errore pro legitimo reputatum. Ita *Monet. de Conser. c. 10. q. 10. n. 447. & alii ex Bald. in l. Non mutat c. de liberal. Caus. & Jas. in l. Barbarius n. 64. ff. de offic. Prætor. Gabr. Commun. Concl. lib. 4. de Probat. Concl. 8. n. 10. Mascard. de Probat. Concl. 649. n. 29. Sanchez de Matrim. lib. 3. d. 22. n. 29.* qui *n. 52. post Innoc., Anchar. & Henr. Bolch in Cap. nihil,* 7 *de elect.* addit, quod ubi Dignitas, vel Officium Confirmatione non indigeat, sed sola electione, aut alia provisione; tunc si cum electione, vel provisione Communis error concurrat, valida erunt gesta per hujusmodi Dignitatem, vel Officium obtinentem. Et *n. 51. post Ugol. de Cens. ecclesiast. tab. 1. r. 2. §. 22. n. 3.* Quod si delegatus deputetur ab Ordinario, qui, & ipse revera Judex non sit, sed pro tali communiter habeatur, subsistat deputatio delegati. Assertio proba-
8 tur ex eo; quia Communis error jus facit, ac veritati præfertur, ut habet vulgatum Juristarum, & Theologorum axioma cum *Gloss. in dic. l. Barbarius ff. de offic. Prætor. & alibi, Navarr. in cap. Placuit n. 180. de pœn. dist. 6. Paludano in 4. dist. 17. Jo. Medin. c. de confess. q. 22. Sanchez de Matr. lib. 3. d. 20. Lessio de Just. & Jur. lib. 2. c. 29. dubit. 8. Suarez de Censur. d. 9. sect. 1. & 2. & d. 14. sect. 1. & aliis penes ipsos ex l. 3. ff. Ad Maced. l. cum quidam, §. quid si ipse. ff. de acquir. hæred. dic. l. 3. ff. de sepell. l. 1. cap. de Testam. Et §. sed cum aliquis, Instit. eod. tit. cap. Nihil, de elect. & aliis Juribus.* Verum cum hujusmodi principium non semel in discursu ad non pauca decidenda afferendum sit: circa illud nonnulla stabilire, in iis nimirum, quæ ad nostram de Judice Regularium Conservatore materiam faciunt, importunum non sit. Itaque

9 Ut error Communis jus faciat, ac veritati præferatur, necessarium primo est; quod talis error probabilis sit, non autem crassus, & supinus; ut cum aliis notat *Sanchez cit. disp. 22. n. 8.* probabilis siquidem error scientiæ æquiparatur; *cap. Apostolicæ, de Cler. excomm. Ministr. & c. 2. de Const. in 6.*

10 Secondo, quod dictus error versetur circa habentem impedimentum Juris humani, non autem naturalis, & divini, teste *Lessio cit. dubit. 8. n. 66. & aliis*: cum potestas humana defectum juris naturalis, & divini supplere non possit, utpote impotens in jure naturali, & divino dispensare: Quamobrem si Titius baptizatus non esset, & ad Pontificatum eveheretur, quantumvis errore Communi pro baptizato haberetur, non proinde ejus gesta valerent, utpote impedimentum habentis jure Divino.

11 Tertio, quod talis error Communis sit in loco officii, etiamsi in aliis partibus; & in patria ipsius Officialis nullatenus habeatur, eo quod omnibus nota sit ejus inhabilitas, ut post *Abb. in Cap. si sit ... statue col. pen. de rescript. Jas. dic. l. Barbarius col. pen. & fin. ac Bald. ibi col. 8.* docent *Gabr. dic. Concl. 8. n. 13. & cum aliis Sanchez cit. disp. 22. n. 9.* & ex Communi Canonistarum *Suarez cit. disp. 14. sect. 1. n. 26.*

Quarto, quod qui pro habili Communi errore 12
existimatur, semel saltem habuerit titulum, & quidem ab habente potestatem illum dandi, ut advertunt *Lessius dic. dubit. 8. n. 65. Gabriel dic. Concl. 8. n. 21. 22. 24. 60. Sanchez cit. disp. 22. n. 49., & 50.* Cum satis non sit titulus per intrusionem acquisitus, cujusmodi foret, si quis electus fuisset a non habente potestatem eligendi, per ea, quæ de Prælato intruso absque superioris auctoritate, ut gesta per ejus Delegatum irrita sint, quamvis delegans errore Communi verus Prælatus existimetur, tradunt *Sanchez cit. disp. 22. n. 51. ex Bald. l. 2. n. 5. c. de sent. & interlocut. omn. Judi. & Sbroz. de vicar. Episcop. l. 3. q. 24. n. 2.* Addit laudatus *Sanchez n. 53.* cum aliis, non sufficere etiam cum errore Communi titulum, in cujus collatione servata non sit forma, a jure præscripta.

Dixi [Semel saltem habuerit titulum:] Si- 13
quidem & si quis eo privatus sit, vel ipso jure, vel per sententiam; si nihilominus possessionem retineat per aliquod tempus, saltem per triennium, quod gerat se pro habili, & pro tali communiter tunc existimetur; error Communis in ipso faciet Jus, ut subsistant gesta per ipsum, *Salic. dic. l. Barbarius, Gabr. cit. Concl. 8. n. 8. & 9., & alii*, qui addunt, satis esse, ut ille duplicem actum tamquam habilis exercuerit, & in duplici actu fuerit habilis communiter reputatus, *Bologn. Cons. 8. col. 4. Imol. in cap. Cum dilecta, col. pen. de rescript. ibique Fe. col. 2.* Quod si decennio gesserit se pro habili, & pro tali communiter habitus sit, error Communis faciet jus, etiam nullo præcedente titulo; cum hic decennio, saltem præsumptive, inducatur.

Quinto, Necesse est, ut error Communis fa- 14
ciat jus, ac veritati præferatur, quod per ipsum non inducatur aliquid contra communem utilitatem, ut *post Jas. & alios* notat *Gabr. dic. Concl. 8. n. 18.* Jam aliquo ex his deficiente, error Communis non faciet Jus, nec veritati præferetur: secus tamen, iisdem habitis. Et procedet

Sexto, Etiamsi ii, ad quorum favorem vali- 15
tandus esset actus, scientiam haberent de inhabilitate illius, qui actum confecit, *Lessius dic. dubit. 8. n. 66. Sanchez cit. disp. 22. n. 42. & alii.* Cum enim hæc Jurisdictio generatim inducta sit propter errorem Communem; ut eam non impedit privata ignorantia; ita nec paucorum scientia. Nec officit, quod si quis sciens a Simoniaco a
ordinetur, etiamsi ordinans haberetur pro non tali, Ordinis executionem non recipiat, ut statuitur in *Cap. si qui a Simoniacis 1. q. 1.* id enim specialiter est in detestationem tanti Criminis ut *ibid* innuit *etiam Gloss. fin.*

Septimo, In quavis inhabilitate de jure positi- 16
vo, seu præcedente, quatenus nimirum deputatio facta est excommunicato, vel ab excommunicato; vel illi, contra quem lata esset Sententia inhabilitatis, seu privativa habilitatis: sive dicta inhabilitate de jure positivo superveniente, quia scilicet vacaverit Dignitas, Beneficium &c. *Lessius dict. dubit. 8. n. 47. Sanchez cit. disp. 22. n. 30. & n. 56. & alii*: adeoque non modo procedit allatum principium, ubi defectus est in persona, sed etiam quando est in solemnitate, aut in Causa Materiali, ut post *Bald. l. 2. de Sent. & interloc omn. Judic. & l. ad testium §. 1. vol. c. ff. de test. Jas. dic. l.*

dic. l. Barbarius vol. 5. Alru. Consil. 138. vol. 4. vol. 1. docet *Gabr. dic. Concl. 8. n. 15.* Quæ cum ita sint;

17 Deputatio Conservatoris, a Pontifice facta, qui pro tali communi errore, eum titulo citra intrusionem putativo existimatur, quamvis revera legitimus Papa non sit, utpote babens impedimentum juris positivi, valida erit, non secus, ac reliqua gesta hujusmodi Papæ; quamvis nulla foret, si impedimentum haberet, Juris divini, quia nimirum baptizatus non esset; aut intrusus, quia electus ab iis, qui noo possunt elige-
18 re. Quemadmodum valida erit Subconservatoris deputatio, a Conservatore facta, qui pro tali communi errora cum dicto titulo citra intrusionem putativo existimaretur, licet, ob impedimentum Juris humani, talis revera non esset. Noo secus, ac valida erunt ejusdem Subconservatoris gesta, si mortuus sit legitimus Conservator, qui illum deputavit, & mors Communiter ignoretur, licet a Subconservatore sciatur. Valida erit deputatio alicujus in Conservatorem, vel Subconsarvatorem facta ratione Dignitatis, puta Abbatiæ, Archipresbyteratus, &c., & qualitatis Judicis Synodalis, quamvis illa tempore deputationis dignitatem, & qualitatem prædictam vere non haberet, sed duntaxat Communi existimatione, & errore diceretur habere. Ad eum modum, quo valida erit utriusqua deputatio, si vitium non sit in persooa, & qualitatibus, ac tantummodo in rescripto, modo concurrat Superioris auctoritas eum errore Communi. Et valida tandem erit Notarii Actorum Creatio a Legitimo Superiore, sed illagitime facta, si cum ea quantumvis invalida Communis error interveniat, quo existimetur legitime facta, & Notarius rite creatus, ut in discursu Tractationis, respectivis locis, adnotabimus, ex Juribus, & Doctoribus.

19 Dico III. Judex Regularium Conservator ita a Papa conceditur, ut ab alio inferiore Ecclesiastico Judice concedi non possit, saltem secundum illam potestatem amplissimam ut a, namine, ne quidem a Legato de Latere, & multo minus a Judicibus Ordinariis Legato inferioribus, in suo officio possit impediri; sed ex adverso contra ipsos impedire contendentes, procedere queat; quomodo Regularium Conservatores sunt constituti. Assertio est communissima, pro qua citantur *Tuschus verb. Conservator, Concl. 760. Pirhing. lib. 1. decretal. tit. 29. sect. 8. §. 1. n. 204. & alii*. Et liquet inductione omnium, & singulorum, Pontifice inferiorum Prælatorum, in sequentibus Assertionibus, facienda. Quamobrem

20 Dico IV. Juden Regularium Conservator ita a Papa conceditur, ut a Cardinalium cœtu concedi non possit, si vivat Papa, valeatque Ecclesiam regere. Assertio est communissima. Quia licet magna, & amplissima sit collegii Cardinalium dignitas, & præcellentia; ut sic tamen, nullam habeot Cardinales jurisdictionem; nisi tamquam singuli ratione suorum Episcopatuum, ac titulorum, in quibus jurisdictionem habent Episcopalem, vel quasi, ut cum aliis firmant *Germon. de Induls. Cardin. n. 15. Felin. & alii in cap. His quæ, de Major. & Obed. Conrad. in Templ. omn. Judic. lib. 2. c. 2. §. 3. n. 17. Petr. a Mon. de pot. Pontific. tit. de Cardin. n. 3., & Jo. Mon. in cap. unic. de Major. & Obed. in 6.*, ubi testatur, Pontificem sia hoc interrogatum a se, ita sibi respondisse.

21 Immo nequa concedi potest Regularium Conservator a Congregationa Cardinalium, si vivens Papa, nequeat Ecclesiam regere, eo quod ab hostibus captus, vel effectus inutilis; datusque proinde sit illi Coadjutor: sed a Coadjutore est in hoc casu concedendus, cum consilio tamen Cardinalium; quemadmodum eum consilio Cardinalium omnia gerere debet Coadjutor, ut docet *Jacobat. de Concil. lib. 5. art. 3. n. 45.* Cum enim Coadjutor Pontificis exercitium habeat jurisdictionis Pontificiæ, agatque nomine, ac vice ipsius viventis; omnia potest, quæ valet ipse Pontifen; & sic Conservatorem dare, cohærenter ad ea, quæ notantur in *toto titul. de Cleric. ægrot. vel debilit. extra, & in 6. & cap. si Episcopus, de suppl. neglig. Prælat. in 6.* ac docent *Jacobat. dic. tract. de Concil. lib. 4. art. 3. Ancbar. de Schismat. q. 6. & alii*.

Quod si Coadjutor adhuc Papæ, impotenti 22
Ecclesiam regere, datus non sit; ipsique interim Cardinales administrent; eum habeant plenam Ecclesiæ administrationem, id facere poterunt, quod posset Coadjutor, & generalis Ecclesiæ Administrator, ipsequemet Pontifen Maximus: & sic a Collegio Cardinalium dari potest in hoc Casu Regularibus Conservator. Atque ita firmant *Monet. de Conservat. c. 4. n. 2. & alii passim*.

Vacante tamen Sede per obitum Papæ, quam- 23
vis Cardinalium cœtus in omnibus jurisdictionalibus succedat; sique integra Papæ jurisdictio ad eum devolvatur, ut colligitur *ex cap. ubi periculum. §. Iidem quoque, de elect. in 6. & Clem. Ne Romani §. irritum, de elect.*; ac docent *Jacobat. lib. 4. art. 3. n. 27. Sanctus Joannes a Capistr. tract. de Auctorit. Papæ, & Concil. p. 3. n. 109. Host. apud Jacobat. art. 3. an. 7. Gloss. Clem. Ne Romani, verb. Consonam, & cap. 1. in fin. de Schismat. in 6. cum aliis*; adeoque posset ea ipsa Conservatorem indulgere: nihilominus, quia in *dic. cap. ubi periculum §. iisdem quoque*, cavetur expresse, ut Cardinales accelerandæ vacationi ita vacent attentius, ut se in alio negotio non impediant, nisi forte necessitas adeo gravis urgeret, quod eos, oporteret, de terra ipsius Ecclesiæ defendenda, vel ejus parte aliqua providere; vel nisi aliquod tam grande, & evidens periculum immineret, quod omnibus, & singulis Cardinalibus præsentibus concorditer videretur, illi celeriter occurrendum. Et *in Clem. cit. Ne Romani §. irritum* (si subrogationem Camerarii, & Pœnitentiarii in locum deficientis excipiamus) irritum statuitur, quidquid potestatis, aut jurisdictionis ad Romanum, dum vivit, Pontificem pertinentis, nisi quatenus in Constitutione dic. Cap. *Ubi periculum* permittitur, Cœtus ipse Cardinalium duxerit eadem vacante Ecclesia exercendum; nequit Conservator a Collegio Cardinalium Sede Pontificia vacante concedi, nisi pro conservandis, urgente necessitate, juribus Ecclesiæ Romanæ, vel ut alicui magno, & evidenti periculo occurratur.

Si vero electus in Pontificem, procul absit ab 24
Urbe, ita ut nonnisi post multum temporis ejus innotescat Cœtui Cardinalium acceptatio, ut accidit *anno* 1521., quando mortuo Leone X. electus fuit Adrianus Sextus in Hispaniis degens, cujus acceptatio nonnisi multos post menses innotuit Cardinalibus: In hoc Casu, eo tempore intermedio potest Collegium Cardinalium administrationem exequi, & sic etiam gravi urgente necessitate Conservatorem dare: quemadmodum rite est exequutum, priusquam acceptationem reciperet ab Adriano, mandando Auditoribus Rotæ, & aliis, ut justitiam ministrarent; deputandoque Signaturam hoc modo: [Placet Sacro Collegio suo, & nominati in

Papam

Papam nomiee ;] Appellationes recipiendo, Causas committendo &c. prout refert, & approbat laudatus Cardinalis *Jacobat. cit. art. 3. a n. 49.* eo quod Ecclesia tunc quasi vacare censeatur.

25 Idem docet laudatus Cardinalis, ubi Papa acceptaret quidem, sed diutius adventum differret, nec interim provideret de Legato, *arg. l. Barbarius ff. de offic. Prætor. & cap. Ad probaudum, de Re jud.* quia secus, inquit Jacobat. supra, multum Curia pateretur.

26 Dico V. Judex Regularium Conservator ita a Papa conceditur, ut neque a Concilio generali possit concedi, seu vivente Papa, & ipsomet Concilium congregante; sive eo Congregato, & non per Papam in casibus a jure permissis; sive demum Papa defuncto, & Sede Pontificali vacante.

27 Assertio quoad primam partem evincitur: quia Concilium vivente Papa, & ipsomet Congregante, nullam aliam habet Jurisdictionem, nisi, quam ipsi concesserit Papa, aut Legatis de Latere, a Papa in Concilium missis, *Jacobat. l. 5. art. 8. n. 54. usque ad 62. Campeg. de Concil. c. 13. & alii:* sed neque Legati de Latere facultatem habent instituendi Conservatorem, ut dicemus *asser. sequenti*, neque Concilia; cum eis talis facultas concedi non soleat, utpote quæ nonnisi pro Morum reformatione, & Causis fidei, aut aliis gravissimis de causis congregari solent, & debent, ut cum aliis late probat laudatus *Jacob. l. 4. art. 2.* ergo &c.

28 Quoad secundam & tertiam partem probatur: quia etiamsi Congregetur Concilium, Sede Pontificali plena, & non per Papam in Casibus a jure permissis: vel defuncto Papa, & Sede Pontificali vacante, ita ut subsistat absque Papæ auctoritate; nequit tamen in Jurisdictionalibus providere, nisi gravissimæ necessitati, Ecclesiæ imminenti, cui per dispositionem Juris provideri non posset, ut solide firmat *Campeg. dict. tract. de Concil. c. 37. cum aliis*. Sed nulla urgere potest hujusmodi gravissima necessitas, cui per dispositionem Juris provideri non posset, unde deberet a Concilio Judex Conservator institui; cum in ea valeat indulgeri a Cardinalium Cœtu ex dictis; & aliunde leges disposuerint, quod in Causis primæ instantiæ Judices adeantur ordinarii; causas vero appellationis, vel ipsimet cognoscant Ordinarii, vel aliis cognoscendas specialiter demandent, *tot. tit. de Jurisdict. omn. Judic. & de appell.* ergo &c.

29 Item, ut arguit *Jacob. lib. 6. art. 7.* Nequit Concilium, etiam in casu prædictæ necessitatis, Sede Pontificali vacante Cardinalem creare; aut Legatum mittere; cum id potius ad Cardinalium Cœtum pertineat: ergo multo minus, poterit Conservatorem dare; cum id valeat in Casu necessitatis præfatæ Cardinalium Cœtus, pro conservandis Romanæ Ecclesiæ juribus, aut ad occurrendum alicui magno, & evidenti periculo.

30 Tandem dare Conservatorem, opponitur utrique Juri, Canonico nimirum, & Civili. Nequit autem Concilium Pontificiam Constitutionem tollere, eique derogare, vel super ea dispensare, *l. fin. C. de leg. Cau. Inferior dist. 21. Campeg. de Concil. c. 34. Jacobat. l. 5. art. 17. a n. 4. & lib. 6. art. 6.* Ne quidem in casu necessitatis: tum quia nulla subesse potest instituendi Conservatorem necessitas: & ubi ea subsit, prospiciendum est per Cardinalium Cœtum ea dictis. Tum etiam, quia ubi adest Jurisdictionis defectus, non attenditur necessitas, ut de creatione Cardinalis, & Legati arguit *Jacob. cit. art. 7. a n. 23.* adeoque locum non habet famigeratum illud Juristarum, & Canonistarum ex *Clem. Ne Romani, de elect. & c. cum. Inferior, de major. & obed.* quod nimirum possit inferior, cogente necessitate, in lege Superioris dispensare.

Quod autem Conservatorem dare, opponatur 31
utrique Juri, manifeste liquet ex eo, quod juri Civili contrarietur, id inferioribus Judicibus prohibenti: nimirum *Auth. Ut Jud. sin. quoque Suf. frag. collat. 2. §. Nulli quoque Judici*, ubi sic: [Nulli quoque Judici penitus concedimus, neque Civili, neque militari, mittere per Civitates Provinciæ, quibus præsidet, eos, qui vocantur loci Servatores.] Et §. *Interdicimus autem*, ibi: [Interdicimus autem, & gloriosissimo Magistro militum Orientis, & omnibus nostris Judicibus, aut latronum insectatores, aut violentiarum inhibitores, aut armatos, aut aliquos tales destinare in Provincias,] quos sane loci Servatores nuncupant ibi *Bart. & alii.* Et *Auth. de Mandat. Princ. collat. 3. §. Illud tamen, vers. eos autem*, ubi legitur: [Eos autem, qui vocantur loci Servatores, dare Judices in Civitates Provinciæ, cui præsident, licet spectabiles viri, vel clarissimi, vel Præsides sint, omnibus interdicimus modis.] Et *Auth. Ut null. Jud. hab. loc. Servat. collat. 9. in Princ.* & *§. Nunc vero, & §. ad majorem autem*, ubi statuitur: [Quod nullus Judicum potest emittere loci Servatorem, nisi concesserit Imperator.]

Contrariatur etiam Juri Canonico saltem taci- 32
te: nam Jure Canonico prohibetur, dari Judices incertos, quos nimirum sibi pars eligere maluerit, *cap. Ad hæc de Rescript.* Quemadmodum eligi prohibetur incertus Arbiter, *cap. Innotuit, de arbitr.* Interdicitur etiam generalis Commissio omnium Causarum, & negotiorum, præsentium, & futurorum, *d. c. c. Ad hæc, cap. Sedes, cap. Pastoralis*, & *cap. ult. de Rescrip. cap. Dispendia*, & *cap. cum in multis, eod. tit. in 6. cum notat. ibi per Gloss. & Doctores*. Conservatoriæ autem literæ Judicem incertum concedunt, sicut & generalem continent commissionem ad omnia, tam præsentia, quam futura negotia, & Causas. Item *cap. 1. de offic. Jud. deleg. in 6.* dicitur: [Conservatores, quos plerumque concedimus.] & *cap. fin. eod. tit., & lib.* [Conservatores, qui plerumque a Sede Apostolica conceduntur.] & *Constit. Gregorii XV. incip. Sanctissimus §. 2.* [Quodque deinceps literæ Conservatoriæ per Sedem Apostolicam concedendæ.] Quæ profecto verba deputationem Conservatoris ad solius Papæ dignitatem restrictam esse, saltem tacite videntur indicare. Et etiamsi adducti textus id neutiquam censeantur insinuare; cum tamen oppositum non reperiatur statutum in Jure Canonico, standum dispositioni Juris Civilis, & quidem ad mentem ipsius Juris Canonici, *cap. 1. cum seq. de novi oper. nunc. & Can. Si Adjutorium cum multis seq. dist. 10. junctis notat. utrobique, & alibi sæpe per Gloss. & Doctores:* adeoque concludendum, deputationem, & concessionem Judicum Conservatorum, per Judices Summo Pontifice inferiores utrique Juri, Canonico, & Civili contrariari.

Dico VI. Judex Regularium Conservator ita 33
conceditur a Papa, ut ne quidem a Legato de Latere, & multo minus ab inferioribus Legatis, Nato videlicet, & misso concedi valeat. Assert. est contra *Archidiac. in cap. 1. de offic. Jud. deleg in 6.* testantem *n. 5.*, de facto concessum fuisse per quemdam D. Latinum Episcopum Hostiensem Apostolicæ Sedis Legatum in Ecclesia Caspensi

Diœceseos

Diœceſeos Mutinenſis. Sed propugnatur a communiſſima Doctorum ſententia cum Joan. Andr. In cap. fin. de offic. Jud. deleg. in 6. n. 2. Verbo dictam; Gem. in cap. 1. eod. tit. & lib. §. Conſervatores n. 4. circa medium, & ſi prius variaverit, Joa. de Imola apud eumdem Gemin.; Franc. in dict. cap. 1. n. 1. Anchar. n. 3. in fin. Confettio in Summar. Mater. Privil Ordin. Mend. c. tit. 4. c. 2. Franc. de Plat. tract. de excomm. §. 55. n. 3. Mandos. in prax. ſignat. grat. verb. Conſervatoria; Sylv. Verb. Conſervator n. 2. Roſel. excomm. 24. Azor. Inſtit. Mor. p. 2. l. 5. c. 34. q. 6. Emman. Rodriq. Quæſt. Regul. tom. 1. q. 65. art. 2. Monet. de Conſerv. c. 4. n. 27. & aliis.

34 Probatur a Joan. Andr., Gemin. Imola, Sylv., Roſella, & aliis: tum quia Conſervatores inſtituere, prohibetur expreſſe Judicibus inferioribus per Jus Civile, & tacite per Canonicum, ut vidimus aſſ. præc. Nequit autem inferior Legem Superioris tollere, l. fin. c. de Lege Can. Inferior diſt. 21. Immo nequit modificare, ſeu corrigere, & ab illa aliquid detrahere, vel addere, Clem. Ne Romani, de elect. Et in ſpecie nequit Legatus etiam de Latere legem Communem immutare, tex. in cap. dilectus il primo ibique Doctores de Præbend. Tum quia inferiores Judices provinciarum, & Diœceſum habent ex officio ſuo conſervare, & tueri; idque, occorrente ſpeciali neceſſitate, poſſunt alteri committere; unde vel turbaretur Juriſdictio Ordinarii; vel Juriſdictiones propter Concurſum confunderentur; vel certe ſine neceſſitate alii Judices concederentur: quæ omnia aliena ſunt a Jure. Tum denique, quia literæ Conſervatoriæ tendunt ad futuras lites, Gloſſ. pen. in dict. cap. 1. & fin. de offic. Jud. deleg. in 6. Quod delegatis non competit, Innoc. Joan. Andr., & alii in cap. Audita, de reſtit. ſpoliat. & continent generalem Commiſſionem ad omnia negotia, tam præſentia, quam futura; quod opponitur Juri cap. Ad hæc, de Reſcript., cum aliis, quæ ſupra retulimos. Verum contra ſtabilitam hactenus communiſſimam noſtram Aſſertionem,

35 Objieies cum Archidiac., & aliis: Legatus eſt Judex Ordinarios, cap. 2. de offic. Legat. in 6. Et, ut talis, non ſecus ac ceteri Judices Ordinarii, poſſet a manifeſtis injuriis, & violentiis defendere, arg. c. Adminiſtratores, c. Principes, & c. Regum 23. q. 3. Item Legati de latere Proconſulibus; Præſidibus vero reliqui Legati comparantur, cap. 2. ubi Gloſſ. Verb. Proconſolum, & Doctores de offic. Leg. in 6. Sed Judices ordinarii poſſunt delegatos inſtituere; quemadmodum Proconſul Legatum; & Præſes Judicem, l. obſervare, ff. de offic. Procon. & l. Præſes lat. & l. Sepe ff. de offic. Præſid. ergn & Legatus dare poteſt Conſervatorem. Rurſus quod quis poteſt per ſeipſum facere, poteſt etiam per alium, cap. poteſt de reg. Jur. in 6. Legatus autem poteſt per ſeipſum a manifeſtis injuriis, & violentiis defendere: ergn &c. Tandem Conſervatores per Apnſtolieam Sedem conceduntur, cap. 2. & fin. de offic. deleg. in 6. Trident. ſeſſ. 7. c. 14. de refor. & Greg. XV. in Conſtit. Sanctiſſimus. Nomine autem Apoſtolicæ Sedis veniunt etiam ejuſdem Legati, Barbat. de Cardin. Legat. a Latere q. 1. membr. 3. n. 9. Boer. de pot. Legat. a Later. n. 14. & Lancell. Conrad. in Templ. omn. Judic. lib. 2. c. 3. n. 10. ergo &c.

36 Reſpondeo ad Primum, conceſſa majore, diſtingo primam partem minoris: Judices ordinarii poſſunt delegatos inſtituere ad unam, vel alteram Cauſam, tranſeat: ad Univerſitatem Cauſarum, nngo primam partem minoris: & data ſecunda parte, nego conſequentiam. Ex hoc, quod Legatus ſit Judex Ordinarius potens, defendere a manifeſtis injuriis, & violentiis, quemadmodum quivis alius Ordinarius; non ſequitur, quod poſſit Conſervatorem generalem, ſeu ad Univerſitatem Cauſarum inſtituere; ſed ad unam, vel alteram Cauſam delegare, ut habetur in dic. l. Præſes, & l. ſæpe de offic. Procenſ. Sicot ex eo, quod Legatus de Latere comparetur Proconſuli, qui poteſt Legatum deputare, ceteri Legati comparentur Præſidibus, qui valent Judicem dare; non ſequitur, quod poſſint Conſervatorem delegare; ſed quod valeaot ſibi Vicelegatum conſtituere. Ceterum

Conceſſa majore diſtinguo alio modo minorem: Judices ordinarii poſſunt delegatos inſtituere, quemadmodum Legatum Proconſol, & Præſes Judicem, niſi aliquid obſtet, & aliunde Impediantur, tranſeat: ſecus, nego minorem, & Conſequentiam. Obſtant enim deputationi Conſervatoris, per Legatum de Latere faciendæ, rationes adductæ: adeoque impeditur Legatus de Latere, ne Conſervatorem inſtituat. Quod etiam ex eo confirmari poteſt, quia nequit conſtitutos a Papa Conſervator alteri committere vices ſoas, niſi hoc ei beneficio ſuarum literarum competierit, ut habetur expreſſe in cit. cap. fin. §. Vices quoque, ubi Gloſſ. & Doctores de offic. Jud. deleg. in 6. Non competit autem Legatis beneficio ſuarum literarum, poſſe alteri committere vices ſuas, Conſervatorem inſtituendo. 37

Ad Secundum eodem modo diſtinguo majorem: 38 niſi aliqoid obſtet, & aliunde impediantur, concedo: ſecus, nego majorem: & conceſſa minore, nego conſequentiam.

Ad Tertium conceſſa majore diſtinguo mino- 39
rem: Nomine Sedis Apoſtolicæ veniunt etiam
ejuſdem Sedis Legati ſtricte, & proprie, nego:
Large & improprie ſubdiſtinguo; in minoribus,
& non reſervaris, con. in majoribus, & reſerva-
tis, nego minorem, & Conſequentiam. Quamvis
aliquando dici poſſit, a Sede Apoſtolica fieri, quod
ab ejuſdem Sedis Legato diſponitur; talis attamen
locutio larga, & minus propria eſt, non ſtricta,
& propria, ut convincit Gambar. de Auctor. Leg.
a Later. n. 43. Quod vel ex en patet, quia in cap.
Statutum, de Reſcript. in 6. tamquam diverſa po-
nuntur literæ Sedis Apoſtolicæ, & Legatorum
ejuſdem, ſic: [Auctoritate literarum Sedis
Apoſtolicæ, vel Legatorum ejuſdem.] Quod idem
ſervatur in Clem. 1. & 2. eod. tit. & in cap. Si a Sede
Apoſtolica de Præbend. in 6., cum dictio vel, & aut 40
regulariter ſit disjunctiva, l. cum Patr. §. pen. ff.
de leg. 2., & leg. triplici de verbor. ſignific. Et inter
diverſa ponatur, l. 1. ff. de reb. dub. & Rubr. ff. de
acquir. & omitt. hæred. Et, ſi nomine Sedis Apo-
ſtolicæ, ſtricte, & proprie ejus Legatus veniret,
fruſtra in ſupradictis locis, in quibus Apoſtolica
Sedes exprimitur, Apoſtolicæ Sedis Legatus
exprimeretur. Venit igitor large, & minus pro- 41
prie, & quidem in minoribus, ac non reſerva-
tis, cujuſmodi eſt Caſus in cap. Si Abbatem, de
elect. in 6., ut notant Doctores in cap. 1. de offic.
legat. cap. 1. & cap. Auctoritate de privil. in 6. Cum
Barbat. in tractatu de Cardin. Legat. a Later. q. 1.
membr. 1. n. 13. & Gambar. loc. cit. Non autem in
majoribus, & reſervatis, ut etiam notat Joa.
Andr. in cap. Quod tranſlationem, de offic. leg. Et
liquet ex Clem. Quia contingit, ubi Gloſſ. verb.
Apoſtolicæ Sedis, de Relig. Domib. In Caſu autem
noſtro conceſſio Judicis Conſervatoris per Apoſto-
licam Sedem cap. 2., & fin. de offic. Jud. deleg. in 6.
eſt de majoribus, & reſervatis Supremo Principi;
cum

cum ea prohibeatur inferioribus Jure Civili, & Canonico; quod immutare, solius est supremi Principis, *cap. Significasti de Elect. & cap. Proposuit de Concess. Præbend.* Non tamen ullius inferiuris. Et sic nomine Apostolicæ Sedis intelligi nequit Legatus etiam de Latere in concessione Conservatoris.

42 Dico VII. Judex Regulariom Conservator ita est a Papa, ut esse non possit a Cardinalibus in suis Episcopatibus, & titulis, a Patriarcha, Archiepiscopo, Episcopo; & multo minus a Prælatis inferioribus, quantumvis Episcopalem Jurisdictionem habentibus, seu ex Privilegio, sive ex consuetudine legitime præscripta; & a Capitulo Sede Episcopali vacante. Assertio est communissima: & manifeste liquet ex eo, quia si Legatus de Latere, qui majus omnibos post Romanum Pontificem habet imperium in Provincia sibi demandata, *cap. Si Abbatem §. hujusmodi, de Elect. in 6.* Quemadmodum majus Imperium habent post Principem Proconsules, & Præsides, *l. 4. ff. de offic. Præsid.* & *l. Ideo ff. de offic. Procons.*, quibus Legati comparantur, *cap. 2. de offic. Legat. in 6.* dare nequit Conservatorem; multo minus dare poterunt Ordinarii recensiti, qui non tanta, quanta Legarus de Latere potestate,
43 pollent. Et ratio a priori est assignata in præcedentibus assertionibus, præsertim vero, quod utroqne Jure Inferioribus Judicibus interdicatur deputatio Conservatoris: quod sane jus per contraventionem immurare non potest Judex inferior, ne quidem dispensando; cum ex una parte non possit inferior dispensare in lege superiotis sine magna, urgentique necessitate verisimiliter non cogitata per leges: Et ex alrera parte nulla gravis hujusmodi necessitas Conservatorem instituendi urgere possir; dum recurri potest pro Conservatore ad Papam; & ubi hojusmodi recursus fieri nequeat, leges Civilis, & Canonica satis providerint, Constituendo pro prima instantia Judices Ordinarios, Causam vero appellationis, vel ipsimet cognoscere valeant, vel aliis cognoscendam specialiter demandare, *tot. tit. de Jurisdict. omn. Judic. & de Appell.*

44 Nec officit, quod Episcopus possit sibi constitoere nedum Vicarios, Generalem, & Foraneos com potestate delegata ad Universitatem Causarum, verom etiam alios id genos, eum eadem potestate, ex *Gloss. in cap. Ad hæc, verb. elegerint, de Rescript. Arg. l. cum Prætor, ff. de Jud. & leg. 1. §. 1. ff. Quis, & a quo appell.* ac ex Doctoribus frequenter, & praxi quotidiana.

45 Disparitas siquidem est manifesta: quia præter hactenus dicta, omnes hujusmodi Vicarii, & delegati ad Universitatem causarum adhuc ab Episcopo pendent, nedum in fieri seu constitui, conservari, & destrui, seo ab officio removeri; sed etiam in eo, quod per ipsos dicstur Episcopus suam Jurisdictionem exercere, *cap. Cum Episcopus, de offic. Ordin. in 6.* ita ut quicumque subditi suet hujusmodi Vicariis, & Delegatis, Episcopo quoque subjecti sint. Per literas autem Conservatorias eximitur qois in totum, vel in partem a Jurisdictione Episcopi, ot patet ex Tridentino *sess. 7. c. 14. & sess. 24. c. 5. de refor.* & melius patebit ex infra dicendis.

Quæ tum ita sint; Judex Regularium Conservator ab alio Ecclesiastico Judice, quam a Papa, constiroi nequit. Num autem a Judice Sæculari valeat etiam deputari, saltem Superiorem non agnoscente, decidetur in sequentibus, Itaque

Dico VIII. Judex Conservator Regularium 46 esse potest a Jndice, seu Principe Supremo sæculari, snperiorem non agnoscente, modo tamen tria copularive concurrant: nimirum, quod Causa profana sit, non Ecclesiastica; & in ea regulsres Actores, non Rei; agantqne contra Laicum, non contra Ecclesiasticum. Assertio probatur: Quia Supremus Judex, seu Princeps sæcularis, Superiorem non habens, potest Conservatorem deputare: & quidem seu Laicum, sive etiam Clericum: & nedum Laico contra Laicum, non ramen contra Clericum, sen Ecclesiam; sed Clerico quoque, sive Ecclesiæ conrra Laicum: ergo & Regularibus, modo illa tria copulative concurranr: ergo potest Judex Regularium Conservator etiam esse a Judice, seu Principe supremo sæculari superiorem non agnoscente. Utraque consequentia videtur legirima, dum ratio disparitatis, specialiter militans pto Clerico, seu Ecclesia, non tamen pro Regularibus, nullatenus assignatur.

Anrecedens per partes evincitur: Et quidem 47 quod possit Supremos Princeps Sæcularis deputare Conservatorem, aperte docent *Rebuff. de Privil. Scholar. Privil. 161. n. 3. Emm. Rodriq. Quæst. Regul. tom. 1. q. 65. art. 1. in fin.*, & *alii*. Nec opponitur 48 Jus Civile, cui potest ipse derogare. Imo potius favet, ut colligitur *ex Auth. Ut null. Judic. Collat. 9.* & *ex Auth. Ut Jndices, sive quoquo suffrag. §. Quod autem*, & *§. Interdicimus, collat. 2.* Ne- 49 que Jus Canonicum adversatur, præsertim *in cap. 1. 2. & fin. de off. Jud. deleg. in 6.* tum quia illud loquitur de Conservatoribus, qni ab Ecclesiastica potestate, & Jurisdictione procednnt, non tamen a Sæculari. Sic enim habet Pontifex *in cap. 1. de offic. Jud. deleg.* in 6. [Conservatores quos concedimus:] non vero quos Sæcularis potestas concedit. Et *dic. c. 1. 2. & fin. eod. tit.*, & *lib.* [Conservatores, qui ab Apostolica Sede conceduntur:] non tamen a Principe Sæculari. Tum etiam, quia Supremos Princeps Sæcularis, puta Imperator, Rex, &c. non subjicitur Juri Canonico, ut docenr *Gloss. in cap. 1. de Constit. Verb. Ab omnibus, ibique Dec. a n. 51., Felin. n. 30. & alii passim*, nisi in spiritualibos, aliisve Ecclesiasticis rebus, *cap. Quæ in Ecclesiarum, cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de Constit.* & *cap. fin. de Reb. Eccles. non alien.* Vel in materia peccati, *cap. novit de Jud. cap. Possessor de reg. Jur. in 6. & cap. ult. de Præscript.* Quamobrem, nt habet commune Doctorum effatum, ubi Jus Civile adversatur Canonico, circa spiritnalia, aliave Ecclesiastica, vel Materiam peccati, quolibet in foro, & imperio suo servandum est. Atqni deputatio Conservatoris non est res spiritualis, non Ecclesiastica; nec mareria peccati: ergo potest Supremus Judex, seu Princeps Sæculasis Conservatorem deputare.

Quod autem deputare possit Conservatorem 50 Laicum Laico adversus alinm Laicum; patet ex eo, qnod omnes sint Supremo Sæcnlari Principi plene subjecti, *cap. ex tenore, & cap. licet de For. Compet.*, & *cap. Causam, quæ, il secondo Qui Fil. sint legit.* Ergo si potest Supremus Princeps Sæcularis Conservatorem dare, profecto Laicum Laico adversus alium Laicum.

Quod etiam deputare queat Clericum adversns 51 Laicum, tamqoam probabile desendit *Monet. de Conser. c. 4. q. 6. n. 38.* ex eo, quia potest Clericus deputari Judex in Causa Civili a Laico, vel etiam Criminali, citra pœnam Sanguinis, per *text. Cum sua, Gloss. in c. In Archiepiscopatu, de Rap. & c. sæpe 23. q. 8.*, ac Doctores *ibid.* Quos se-

quuotut *Calder. Cons. 6. de offic. deleg.*, *Fel. in cnp. coterum n. 10. de Jndic.*, *& cnp. decornimus n n. 5. Dec. n n. 63. eod. tit. & Bern. Diaz in prnx. Crim. Canon. cop. 61.*, *alias 56.*

52 Nec nfficit textus *in cap. Sed nec procurationes*, *cap. Clericis*, *& cap. Sententiarum*, *Ne Cleric. vel Monac.*, utpote qui intelligendus est, ubi etiam in causa sanguinis Clericus deputetur Judex a Priocipe Sæculari, ut expoount *Gloss. in dic. cap. In Archiepiscopatn*, *verb. commiserit pnnlendos*, *Diaz cit. cap. 61. n. 1.* & *2.* & *Cnlder. dict. Cons. 6.* Vel ubi Clericus constitueretut generalis officialis alicujus Principis Sæcularis, ut interpretantur *Cnld.*, *Dec.*, & *Feln. loc. cit.* Quia sic a divinis retraberetut, immiscendo se oegotiis Sæcularibus, & quidem necdum contra *cnp. Clerici*, *de vitn*, *& honest. Cleric. & cit. Ne Cleric. vel Monac. extrn*, *& in 6.*, & *Cnn. ult. dist. 68. ac 88. dist. 22. quæst. 4. & 33. q. ult.* Sed contra illud etiam Apostoli *2. Tim. 2.* [Nemo, militans Deo, impliceat se negotiis sæcularibus.] Ut eoim explicaot *Gloss. Calder.*, *& Dec. locis citatis*, noo ita debeot Clerici, se implicare negotiis Sæcularibus, ut divinis Officiis, & cnotemplatinoi vacare non possiot. Vel ubi Clericus deputaretur Cnoservator invitus, & cnactus a Principe Laico; cum ad id cnmpelli nnn possit, ejusque consensus omnion liber requiratur, utpote a Sæculari Jurisdictione penitus exemptus, ur liquet *ex dic. cnp. In Archiepiscopatn*, & *cit. cap. sæpe*, ubi *Gloss.*, *verb. constutinnt*, id præ ceteris adnnnavit.

53 Quod deputare queat item Conservatorem Laicum, sive Clericum Laico, sed cootra Laicum, non tameo contra Clericum, sive Ecclesiam; iode patet, quia adversus Clerieum, sive Ecclesiam, nullam habet Jurisdictiouem Sæcularis Prioceps, ut mnx iosinuavimus. Sique Conservatur esset Laicus, non posset coram eo per Laicum Clericus, sive Ecclesia couveniri, sed coram Judice suo Ecclesiastico, *c. 12. q. 2. fere per tot. c. Qnaliter*, *de Judic. c. 2. & c. Si diligenti*, *de for.*

54 *Comp.*, *& alibi.* Hinc Gregorius IV. in *c. Pervenit 2. q. 1.* Scribens cuidam Romano Siciliæ defensori (qun eriam defensoris oomine Conservatores appellari, supra innuimus in priucipio *nrt. 1. ass. 1. n. 2.* vel ad eorum exemplum introductos esse, colligit *Monet. c. 4. q. 6. n. 42. ex tot. tit. de defens. Civit. in Cod. & Auth.*, citaos *Petr. Greg. lib. 47. Syntag. Jur. univer. c. 22. n. 25.*) Postquam conquestus cum en est, quod siquis contra Cleticos causam habebit, duspectis eorum Episcopis, eosdem Clericos in suo facetet Judicio exhiberi; eidem defensori præcipit, ut denun hoc facere non præsumat; sed, siquis cnntra quemlibet Clericum causam habuerit, Episcnpum ipsius adear, & aur ipse eognoscat, aut certe ab eo Judices deputeutur, aut si fnrte ad Arbitros euodum est, partes ad eligendos Judices, ab ipso executio deputata (idest executor deputandus) compellat.

55 Quod tandem concedere possit Sæcularis Prioceps Superiorem non agnosceos, Conservatorem etiam Laicum Clerico, seu Ecclesiæ, adversus Laicum, uon vero Clericum, seu Ecclesiam juxta prædicta, tamquam probabilios npinatur *Monet. de Conservat. c. 4. q. 6. n. 37.* ex eo, quia ud Reges, & Priocipes Sæculares pertinet, obi fueriur requisiti, Ecelesias, Ecelesiasticasque personas, adversus Laicos, & potentiores defendere, ut maoifestum est ex *Can. Adrianus dist. 63. Can. Bene qnidem dist. 96. c. plncuit 2. q. 5. c. Ab Imperatoribus 23. q. 3. c. Nimium sunt 23. q. 4. c. Principes cum tribus seq. c. Administrntores 23. q. 5. c. Tributum 23. q. 8. c. Venernbilem de Elect. Clem. 1. de Jurejur. Cum ibid. adnot. & Concor. ad idem. tent. cap. Cum sit generale*, *& cap. Conquestus*, *de for. Compet.* Ubi statuitut, quod Malefactores Ecclesiarum possunt tam cotam Judice Laico, quam Ecclesiastico conveoiri. *Et cap. Si Clericus Laicum*, *eod. tit.* ubi deceroitut, quod seclusa consuetudiue, Clericus debet cotam foreosi, idest Sæculari Judice, Laicum convenire de rebus suis, vel Ecclesiæ, si Laicus probabiliter oeget, illas res Clerici esse, vel Ecclesiæ.

Monetæ patrocinatur *Gul. Durand. in spec. tract.* 56
de mod. generul. Concil. celebr. rubr. 4. referens, constitutum esse in *Concil. 4. Carthagin. c. 1u.*, ut ab Imperatoribus postulentur Defensores Ecclesiis, per quos Ecclesia defensetut cum provisione Episcoporum adversus potentias divitum. Et *in Concil. Milevit. c. 16.*, ut pro causis Ecclesiarum defensores, & Advocati petaatut u Priucipe. Qund ipsum ibi laudatus Durand. firmat aliis Juribus.

Dixi in *Asser.* [modn tamen hæc tria copu- 57
lative concurraot, nimirum, quod Causa sit profana uon Ecclesiastica; & in ea Regulares Actores, non autem Rei; agantque contra Laicum, non contra Ecclesiasticum] propter Constitutionem toties laudatam Gregnrii XV. de Conservatoribus, ex qua oedum dictum probatur, sed integra nostra Assertin confirmatur. Gregorius siquidem XV. per eam iudulget, ut possint Regulares in aliquibus casibus Judieem non suspectum petere a Priocipibus Sæcularibus, atque hos illis eoncedere, tribus prædictis copulative verificatis, sic: [Per hoc tameu nnn intendit Sanctitas sua prohibere, quomious Regulares, & alii supradicti, in easibus u Jure permissis petant Judicem non suspectum a Priucipibus, seu Magistratibus Sæcularibus; dum tamen hæc tria cnpulative cnocurrant, videlicet, ut Regulares, & alii prædicti sint Actores, oon autem Rei: utque agant contru Laicum, nno autem contra Ecelesiasticum, vel alias a Jurisdictinoe Sæculari exemptum: atque ut Causa, iu qua Judex deputatur, fuerit prnsaos, non Ecclesiastica; & in ea juxta Saerorum Canouum dispositiooem Laieus, ut præfertur, eligendus Judex competeos existat.]

Sunt autem hic teste *Peyr. §. 9. n. 67. Casus a* 58
Jnre permissi Casus illi, in quibus Regulares eruot Actores; ut etiam innuit laudata Constitntio. Existit Laicus *Judex competens* Regularium, quando isti agunt contra Laicos, & in causis mere profanis: secus tamen, si contra Ecclesiastioos agant, & in cansis Ecclesiasticis, *Fagnan. in c. Si Clericns n. 38. de for. compet.* Est vero *Causn profana* Causa temporalis, ad differentiam Causæ Ecclesiasticæ, & sacræ seu spiri-
tnalis: An autem si Causa mere profana non 59
sit, sed mista, & Ecclesiasticæ, ac sacræ seu spirituali adhærens, possiot Regulares a Principibus Sæcularibus Judicem peteru? Negative respondendum com *Germ. de sacror. imm. lib. 3. c. 12. n. 10.* cui subscribit *Peyr. loc. cit.*, cum res, quæ alteri adhæret digniori, induat ejus naturam; unde desinir esse profaua.

Atque hic nnonulla sunt unimadverteoda: &
primum, Supremum Principem Sæcularem posse, 60
Regularibus prædictum Conservatorem dare, etiamsi communi errnre præfatus Princeps talis reputetnr, eum revera non sit, juxta ea, quæ diximus supra *ass. 2. a n. 6.* de supremo Principe Ecclesiastico; nimirum de Summo Poutifice, qui

licet

licet pro tali communi errore haberetur, talis nihilominus revera non esset. Atque ita docet *Monet. de Conservat. c. 10. q. 10. n. 447.*, per ea quæ tradit *Gabr. Commun. Concl. lib. 4. de Probat. Concl. 8. n. 11. post Bart. in l. Barbarius col. fin. de offic. Prætor.*, *& ibi Bald. col. in fine*, quod licet quis non sit verus Imperator; si tamen opinione communi habeatur pro tali, gesta per eum tamquam Imperatorem subsistunt.

61 Secundum, Conservatorem, a supremo Principe Sæculari deputandum, non necessario debere eas qualitates habere, quæ in *cap. fin. de offic. Jud. Deleg. in 6.*, & *in Constit. Greg. XV.* præscribuntur, nimirum quod sit in dignitate Ecclesiastica constitutus, Judex Synodalis electus &c.

62 Tertium, Nec debere servare ea, quæ in dictis Constitutionibus statuuntur de Conservatoribus, nisi ex aliis Juribus, seu Civilibus, sive Canonicis, eorumque interpretationibus ea ipsa servanda colligantur; Utpote quæ, pro Conservatoribus a Sede Apostolica deputandis sancita sunt, ut expresse Pontifex utrobique se declarat: ergo a contrario sensu Conservatores, qui ab aliis deputantur prædictis Constitutionibus non includuntur. Quod etiam adnotarunt *Joan. Andr. Butr. Franc. & Gemin.* in *dic. cap. fin.*

63 Quartum, Conservatorem præfatum, a Supremo Principe Sæculari concessum, non posse Censuras inurere adversus molestatores Regularium; cum ea potestate non gaudeat Sæcularis Princeps, etsi Supremus, & Superiorem se non agnoscens.

Dixi *Supremus, & Superiorem se non agnoscens.* Enimvero

64 Dico IX. Judex Regularium Conservator esse non potest a Principibus, seu Ecclesiasticis, sive Sæcularibus, Superiorem qua Ecclesiasticum, qua Sæcularem Supremum agnoscentibus; & multo minus ab aliis Judicibus inferioribus: Assertio manifesta est ex eo, quia Principes, sive Ecclesiastici, sive Sæculares, Superiorem Supremum qua Ecclesiasticum, qua Sæcularem agnoscentes, ceterique Judices inferiores Canonicis subduntur Sanctionibus, *cap. 1. & fin. de Constit. & cap. Omnes, de major. & obed.* Non secus, ac subduntur Civilibus, *l. leges, c. de Leg. & l. Constitutiones. c. de Jur. & Fact. ignor. cum simil.* Sed Canonicæ Sanctiones tacite, Civiles vero expresse deputationes Conservatorum Principibus prædictis Superiorem agnoscentibus inficiantur, sicut & Judicibus inferioribus, quantumvis insignibus, ut in *Auth. Ut nulli Judic. lic. haber. loci servat.* & *§. Eos autem, Auth. de mandat. Princ.*, & *§. Nulli quoque Judici, ac §. Interdicimus, Auth. ut Jud. sin. quoque Suffrag.* ergo &c.

65 Nec officit, quod etiam Principes inferiores possint concedere Judicem, & Jurisdictionem mandare, *l. 1. & l. Placet, c. de Pedan. Jud. l. 1. & tot. fere tit. de Jurisdict. omn. Jud.* Non officit, inquam: nam id intelligendum est, nisi aliquid obstet in contrarium, nec aliunde impediantur a Jure: quomodo in contrarium obstant nostræ rationes, & a Jure impediuntur, dare Conservatorem Principes, Superiorem agnoscentes, & reliqui Judices inferiores ex dictis.

66 Dico X. Judex Regularium Conservator ita esse non potest a Principibus Ecclesiasticis, sive Sæcularibus, Superiorem Ecclesiasticum, vel Sæcularem agnoscentibus, ut ne quidem de consensu partium valeat ab his deputari, per prorogationem Jurisdictionis de persona ejus, qui potest literas Conservatorias indulgere, ad aliam personam, quæ id neutiquam valet. Assertio est 67
manifestatum ex eo, quia, ut fieri queat Jurisdictionis prorogatio, inter alia requiritur, quod aliquam jurisdictionem habeat is, in quo facienda est de consensu partium prorogatio, *l. 1. & 2. ff. de Judic. l. 1. 3. & c. de Jurisdict. omn. Judic. cap. P. & G. de offic. Deleg. & cap. Significasti, de for. compet.* Prorogatio siquidem est augmentatio, seu jurisdictionis extensio: & quod non est, augmentari, seu extendi non potest, adeoque nec prorogari, *dic. cap. P. & G. & cap. de Causis, de offic. deleg. l. Si manentit, ff. de precar.* Quæ quidem Jurisdictio debet esse nedum in habitu, sed etiam in actu, iraut illam habens, debeat illius jurisdictionis exercitium habere, *Soc. dic. cap. Significasti. n. 21. ex Abb. ibid. n. 5. & aliis.* Principes autem inferiores nullam habent Jurisdictionem, neque in actu, neque in habitu, ullius Conservatoria dandi, quæ consensu partium posset prorogari, ad concedendum Regularibus Conservatorem. Tum 68
etiam ex eo, quod posse Conservatorem indulgere, requirat specialem quamdam jurisdictionem, & specie ab aliis jurisdictionibus diversam, eujusmodi est, posse derogare Juri Communi, quod Principibus inferioribus vetat Conservatorum Judicum deputationem. Potestas vero derogandi Juri Communi in solo residet Principe Supremo. Tum denique ex eo, quia privatorum pactis Jurisdictio alicui concedi non potest, *l. privatorum 3. c. de Jurisdict. omn. Judic.*

An saltem consuetudine legitime præscripta, 69
vel præscriptione ad minus immemorabili acquiri valeat potestas dandi Conservatorem, ut probabile defendit *Monet. c. 7. q. 9. n. 502.* Cui patrocinantur, quotquot asserunt, privilegium posse per consuetudinem obtineri, ex illa ratione, quam insinuat *Portel. in dub. Regul. Verb. Privilegii cessatio per non usum n. 61.* Scilicet, quod si lex per consuetudinem abrogetur, & consuetudo legem faciat; poterit etiam consuetudo facere privilegium, quod est lex, quædam privata. Quamvis 70
laudatus *Monet.* ut probabilius doceat *n. 503.* Jurisdictionem Conservatoris ex integro acquiri non posse ab eo, qui nullam habet Jurisdictionem: & *n. 505.* idem putet dicendum de eo, qui alias jurisdictionem quidem aliquam, etiam ordinariam haberet, ut nequeat præscribere, quod sit Conservator eo modo, quo sumitur in *cap. l. 2. & fin. de offic. deleg. in 6.* Concludens, quod si laxiori significatione sumatur nomen Conservatoris, aut etiam loquamur de præscribenda, aut consuetudine inducenda facultate, qua Conservatores utuntur, citra tamen nomen, & appellationem Apostolici Conservatoris; tunc nihil repugnet, quin consuetudine vel præscriptione acquiri possit ex integro, Videatur Doctor laudatus.

Et hæc satis de eo, a quo Privilegium Conservatoris Regularium sit, aut esse possit. Num autem illud omnibus concessum sit; & morte concedentis perseveret, aut extinguatur, videbit



ARTICULUS SEXTUS.

An Omnibus Regularibus Concessus Judex eorumdem Conservator:

Et num facultas illum eligendi morte Concedentis extinguatur.

1 Dico I. Judex Regularium Conservator, seu facultas illum eligendi, omnibus competit Religionibus ex dispositione Juris Communis *cap. fin. de offic. deleg. in 6.* teste *Donat. in prax. p. 1. tr. 57. q. 1. n. 13. & aliis*; etiam militaribus, ut notat *Mendo de Ordin. milit. disq. 2. q. 4. §. 2. n. 139.*, ita ut omnes, etiam militares (quamvis nonnullæ, seu non militares, sive etiam militares, per Privilegium speciale ab aliquo Summo Pontifice facultatem eligendi Conservatorem non habeant, nec communicandi eum Religionibus, dictum Privilegium habentibus) adhuc vigore dicti *cap.* illum eligere queant, ut monet idem *Donat. supra n. 14.* Quemadmodum de facto eligebant priscis illis temporibus Ordines militares, quibus in ipsorum favorem nondum fuerant a Summis Pontificibus expeditæ speciales literæ Conservatoriæ, ut testatur ex variis antiquissimis instrumentis, quæ vidit, & legit, ipsemet *Mendo* mox laudatus.

2 Et quidem omnibus competit Religionibus utriusque sexus, adeoque nedum virorum, sed fœminarum etiam, seu monialium ex cit. dispositione Juris Communis facultas eligendi Conservatorem, ut optime notat *Pelizz. de monial. cap. 9. q. 1.* advertens *q. 19. n. 37.*, quod si consuetudo sit in oppositum, id inde procedere, quia cum plurima monialium Asceteria Jurisdictioni subjaceant Ordinarii, consequenter Ordinarium habeant in Judicem; non est, cur debeant Conservatorem eligere, qui in multis fungitur munere Judicis.

3 Jure tamen optimo Regularium Conservator, seu facultas illum eligendi omnibus competit Religionibus de rigore Juris Communis: quod enim de jure Communi est, nemini denegatur, ut notat *Navar. in Lucerna Regul. verb. Conservator*, & ex eo *Donat. n. 14. cit.*

4 Et nedum de Jure Communi facultas Conservatorem eligendi omnibus competit Regularibus, sed de Jure etiam peculiari, sive ex speciali Apostolicæ Sedis Privilegio. Enimvero

5 Dico II. Ex speciali Privilegio facultas nominandi, designandique Conservatorem cum amplissima potestate competit,

I. Monachis Sanctæ Justinæ ex Constit. Eugenii Quarti incip. [Militanti] 8. *Kal. Decembris* 1436. & Innocentii Octavi incip. [Devotionis augmentum] *anno* 1486. *Idibus Junii.*

II. Congregationi Sancti Benedicti in Regno Portugalliæ ex Bulla Sixti Quinti incip. [Regularium personarum] *anno* 1588. *die* 9. *Aprilis.*

III. Monachis Cistercensibus ex Constit. Bonifacii Octavi incip. [Ad compescendos] *anno* 1301. *Sexto Idus Januarii.* Clementis V. incip. [Etsi] II. *Non. Septembris* 1309. Clementis Sexti incip. [Militanti] 2. *Non. Februarii anno* 1342. Joannis Vigesimitertii incip. [Illa, quæ] *anno* 1415. VII. *Kal. Februarii.* Et Eugenii Quarti incip. [Humilibus] *anno* 1446. *V. Idus Februarii.*

IV. Monachis Olivetanis ex Constit. Julii Secundi incip. [Militanti] *Octavo Kal. Novembris* 1505. Ejusdem Const. incip. [Etsi ad universos] *anno* 1507. *pridie Nonas Junii.*

V. Ordini Carthusiensi ex Bulla Sixti Quinti incip. [Pro nostra propensa] *anno* 1588. *die* 3. *Novembris.*

VI. Monachis Camaldulensibus ex Bulla Leonis X. incip. [Etsi] *Quarto Non. Julii* 1513.

VII. Ordini Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis Captivorum ex Bulla Nicolai Quinti incip. [Militanti] *anno* 1447. *Sexto Nonas Maji.* Et Adriani Sexti incip. [Hodie a Nobis] *anno* 1522. *pridie Kal. Septembris.*

VIII. Canonicis Regularibus Lateranensibus ex Bulla Sixti Quarti incip. [Dum ad universos] *Nono Kal. Septembris* 1476.

IX. Canonicis Regularibus Congregationis Sancti Salvatoris Ordinis Sancti Augustini ex Constit. Julii Secundi, incip. [Inter ceteros] *anno* 1516. *Quarto Non. Aprilis.*

X. Clericis Regularibus Sancti Pauli Decollati ex Constit. Julii Tertii incip. [Ad hoc] *Tertio Idus Augusti* 1550.

XI. Fratribus Dominicanis ex Constit. Joannis Vigesimisecundi incip. [Magistrum, & Fratres Ordinis Prædicatorum] prout in Bullar. Ejusdem Ordinis *pag. 76.* teste *Donato in prax. p. 1. tr. 17. q. 1. n. 6.* Clementis Quarti incip. [In quibusdam locis] *anno* 1265. *VII. Idus Maji.* Bonifacii Noni incip. [Sacræ Religionis] *Quinta Kal. Maji* 1403. Sixti Quarti incip. [Noverint] *anno* 1474. *pridie Kal. Septembris.* Et Sancti Pii Quinti incip. [Ad hoc nos Deus] *die* 23. *Septembris* 1571.

XII. Iisdem, & reliquis Ordinibus Mendicantibus ex Const. Joannis Vigesimisecundi in *Extravag. unic. de Judic. inter communia*, & Bulla Sixti Quarti incip. [Regimini] *anno* 1474.

XIII. Fratribus Minoribus ex Constit. Innocentii Quarti incip. [Inundans] *anno* 1253. *die Sexto Kal. Octobris.* Leonis Decimi incip. [Affectu benevolentiæ] *anno* 1514. 16. *Februarii*: & ex utraq. præcitata Constit. Joannis Vigesimisecundi, & Sixti Quarti.

XIV.

XIV. Fratribus Minoribus de Observantia ex Constit. etiam Clementis VII. incip. [Dum consideramus] *anno* 1526. 16. *Aprilis*.

XV. Fratribus tertii Ordinis ex Bulla Sixti IV. incip. [Sacrosancta] *anno* 1473. *XII. Kal. Decembris*.

XVI. Carmelitis ex Constit. Sixti IV. incip. [Dum attenta] *IV. Kal. Decembris* 1476. & ex utraque prælaudata Constit. Joannis XXII., & Sixti IV. [Regimini.]

XVII. Eremitis S.Augustini ex Bulla ejusdem Sixti IV. incip. [Noverint] *anno* 1474. *VII. Idus Februarii*. Et ex utraque præcit. Constit. Joannis XXII., & laudati Sixti [Regimini.]

XVIII. Minimis Sancti Francisci de Paula ex Constit. Clementis VII. incip. [Conquestione] 19. *Martii* 1524. Julii II. incip. [Hodie] *anno* 1504. *XV. Kal. Junii*. Et ejusdem incip. [Dum ad Sacrum Ordinem] *V. Kal. Augusti* 1506. Et alia incip. [Alias Venerabilem] 29. *Martii anno* 1507.

XIX. Societati Jesu ex Constit. Sancti Pii V. per Gregorium XIII. Edita, incip. [Æquum reputamus] *VIII. Kal. Junii* 1572.

XX. Ordini Sancti Hieronymi ex Constit. Julii III. incip. [Militanti] *anno* 1551. *V. Kal. Augusti*.

XXI. Fratribus Sancti Joannnis de Deo ex Constit. Urbani Octavi, incip. [Exponi Nobis] *die* 3. *Martii* 1624.

XXII. Fratribus Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum ex Constit. Alexandri VII., incip. [Alias pro parte.] *anno* 1660. *die* 9. *Octobris*.

XXIII. Militiæ, seu Hospitali Sancti Lazari ex Bulla Pii IV., incip. [Inter assiduas] *anno* 1565. *IV. Nonas Maji*. & Sancti Pii V. incip. [Sicut bonus] *VII. Kal. Februarii* 1567.

XXIV. Equitibus Sancti Joannis Hierosolymitani ex Constit. Pii IV. incip. [Circumspecta] *Kal. Julii* 1560. Gregorii XIII. incip. [Quo magis, ac firmius] *anno* 1586. *die* 23. *Martii*. & Urbani VIII. incip. [Exponi.] *anno* 1629. 17. *Februarii*.

XXV. Ordini Militari Alcantaræ ex Constit. Gregorii IX. relata in Bullario Alcantaræ *pag.* 17. *&* 26. Alexandri IV. *ibidem pag.* 31., teste *Mendo de Ordin. Milit. disq.* 2. *q.* 4. *n.* 121. Et Clementis VIII. incip. [Universis, & singulis], ut refert *Emanuel Rodriquez tom.* 1. *quæst. Regul. q.* 27. *art.* 12.

XXVI. Ordini Militari Sancti Jacobi de Spatha ex Bulla Leonis X., edita *anno* 1514. Clementis VII., & Pii V., ut refert laudatus *Mendo n.* 122.

XXVII. Ordini de Calatrava ex Bulla Innocentii VIII. incip. [Venerabilibus Patribus] *die* 1. *Julii* 1433., ut insinuat *Mendo loco supra cit. n.* 123.

XXVIII. Ceteris Religiosis Ordinibus speciali Conservatore non fruentibus, sed mutuam eum recensitis privilegiorum communicationem habentibus, ut notant *Lezana in Summa quæst. Regul. p.* 2. *c.* 10. *n.* 5. *Donat. in praxi p.* 1. *tr.* 17. *q.* 1. *n.* 13. *Barbos. in collect. Bulla. verb. Conservator*; & de *offic. & Post. Episc. alleg.* 106. *n.* 7., & alii cum *Passerin.*, quos citat, & sequitur *Nidus de Conser. Regul. c.* 1. *partic.* 3. *n.* 4. Et recte quidem; nam ex una parte privilegium Conservatoris est de numero communicabilium, utpote facillimæ concessionis ex *cap. fin. de offic. & pot. Jud. deleg. in* 6., ibi: [plerumque a Sede Apostolica conceduntur.] & ex tot, tantisque Religiosis Ordinibus concessione facta per Sedem Apostolicam. Et ex altera parte illud communicabile esse ab iis, qui privilegiorum communicationem habent; declaravit Sacra Congregatio Concilii *die* 12. *Decembris* 1620., & Episcop. ac Regul. in favorem Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum *die* 10. *Septembris* 1660. Quam declarationem confirmavit deinde Alexander VII. in Bulla præcitata quæ incip. [Alias pro parte] *die* 9. *Octobris* 1660. Et statuit Sixtus V. in laudata Constitutione [Regularium Personarum] 9. *Aprilis* 1588. in favorem Congregationis Sancti Benedicti in Regno Portugalliæ.

XXIX. Monialibus Cistercensibus ex supra laudatis Constitut. Joanni XXIII. incip. [Illa, quæ,] Clementis V. incip. [Etsi,] & Clementis VI. incip. [Militanti] pro Monachis Cisterciensibus.

XXX. Sororibus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis ex superadducta Constit. Nicolai V. incip. [Militanti.]

XXXI. Sororibus tertii Ordinis ex citata Bulla Sixti IV. incip. [Sacrosancta] pro Fratribus tertii Ordinis.

XXXII. Monialibus Sanctæ Claræ ex laudata Constit. Clementis VII. [Dum consideramus] *anno* 1526. 16. *Aprilis*.

XXXIII. Monialibus Sancti Dominici ex præcitata Bulla Sancti Pii V. pro Fratribus Dominicanis, incip. [Ad hoc nos Deus.]

XXXIV. Monialibus Carthusiensium ex adducta Bulla [Pro nostra propensa] Sixti V. pro Ordine Carthusiensi.

XXXV. Monialibus Canonicorum Regularium Sancti Salvatoris sub regula Divi Augustini ex Constit. Julii II. [Inter ceteros], pro dictis Canonicis adducta.

XXXVI. Tandem reliquis aliorum Ordinum Monialibus; cum his, per viam communicationis, privilegium eligendi Conservatorem, a Sixto IV., Clemente VII., Sancto Pio V., ceterisque Summis Pontificibus recensitis Monialibus indultum, commune sit, ut notat *Pelizz. de Monial. c.* 9. *q.* 2. *n.* 2. *& q.* 19. *n.* 37.

6 Atque hic notandum, facultatem hanc Conservatorem eligendi cum jurisdictione, illi a Jure Communi, & Peculiari privilegiorum per insinuatos Pontifices attributa, abrogatam non esse, nec in aliqua parte a Tridentino imminutam, ut docent passim Doctores, quos inter *Pegr. ad Constit. Gregorii XV. de Conservat.* §. 1. *n.* 4. *Barbos. de offic. & pot. Episcop. p.* 3. *alleg.* 106. *n.* 42, *&* 43. *in Summ. Apostolic. Decis. verb. Conservator. collect.* 216. *n.* 21. & in *Trident. sess.* 14. *c.* 5. *n.* 3. *Lezana p.* 2. *c.* 10. *n.* 6. *Tambur. de Jure Abbat. tom.* 3. *q.* 1. *d.* 17. *n.* 8. *Rota coram Ubald. decis.* 239., *&* 285. *n.* 11. *par.* 15. *rec.* Immo potius confirmatam, ut notat *Rodriquez tom.* 1. *quæst. Regul. q.* 65. *art.* 12. & cum eo *Donat. tom.* 1. *tr.* 17. *q.* 3. *n.* 5. Quod patet tum ex *sess.* 7. *c.* 14. *de refor.* ubi supponuntur quorumdam Religiosorum Conservatoriæ, extra Monasteria degentium, ibi: [Clerici Sæculares, aut Regulares, extra Monasterium degentes, quomodolibet exempti, etiamsi certum Judicem (Conservatorem videlicet) a Sede Apostolica deputatum in partibus habeant &c., privilegiis, exemptionibus, Conservatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus adversus præmissa nequaquam valituris.] Tum ex *sess.* 14. *c.* 5. *de refor.*, ubi cum magnam limitationem Concilium adhibuisset circa Conservatores, & eorum facultates; in fine tamen

expli-

explicat se, non loqui de locis, aut personis Regularibus, sic: [Universitates autem generales, ac Collegia Doctorum, seu Scholarium, & Regularia Loca, nec non Hospitalia &c. ac Universitatum, Collegiorum, Locorum, & Hospitalium hujusmodi personæ in præsenti Canone minime comprehensæ sed exemptæ omnino sint, & esse intelligantur.] Tum ex *sess.* 25. *c.* an. *in fin.*, ubi decernit: [In ceteris omnibus præfatorum Ordinum privilegia, & facultates, quæ ipsorum personas, loca, & jura concernunt, firma sint, & illæsa.] Tum ex Declaratione Sacræ Congregationis Concilii in *Mediolanen.*, quæ Decretum exponens ejusdem Concilii *sess.* 24. *c.* 20. *de reform.*, quod nimirum omnes Causæ, ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, in prima instantia, coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscantur, ait: Regularium Conservatorias, & simillum, sublatas non esse, nec in parte imminutas a Concilio per dic. *cap.* 20. *sess.* 24., quantumvis graves sint Causæ, & plenariam cognitionem requirant, ut testantur *Rota in Oscen. Jurisdictionis* 12. *Decembris* 1614. coram *Ubaldo sen. Farinac. p.* 2. *decis.* 616. *n.* 4. & alii.

7 Et etiamsi facultas eligendi Conservatorem abrogata, vel in aliquo imminuta fuisset a Tridantino; post illud revalidata fuit cum amplissima potestate a Sancto Pio V., ubi Conservatores Prædicatoribus deputavit; & copiosius ab eodem, & Gregorio XIII., ubi illos concessit Societati Jesu, &c., ut notant *Pellizz. tom.* 2. *Man. tr.* 8. *c.* 8. *sect.* 4. *q.* 2. *n.* 82., & *Tambur. de Jure Abbat. tom.* 3. *d.* 17. *q.* 1. *n.* 8.

8 Eademque potestas Conservatorem eligendi, a Sancto Pio Quinto Fratribus Prædicatoribus concessa, sicut & ab eodem, & a Gregorio Decimotertio Societati Jesu indulta post Concilium Tridentinum, neque a Gregorio Decimoquinto fuit revocata per Constitutionem incip. [Sanctissimus], illis præsertim verbis §. 1. [Clemantis Papæ Octavi prædecessoris sui vestigiis inhærendo, revocavit, ac nullas, & invalidas decrevit, omnes & quascumque Judicum Conservatorum electiones, nominationes, & deputationes:] cum iisdem fuerint dumtaxat revocatæ Conservatorum Judicum electiones, usque ad illud tempus factæ: eorumque amplissima potestas per laudatam Bullam in aliquibus moderata, & ad formam præscriptam in Constitutionibus Innocentii Quarti, & Bonifacii Octavi *cap.* 1. *& fin. de offic. & pot Jud. deleg. in* 6. restricta, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii, in superioribus allegata, sic: [Sacra Congregatio Cardinalium, Concilii Tridentini interpretum, censuit, hujusmodi verbis minime sublatam fuisse facultatem, quam habent Conservatores, defendendi Regulares a manifestis injuriis, & violentiis, dummodo observent formam, præscriptam in Constitutionibus Innocentii Quarti, & Bonifacii Octavi in *cap.* 1. *& fin. de offic. & Pot. Jud. deleg. in* 6.]

9 Dico III. Facultas Conservatorem eligendi, Regularibus concessa a Jure antiquo, & a novo privilegiorum cum amplissima potestate revalidata, & confirmata, licet in aliquibus reformata a Jure novissimo; morte concedentis, etiam re integra, non expirat, sed perpetua est. Assertio propugnatur a Doctoribus passim cum *Rodriq. art.* 6. & *Miranda item art.* 6., ubi certa ab eodem dicitur, & manifesta, & de qua nulli dubium esse potest. *Casarub. verb. Conservatores. Flavio Cherubin. Schol.* 2. *ad Const.* 3. *Clementis VIII. Antonell. de Regim. Eccles. lib.* 7. *c.* 2. *n.* 15. *Confett. in Summ. privil. Mendic. tit.* 4. *n.* 9. *Sorb. ibid. Anton. a Spiritu Sancto in direct. Regul. tr.* 2. *disp.* 1. *sect.* 4. §. 3. *n.* 209. *Raym. Nido de Conserv. Regul. c.* 1. *partic.* 11. *n.* 4. Probatur tum ex communi praxi, & consuetudine, qua adhuc post mortem Pontificis, qui privilegium eligendi Conservatorem Regularibus concessit, Regulares ipsos videmus Conservatorem eligere. Tum etiam ex eo, quia privilegia Religionibus, siva Regularibus per summos Pontifices concessa, inter quæ est illud Conservatorem eligendi, perpetua sunt, tam ex tenore ipsorum privilegiorum, quam ex natura sua; cum realia, non personalia sint, atque adeo non temporanea, nec morte concedentis extincta, sed natura sua perpetua, quamdiu per alium
Pontificem revocata non fuerint. Et merito sane; 10
nam licet privilegia, quæ certo generi personarum conceduntur, ut ea, quæ conceduntur maritis, sint personalia, adeoque non perpetua, sed temporanea, quia mariti non perpetuo durant, sed pereunt, seu moriuntur, ut colligitur ex *l. Quia tales*, *ff. sol. Matr.* Et tamen, quæ conceduntur certo personarum generi, quod per fictionem juris numquam perit, non sunt personalia, sed realia, & ut talia nec ipsa unquam pereunt, sed perpetua sunt: quo modo se habet privilegium, quod civibus alicujus Civitatis indulgetur ut deducitur ex *l. firma*, §. *Quamquam ff. de Censib. & l.* 2. *ff. de reb. dub.* utpote qui per fictionem juris numquam censentur perire, ut habetur in *l. Proponebatur*, *ff. de Judic.* Et privilegium, quod conceditur Civitati, vel loco, utpote qui numquam perit, ex *l. forma*, §. *Quamquam*, *ff. de Censib.* Atqui non secus, ac Civitas, locus, & cives per fictionem juris numquam censentur perire Religiones, & Religiosi: ergo privilegia iisdem concessa, & sic illud, de quo est sermo, realia sunt, non personalia: atque adeo perpetua, non temporanea, nec morte Pontificis concedentis extincta, ut in specie tradunt *Romanus in l. Maritum n.* 17. *ff. solut. Matrim. & Socin. in d. l.* 2. *n.* 4.

Item licet gratia Principis nondum facta, sed 11
fienda, re integra, per obitum concedentis extinguatur, ex *cap. Sicut*, *juncta Gloss. de Præben. in* 6., secus tamen gratia jam facta, & perfecte concessa, morte concedentis non extinguitur, *ex cap. Si super. de offic. deleg. in* 6. ibi: [Executor super gratia facta, datus a Papa, mortuo Papa, etiam re integra, gratiam exequitur:] Sive de cetero dicta gratia facta habeat jurisdictionem annexam, sive concessa sit solo verbo; ut cum *Joa. Andr. in Prologo super sextum*, *& Archidiac.* tradit *Sylv. verb. Gratia n.* 3. Sed facultas eligendi Conservatorem est gratia natura sua; & quidem a Summis Pontificibus jam facta, & perfecte concessa, non vero facienda: ergo morte Summorum Pontificum, qui illam concesserunt, etiam re integra non extinguitur, quin potius semper permanet, estque perpetua, donec per alium Pontificem non revocetur.

Nec officit *c. Hac. Constitutione* §. *officiam*, *de offic.* 12
Jud. deleg. in 6., ubi Pontifex [Officium (ait) quorumcumque Conservatorum ipso jure quoad negotia non cœpta per obitum concedentis volumus expirare.] enim Regularium Conservatores minime comprehendit; sed Conservatores dumtaxat privatarum personarum. Unde *Archidiac. in cit. c. Hac. Constitutione n.* 3. *v. expirare*, Decretalem adductam, inquit, locum non habere in Conservatoribus datis ad conservationem privilegio-

lagiorum, alicui Ecclesiæ, vel Monasterio conaessorum: quia gratia, facta Ecclesiæ, per mortem coocedeotis ooo expirat, *Can. 1. & a. 25. q. 2.& c. Per ambitiosam de Rescript. in 6.*

ARTICULUS SEPTIMUS.

An, & quibusnam pœnis subjiciantur Regulares, privilegio Conservatoris non utentes injurias dissimulando, vel patiendo ad Sæcularem Judicem se trahi, aut ad illum recurrendo. Et num Conservatoribus subjecti possint sese Ordinariis subjicere.

1 Dico I. Regulares ita privilegio Conservatoris uti teoeotur, ut non possint eitra pœnam peccati mortalis injurias ab axtranais sibimet irrogatas, aut irrogandas dissimulare, Conservatorem videlicet non eligando, aut ad illum jam electum pro debita satisfactione, vel pro earumdem injuriarum impeditione non recurrendo. Assertio est in terminis *Lezanæ in Consultis variis Cons.* 40. de Episcopo suspendante omnes Confessarios, & Concionatores cujusdam Religionis, ubi *n.* 80. *in fin.* & 81. sic haber: [Hujusmodi sibi illatis injuriis, prout poterant, & debebant (Religiosi nimirum, per Conservatorem) restiterunt. Disi *debebant*, quia vix sine peccato poterant dissimulare dictam injuriam, ut probant textus *c. Quam periculosum 7. q. 1. c. Placuit, & seq. 12. q. 1. c. Cum tempore, de Arbitr. ubi, Abbas n. 2. & alii, per text. cap. Si diligenti, & cap. Significasti, de for. Compet. Lucas de Peña in l. probibitum verb. Et nota, c. de Jure Fisci lib. 11. Sylv. in Summ. verb. Exemptio n. 10. & 11. Vivald. in Candelabr. aur. p. 1. de Absolut. n. 49.* Optima *Solorzanus de Indiar. guber. lib. 3. c. 17. n. 80.*
2 *fol.* 820.] Hactenus Leaana. Et recta quidem, cum in opprobrium eederet totius Ordinis Religiosi; Religiosos ab extraneis injuriose tractari, & illatas aut inferendas ab iisdem injurias dissimulare. Sie quia in opprobrium cederet totius Ordinis Clericalis, Clericos Sæculares a Laicis injuriari, & illatas aut inferendas injurias dissimulare; nequeunt sine gravi peccato Sæculares Clerici, injurias dissimolare, ad suum Ecclesiasticum Judicem non recurrendo, ut concors est Doctorum Sententia.

3 Dico II. Regulares ita privilegio Conservatoris uti teneantur, ut non possint permittera, ad Sæcularem Judicem se trahi, sub pœna excommunicatioois in Bulla Cœnæ Domini contenta. Ita *Cochier p. 4. de Exempt. q. 75. n. 7.* doceos, nedum incidere in dictam escommunicationem usurpantes jurisdictionem in exemptos, illosque defendentes, sed atiam, qui secum osurpari, seu coram alio, quam Pontificali Judice io Jos trahi, voluntarie patiuntur: quia cum non trahantur inviti, consilium, & favorem præstare censen-
4 tur. Coi favet *Navarr. lib. 1. Consil. de Constit. n. 81.* ubi de illis: [Qui se trahi ad Judices Laicos pro decimis patiuntur,] ait, [Non incidere in eacommunicationem prædictæ Bullæ Cœnæ, si trahantur inviti: incidera autem, si trahantur da suo consensu, cnnsilio, vel favore: quoniam nnn solum trahentes, sed etiam consilium, vel favorem ad id adhibentes, escommunicat prædicta Bulla Cœnæ io excommunieatione 14., quæ ponitur in §. *excommunicamus omnes, & singulos Cancellarios*] Favent etiam *Alterius de Censur. lib. 5. disp. 15. cap. 2. vol. fin. Duard. in Bull. Cœn. Cens. 15. q. 13., & alii*, docentes Ecclesiasticos, qui sponta patiuntur, trahi pro Causis spiritualibus, vel his annexis, affici escommunicatione Bullæ Cœnæ: quia coosentiunt, consulunt, val favent avocationi:

Sed nonnisi effectu sequoto, advertit *Bonac. de Censur. in Bull. Cœn. disp. 1. q. 15. pun. 1. propos. 2. n. 25.* Quia ex una parte Verba Bullæ cum effectu intelligenda sunt: & ex altera parta istæ sune actiones accessoriæ: ob actiones autem accessorias Censura non incurritur, nondum posita actione principali: Sie Clerici Sæculares, qui voluntarie patiuntur trahi ad Judicem Laicum, sequuto effectu, ob eamdem rationem innodantur Censura Bullæ Cœnæ in 15. *Casu* contenta §. *Quive ex eorum prætenso officio:* sicut, & pro Causis Beneficialibus, aut decimarum, alisque spiritualibus, aut his annesis innodantur Censura, quæ in 14. *Casu dic.* §. *excommunicamus* eootinentur, ut præter allatos Doctores, alii passim firmant. 5
Et merito; eum io opprobriom ederet ordinis Clericalis, si Clerici, seu Regulares, siva Sæculares, diviois officiis, specialitar dedicati, per Sæcularia Judicia vagari, & Patres a filiis dijudieari, aut injuriose tractari possent; & contra Jus Papæ, si Regulares permitterent, se coram alio Judice convaniri; quemadmodum contra Jus Episcopi foret, si sæculares Clerici paterentur, ut etiam *assert. 5. n. 20* dicemus. 6

Immo addit *del Bene de Immunit. & Jurisdict. Eccl. cap. 1. dub. 14. sect. 4.* Ecclesiasticum, qui coram Judice Sæculari eitatus, aaemptionem, & declinatoriam opponere omittit, pœna extraordinaria Jodicis arbitrio condemnandom essa, utpote Joris transgressorem, ea *Farinac. lib. 1. tit. de Inquisit. q. 8. n. 10. & 12.* & *Scaccia. de Judic. lib. 1. c. 11. n.* 46. & condemnandum in expensis; eum omnia Acta fiot ipso Jura nulla; & expensas in aia factas exeusare faeila potuisset; unde 7

merito,

merito, si non excusavit, ad eas solvendas debet condemnari, *Covarr. pract. quæst. c.* 33. *n.* 2. *Salsed. in prax. c.* 26. *n.* 6. *Farinac. q.* 8. *n.* 16. *Scaccia c.* 11. *n.* 46. Has autem Condemnationes a Judice Ecclesiastico, non a Laico faciendas: cum enim solus Ecclesiasticus Judex possit de Causa principali cognoscere, solus ipse poterit etiam de annexis judicare, *cap. Tuam de Ordin. Cognit. cap. Si Judex Laicus de Sent. excomm. in 6. Covarr. cit. c.* 33. *n.* 2. *& Farin. dic. q.* 8. *n.* 16. *&* 17., quidquid in oppositum sentiat *Guttier. lib.* 1. *pract. quæst. super leges Regni q.* 20. *n.* 4.

8 Dico III. Regulares ita Privilegio Conservatoris uti tenentur, ut non possint pro injuriis sibimet irrogatis, vel irrogandis in re seu spirituali, & Ecclesiastica, sive temporali, & profana, prætermisso Conservatore ad Sæcularem Judicem recurrere, citra incursionem excommunicationis in Bulla Cœnæ Domini contentæ. Ita ex *Alterio sup. cit. c.* 2. *col.* 2. *ad finem Bona c. de Cens. in Bull. Cœn. d.* 1. *q.* 14. *punct.* 1. *a n.* 24. & alii pas-
9 sim. Ratio est, quia Summus Pontifex in XIII. Casu §. *Item excommunicamus omnes &c. qui prætenentes*, absque distinctione Causarum non solum excommunicat prætenentes, & interponentes frivolam appellationem apud Curiam Sæcularem; verum etiam alias recurrentes, idest alio Casu, & alio quocumque modo; cum id significet particula illa *Alias*, ut constat ex *leg. denique §. Interdum ff. de pecul. legat.*, *& l.* 1. *§. Sive autem ff. de aqua quotidiana, & æstiva*. Et notant etiam *Hondedeus Cons.* 70. *n.* 32. *tom.* 2. *Cœnedus pract. quæst. singul.* 62. *n.* 5. *Caputaquen. decis.* 210. *n.* 8. *p.* 1. & alii apud *Barbos. de dictionibus dict.* 9. *apud Gratum dict. item* 9. *& Alterium, ubi sup.*

10 Sic Clericus Sæcularis, si prætermisso Judice Ecclesiastico, ad Laicum recurrat adversus alium Clericum, excommunicationem prædictam Bullarem incurrit, ut docent passim Doctores cum *del Bene de Immunit. c.* 6. *dub.* 2. Immo præfatus Clericus *ex cap. Si diligenti, de for. Compet.* nedum excommunicatur, sed privatur, & Causam perdit, etiamsi pro ipso lata sit sententia.

11 Quod pariter decrevit Martinus V. in Bulla 10. incip. [Ad reprimendas], ubi statuit, Actores Ecclesiasticos id præsumentes in Causa Civili ipso Jure, & ante sententiam Judicis incurrere pœnas Concilii Toletani tertii *c.* 13. 11. *q.* 1. *c. Inolita*, & *cit. cap. Si diligenti, extra de for. Comp.* adeo ut Causam perdant, & cedant in lucrum reo, quem protraxerunt, *argum. l. generaliter §. Illud, ff. de Calum. & c. Inolita, & seq.* 12. *q.* 1. Sintque excommunicati, ut habetur etiam in Concilio Romano sub Sylvestro *c. Siquis Clericus* 11. *q.* 1. Conventus autem, & Capitula ipso facto excommunicata, suspensa, & interdicta esse, ac una cum Fautoribus beneficia omnia deperdere, cum inhabilitate in futurum. In Causa vero Criminali Actores Ecclesiasticos haberi pro convictis, statuit Concilium Carthaginense tertium *c.* 9. *&* 11. *q.* 1. *cap. Placuit de for. Compet. & cap. Si diligenti*, deponendos esse, 11. *q.* 1. *c. de diversis, & c. Placuit*, 21. *q.* 5. *c. siquis a proposito, & c. siquis Episcopus*, ubi subditur, quod ad nullam veniam queant pervenire: quia præjudicatur Ecclesiastico Superiori, sine cujus consensu nequit Clericus jurare, nec alium sibi Judicem constituere, *c. Clericum* 31. 11. *q.* 1. Et jure quidem optimo, cum Ecclesiasticus Judex debeat, non Sæcularis Causas Clericorum judicare, *c. experientia* 11. *q.* 5. *& c. Pervenit, de for. Comp. c.* 1. 12. *q.* 18.

12 Notat hic *Monacell. in Form. p.* 3. *tit.* 3. *de Irregularit. in particulari n.* 15. Clericos, tam Sæculares, quam Regulares, qui in suis Causis recurrunt ad Judices Sæculares, cum excommunicationem in Bulla Cœnæ contentam incurrant; si, post recursum, exerceant Ordinem solemniter, vel Missam celebrent, evadere Irregulares, prout de Regularibus respondit Sac. Congregat. Immunit. *in una Ulyssiponen.* 6. *Novembris* 1688. *lib. decr. Martelli pag.* 373. & de Clerico Sæculari in *Alatrina* 29. *Aprilis* 1704. *lib.* 3. *Dec. Vallem. pag.* 576. Non esse tamen reputandos, nec denunciandos irregulares, nisi quando ex eorum recursu sequatur impedimentum Jurisdictioni Ecclesiasticæ, executioni mandati Rotalis, vel literarum Apostolicarum; aut alio modo Judex, vel Princeps Laicus manus apponit, & auxilium præstat; ut in *dic. Alatrina*, in qua Clericus brachium obtinuit Sæculare pro capienda possessione beneficii. Secus irregularitatem non incurrere, quia solus affectus recursus, nisi sequatur effectus, non punitur, juxta ea, quæ firmat *Card. de Luca Miscellan. Can. disc.* 9. & nos advertimus *assert.* 2. *n.* 9. *cum Bonacina*. Debent tamen denuntiari tales a Judice Ecclesiastico, non a Sæculari, ut diximus *assert. præced. n.* 7.

Num autem a Fidei Quæsitoribus in Sacro In- 13
quisitionis Tribunali examinari, denuntiari, & puniri etiam valeant præfitæ Ecclesiasticæ personæ, seu Regulares, sive Sæculares, ad Laicum Judicem recurrentes; affirmative respondent nonnulli, moti ex eo, quod sicuti Judices Sæculares, trahentes ad sua tribunalia personas Ecclesiasticas, extra Casus a Jure permissos, possint in Sacro Inquisitionis Tribunali a Fidei Quæsitoribus examinari, denuntiari, puniri, ut docent nonnulli Doctores, mox laudandi; ita & Ecclesiasticæ personæ, recurrentes ad illa; cum eadem pro utrisque militet ratio: & ubi eadem militat ratio, eadem militat juris dispositio, *argum. c. Inter Corporalia* 2. *de traslat. Episc.* & *l. Ideo ff. de legib.*

Et sane *Bartholomæus Salonius in* 2. 2. *divi Thom.* 14
q. 67. *art.* 2. *n.* 1. *Concl.* 3. sic habet: [Principes, vel Judices, qui contra Jura Canonica, & Civilia trahunt Ecclesiasticos ad sua Tribunalia, sunt de hæresi Lutherana suspecti, & potest contra eos juste Officium Sanctæ Inquisitionis procedere; Patet: Qui convenit cum Hæreticis in factis, in quibus illi protestantur suas hæreses, est vehementer suspectus de illa hæresi: ut, qui comedit sine ulla infirmitate Carnes die Veneris, est suspectus de hæresi Lutherana: & qui communicaret sub utraque specie, esset maxime suspectus de hæresi Bohemorum: quia talia facta protestantur illas hæreses. Sed Hæretici, negantes Jurisdictionem, & immunitatem Ecclesiasticam, docent, personas Ecclesiasticas a Judice Sæculari esse judicandas: ergo Judex Sæcularis, si ita facit, manifeste convenit cum Hæreticis in facto, quo protestantur ipsi suas hæreses, esset- que de simili hæresi maxime suspectus, & ab Inquisitoribus examinandus.] Hactenus Sallonius, cujus doctrina, ut liquet, militat etiam adversus Ecclesiasticas Personas, ad Tribunalia Judicum Laicorum recurrentes. Item *Dominicus*
Bannez 2. 2. *q.* 67. *art.* 1. *Concl.* 4. hæc asserit: 15
[Ex dictis sequitur, suspectos esse merito de hæresi Lutherana Sæculares Judices, qui Clericos contra sua privilegia comprehendunt, vel ad sua Tribunalia trahunt. Probatur: quia facto ipso confirmant, quod error asserit Lutheranus, scilicet Clericos subditos esse Principibus Sæcularibus.

bus. Quemadmodum fiquis Imaginem conculcaret, vehementer effet fufpectus de hæresi Lutherana, quæ afferit: Imagines non effe colendas.]

16 Hæc *Bannez*. Quibus fubfcibit *Beltrnnus de Guevarn in Propugnat. Libert. Ecclef. affert. 2. §. 2. n. 21. Bozius de Jur. Nat. & Divino Liber. Ecclef. lib. 5. c. 55. Julinnus Thomafius Auditor Sacræ Rotæ apud Bellamrram Conf. 40. n. 35. v. Imo quodammodo*. Et Auditores Sacræ Rotæ pro Caufa Veneta *anno* 1606. *in Affertione Libertatis Ecclefiafticæ*, nbi circa finem ita pronuntiant : [Animadvertere debent Doctores, eujufcumque notæ fint, & qualitatis, dum contra Sacros Canones (eos fæpe ptave interpretando, & detorquendo) Ecclefiafticæ detrahunt immunitsti, & libertati : fufpectos fe reddere, quod male de ea fentiant, & tacite, vel expreffe cnm illis confentiant, quos jsm Ecclefia propterea merito condemnavit.] Ita ibi nominatim fubfcripti Auditores Sacræ Rotæ.

17 Quamobrem, ut refert *Torreblnnca in Pruticnbil. Jur. Spiritnnl. lib. 25. c. 4. n. 7.* Cum Granatæ quidam miniftet Lsicus *anno* 1632. Allegationem Typis mandaffet contra immunitatem, & libertatem Ecclefiafticam, & in ea defendiffet quamdam confuetudinem trahendi Clericos in quibufdam Criminibus ad Sæcularia Ttibunalis, fuit a propria dignitate detrufus, & Sancti officii Inquifitionis Cenfutam fubivit.'

18 Sed hæc opinio, ut monet *Dinnn p. 7. tr. 1. refol. 30. alias 28.* quando in praxim deducenda fit, remittendum videtur prudenti Dominotum Inquifitorum arbitrio, qui matura difcuffione ponderabunt qualitates perfonatum, temporum circumftantias, frequentiam delicti, rationes contrarias, &c. Immo, ut ipfe putat, nihil ab eis prorfus agendum, nifi prius confulta Sacra Congregatione Sanctæ Romanæ, & Univerfalix Inquifitionis, & in Regnis Hifpaniæ Supremo Fidei Quæfitore.

19 Dico IV. Regulares, privilegium Confetvatoris habentes, fi non fint exempti, poterunt in Caufis occnrrentibus fefe Ordinariis fubjicere, judicio Confervatoris pofthabito. Ut enim in aliis, in quibus Ordinariorum jutifdictioni fe non poffent fubjicere, fi Regulares effent exempti, non exempti fubjicinntur: ita & in iis, in quibux non poffent affe fubjecti Ordinariis, fed Confervatoribus, fi forent exempti; non exempti poffunt fe fubmittere, nt docent *Ferret. Conf. 102. lib. 1. n. 58. Corn. Conf. 214. n. 8. lib. 2. & Rotn in decif. Seraph. 595. n. 7.* fubdens, aliter effe de exemptis, & Apoftolicæ Sedi immediate fubjectis. Unde

20 Dico V. Regulares, privilegium Confervatoris habentes, fi exempti fint, & Apoftolicæ Sedi immediate fnbjecti, confentire non poffunt, quod coram Otdinsrio, neglecto proprii Confervatoris judicio, conveniantur. Et merito fane, nam id effet contra Jus Papæ; ficuti contra Jus Epifcopi foret, quod Cleticus Sæcularis permitteret, fe coram alio Judice conveniri, *cnp. Significafti, de For. Comp.* Et fic in præjudicium cederet Apoftolicæ Sedis, fub cujus protectione, & tuitione funt, veluti Papæ oblati, ipfique commiffi, ac effecti Juris Sancti Petri, & Sanctæ Romanæ Ecclefiæ, ex fpecialibus ipforum privilegiis. Apoftolicæ autem Sedis, Sanctæ Romanæ Ecclefiæ, ejufque Capitis intereft, fubditos fuos ab alio non judicari, ut notant *Felin. in cap. Cum olim n. 3. de refcript. Joan. Andr. in cnp. Scienti in fin. verf. Si vero de reg. Jur. in 6. & Franc. n. 4. Abbas in cap. 1. n. 19. de re judic. Caftrenfis Conf. 432. n. 3. lib. 1. Rota cum nliis in Ulixbonenfi Monafterii 29. Aprilis 1641. coram Panzirolo*, quibus patrocinstur Conftitutio Gregoiii XV. de Confervatoribus §. 9. ibi [Statuit Sanctitas fua, ut coram ipfis Confervatoribus Regulares, ac perfonæ fuprsfcriptæ conveniri, aut trahi debeant, &c.] & §. 13. ubi ponit decretum irritans omnia contraria in ea Conftitutione difpofitis.

Et ita quidem Regulares exempti nequeunt, 21
pofthabito fuo Confervatore, Ordinatiis fe fubjicere In Caufix occurrentibus, ut etiamfi de jutibus sgatur, competentibus ex ceffione, aut Caufa fit ctiminalis, vel mifta, confenrire non poffint, quod coram Ordinario conveniantur, non obftante difpofitione Concilii Tridentini *feff. 14. de Refor. c. 5.*, cum fub ea Regulares minime comprehendantur, quemadmodum Univerfitates generales, Collegis Doctorum, feu fcholarium, & Hofpitalia, actu hofpitantia : immo excludantur expreffe ab eodem Concilio, ut notsnt etiam *Anguinn. lib. 3. de legib. Contr. 33. n. 5., & 6. Monet. de Confervat. c. 7. q. 5. n. 326. & alii paffim*.

Quamobrem graviter peccant Regulares, fefe 22
Ordinariis fubjiciendo; quamvis excommunicationem ullam in Bulla Cœnæ contentam non incurrant, ut incurrerent, fi Laico Judici fe fubjicerent, ex dictis; cum excommunicatio in Bulla Cœnæ fulminata fit in deteftationem abufus auctoritatis, & poteftatis Sæcularis, non vero poteftatis Ecclefiafticæ, nt ponderant Doctores non infequenter.

Atque hæc quoad non ufnm privilegii Confervatoris, & pœnas Regularium non utentium ex iis, quæ in Trsctatu de Cenfuris, præfertim in Bulla Cœnæ contentis, ex profeffo difputari folent, infinuaffe fit fatis. An etiam per ipfummet non ufum, vel contrarium ufum, privilegium, de quo eft fermo, deperdatur, indagat fequens

ARTICULUS OCTAVUS.

An Regulares Privilegium Conservatoris deperdant per non usum vel Contrarium usum:

Ubi

De amissione Privilegiorum per non usum, vel contrarium usum.

Controversia præsens facilem habet resolutionem ex iis, quæ in prima universi nostri Juris Canonici parte *Dissertat. quarta de privilegiis*, cum Doctoribus passim stabilivimus, agentes præsertim de amissione privilegiorum, per non usum, vel contrarium usum: quæ proinde hic leviter insinuanda, & supponenda sunt. Quamobrem

1 Supponendum est I. Privilegium conformiter ad nominis etymologiam communiter definiri: [Privatorum, seu privata lex, contra, vel præter Jus Commune, aliquid agendi, vel omittendi, aut percipiendi concedens.] *cap. Privilegia disp. 3.*, & *cap. Abbate, de verbor. Signific. ibi*: [Cum Privilegium sit Lex privata, nec esset privata, nisi aliquid specialiter indulgeret.]

2 Dicitur autem [Privatorum, seu privata:] quia ob bonum privatum privilegiati conceditur, certe nimirum alicujus realis particularis personæ; vel alicujus Collegii, Universitatis, Religionis, Monasterii, Ecclesiæ, Civitatis, &c. quæ personæ fictæ, seu mysticæ dicuntur, *l. 4. §. 3. ff. de Censib.* Non ob bonum publicum totius Communitatis; ob quod edita est Lex Communis. Dicitur: [Lex]: non quia obligationem imponit privilegiato, ut eo utatur; cum enim privilegium sit Lex privata, non quomodocumque, sed per quam favor, beneficium, aut gratia cuipiam indulgetur a Principe; nemo beneficio sibi concesso, favore, & gratia sibi facta cogitur uti, *Arg. l. Invito ff. de reg. Jur.* ibi: [Invito beneficium non datur.] sed quia vi ipsius præcipitur aliis, ut privilegium faciant observari; vel aliis, ne impediant, prohibetur, ut notat *Pirhing. de privil. & excess. Privilegiati n. 2.* & cum eo alii. Dicitur tandem: [Contra vel præter Jus:] Cum frustra impetretur per privilegium, quod jure Communi competit, *Arg. l. 1. c. de Thesauris l. 10.* ibi: [Superfluum est, hoc precibus postulare, quod jam lege permissum est.]

3 Supponendum II. Privilegium multifariam dividi. Prout autem facit ad rem præsentem, dividitur primo in Reale, Personale, *c. Mandata de præsumpt. l. privilegia de Reg. Jur.* & mistum.

Primi generis est, quod immediate, & directe, magisque principaliter confertur, rei, loco, muneri, dignitati: e. g. prædio, Ecclesiæ, Monasterio, prælaturæ &c. mediate vero, indirecte, minusque principaliter, ac veluti in consequentiam personis, quæ talem rem, prædium, locum, munus, & dignitatem habent. Et hujusmodi sunt privilegia Immunitatis a solutione decimarum, tributorum, &c. aliæque prærogativæ, & jura specialia certis prædiis, aut officiis concessa: quæ cum cohæreant rei, transeunt ad quoscumque Successores, & possessores.

Secundi vero generis privilegium, seu Personale est, quod immediate, & directe, ac principaliter confertur personæ, sine contemplatione rei; *arg. c. mandata, de præsumpt.* ibi: [quas non loco tribuimus, sed personæ.] Atque hoc privilegium *Singulariter personale* nuncupatur: quia uni tantum personæ immediate, directe, ac principaliter conceditur. Quod cum personam sequatur, extinguitur cum persona, *Reg. 7. Jur. in 6. l. privilegia ff. de Reg. Jur. l. In omnibus, ff. eod.*

Tertii demum generis, seu privilegium mistum partim est personale, partim reale, cum multum de natura realium participet: & certe Corpori, aut Collegio Personarum conceditur; ideoque a quibusdam *privilegium Corporale* nuncupatur: & non tantum illis competit, qui de facto in tali Corpore, vel Collegio vivunt, sed etiam ad ipsorum successores transmittitur.

Aliam privilegii personalis speciem constituunt 4
quidam cum *Sylvestro verb. Privilegium q. 2.* quam vocant *privilegium Communiter personale*, quod nimirum, nec uni singulari personæ, nec certo Corpori, seu Collegio; sed certo generi personarum concessum est: Cujusmodi dicitur privilegium restitutionis in integrum, concessum minoribus, illis videlicet, qui ante 25. annum completum in aliquo contractu graviter læsi sunt: Privilegium S. C. Vellejani, concessum feminis, ne ex fidejussione obligentur: S. C. Macedoniani, filiis-familias collatum, ne ex mutuo, sine consensu Patris accepto, obligentur. Privilegia Clericorum, studiosorum, militum &c. quæ omnia etiam transeunt ad hæredes, *l. non solum 6. ff. de in integrum restit.*

In dubio autem, num privilegium sit reale, 5
an vero personale, ex materia, Causa, & forma verborum deducendum est: Quamobrem attendendum, an principaliter in rem, vel conditionem, vel potius in personam dirigatur: item an privilegium de natura sua tale sit, quod ordinarie etiam successoribus concedi soleat, necne.

Quod

Quod si neque ex his satis deduci queat; videndum, num hujusmodi Privilegium sit mere favorabile, continens meram gratiam, beneficium, & favorem, citra ullum juris communis, vel privati alicujus præjudicium, an odiosum, utpote contra Jus Commune, vel in alterius præjudicium: & Primum in dubio præsumendum est reale, utpote quod tamquam beneficium Principis permanere, necessum est. *c. Decet 16. de reg. Jur. in 6. & l. fin. ff. de Constit. Princip.* Secundum vero personale, juxta reg. [Quod odia sint restringenda] & [quæ exorbitant a jure, non debeant trahi in consequentiam.] *c. Odia 5. & c. Quæ a Jure 28. de reg. jur. in 6.*

6 Secundo, dividitur privilegium in perpetuum, & temporale. Primum est, quod vel adhæret rei, de se perpetuo, vel conceditur sine limitatione temporis. Diciturque perpetuum, non quia amitti non potest, sed quia de se perseverat, donec revocetur, vel alia de causa deperdatur. Temporale est, quod pro tempore determinato conceditur, puta pro decennio, vel pro vita personæ privilegiatæ; quo modo se habet privilegium singulariter personale: vel sub conditione, quæ lapsu temporis finitur: aut durante vita concedentis, vel sub Clausula [Usque ad beneplacitum meum,] quod sane morte concedentis expirat; cum per ejus obitum omnino beneplacitum extinguatur, *cap. Si gratiose de Rescript. in 6.* Non ita tamen si conferatur sub clausula: [Usque ad Apostolicæ Sedis beneplacitum:] Quia cum Apostolica Sedes numquam moriatur, etsi decedat Pontifex concedens privilegium, illud perpetuo durabit, nisi a successore revocetur, ut additur expresse in *cit. cap.*

7 Tertio, dividitur in Commune, seu Communitatis, & in privatum seu privatorum, sive singulare. Commune est, quod immediate, & per se respicit bonum Communitatis, cui conceditur, & si mediate, & per accidens in ejus membra redundet etiam: cujusmodi est privilegium Canonis, & Fori, toti statui Clericali collatum. Privatum, seu singulare est, quod immediate, & per se bonum personarum in particulari concernit, & si mediate, & per accidens in bonum Communitatis etiam redundet: ut est beneficium restitutionis in integrum Minoribus concessum &c.

8 Quarto, dividitur in Affirmativum, quo nimirum datur facultas aliquid faciendi, vel percipiendi, cui opponitur non usus illius, seu non usus privativus: & in Negativum, quo facultas conceditur aliquid non faciendi, cui adversatur actus, seu usus positivus. Et utrumque vel cum Juris Communis, aut cum aliorum præjudicio, & gravamine concessum est: ut inter privilegia affirmativa se habet illud, imponendi tributa, exigendi decimas &c. & inter negativa privilegium immunitatis a solutione decimarum, Tributorum &c. Vel sine juris Communis, aut alterius præjudicio, adeoque est mera gratia, merus favor, merum beneficium: quomodo se habet affirmativum privilegium celebrandi ante Auroram, dispensandi in irregularitatibus, absolvendi a reservatis, comedendi Carnem in Quadragesima &c. & negativum privilegium non intereffendi processionibus &c.

9 Supponendum est III. Dupliciter amitti posse privilegium per actum oppositum, scilicet affirmativum per non usum, & negativum per contrarium usum, præscriptione nimirum, & tacita renuntiatione. Et quidem præscriptione deperditur, si oblata occasione privilegio utendi, privilegiatus eo non utatur; vel post actum contrarium, sine protestatione factum, labatur tempus ad legitimam præscriptionem requisitum. Deperditur vero tacita Renuntiatione, si oblata occasione privilegiatus, sciens, & volens, ac non coactus, absque protestatione, usum privilegio contrarium ponat: cum præsumatur in foro externo, si cetera ad validam renuntiationem necessaria concurrant, juri, & privilegio suo renuntiare.

Supponendum est IV. privilegium affirmativum sine ullius gravamine, & præjudicio, quod proinde, ut diximus, est mera gratia, merus favor, & merum beneficium, seu reale, sive personale; seu perpetuum, sive temporaneum; seu Commune, & Communitatis, sive privatum, idest privatorum, & singulare: Cujusmodi est celebrandi ante Auroram, dispensandi in irregularitatibus, absolvendi a reservatis, comedendi Carnes in Quadragesima, &c. per merum non usum, nullo modo deperdi, neque via præscriptionis, neque tacitæ renuntiationis. *Gloss. in c. ac privilegia, vers. semel in anno, de privil. & excessib. privilegiati. Pirhing. cod. tit. n. 176. Engel cod. n. 19. Laym. ibid. citans Suarium. Bassæus v. Privilegium 3. n. 16.* & communissima Doctorum sententia, cui adhæret *Reiffenst. lib. 5. decretal. tit. 33. §. 9. n. 209.* Quemadmodum per actum contrarium, seu per usum positivum oppositum nullo modo deperditur, neque per præscriptionem, neque per tacitam renuntiationem privilegium negativum mere gratiosum, & nemini præjudiciale, seu reale, sive personale; seu perpetuum, sive temporaneum; seu Commune, sive privatum; cujusmodi est Privilegium non jejunandi, processionibus non intereffendi, &c. *Suarez lib. 8. de legib. c. 35. n. 22. Pontius lib. 8. de Matrimonio c. 18. n. 25. Pirhing. loc. sup. cit. n. 183.*, & alii communissime, quibus etiam astipulatur *Reiffenst. loc. sup. cit. n. 212.* 10

11 Moventur allati Doctores ex eo, quia ex una parte cum nemo sit, qui contra hujusmodi privilegia mere gratiosa, & nulli præjudicialia præscribere valeat; non enim respiciunt alios, illos privando jure suo, aut onus novum iisdem imponendo; talia privilegia per præscriptionem deperdi non possunt. Cumque ex altera parte non usus privilegiorum fieri queat ob alium finem, e. g. ob vitandam litem, in gratiam alicujus personæ &c. renuntiationem non infert; quemadmodum, ubi aliqua, vel levis præsumptio alterius finis, quam renuntiationis conjici potest, illa renuntiationem excludit; cum renuntiatio sit odiosa, & ut talis restringenda, ut optime notant *Suar. loc. cit. cap. 35. n. 22. Pontius ubi sup. c. 18. §. 3. n. 28. & alii.* Cumque demum quisque liberam facultatem habeat privilegio suo utendi, vel non utendi; non usus illius, si affirmativum sit; vel usus oppositus si negativum, est actus liberæ facultatis, qui ut præscriptionem non potest inducere, ita neque renuntiationem, *Arg. l. Voluntariæ c. De excusat. Tutor.* ibi: [Voluntariæ tutelæ munera privilegiis numquam derogant.] cujus sensus est, quod si quis adversus suum privilegium, ne ad tutelam suscipiendam cogi possit, sponte unam tutelam suscipiat, non idcirco censeatur suo privilegio renuntiasse, ita nimirum, ut in posterum cogi possit ad aliam suscipiendam. Unde regulam illam tradit *Abbas in cap. Joannes de Cleric. Conjug.* [Cum lex non necessitat ad agendum, sed solum dat ad agendum facultatem, non tollitur per non usum.] 12

Et eadem est ratio de privilegio, quod est lex privata, dans facultatem ad agendum, vel non agendum, absque necessitate privilegiati. Et ortum quoque famigeratum illud Juristarum axioma, quod [In facultativis non detur præscriptio, neque tacita renuotiatio.] Et sic privilegia mere gratiosa, & nemini præjudicialia, seu affirmativa, sive negativa; vel realia, vel personalia; perpetua, vel temporanea; seu Communia, sive singularia, per non usum, aut usum oppositum nullo modo, neque præscriptione, neque tacita renunciatione deperduntur; præsertim si unico solo actu non consistant, sed habeant causam successivam, & effectum reiterabilem.

13 Supponendum est V. Privilegium affirmativum, seu reale, sive personale; perpetuum, aut temporaneum; Commune, vel singulare, cum aliorum gravamine collatum, adeoque non pure gratiosum: ut exigendi decimas, imponendi tributa &c. per non usum deperdi posse, vel via præscriptionis, vel tacitæ renuntiationis. Est communis, & certa sententia, cit *Reiffenst. lib. 5. decretal. tit. 33. §. 10. n. 204. ex l. 1. de Nundinis* ibi: [Nundinis impetratis a Principe non utendo, qui meruit, decennali tempore usum amittit.] *Arg. c. Cum super. 23. de offic. deleg.*, ubi sic: [Cum noluerit, quod poterit.] & *c. si de terra de privil.* ubi legitur: [De privilegio ioduito tanto tempore vobis detrahere voluistis, cum liberum sit unicuique juri suo renuotiare.]

Verum ut hujusmodi privilegium affirmativum, alteri præjudiciale, per non usum via præscriptionis, aut tacitæ renuntiationis amittatur, plura requiruntur: scilicet

14 Primo, quod oblata fuerit occasio utendi privilegio, & tamen eo usus non fuerit privilegiatus: ubi enim occasio desit utendi privilegio, etiamsi per mille annos non ponatur usus illius, illud minime deperditur; *Arg. l. Architriclinus, ff. de Serv. rustic. præd.* & omnes fatentur.

15 Secundo, quod scienter, seu cum scientia privilegii, usus illius a privilegiato non ponatur. Qui enim ignorat, se habere privilegium faciendi hoc, vel illud; vel illius non recordatur, si sciat; adeoque illo non utitur, privilegium non amittit, *Innocen. in c. accedentibus, de privil. & excess. privilegiat. Pirhing. eod. tit. n. 175. & alii communiter. Arg. l. his, qui usumfructus, ff. quibus modis usufructus, vel usus amittitur.*

16 Tertio, quod sponte, & libere usus privilegii non ponatur: nam, si violenter, vel ob infirmitatem, aut absentiam non ponatur, privilegium non deperditur, *Gloss. in cit. cap. Ut privilegia, 25. hoc tit. §. semel in anno. Pirhing., ubi supra, & alii passim.*

17 Quarto, quod decurrat tempus ad præscribendum necessarium. Hoc autem ad præscribenda bona privatorum immobilia, inter quæ recensentur Jura, & actiones ad mobilia, cum titulo est spatium decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, *Arg. §. 1. instit. de Usucap. & alibi*; sine titulo autem spatium 30. annorum, *Arg. l. sicut in rem: c. de præscript. 30. aut 40. annor. & cap. Sanctorum, de præscript.* Contra Ecclesiam vero spatium 40. annorum; nisi illa gaudeat privilegio præscriptionis sexigenariæ, ut concessum est ab Eugenio IV. Ordini Sancti Benedicti, sicut & Ordinibus mendicantibus, teste *Lessio lib. 2. de Just. c. 6. dub. 7. Engel. tit. de Præscript. n. 33. Molina, & aliis.* Vel præscriptionis centenariæ, ut gaudet Ecclesia Romana; *Arg. c. cum vobis, de præscript.* Quod sane privilegium plures Religiones participant, teste Cardinali de *Luca* infra citando, *discursu 51. de Regul. in Turritana Conservatoriæ pro Collegio Societatis Jesu.* Vel nisi talis Ecclesia communicet privilegium centenariæ, quo PP. Benedictini fruuntur, ut refert *Portel. in dub. Regul. verb. Privilegii cessatio per non usum n. 58.*

Notat hic *Confess. in summar. mater. privil. Ordin.* 18
Mendic. tit. 3. cap. 3. contra Regularium privilegia non ita facile præscriptionem compleri posse, quoniam jam inchoata interrumpatur ex frequenti eorumdem privilegiorum confirmatione, & innovatione, qua reducuntur in pristinum statum, & conservantur juxta *cap. ex parte de privil.*

Quinto, quod decurrat tempus ad tacitam re- 19
nuntiationem necessarium, scilicet quantum sufficit per actus privilegio contrarios, ad derogandum juri Communi, ut videtur innuere *Gloss. in c. accedentibus hoc tit.* ibi: [Et ita perditur privilegium eodem tempore, quo & præscribitur contra Jus Commune.] Cum enim privilegium sit lex privata, si Juri Communi derogetur tanto, vel tanto tempore; multo magis privilegio, ut arguit *Engel hoc tit. n. 9. & Reiffenst. ibid. §. 9. n. 227.* Quare cum ad derogandum legi Civili per actus oppositos, satis sit decennium, *arg. l. 2. c. Quæ sit longa Consuetudo*; & legi Ecclesiasticæ, usu aliquando receptæ, sufficiat lapsus 40. annrum; *arg. c. auditis, de præscript. & c. cum Ecclesia de Causa possess.* Et eidem legi Ecclesiasticæ, sed usu non receptæ, satis sit decennium, ut docet *Engel loc. cit.* idem tempus requiritur, & sufficit ad privilegium amittendum per non usum via tacitæ renuntiationis.

Sexto demum requiritur, ut privilegium via 20
tacitæ renuntiationis deperdatur, quod ponatur non usus illius a potente expresse renuntiare. Qui enim expresse privilegio renuntiare non potest, multo minus poterit tacite, *Arg. l. Qui ad certum ff. loc. cum simil.* Quinam autem, & quomodo renuntiare valeant expresse, infra dicetur. Jam

Ad amissionem privilegii affirmativi præjudi- 21
cialis per non usum, via præscriptionis, vel tacitæ renuntiationis, prædicta omnia requiruntur: cum aliquo ex hisce requisitis non habito, nulla habeatur culpa, unde privilegiatus non utens privilegio suo, illo privari debeat; nullaque præscriptionis sufficiens via, nullumque voluntariæ renuntiationis indicium.

Privilegium autem negativum, aliis onero- 22
sum, seu reale, sive personale; perpetuum, vel temporaneum; Commune, aut singulare; ut exemptio a Decimis, & tributis, a Jurisdictione Ordinarii &c., per actum contrarium sine protestatione factum amitti potest via præscriptionis, vel tacitæ renuntiationis. Ita *Suarez lib. 8. de legib. c. 34. n. 20. & c. 35. n. 1. & 2. Pirhing hoc tit. n. 178. Laym. Theol. Mor. lib. 1. tr. 4. c. 23. & alii communiter. Arg. c. Cum accessissent, de Constit. ubi* decernitur, statutum quodpiam in favorem Canonicorum conservari, [Nisi postea dicti Cenoniei contravenerint.] ergo si præfati Canonici contravenerint: seu actum contrarium posuerint, privilegium, seu favorem illum amittent.

Ut autem hujusmodi negativum privilegium, 23
aliis onerosum, via præscriptionis amittatur; concurrant, necessum est, requisita ad hoc, ut eadem via deperdatur privilegium affirmativum, aliis præjudiciale de quibus paulo ante.

Ut vero deperdatur via tacitæ renuntiationis; 24
eadem quoque opus est, concurrent: adeoque

primo,

primo, quod ptivilegiatus scientet, & eum memoria privilegii sui ponat actum contrarium illi, animo eidem renuntiandi: cnm, si ignorans, vel immemor ptivilegii actum oppositum exerceat: vel, si sciat, protestetur expresse, se nolle per talem actum renuntiare, vel præjudicare privilegio, illud nentiquam deperdat, *l. r. c. de bis, quæ sponte saa maaera publica. Abb. in cit. cap. cum accessissent, de Constit. n. 5. Pelin. ibid. n. 30. Limit. 5. Laym. abi supra n. 51.* Secundo, quod sponte, & libete, non autem coacte, & violentet actum contrarium exetceat. Tettio, quod labatut tempus ad tacitam renuntiationem necessatium. Et quarto, demum, quod sit potens expresse rennntiare *Engel. lib. 5. de Privil. & excess. Privileg. §. 3. n. 19. Reiffenst. ibid. §. 10. a n. 222. & 227. & alii.*

25 Supponendum est VI., quod quamvis ptivilegium eum onere aliorum coneessum, per unieum actum contrarium, sine protestatione factum, via præscriptionis amittatur, si concuttentibus aliis, de quibus in suppositione antecedentl, postea labatur tempus ad legitimam ptæsctiptionem requisitom, *Laym. lib. 1. Theol. Mor. tr. 4. c. 23. cum Suarez, & aliis*, quos sequitur *Reiffenst.* supra *n.* 217. & *n.* 22n. sicut & via Renuntiatinnis expressæ: imo & Renuntiationis taeitæ, si ptivileginm tractum sueeessivum non habeat, nee effectum reiterabilem, *Arg. c. Cam accessissent, de Constit.* ubi Indultum Apostolieum extinguendi Primiceriatum fuit unico actu extinctionis completum.

26 Non depetditut tamen via ejusdem taeitæ Renuntiationis, tegularitet loquendo, per unieum actum; immo neque per duos privilegium, habens tractum successivum, & effectum reiterabilem, *Argam. l. 2. de Privil. Veteran.*, ubi dicitur, non labefactati privilegium immunitatis ab oneribus Civitatis, esto, quod quis aliqua eorum subeat. Et sane cum privilegium habens tractum successivnm, & effectum iterabilem, tespieiat plutes actus; per unum, vel alterum actum non censetur absolute renuntiari, sed ad summnm pro illa vice, pro qua privilegiatus non utitut, *Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuque priv. lin. in l. Voluntariæ c. de excasat. tut. & Salicet. ibid. Abb. in c. Cum accessissent de Constit. ibique Felin. n. 27., & Decius n. 17. Alex. Cons. 192. lib. 2. Bald. Coas. 237. lib. 4. & in cap. Plernmque de rescript. decis. 118. n. 3. lib. 2. Rodriquez quæst. Mor. tom. 1. quæst. 1. art. 5. quos laadat, & seqaitar Pasqualigas in addit. ad Laaret. de Franch. tit. de Conservat. q. 4.* Cum enim renuntiatio ptivilegii a volnntate renunciantis dependeat, mensuratut ex ipsa: & consequenter ex actu contrario censetut tantum dumtaxat renuntiatum, quantum indicat ipse actus, *l. fin. c. Ne axor pro marito.* Actus antem contratius quemadmodum solum ttahit voluntatem ad seipsum, ita solum quoque trahat renuntiationem ad seipsum.

27 Immo neque pro illa vice, qua ptivilegiatus non utitut privilegio, vere, & proptie censendus est tenuntiare, sed dumtaxat nolle uti, cum idem non sit, nolle pro una, vel altera viee privilegio uti, ae velle illud pro eadem viee rennntiare; & potest quis, velle ptivilegiom retinere, & in simul nolle eodem nti; quemadmodum potest Dominium in rem suam retinere, illaque tamen in contingentiis non uti. Atque ita ex *Thoma Sanchez, lib. 8. de Matrim. disp. 32.* notat *Portel in dab. Regul. Verb. Privilegii cessatio per renuatiationem, vel non asum, n. 53.* ubi sie: [Nolle uti privilegio pto una vice, vel duabus, non est, illud renuntiate; sed est, solum pro tune abstinere ab illius usu. Renuntiatin enim est voluntas expressa abdicandi a se totum jus, & faeultatem privilegii: sicut enim consensus non extenditur ad non cogitata, ita neque desitio operis extenditur ad perditionem privilegii non cogitatam, si semel, vel bis illo non utot, cum de renuntiatione non cogitem.] Unde Snmmarium ex *Saliceto* desumptum *in dic. leg. volnntariæ c. de encusat. Tutor.* illam generalem regulam ponit: [Per unum actum contrarium quis non perdit in aliis privilegium, habens effectum reiterabilem, & successivum.]

Non negaverim tamen, exinde dati Adversario quasi possessionem in ordine ad præscribendum contra privilegiatom, ut post *Suarium*, & *Barbosam* notat *Engel. loc. cit. n. 20.* quia secus absque possessione ptæseriptio tum pro^edet ex *reg. 3. Jar. in 6.* 28

Dixi: [Non deperditur tamen, via ejusdem tacitæ renuntiationis, *regulariter loquendo*, per unicum actum, imo neque per duos, &c.]: nam potest dari casus, in quo privilegium, habens tractum successivum, & effectum itetabilem, etiam per unieam contraventionem, seu actum contrarium via tacitæ renuntiationis depetdator, si nimirnm intercedant aliæ conjecturæ, ex quibus renuntiatio privilegii absolute colligatur. Sic, ut exemplificat *Laym. in cit. cap. cam accessisset, de constit. n. 13.* in statuto, & ptivilegio jurato, si Capitulares jurassent, sese tale statutum, & privilegium obsetvaturos; & deinde contravenissent etiam per unicum actum oppositum, Capitulariter factum; censentur, id fecisse animo tollendi dictum statutum, & ptivilegium, ne alioquin egisse contra jutamentum, sicque rei esse perjutii, conveniantur. 29

Supponendum est VII. Ptivilegium, quodcumque illud sit, concessum cum Clausula præsetvativa Deeteti ittitantis, per actus oppositos, tamquam nullos, nullo tempore, ne quidem centenatio, immo neque millenatio præseribi. Atque, ita ttadunt *Pelin. in cap. Cum accessisset n. 30. vers. 40. Limita de Constit. Panormitanus ibid. n. 6. Imola n. 7. Burg. n. 217. Aat. Gabriel lib. 6. Comman. Conclus. tit. de Clausul. Concl. 3. n. 39. & 44. Menoch. præsumpt. 41. n. 10. lib. 6. & alii passim.* 30

Supponendum est VIII. Privilegium alicui dumtaxat particulati personæ concessum, per ejusdem liberam, & exptessam renuntiationem deperdi *c. Si de terra de privil.* ibi: [Cum liberum sit unicuique, juti suo renuntiare.] & *l. siquis, in conscribendo de pactis* ibi: [Regula est juris antiqui, omnes lieentiam habete, iis, quæ pro se introducta sunt, renuntiare.] & alibi: sed postqnam a concedente privilegium ea renuntiatio fuetit acceptata. Quamobrem ante acceptationem illius poterit ptivilegiatus, mutata volnntate, non obstante tenuntiatione ab ipso facta, privilegio uti, *Arg. c. licet, de Procnrat. in 6.* ubi decernitnr, qnod Procuratot, qui constitutus ab absente, renuit aeceptare mandatum, possit deinde, mntata voluntate, illud acceptare, quamdiu mandans in eadem voluntate persistit; quod in dubio præsumitnr. *Zoes. boc tit. n. 34. Pirbing. ibid. n. 173. & alii.* 31

Ptivilegium vero principalitet alicui Communitati, dignitati, vel loco collatnm, cum ejnsdem Commnnitatis, dignitatis, aut loci præjn- 32
dicio renontiare non possunt, nequidem Jutamento, petsonæ privatæ, seu singulatas, *c. si diligenti, de foro compet.* ibi: [Cum non sit beneficium

ficium hoc personale, cui renuntiare valent, sed potius toti Collegio Ecclesiastico, publice sit inductum, cui privatorum pactio derogare non potest.]

33 Hinc Clerici, etiam volentes, immo, & adjecto Juramento, privilegio fori renuntiare non possunt, sibique Judicem Laicum constituere, *dic. c. Si diligenti*. Neque privilegio Canonis: Unde Clericum, etiam consentientem, percutiens, excommunicationem incurrit, *Can. siquis suadente, Causa*, 17. *q.* 4. [eum, (ut habetur *in cap. conting.* 36. *de sent. excomm.*) ille Canon non tam in favorem Clerici Ordinati, quam in favorem Ordinis Clericalis fuerit promulgatus.]

34 Quemadmodum Religiosi renuntiare non possunt privilegio exemptionis suæ Religionis sine consensu Papæ, qui eos ab aliorum Ordinariorum exemit jurisdictione; suæque immediatæ Gubernationi, & Jurisdictioni subjecit, *arg. cap. cum tempore, de Arbitris*. Quare in *Constit.* 3. Eugenii IV. expresse cavetur, quod si contingat, per unum, vel per plures actus a quovis eorumdem Regularium negligenter, seu ignoranter, aut scienter contra ipsa privilegia aliquid attentari, nullum propter hoc eis præjudicium generetur; sed illa in suo robore permanere censeantur.

35 Hinc etiam, ut addit *Fagnan. in cap. Inter alia, de immunitat. Ecclesiast. num.* 89. generale est, ut privilegio in favorem duorum concesso, alter, altero invito, renuntiare non potest, *arg. cap. ad Apostolicam, de Regular. ibique Gloss. vers. Monasteriis:* nam [In re communi potior est conditio prohibentis,] ut habet *Reg. 16. jur. in 6.*

36 Tota autem aliqua Communitas, puta Religio, Prælatus cum Capitulo, Civitas, Provincia, vel Conventus renuntiare potest privilegiis sibi concessis, *arg. cap. Cum accessisset, de Constit. & cap. pro illorum, de præbend.* Modo tamen talis renuntiatio non cedat in Communitatis, seu Religionis, Ecclesiæ, Civitatis, Provinciæ, vel Conventus præjudicium: Nam privilegio Ecclesiæ (& eadem est ratio de ceteris) cum ejusdem præjudicio, nemo potest renuntiare, *arg. cap. Contingit il* 1. *de sent. Excomm.* Immo, generaliter loquendo, nequit Prælatus, Capitulum, vel Conventus renuntiare juri acquisito per privilegium, statutum, vel Consuetudinem, si tale jus sit Ecclesiæ utile, ac honorificum; taliter, ut vel unus solus reliquis de Capitulo contradicere possit, ac renuntiationem impedire. Quin immo si omnes renuntiarent, Superior, puta Episcopus, potest, ac deberet talem renuntiationem impedire, quatenus ea vergeret in damnum Ecclesiæ, *Laym. lib.* 1. *Theol. Mor. tr.* 4. *cap.* 23. *num.* 20. *Pirhing. de Privil. &c. num.* 174. *post Innoc. & alios*. Illis igitur Prælatus cum Capitulo, &c. privilegiis, & juribus renuntiare potest, quæ Ecclesiæ, &c. utilia non sunt, aut saltem indifferentia.

37 Ubi notandum, cum interpretativa voluntas totius Ordinis in Capitulis generalibus, & totius Provinciæ in provincialibus contineatur, quidquid ab istis fit, a toto Ordine, vel Provincia fieri reputatur: quæ tota sane privilegio sibi concesso renuntiare potest, ut etiam Consuetudine, ac praxi Religionum comprobatur.

His suppositis; ut ad decisionem Controversiæ veniamus, quæ omnes omnino Religiosos comprehendit, tam videlicet subditos, quam superiores, tam eorumdem particulares domos, loca, provincias, quam totum Ordinem; & amissionem privilegii, per non usum, vel usum oppositum, seu via præscriptionis, sive tacitæ renuntiationis;

Dico I. Regulares, seu subditi, sive superiores, eorumque domus, loca, & provinciæ, immo tota Religio privilegium Conservatoris non amittit via præscriptionis per non usum. Assertio, Doctoribus communissima, multipliciter probatur. Et 38

I., Quia Privilegium Conservatoris est privilegium mere gratiosum citra ullius gravamen, & præjudicium collatum. Sed privilegia mere gratiosa, citra illius gravamen, & præjudicium collata, per non usum eorum via præscriptionis neutiquam deperduntur: ergo &c. Minor patet ex insinuatis in IV. Suppositione a num. 10. 39

Major docetur a *Mandos. in prax. signat. grat. verb. Conservatoria in princ.* ubi ait: [Conservatorias, jure Canonico incognitas, & ab illo dissonas non esse, prout videre est *in cap.* 1. *&* 2. *de offic. deleg. in* 6.] *Imol. in cap. Ad Hæc, de Rescript. Jo: Andr. dic cap.* 1. *Bened. Capr. reg.* 48. *num.* 9. *&* 10. *Jas. Cons.* 145. *num.* 1., ubi docet, [eas etiam favorabiles esse, ideoque extendi ad negotia futura] *post Gem. c. Cum illis §.* 1. *in fin. de præbend. in* 6. *quem citat, & sequitur Fel. in cap. Eam te, num.* 15. *vers.* 4. *declaratio de rescript. probatus a Neki Zan. cons.* 35. *num.* 7. Quibus subscribit *Monet. cap.* 3. *q.* 3. *num.* 19. loquens de Conservatoribus deputatis ad fines *cap.* 1. *& ult. de offic. deleg. in* 6. 40

Et rite quidem: Nam privilegium Conservatoris, de quo loquimur, non cedit in gravamen, & præjudicium juris Communis; cum potius sit juxta illud, ut ostendunt Doctores allati: tueri siquidem, defendere, seu conservare aliquem, ejusque bona, res, seu beneficia, jura, & privilegia, a manifestis injuriis, & violentiis, prout disponitur in *cap.* 1. *& fin. de offic. deleg. in* 6., cohæret cum eo, quod ad officium Judicis, præsertim supremi, pertineat occurrere litigiis, defendere a manifestis injuriis, & quemlibet in sua possessione tueri, ut decernitur in *l. Æquissimum ff. de usufr. l.* 1. *ff. Ne vis fi. ei, qui in poss. mitt. & cap. Querelam in fin. de simon.*, *& alibi*. Et consonat ei, quod Reipublicæ intersit, ne delicta maneant impunita, *l. Ita vulneratus, ff. ad legem Aquil.*, *& l. Per omnes, cap. de Defens. civit.* Eique demum convenit, quod Jus suum facilius cuique tribuatur, *§. Juris præcepta Instit. de Just. & Jur.* Quod per Conservatores præstatur. 41

Neque cedit privilegium Conservatoris in gravamen, & præjudicium Episcoporum, cum ab eorumdem jurisdictione jam exempti sint Regulares, ut ex *Pasqualigo de Jejun. decis.* 213. notat *Csped. cap.* 14. *dub.* 227. *num.* 4. sic: [Placet etiam id, quod hic tradit Pasqualigus, exemptionem scilicet Regularium non esse odiosam respectu Episcoporum: quia jurisdictio in Regulares non competit Episcopis; cum non accipiant hanc jurisdictionem, dum accipiunt Episcopatum, sed tantum illam, quam habent a Jure:] Hæc *Cesped. ex Pasqual.* quibus favent *Bassus* penes ipsum *Cesped. cap.* 24. *dub.* 375. *num.* 5. ubi loquens de privilegiis Regularium relate ad Parochos, ait cum multis, illa non tollere, nec restringere ordinariam Parochorum (& in proposito Episcoporum) potestatem: ac proinde nullum per dicta privilegia eis inferri præjudicium. Præjudicium enim tunc fit alicui, cum ei subtrahitur, quod in favorem ejus introductum est: & subjectio subditi ad Pastorem Ecclesiæ, non in ipsius Pastoris, sed in ipsorum subditorum utilitatem est ordinata. Ergo &c. Minor est Divi Thomæ *Opusc.* 19. *cap.* 4. *col.* 19. *lit. E.* Et *Portel in dub. Regul. verb. Privilegii Extensio, Ampliatio, sive Restrictio num.* 43. inquiens: 42

[Pri-

[Privileginm pure favorabile, quod scilicet aeque ast contra Jus commune, neque contra bonnm Tertii, est ample interpretaodum, quantum recta ratio, & communia verbornm significatio, & prudentia permiserit. Est communis Doctnrum. Et colligitnr ex *l. Hoc modo. ff. de Condit. & Demonstrat.* Quod maxima intelligitur de privilegio, concesso roti Religioni quoad axemptionem, ut tenet *Henriquez tom. 1. lib. 7. de Indulgent. c. 24. n. 4.*] Hactenus *Portel.*

43 Confirmari potest major præmissa ex iis, quæ de privilegiis Regularium in communi firmat *Antonius a Spiritu Sancto in Direct. Regul. tr. 2. disp. 1. sect. 1. a num. 11.* sic: [Omnia Regularium privilegia, sunt favorabilia, & aullo modo odiosa: siquidem nemini inferunt præjudicium: Non Papæ; quia ipse concedendo, cedit juri suo. Non juri Episcoporum, vel Parochorum; nam læsio supponit actum justitiæ: sed Papa nullius justitiam lædit: nam cum omnis potestas spiritualis ab illo dimanet in alios, illam ampliare, & restringere potest per privilegia, *can. Ita Dominus 9. dist. 9.* Non Juri communi; nam ipsa privilegia fuat Jus commune: privilegia namque, toti Religioni concessa, æquantur Legi, & habentnr, ac si essent inserta in Corpore Juris, *Azor, Henriquez, Salas, Bonacina*, quos refert, & sequitur *Tamburinus de Jure Abbatum tom. 2. disp. 16. quæsito 5. n. 14. Sanchez lib. 8. de Matrim. disp. 1. n. 13. Rodriquez*, quem citat, & sequitur *Moronus cons. 99. n. 119. Bordon. tom. 2. resol. 52. n. 24.* Nam licet privilegia ante concessinnem dicantur odiola, & esse contra Jus commuae; concessa tamen, sunt de Jnre communi, *l. 2. ff. de const. Provinc. Graffis, Rota, Sanctarellus*, quibus adductis subscribit *Moronus supra num.* 120. Ergo privilegia Regularium non sunt odiosa, sed favorabilia &c.] Hæc Doctnr laudatus.

44 Et etiamsi privilegium Conservatoris mere gratiosum non esset; adhuc Assertio probatur.

II. Quia ut aliquod privilegium, non pnre gratiosum sed cum aliorum gravamine, Regularibus concessum, via præscriptionis per non usum deperdatnr, opus est, quod oblata fuerit eis occasio utendi illo, & tamen usus illius non fuerit positus, & quidem scienter, sponte, & libere, ac per spatium annorum centenarium, ut liquet ex 5., & 6. suppnsitione. Sed est moraliter impossibile, quod occasio fuerit Regularibus nblata, utendi Conservatore, cujusmodi est manifestum injuriarum, violentiarumqua gravamen ab extraneis iisdem illatum; & ipsi nihilominus, scientes privilegium Conservatoris habere, quo ab illo gravamine potuissent liberari, tali privilegio sponte, ac omnino libere, perque spatium annorum centenarium usi non fuerint: ergo si semel usi non sint; præsumendum, quod sesa non obtulerit occasio; vel si obtulerit, illos ignorantes, vel immemores privilegii repererit, vel saltem impeditos, & ad non utendum coactos: & sic est moraliter impossibile, quod privilegium Cnnservatoris ab iisdem per non usum via præscriptionis deperdatur, etiamsi tale privilegium dicta via posset deperdi.

45 III. Quia Privilegium Conservatoris Religionibus cum Clausula præservativa Decreti irritantis concessum est. Sed privilegium habens hujusmodi Clausulam præservativam Decreti irritantis, per actus contrarios, tamquam nullos, nullo prorsus tempore præscribi potest, ut liquet ex VII. suppositione *n.* 30. ergo, &c. Major est expressa in *Constit.* toties laudata Gregorii XV. ubi §. 9. decernitur, quod Regulares coram suis Cnnservatoribus debeant conveniri. Et §. 23. ponitur Clausula præservativa Decreti irritantis, sic: (Quæ omnia, & singula in præsenti Constitntione contenta Sanctitas sua voluit inviolabiliter observari, decernens sic in iis, cæterisque omnibus præmissis per quoscumque, &c. etiam Sacri Palatii Apostolici Auditores, nec non S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales sublata &c. judicari &c. nec non irritum & inane &c.)

Confirmatur ass. nostra a *Monet. de Conser. c. 10. a n. 417.* Quia tam rescriptum, quam privilegium aliquid faciendi, de sui natura perpetuum est, ut de rescripto habetur, *text. in l. falso c. de divers. rescript.* & de privilegio *in cap. decet, de reg. jur. in 6. cum simil.* Item juri, seu facultati aliquid faciendi præscribi non potest, *l. viam publicam ff. de via publica cap. possessiones, 16. q. 1. cap. significante, ubi Abb., & communiter alii, de appellat. Gloss. in cap. ut Privilegia, de privil. cum aliis adductis per Fel. in cap. cum accessissent n. 26. de Const. Gabr. Commun. Conclus. l. 5. de præscript. Concl. 10. n. 1. & Franc. Balb. item de præscript. 4. part. princ. q. 2. per tot.* Sicut neque libero arbitrio præscribitnr, *Gloss. in l. unic. verb. pro socio, & ibi Bald. c. de ann. excepc. Dec. in dict. cap. cum accessissent, n. 17. & alii.* Certumque est, quod per nnn usum non tollatnr facultas, seu non præjudicetur facultati actum faciendi, ut post *Jo. Andr. Abb. & alios in cap. fin. de Consuet. & cap. Joannes de Cleric. Conjug.* late *Curc. in rep. dic. cap. fin. sect. 4. n. 20.* 46

47 Et licet *Emmanuel Rodriquez Quæst. Regul. tom. 1. q. 9. art. 5. vers. 4. dico* docens, privilegium ad liberam voluntatem alicujus concessum, perpetuum esse, id concedat de libera voluntate, respiciente tempus privilegii, ut si dicatur, quando volueris; non autem de respiciente ipsum privilegium, ut si volueris (tamen pergit *Moneta* laudatus) cum nihil ad id alleget, de eo non est nunc valde curandum. Quamvis etiam aliqui, ut *Fel. dic. c. cum accessissent n. 26. post Butr. in cap. ut privilegia, de privil. Cald. de præscript. Cons. 1. Gemin. in cap. fin. de Consuet. in 6.* distinxerint de expressa, & tacita facultate, seu collatione facta in voluntatem privilegiati, ut nimirum, si dicatnr in privilegio, ut possit tale quid facere, si voluerit, seu ad libitum voluntatis suæ, vel aliud simile, tunc tali facultati, seu privilegio non præscribatur. Quod si in privilegio solnm dicatur, quod possit privilegiatus tale quid facere, tunc admittatur præscriptio; quamvis, inquam, id ita se habeat ex prædictis Doctoribus; tamen probabilius est, quod voluit *Dec. cit. cap. cum accessissent n. 17.*, quod non modo expressæ, sed tacitæ etiam voluntati, & facultati aliquid faciendi non præscribatur: Quoniam ratio *Gloss. dic. cap. ut privilegia*, fundatur simpliciter in hoc, ut *Abbas* ibi post alios dicit, quia facultati aliquid faciendi præscribi non potest: quæ ratio pariter militat in facultate faciendi concessa simpliciter; quia in tali facultate videtur esse liberum arbitrium, quod similiter non præscribitur. Unde non videtur in isto casu differentia inter voluntatem tacitam, & expressam, sicut & regulariter eamdem vim habent tacitum, & expressum, *l. cum quid, ff. si cert. pet.* videtur enim exprimi, quod tacite inest, cujus expressio nihil operatur, *l. 3. ff. de leg. 1.* Hactenus *Monet.*

Confirmatur etiam ex iis, quæ erudite satis congerit *Card. de Luca de Regul. disc. 51. in Turritana Conservatoriæ pro Collegio Soc. Jesu cum Archiepiscopo.* Cum enim Turritanæ Civitatis Collegium, erectum usque ab anno 1572. retroactis temporibus, forte ob non urgentem necessitatem, Conservatorem ad formam Constitutionis Gregorii XIII. sibi eligere neglexisset; de anno tamen 1664. servata forma 48

Con-

Conſtitutionis Gregorii XV. illud elegerit, huic innovationi ſeſe oppoſuit Archiepiſcopus, inhibendo Conſervatori electo, ne ſe ingereret; atque per appellationem ab hac inhibitione commiſſa Cauſa in Rota coram Albergato ex parte Archiepiſcopi petita fuit remiſſoria, ad effectum probandi immemorabilem ſuper non uſu iſtius privilegii, quod propterea ita amiſſum, ſeu præſcriptum eſſet: atque ſuper ejus denegatione prodiit reſolutio ſub die 24. *Febr.* 1661. Deinde vero aſſumpta diſputatione in negotio principali ſuper dubio, An, & in quibus Caſibus jus competeret eligendi Conſervatorem, ſub die 15. *Junii* 1688. pariter Collegio favorabilis prodiit reſolutio, cui Archiepiſcopus acquievit, neque Cauſa ulteriorem habuit progreſſum. Sed omiſſo hoc puncto, quod non facit ad rem præſentem;

In quæſtione, An per non uſum amiſſa, ſeu præſcripta eſſet facultas eligendi Conſervatorem, Cardinalis *de Luca* ſcribens more Advocati partem negativam tuetur, adeoque remiſſoriam juſte denegatam ex capite Improbabilitatis, ſic propugnat: Quia ſecluſa immemorabili, vel centenaria, quælibet alia præſcriptio ſine dubio ad id ſuffragari non poteſt ex tribus diſtinctis fundamentis: &

I. Quia cum ageretur de actu facultativo, intrat certum juris principium, quod in facultativis numquam intret præſcriptio, niſi conſtito de voluntate exercendi facultatem, cui ſubſequuta ſit prohibitio, per longiſſimum tempus effectum ſortita cum pacifica acquieſcentia. Clarius vero, ubi non agatur de actibus facultativis, qui conſiſtunt in aliquid faciendo cum frequentibus reiteratis actibus poſitivis, in quibus cadere poteſt dubitatio, an jure facultatis, vel potius obligationis geſti ſint; juxta deducta in *Majoricen. Celebrationis Miſſarum coram Bichio inter ſuas deciſ.* 322. & 342. *repetit. deciſ.* 186. & 380. *p.* 21. *rec.* Sed agitur de actibus negativis, in quibus Concluſio magis de plano procedit; ut ultra generalia, in terminis non uſus privilegiorum, quæ alicui Religioni conceſſa ſint, plane habetur apud *Roſas deciſ.* 327. & 359. & *in ead. Cauſa deciſ.* 337. *p.* 10. *rec.*

II. Quia privilegium conceſſum eſt Religioni, cui, quinimo ipſimet Collegio particulari præjudicare non potuit negligentia Prælatorum pro tempore, ex deductis in proxime allegatis deciſionibus.

III. Quia cum plures Religiones habeant privilegium Apoſtolicum, communicativum Privilegii Eccleſiæ Romanæ ſuper centenaria; hinc proinde ſtante fere generica communicatione Privilegiorum inter omnes Religiones, ita videtur, quod centinaria requiratur, ut advertitur in eiſdem ſupra allegatis *deciſionibus coram Roſaſ.* Et in altera earum confirmatoria *deciſ.* 337. *p.* 10. *recent.*

Neceſſaria igitur eſt, vel immemorabilis, vel centenaria, non quidem in ratione præſcriptionis: quoniam hæc in facultativis non intrat etiam per decurſum mille annorum: ac etiam, quia nimirum facile eſt, illam impedire præſcriptionem, quæ deducatur ex negligentia eorum, qui poſitive præjudicare non poterant; ſed in ratione poſſibilitatis allegandi contrarium privilegium Apoſtolicum, ſive quemcumque alium titulum meliorem.

Iſta vero probatio Immemorabilis, vel ſaltem centenaria, erat impoſſibilis: tum quia privilegium ſupervenit de anno 1572. ideoque ex facto ceſſabat lapſus 100. annorum. Tum etiam; quia ex facto quoque tollebatur pacifica contraria obſervantia, dum ex declarationibus Sacræ Congregationis editis de anno 1617. in *alia Turritana* ad petitionem hujus Archiepiſcopi conſulentis ſuper modo, quo hujuſmodi Conſervatores eorum facultates exercere poſſent, ac deberent ex relatis per *Barboſam de offic.*, & *pot. Epiſcop. alleg.* 106. *n.* 15. & *in Summa deciſ. Apoſtolic. verb. Conſervator Collect.* 216. *n.* 12. ita conſtabat de contrario uſu Conſervatorum in hac diœceſi. Ac proinde merito remiſſoria ex Capite impoſſibilitatis denegata fuit. Hactenus *Card. de Luca*, qui addit *n.* 9. quod non uſus privilegii Conſervatoris provenire Collegio Turritano potuerit ex deficiente occaſione: quo caſu planum eſt, ut per quodcumque tempus, quantumvis longiſſimum, præſcriptio non inducatur.

49 Dico II. Regulares, ſive ſubditi, ſive ſuperiores eorumque domus, loca, & Provinciæ, immo tota Religio privilegium Conſervatoris non amittunt per non uſum vin tacitæ renuntiationis. Aſſertio, Doctoribus item communiſſima, multifariam probatur: &

50 I. Quia privilegium Conſervatoris eſt mere gratioſum, & favorabile, quippe in purum bonum Religionis conceſſum; non præjudiciale, utpote in nullius gravamen, & præjudicium cedens: ſed privilegium mere gratioſum, & non præjudiciale per non uſum via tacitæ renuntiationis non amittitur, ex inſinuatis in IV. *Suppoſit. n.* 10. ergo &c.

51 II. Quia privilegium Conſervatoris eſt admodum Regularibus utile: immo neceſſarium, & honorificum; quemadmodum ejus carentia iiſdem admodum noxia eſt, præjudicialis, & inhonorifica. Sed privilegium, Eccleſiæ datum, etiam cum aliorum gravamine, adeoque non mere gratioſum, ipſimet Eccleſiæ utile, neceſſarium, & honorificum, per non uſum via tacitæ renuntiationis, deperdi non poteſt, ut liquet ex VIII. *Suppoſ. a n.* 32. ergo &c.

52 III. Quia, ut aliquod privilegium cum aliorum gravamine conceſſum, a privilegiato per non uſum via tacitæ renuntiationis deperdatur; neceſſarium eſt, quod oblata ei fuerit occaſio utendi illo, & tamen uſus illius non fuerit poſitus, & quidem non ob alium finem, ſed animo dumtaxat illi tacite renuntiandi; adeoque, quod ſcienter privilegii uſus non fuerit poſitus, ſponte, voluntarie, & libere, perque ſpatium annorum centenarium, ut liquet ex V. & VI. *Suppoſ.* a *n.* 14. & a *n.* 25. ſed eſt moraliter impoſſibile, quod occaſio Regularibus oblata fuerit, utendi privilegio, ceteroqui utili, neceſſario, & honorifico Conſervatoris, cujuſmodi occaſio eſt manifeſtum injuriarum, violentiarumque gravamen, iiſdem ab extraneis illatum; & tamen ipſi, ſcientes Conſervatoris privilegium habere, quo ab illo gravamine potuiſſent liberari, tali privilegio ſponte, voluntarie, ac omnino libere, perque ſpatium annorum centenarium uſi non ſint, & quidem non ob alium finem, ſed animo dumtaxat renuntiandi: ergo ſi ſemel uſi non ſint, præſumendum, quod ad alium finem, & non animo renuntiandi uſi non ſunt; cum præſertim renuntiatio, utpote odioſa, reſtringenda ſit, conformiter ad inſinuata in *Suppoſ. IV. n.* 11. vel quod non ſeſe obtulerit occaſio; vel quod illos ignorantes, vel immemores privilegii repererit; vel ſaltem impeditos, & ad non utendum cautos: & ſic eſt moraliter impoſſibile quod privilegium

Con-

Conservatoris a Regularibus per non usum, via tacitæ renuntiationis deperdatur, etiamsi tale privilegium amitti posset dicta via.

53 IV. Quia Privilegium Conservatoris est privilegium reale, quod immediate, & directe, magisque principaliter confertur rei, loco, muneri, dignitati, &c. e. g. prædio, Ecclesiæ, Monasterio, Prælaturæ, &c. mediate vero, indirecte, ac veluti in consequentiam, & sic minus principaliter personis, quæ talem rem, prædium, locum, munus, & dignitatem habent. Non vero personale, quod immediate, directe, & principaliter confertur personis sine contemplatione rei. Item est privilegium Commune, seu Communitatis, quod immediate, & per se respicit bonum Communitatis, cui conceditur, & si mediate, & per accidens in ejus membra redundet. Non vero privatum, seu singulare, quod immediate, & per se bonum privatarum personarum concernit; etsi mediate & per accidens in bonum Communitatis redundet etiam. Sed privilegio reali renuntiare non possunt personæ peculiares: privilegio Communitatis renunciare non valent personæ privatæ seu singulares, cum illis concessum non sit, adeoque illud non habeant: & qui non habet, renunciare non potest. Ergo privilegio Conservatoris reali, concesso Religioni renunciare non possunt peculiares Religiosorum personæ; immo neque peculiares Conventus, & loca Conventuum, ac eorumdem immediati Superiores, utpote qui neque privilegio concesso Conventui peculiari renunciare valent, cum nequeant illi præjudicium afferre.

54 Nec privilegio Conservatoris Communi, in bonum totius Religionis, seu Communitatis Religiosorum collato, renunciare queunt privati, seu singulares Religiosi; immo neque privatæ, seu singulares domus, privati, seu singulares Conventus, privata, seu singularia Conventuum loca, & eorumdem privati superiores. Et quamvis privilegio reali, & Communi, seu Communitatis, Religioni concesso renunciare valeat ipsa Religio, seu Capitulum Generale; nequit tamen huic Conservatoris privilegio renunciare, cum sit Religioni admodum utile, necessarium, & honorificum, atque adeo irrenunciabile; non tamen inutile, præjudiciale, aut indifferens, cui solum renunciare posset Religio *ex suppos. VIII. a n. 32.* & ratione nostra II. ergo, a primo ad ultimum nequeunt Regulares per non usum via tacitæ renunciationis privilegium Conservatoris amittere, ut nequeunt illud deperdere per non usum via præscriptionis.

Aliæ Rationes, & Confirmationes nostræ sententiæ præsertim ex specialibus Juribus petitæ, ex præmissis suppositionibus, in quibus abunde satis congeruntur, erui facile queunt.

55 Dico III. Quæ hactenus dicta sunt de non amissione privilegii Conservatoris per non usum, seu per usum privativum; intelligenda etiam de non amissione ejusdem per contrarium usum, seu per usum positivum. Quare, ut non deperditur privilegium Conservatoris via præscriptionis, aut tacitæ renunciationis, per hoc, quod Regulares eo non utantur vel negligendo Conservatorem eligere; vel eo electo, ad ipsum pro defensione non recurrendo, & coram ipso injuriatores non conveniendo; ita neque deperditur via præscriptionis, aut tacitæ renunciationis, per hoc, quod opera alterius Judicis iidem Regulares utantur, ad quem pro defensione loco Conservatoris recurrant, coram quo, & molestatores conveniant; & sic ant ab aliis se conveniri. Unum etenim, idemque Conservatoris privilegium, utrumque usum prædictum oppositum habet, & privativum, seu non usum, & positivum, seu actum contrarium; cum unius ejusdemque Conservatoris potestas extendatur ad Conservatorem Regularium, ne dum Actorum, & Convenientium, verum etiam eorum & Conventorum, ut satis superque liquet ex sæpius dictis, præsertim *articulo I. asser. 2. art. 2. ass. 1. & art. 3. asser. 1. &c.* ex Conservatoris Summorum Pontificum: sicque unum, idemque privilegium Conservatoris Regularium, est virtualiter duplex, affirmativum, & negativum, ac uti affirmativum, oppositum habet non usum, seu usum privativum; quemadmodum ut negativum, oppositum habet actum, seu non usum positivum: & cum aliunde tam affirmativum, quam negativum sit mere gratiosum, ac citra ullius gravamen; facultativum; cum Clausula decreti irritantis concessum, reale non personale; valde conveniens, utile, immo & necessarium Religionibus &c. rationes allatæ, quæ probant, per non usum privativum non deperdi via præscriptionis, vel tacitæ renunciationis privilegium affirmativum eligendi Conservatorem, ut ab ipso Regulares defendantor, & coram ipso conveniant, ac conveniantur; probant etiam, non deperdi privilegium Conservatoris negativum per usum positivum oppositum, recurrendo nimirum ad alium Judicem, coram quo alios iidem Regulares conveniant, & ab aliis conveniantur.

56 Unde non recte universaliter docet *Monet. c. 10. q. 10. Concl. 2. n. 423.* privilegium Conservatoris, Ecclesiæ concessum, amitti per actus contrarios spatio XL. annorum; quando nimirum non coram suo Conservatore, sed coram alio Judice privilegiatus alium convenerit: minusque cohærenter ad dictam Conclusionem II. *n. 417.* ubi ait: [Privilegium, seu facultas deligendi sibi Conservatorem, coram quo convenire alios possit, non amittitur in Ecclesia, vel aliis per non usum, etiam tempore XL. annorum, sed perpetuum regulariter est, & de sui natura semper durat.] Ut non recte, minusque consequenter ad dictam II. Conclusionem statuit III. Conclusionem *num. 424.* asserens: [Privilegium, seu facultas deligendi sibi Conservatorem, coram quo ita debeat quis conveniri, ut non possit, nisi ipso volente, coram alio Judice in jus vocari; si quidem concessum fuerit Ecclesiæ, amittitur per actus contrarios, spatio XL. annorum observatos; si vero aliis, quam Ecclesiæ fuerit concessum, regulariter amittetur per unum actum contrarium, nimirum patiendi, ut conveniatur coram alio Judice, quam suo Conservatore.] In quibus Conclusionibus etiam loquitur de Privilegiis Regularium, ut liquet nedum ex duplici monitione, quam laudat *Confessius n. 425. in fin.* sed etiam ex limitationibus utriusque partis III., & postremæ suæ Conclusionis *n. 427. & 428.*

57 Confirmatur tandem tertia hæc, sicut & præcedens prima, & secunda Assertio nostra ab *Antonio a Spiritu Sancto in Direct. Regul. p. 1. tr. 1. disp. 2. sect. 6. §. 1. n. 114.* ex privilegio Eugenii IV. per Bullam concesso Congregationi Sanctæ Justinæ Benedictinorum, quo fruuntur Religiosi omnes, Privilegia Benedictinorum per communicationem participantes, quod nimirum eorum privilegia deperdi non possint seu per non usum, sive per contrarium usum, ut ait *Rodriquez in Bullario fol. 1991.* & tenet *Portel.* quem refert, & sequitur *Diana p. 2. tr. 2. verf. 88.*

ARTICULUS NONUS.

Quibus qualitatibus debeat esse præditus eligendus in Judicem Conservatorem Regularium ad terminos Juris antiqui.

1 Dico I. Ut possit quis in Judicem Regularium Conservatorem ad terminos Juris antiqui deputari, sit, oporret, Persona Ecclesiastica, primam saltem habens Tonsuram, qua capax sit Jurisdictionis ecclesiasticæ, & potestatis censurandi, ut omnibus citra controversiam est; quantumvis eligi debeat in Conservatorem Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, ut declaravit, & rescripsit *Sac. Congreg. Immun.* an. *Januarii 1654. in una Siciliæ* per hæc verba: [In Conservatores, & Officiales Religionis Hierosolymitanæ, eligendæ sunt Personæ ecclesiasticæ] apud *Riccium in Synopsi Decret. dic. Congreg. Verb. Equites S. Joannis Hierosolymitani n. 5.* Immo

2 Dico II. Necessum est, in Dignitate Ecclesiastica mox assignanda, sit etiam constitutus. Quod, ut notat *Confettius in Summar. Privil. Mendic. tom. 4. cap. 5. ex Dec. in cap. quoniam Abbas n. 6. de Offic. Deleg. & Imola in Clem. 2. n. 13. de Rescript. ex Gloss. in cap. Statutum in princ. vers. committuntur de Rescript.*, in honorem, & majestatem Apostolicæ Sedia statutum esse viderur, ne in committendis Causis simplicibus Clericis, aut alias rudibus, ae privatis personis, auctoritas, & dignitas Summi Pontificis, & Sedis Apostolicæ, cujus vices gerunt, ob prædictarum personarum ministerium vilipenderetur. Utque tradunt laudati *Dec. & Imol. ubi supra*, quoniam communiter in Dignitate positi reperiuntur habiles, & intelliguntur honestiores, & fideliores, cum jam fuerint in assumptione Dignitatis approbati, *cap. nihil, de elect. & cap. jam dudum de Præbend.* Adeoque ut Persona ecclesiastica, primam saltem habens Tonsuram, in Judicem Regularium Conservatorem eligi rite valeat,

3 Esse debet Episcopus, aut ejus Superior, sumpto nomine Superioris pro majore, seu Superiore ratione Dignitatis, ut accipitur in *cap. Pastoralis in princ. juncta Gloss. communiter recepta, Verb. Superioribus de offic. Deleg.* & notant *Moneta de Conser. cap. 5. qu. 3. n. 36.* Vel Abbas, aut Dignitatem, vel Personatum habens in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata. Atque ita docent *Petrus Gregorius Syntag. Jur. lib. 47. c. 22. n. 28. Azor. p. 2. lib. 5. c. 34. q. 4. n. 4. Quæritur. Sylv. verb. Conservator n. 2. Molina de Jurisdic. tr. 5. disp. 19. n. 3. Joa. de la Cruz de statu Relig. lib. 2. c. 10.* & alii. Et statuitur *in cap. fin. de offic. Jud. Deleg. in 6.* ibi [Sancimus, ut Conservatores de cetero deputari non possint, nisi Episcopi, vel eorum Superiores, aut Abbates, seu Dignitates, vel Personatus in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis obtinentes.] Ubi per ly *Sancimus*, novam legem condi significatur, ut notat *Abb. 1. p. consilior. cons. 102. n. 4.* Quamobrem, attenta Jure antiquo, Dignitatem in Ecclesia, quæ Cathedralis, vel Collegiata non sit, obtinentes, cum in allato textu minime nominentur, in Conservatores eligi nequaquam valent, advertit *Monet. cap. 5. q. 7. n. 87.* quemadmodum neque eligi queunt Canonici utriusque Ecclesiæ, quippe non nominati, docent *Mandos. de Signat. gratiæ, v. Conservatoris, Monet. qu. 8. n. 517. Rodriquez tom. 1. quæst. reg. qu. 65. art. 2. & alii.* Sed utpote nominati, Dignitatem, vel Personatum in utraque Ecclesia obtinentes.

Verum quamvis Dignitas, Personatus, & 4
Officium in Jure non semel pro eodem accipiantur, teste *Glos. in c. 1. de Consuet. in 6.* & liquet ex *cap. cum accessissent de Constit. in antiquis*, ubi Primiceriatus in principio vocatur Personatus, postea Dignitas, in fine vero Capituli appellatur Officium: proprie tamen diversificantur inter se, ut notat *Peyrin. ad laudatam Constitutionem Gregor. XV. §. 2. n. 8.* Nam

Dignitas est Præemitentia quædam, seu Ad- 5
ministratio rerum ecclesiasticarum cum Jurisdictione in foro externo: quod procedit etiam in modicis causis, *Sylv. Verb. Dignitas n. 1.* Quamobrem, ut inquit *Donat. qu. 7. art. 2.*, ille dicitur, habere dignitatem, qui administrationem habet cum jurisdictione in foro contentioso: sicut Abbas, qui habet administrationem rerum sui Monasterii, *Cap. edoceri, de Rescript. in antiq.* & jurisdictionem in Monachos, ut *in cap. 1. de Offic. Deleg.* Item Prior Conventualis; sicut & ille, qui alicui corpori præest, habetque jurisdictionem in personas illius, *L. fin. de jurisdict. omn. Jud.* Insuper Dignitas est, quæ pro tali habetur in Jure, quantumvis administratione careat, & jurisdictione: & sic Dignitatem habere dicitur, qui nomen aliquod Dignitatis habet in Jure expressum etiamsi administrationem non habeat cum jurisdictione: cujusmodi est hodie in aliquibus Cathedralibus nomen Archidiaconi, & similium, ut post *Innoc. & Rot. Rom. tradit Abb. in Cap. multa, de præbend. n. 21. Archidic. in cap. 1. de Consuet. in 6. Selva de Benef. qu. 2. n. 71.* Item Dignitas est, quæ ex consuetudine pro Dignitate in aliqua Ecclesia reputatur; cum in hoc magis consuetudo, quas Jus commune attendatur, *Archidiac. & Gemin. dic. cap. 1. Abbas dic. cap. de multa, n. 22. Rom. cons. 173. & 449. Tiraquel. de Nobilit. cap. 10. n. 7. & alii passim ex cap. cum olim, de Consuet.* Tandem si sic constituta est, ut sit Dignitas, *Abb. dic. n. 22. Redo de simon. Monet. p. 1. cap. 13. n. 7. & alii ex cit. cap. cum olim.*

Personatus vero est Prærogativa quædam, seu 6
Præeminentia in Ecclesia sine jurisdictione. Unde, ut exemplificant *Monet. de Conser. cap. 5. qu. 7. a n. 84. & alii*, qui sine jurisdictione honorificum habet Stallum in choro, in Capitulo, in Processionibus, in suffragiis ferendis &c. præ aliis

Ca-

Canonicis, etiam ante ipsum receptis, minorem tamen Dignitatibus; dicitur habere Personatum. Personatus etiam dicitur, qui pro tali in Ecclesia reputatur, *Abb. d. n. 22.*

7 Officium denique est Administratio rerum ecclesiasticarum sine dicta præcedentia, & jurisdictione, ut est munus Sacristæ, Procuratoris &c. qui bona Ecclesiæ absque ulla jurisdictione, & præcedentia administrant, *Glos. Sylv. ubi supra*, *& DD. frequenter in cap. de multa de Probat. & cap. sibi 1. qu. 2.*

8 Jam in adducto Bonifacii VIII. Capitulo Dignitas, Personatus, & Officium non pro eodem, ac ut Synonyma accipiuntur; sed tanquam diversa, & distincta: ut liquet ex particula *vel*, quæ non conjunctionem, sed disjunctionem significat; ad cujus veritatem sufficit, quod unum verificetur, recte *Abb. in cap. inter ceteros n. 1. de Rescript. Graff. lib. 3. de cas. reserv. cap. 2. n. 7.* & patet *ex reg. in Alternativis 70. de Reg. Jur. in 6.*

9 Dico III. Opus est præterea, quod Persona conservanda Ipsiusmet Conservatoris Conservator non sit; cum non possit quis sui Conservatoris Conservator esse, ut in *cap. cit. fin. de offic. Deleg. in 6.* cavetur sic: [Nullusque deputati sibi Conservatoris esse valeat Conservator.] Quare si Abbas Monasterii A sit Conservator Monasterii B, nequit Abbas Monasterii B. in Conservatorem deputari Monasterii A; quamvis in Delegatum Summi Pontificis valeat deputari, cum hoc tamen, quod ea de causa recusari queat, ut utrumque *Gloss. ibid.* advertit.

10 Nec officit praxis, & consuetudo, vigens in Hispania, qua Prælati Regulares ad invicem Conservatoris munus exercent, prout de visu testatur *Lezana p. 1. c. 10. n. 21.* nec sine magna sui admiratione. Cum ea rationabilis non sit, nec imitanda, aut admittenda, ut contendit *Nidus de Conserv. Regul. c. 3. partic. 6. n. 16.* ex eo, quia ex *alleg. cap. fin.* communiter inferunt Doctores, quod si Monasterium A habeat pro suo Conservatore Prælatum Monasterii B: Monasterium B habere non possit pro Conservatore Prælatum Monasterii A, *Petrus Gregor. Tholos. lib. 42. Syntag. Jur. c. 22. Monet. c. 5. n. 131. Passerin. in c. Hac Constitutione n. 15.* & alii.

Dico IV. Necessum tandem est, ut in Conservatorem eligendus, subditus personæ conservandæ non sit; cum nemo possit Conservator esse Domini sui, [sub cujus nimirum jurisdictione, Dominio, vel districtu ecclesiastico, vel temporali consistit,] ut instruitur in *d. c. cap. fin.* Ubi *Glos. Verb. edita* [Sicut ejus (inquit) qui est mihi Conservator, Conservator esse non possum; ita nec ejus, cui sum subjectus ecclesiastica, vel temporali jurisdictione, Conservator esse possum: nam præsumitur, quod sibi invicem faverent, & de facili a Justitia deviarent.] Excipit tamen Bonifac. VIII. in *d. c. fin.* Reges, & Reginas sic: [Regibus, & Reginis, qui sicut dignitatis altitudine præeminent; sic prærogativa gratiæ ipsos convenit anteferri, dumtaxat exceptas.] Regibus autem, & Reginis a Sede Apostolica subditi in Conservatores indulgentur circa aliqua bona ecclesiastica, ipsis concessa, aut applicata ad aliquod eorumdem opus pium, ut notat *Molina tom. 5. tr. 5. d. 29. n. 3.* Itaque 11

Dico V. Ut possit quis in Judicem Regularium Conservatorem ad terminos Juris antiqui legitime designari, esse debet Persona ecclesiastica, primam saltem habens Tonsuram, Episcopus, ejusve Superior ratione Dignitatis, vel Abbas, aut dignitatem, vel Personatum habens in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata: non tamen esse potest simplex alterutrius Ecclesiæ Canonicus aut dignitatem, vel Personatum habens in alia Ecclesia: nec Conservatorem habens personam conservandam, neque ejusdem conservandæ personæ Subditus, quæ Rex, aut Regina non sit. 12

ARTICULUS DECIMUS.

Quibusnam aliis qualitatibus debeat esse instructus deputandus in Judicem Conservatorem Regularium ad limites Juris novi.

Ubi

De Ætate, Doctrina, & Probitate ad Ecclesiasticas Dignitates, & Beneficia requisitis.

1 Dico I. ut quis legitime valeat in Judicem Regularium Conservatorem deputari ad limites Juris novi; sit, oportet, Persona Ecclesiastica, primam saltem habens tonsuram, in Ecclesiastica Dignitate constitutus, scilicet Episcopus, ejusve Superior, vel Abbas, aut dignitatem habens, vel Personatum in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, ut ad limites Juris antiqui; & præterea vel Episcopi generalis Vicarius, & Officialis, aut saltem Cathedralis Ecclesiæ Canonicus. Atque ita indulsit Julius II. *in Constit.* [Alias venerabilem] pro Minimis die 29. *Martii* 1507. §. 9. ibi: [Quodque Fratres dicti Ordinis Conservatores Minimorum etiam Canonicos Cathedralium Ecclesiarum, & Officiales, ac Vicarios ipsorum

sibi eligere &c.] & Clemena VII. in *Constit.* [Conquastione] pro iisdem *die* 19. *Martii* 1524. ubi mandat [Universis, & singulis venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, ne dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis personis in Dignitate ecclesiastica constitutis, ac Metropolitanorum, & aliarum Cathredalium Ecclesiarum Cannnicis, nec non eorumdem Archiepiscoporum, & Episcoporum Officialibus, seu Vicariis in spiritualibus ubilibet constitutis,] ut electi in Conservatures, assistant desensioni Fratrum &c.

2 Quamvis idem Clemens VII. in alia *Bulla*, quæ dicitur esse authenticata, & comprobata in Conventu Sancti Dominici Urbis Mexicanæ, eidem facultatem indulserit eligendi in Conservatores quascumque personas Ecclesiasticas Sæculares, & Religiosas, etiam in Dignitate Ecclesiastica non constitutas, dummodo literatæ existant: vel, si literatæ non sint, Assessorem habeant literatum, & in Sacris Ordinibus sint constitutæ. Quod & usu receptum dicitur in illis partibus, ut refert *Lezana in Consult. var. consult.* 40. *n.* 87.

3 Dico II. Leo Decimus in Concilio Lateranensi per *Bullam*, quæ incipit [Dum intra] *anno* 1516. inter alia quoad Fratres quorumcumque Ordinum, præsertim Mendicantium, statuit, ut Conservatores iisdem pro tempore a Sede Apostolica deputandi, in ecclesiastica Dignitate este debeant, non limitando, quod ea Dignitas sit in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, quemadmodum in mox *cit. Constit.* [Conquestione] nec limitavit Clem. VII, immo neque Gregor. XV. in sua *Constit.* reformatoria *Sanctissimus*. Unde deducit *Monet. c.* 5. *q.* 7. *n.* 97. ex irrestricta, & illimitata dictarum Constitutionum dispositiune sufficere Conservatoribus Ordinum, præsertim Mendicantium, quod sint in Ecclesiastica Dignitate constituti, nec opus esse, quod ea Dignitas sit in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata. Cui consentit *Matthæut. in Official. Cur. eccles. c.* 15. *n.* 3. ubi sic: [Sed est advertendum, quod necesse non est, ut eligendi in Conservatores, Dignitatem ecclesiasticam, vel Personatum obtineant in Cathedralibua; sed sat est, ut ii ipsam, vel Personatum extra illas habeant; nam Constitutio procedit per alternativam *vel*, ut est Textus clarus &c.] Et favet quotidiana Conservatorum electorum praxis.

4 Decrevis etiam laudatus Pontifex in eadem *Constit.* [Dum intra], quod præfati Conservatores sint quoque Ætate, Doctrina, & Probitate præstantes.

5 Erit autem Consesvator præstans ætate, si illam habuerit, quam requirit qualitas, ei tribuens habilitatem ad hoc Officium; vel saltem quam requirit munus Judicis, scilicet ab Inferiore dati, si 20. annum excesserit; aut 18., accedente consensu partium, *cap. cum vicesimum, de Offic. Deleg. L. cum Lege, ff. de recept. Arbitr. & L. quidam consulebant, ff. de re judic.* A Principe vero, si fuerit adultus, seu pubes, ut cavetur in *dict. juribus, cum ibi not., & L. cum Prætor, ff. de Judic. ac L. sed si, ff. de recept. Arbitr.* Quamobrem

6 Erit præstans ætate deputandus in Conservatorem Episcopus, si 30. annum exegerit; ut ad Episcupatum requiritur, *ex c. cum in cunctis in princ. de elect.* Quod *Trident. sess.* 7. *c.* 1. *de Refor. & sess.* 22. *c.* 2. *de Refor.* confirmas.

7 Erit præstans ætate Archidiaconus, aliusve Dignitatem obtinens, annexam habentem curam animarum, si saltem annum 25. attigerit, ad curam animarum exactum in *c. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. & Trident. sess.* 24. *de refor. c.* 12. Si vero curam animarum annexam non habeat, sat est, si 22. ætatis annum attigerit deputandua in Conservatorem simplex Archidiaconna, aliusve Dignitatem obtinens sine prædicta cura, ut ex *Trid. loco præcitato* requiritor ad Archidiaconatum, aliasq; Dignitates, & Personatus curam animarum non habentes.

Eris præstans ætate designandus in Conservato- 8
rem Abbaa, seu regularia, sive sæcularis, vel Prior conventualia, aut Generalis Religionis, si 25. annum attigerit; ut necesse est ad Abbatiam ex *dic. §. Inferiora, & Lancell. Conrad. in Templ. omn. Judic. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 10. *Gregor. Tholos. l.* 17. *syntag. jur. c.* 6. *n.* 15. *& cum aliis Barbos. l.* 5. *Jur. eccles. c.* 57. *n.* 30., qui cum *Zabarella, Selva, & aliis* contendit, talem ætatem requiri non minus in Abbate regulari, quam etiam in sæculari, cum eadem sit ratio administrationis, & regiminia. Et necesse pariter est ad Prioratum conventualem; nisi per alium exerceatur cura: quia tunc 20. anni sufficiunt, per *text. in Clement. Ne in agro, §. ceterum, de stat. Monac.* & necesse tandem est ad Generalatum Religionis, teste *Pellizz. in man. Regul. tr.* 9. *c.* 2. *sect.* 3. *subsect.* 1. *q.* 2. *n.* 118., & 119.

Erit præstans ætate Vicarius Generalis, fede 9
plena, in Conservatorem eligendus, si fuerit in ætate 25. annorum, *Chiavetta l.* 1. *Instit. Canon. cap.* 7. *§.* 8. *n.* 59. Sede autem vacante esse poteris in ætate 23. annorum; non expedit tamen, *Sac. Congreg. Concilii die* 15. *Augusti* 1618. *apud Barbos. in summa Decis. Apostolic. Collect.* DCCXVIII. *n.* 8. *& de Canonicis c.* 42. *n.* 54.

Erit præstans ætate in Conservatorem eligendus 10
Archipresbyter, si 24. ætatis suæ annum attigerit; cum ad Archipresbyteratum promovendus teneatur saltem infra annum suscipere Sacerdotium ex *Clem. ut ii, qui, de ætat. & qualit. & Trid. sess.* 22. *c.* 4. *de Refor.* ad quod ex eodem Trident. *sess.* 23. *de Refor. c.* 12. *& Clem. fin. de ætat. qualit., & ord. præfic.* requiritur ætas 25. annorum.

Erit præstans ætate eligendus in Conservatorem 11
Protonotarius, si 20. annum peregerit; aut, si Nepos, vel filius Principis sit, saltem si 17., cum Paulus II. statuerit, ut Protonotarius nullus fieret, nisi 20. annum; aut si Nepos, vel Filius Principis esset, saltem 17. annum peregisset, ut refert *Gul. Bened in repetit. c. Raynutius, Verb. adjectæ impuberi n.* 13. *de Testam.*

Erunt præstantes ætate designandi in Conser- 12
vatorea Referendarii Signaturæ Justitiæ, si ætatem habuerint 25. annorum, ut statuit Sixtus V. in *Constit.* quæ incipit [Quemadmodum] 10. *Kal. Octobris* 1586. *tom.* 2. *Bullar. pag.* 543.

Erunt ætate præstantea deputandi in Conserva- 13
tores, obtinentea Dignitatem, vel Personatum in Ecclesia Cathedrali, aut Collegiata, quibus citra animarum curam, certus Ordo annexus sit, si ætatem ad illum Ordinem, saltem infra annum suscipiendum, requisitam attigerint, scilicet saltem 24. annum, si Ordo requisitus sit Presbyteratus: 23. si sit Diaconatus: & si Subdiaconatus, 21. ut exigitur a *dic. Clem. ut ii, qui, & Trident. cit. sess.* 22. *c.* 4. *de Refor. & sess.* 23. *c.* 12. *item de Refor.*

Erit præstans ætate Canonicus Pœnitentiarius 14
in Conservatorem designandus, si 40. annos habuerit, ut exigitur ad munus Pœnitentiarii ex *Trident. sess.* 24. *de refor. c.* 8. *§. in omnibus etiam.*

Erunt præstantes ætate in Conservatores desi- 15
gnandi Canonici Cathedralis Ecclesiæ, quibus juxta dispositionem Tridentini *sess.* 24. *de refor. c.* 12. citra curam animarum, annexi sunt certi Ordines, puta Sacerdotium, vel Diaconatus, aut Subdiaconatus;

tus; si ætatem habuerint ad dictos Ordioes, saltem infra ennum suscipieodos, requisitam. Quod si alicubi laudata Tridentioi dispositio recepta nou sit, adeoque Canonicis in Cathedrali non sit ullus Ordo sacer annexus; quemadmodum ut quis promoveatur ad Canonicatum Cathedralis Ecclesiæ, sufficit, si XIV. ætatis annum attigerit, ut aperte colligitur ex *Trident. sess. 23. c. 6. de refor.* ita & in tali ætete deputari potest in Conservetorem. Quod si Tridentinom in aliquo loco totaliter execotum noo sit, ut ante Tridentinum poterat quivis msjor septennio Canonicos esse Cathedralis Ecclesiæ, ex *c. ex eo, de Elect. in 6. ibique Gloss. & Doctoribus, & in c. super inordinata, de Præbend. c. statutum, & c. si eo tempore, de rescript. in 6.*, ita & in Judicem Conservarorem major septennio deputari potest. Verum nou de potestate Principis Ordinaria, quia noo pubes; sed extraordioaria, procedente nimirum ex certa scieotia, qua dispeuset eum Judice iohsbili ratione impubertatis; ut de Canonico Ecclesiæ Cathedralis notat expresse *Gloss. in c. statutum, in princ. Verb. Canonicis, communissime recepta.*

16 Quæ de Canonicie Ecclesiæ Cathedralis dicta sunt, ubi dispositio illa Trident. *sess. 24. c. 12. de refor. & sess. 23. c. 6. item de refor.* exequuta uon sit; intelliguntur de Commendatariis Prioratus Conveotualis, vel Abbatiæ Regularis. Quare cum hujusmodi Commendæ hsbeantur hodie pro simplicibus Beneficiis, ut conserautur passim citra ullam ætsris dispeosationem iis, qui 14. dumtaxat ætatis annum attigerint, teste *Monet. de Conserv. c. 3. q. 21. n. 159.*, quæ profecto ætas ex *Trid. dic. c. 6.* satis est ad quodvis Beneficium simplex obtinendum; sicut & septennii ætss, ubi dicta dispositio, aut totaliter Coociliom receptum non sit, ex *c. ex eo, & c. ex his, dist. 28. & c. in singulos, & c. quicumque, dist. 77. ac dic. c. si eo tempore, c. super inordinata, c. cum in cunctis, & c. 2. & 3. & c. præterea, de ætat. & qualit. ibiq: Doctoribus passim cum Rebuff. de pacific. possess. n. 209. & Stephan. de Cajet. in repetit. c. fin. de elect. in 6.* adnotantibus, etiamsi Beneficium simplex vocetur Prioratus; eadem ætas satis erit, ut prædicti Commendatarii, & simplices Beneficiales deputentur in Judices Conservatores, de potestate Principis, vel ordinaria, ubi receptum sit Tridentinum, vel extraordinaria ex certe scientia, ubi illud receptum non sit.

17 Sed hic tria sunt adnotanda: Primom *a Barbosa de Canonic. & Dignit. c. 23. n. 19.* ætatem ad Dignitates, & Beneficia ecclesiastica requisitam, computari debere a die Nativitatis, non autem a die Baptismi, ut etiam declaravit Sac. Congreg. Concil. *in Cottonien. 4. Decembris* 1627.

18 Secuodum, ex *Monet. sup. n. 116.* Conservatorem septennem, aut etiam vix adultum, seu puberem, ex certa scientia Principis deputetum, debere necessario Assessorem assumere propter verisimilem defectum scientiæ.

19 Tertium, ex DD. passim, quinam sit pubes, quinsm autem impubes. Septem etenim hominis ætstes distinguunt Juristæ: suntque *Infantia*, quæ a die Nativitstis durat usque ad septimum annum inclusive. *Pupillaris ætas*, seu *Pueritia*, sive *Impubertas*, usque ad XIV. iu Masculis, & ad XII. iu femellis. *Pubertas* usque ad XVIII. *Plena Pubertas*, seu *Adolescentia*, usque ad XXV. *Juventus*, seu *virilis ætas*, sic denominata a robore, seu viribus, extenditur usque ad LX. *Senectus* usque ad LXXX. *Decrepita* tandem *ætas*, seu *senium*, usque ad C. Adeoque tam Masculi, quam Femellæ usque ed ennum VII. completum dicuntur *Infantes*: ab hinc Masculi ad XIV. femellæ usq: ad XII. completum dicuotur *Impuberes*. Quod si morte Patris, vel emancipatione desierint esse in patriā potestate, dicuntur *Pupilli*. Si Patre, & Matre careant, suot *Orphani*. Item Masculi aote completum annum X. cum dimidio, & femellæ ante completum annum IX. cum dimidio, dicuntur *Infantiæ proximi*: ab hinc Masculi osque ed annum XVI. cum dimidio, femellæ usque ed XIV. cum dimidio, dicuntur *pubertati proximi*: sed Masculi completo anoo XIV. femellæ completo XII. dicuotur *puberes*: ab hinc usque ad XXV. dicuntur *Minores seu Minorennes.*

Atque hæc de ætate, a Leone X. requisita in Personis ecclesiasticis, ecclesiastice Dignitste insignitis, ut ad muous Conservatoris rite valeant deputari. De doctrina vero, sicut & morum probitate in iisdem persouis ab eodem Pontifice ad idem munus exacta, oonnulla iu sequentibus insinuabimus. Itaque

Erit doctrina præstsns eligendus in Jodicem Conservatorem Regularium, si illam hsbuerit, quam exposcit qualitas, ei tribuens habilitatem ad hoc Officium: adeoque, si qualitss sit Episcopatus, vel Abbatia, aut Archidiaconatus; erit doctrioa præstans Episcopus, Abbas, vel Archidieconus, in Conservatorem essumendus, si doctrinsm habeat ad Episcopstum, Abbatiam, vel Archidiaconatum requisitam: & ulterius doctriusm ad munus Judicis rite obeundum uecessariam. Jam 20

Doctiina ad Episcopatum requisita sic exprimitur a Trid. *sess. 22. de reform. c. 2.* [Scientia vero, præter hæc, ejusmodi polleat, ut muneris sibi injungendi uecessitati possit satisfacere: idcoque antea in Uoiversitste studiorum Magister, seu Doctor, aut licentietus in Secra Theologia, vel Jure Canonieo merito sit promotus, aut publico alicujus Aeademiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur. Quod si Regularis fuerit, a superioribus suæ Religionis similem fidem habeat.] 21

Ad Archidiaconatum vero, ceterasque Dignitates sic ab eodem Trident. disponitor *sess. 24. de refor. c. 12.* [Nemo igitur deinceps ad Dignitatec quascumque, quibus animarom cura subest, promoveerur, nisi doctrina ad suum munus exequendum necessaria, ac morum integritate commendetur; &c. Archidiaconi etiam, qui oculi dicuntur Episcopi, sint in omnibus Ecclesiis, ubi fieri poterit, Magistri in Theologis, seu Doctores, aut licentiati in Jure Canonico.] 22

Ad Scholasticum, seu Scholasteriam obtineudam (quæ hodie Dignitas est ex Institutionibus Ecclesiarum Cathedralium, ut videre licet apud *Azor. Instit. Mor. p. 2. l. 2. c. 23. & Barbos. lib. 1. Jur. Eccles. c. 29. & alios apud ipsum n. 1.*) sic expouitur ab eodem Concil. *sess. 23. c. 18. vers. deinde:* [De cætero vero Officis, vel Dignirates illæ, quæ Scholasteriæ dicuotur, non nisi Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiatis iu Sacra pagina, aut in Jure Canonico, & alias personis idoneis, & qoi per se ipsos id munus explere possiot, conferentur: & aliter facta provisio nulla est, & invalida &c.] 23

Ad Canonicum Pœnitentisrium significatur a Trident. laudato *sess. 24. de refor. c. 8.* per hæc verba [Iu omuibus etiam Cathedralibus Ecclesiis, ubi id eommode fieri poterit, Pœnitentiarios aliquis ab Episcopo iostitoatur, qui Magister sit, vel Doctor, aut licentiatus iu Theologia, vel Jure Cannuico &c.] 24

Ad Vicarium Capitularem, & (ob identitatem rationis) ad Vicarium Generalem Episcopi sic disponitor a Trid. *sess. 24. de reform. cap. 16.* [Capi- 25

pi-

pitulum Sede vacante, Officialem, seu Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi, vel existentem confirmare omnino teneatur, qui saltem in Jure Canonico sit Doctor, vel Licentiatus, vel alias, quantum fieri poterit, idoneus: si secus factum fuerit, ad Metropolitanum deputatio hujusmodi devolvatur.]

26 Ad Referendarium Signaturæ Justitiæ requiritur a Sixto V. in *Constit.* incip. [*Quemadmodum*] 10 *Kal. Octobris* 1586, quod sit utriusque, vel Juris saltem Canonici Doctor.

27 Sed circa hoc punctum duo sunt animadvertenda: Et Primum est, Doctoratum, Magisterium, & Licentiaturam, a Concilio Tridentino, & Sixto V. requisitam in præfatis Ecclesiasticis personis, Ecclesiastica Dignitate insignitis, esse non debere, merum honoris vocabulum, doctrina vacuum: non enim Doctoris insignibus, Magistri, vel Licentiati prærogativa Ecclesiastica munia rite exercentur, Ecclesia Dei regitur, sed Doctrina. Hinc hujusmodi Viris sine Doctrina inter Doctores relatis ad Ecclesiasticas Dignitates, & Beneficia Ecclesiastica aspirantibus, proindeque sese Doctores, Ministros, vel Licentiatos jactitantibus, respondendum, ut olim Sanctus Pius V. cuidam, asserenti, se esse Doctoratum, respondit: Doctores se percupere, non Doctoratos, ut refert *Borrell. de Magistratibus lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 98. apud *Pellizz. in Man. tract.* 8. *cap.* 3. *sect.* 2. *sub sect.* 4. n. 188. Secundum animadvertendum cum *Monet. loc. cit. n.* 164. & aliis, est, quod licet regulariter Judices, seu Ordinarii, sive Delegati debeant esse doctrina conspicui, præsertim ab inferioribus Supremo Principe dati; nihilominus quia potest Supremus Princeps, Papa videlicet, vel Imperator, aut Rex ex certa scientia dare Judices in re judiciaria non admodum peritos, ut docent *Salic. & Jus. in L. certi Juris C. de Judic. Segur. Dual. in direct. Jud. eccles. for.* 1. *part. cap.* 3. *num.* 9. *& Cov. lib.* 5. *Miscell. jur. cap.* 19. in casu Judicis imperiti assumendus ab ipso est necessario Assessor, qui scientiæ defectum supplere queat, ut liquet ex *cap. statutum*, §. *Assessorem, de rescript. in* 6. Sed de hoc fusior infra redibit sermo.

28 Erit probitate tandem præstans assumendus in Judicem Conservatorem, si illam habuerit, quam exigit munus Judicis, & exposcit qualitas ipsum ad munus Conservatoris habilitans, scilicet Episcopatus, Abbatia, Archidiaconatus &c. si Episcopus, Abbas, Archidiaconus &c. debeat in Conservatorem deputari, ut etiam pluribus allegatis firmat *Monet. loc. sup. cit. num.* 167. Et hæc de qualitatibus a Leone X. requisitis in promovendis ad Officium Conservatoris.

29 Dico III. opinantur nonnulli, Concilium Trident. *sess.* 25. *de reform. cap.* 10. duo requirere ad hoc, ut quis in Judicem Conservatorem eligi queat. Primum est, quod habeat conditiones requisitas a Bonifac. VIII. *in cap. statutum, de rescript. in* 6. scilicet, quod sit in ecclesiastica Dignitate constitutus, vel saltem Personatum obtineat in aliqua Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata.

30 Secundum est, quod sit etiam Judex Synodalis in aliqua provinciali, vel diœcesana Synodo deputatus; sic: [Statuit Sancta Synodus, in singulis Conciliis provincialibus, aut diœcesanis, aliquot personas, quæ qualitates habeant juxta Constitutionem Bonifac. VIII. quæ incipit *Statutum*, & alioquin ad id aptas designari, ut, præter Ordinarios locorum, iis etiam posthac causæ ecclesiasticæ, ac spirituales, & ad forum ecclesiasticum pertinentes, in partibus delegandæ committantur. Et, si aliquem interim ex designatis mori contigerit; substituat Ordinarius loci cum consilio Capituli alium in ejus locum usque ad futuram provincialem, aut diœcesanam Synodum: ita ut habeat quæque Diœcesis quatuor saltem, aut etiam plures probatas personas, ac ut supra qualificatas, quibus hujusmodi causæ a quolibet Legato, vel Nuntio, aut etiam a Sede Apostolica committantur.]

31 Sed, ut contendit *Monet. cap.* 5. *quæst.* 10. *num.* 543. vigore hujus Decreti non debent Conservatores qualitatem Judicis Synodalis habere, utpote quod generaliter non loquitur de omnibus Delegatis; cum non includat Delegatos Ordinariorum, immo neque Delegatos Apostolicæ Sedis: sed loquitur dumtaxat de Delegatis in Causa Appellationis: vel de Delegatis ad certas aliquas particulares causas, non tamen ad universitatem causarum, saltem in favorem alicujus personæ, Universitatis, seu Collegii, cujusmodi sunt Conservatores; adeoque de Conservatoribus non loquitur. Quod vel ex eo patet, quia loquitur de commissione, facienda etiam a Legato, vel Nuntio, qui tamen deputare non possunt Conservatores ex dictis *art.* 5. *assert.* 6. *num.* 33. Adducitque *Moneta* declarationem *Sac. Congreg. Concil.* in hæc verba: [Illi, qui facultatem a Sede Apostolica obtinuerunt, eligendi sibi Conservatores, non sunt cogendi ad eligendum aliquem ex iis, qui in Synodis provincialibus, aut diœcesanis designati fuerint ex Decreto Concilii.]

32 Dico IV. Gregorius XIII. *in dic. Constit.* [*Æquum reputamus*] pro Jesuitis 15 *Martii* 1572, nulla facta mentione secundæ qualitatis præfatæ pro deputatione Conservatoris Regularium, scilicet quod fuerit Judex Synodalis electus in aliqua provinciali, vel diœcesana Synodo, neque primæ scilicet Dignitatis, pro ut in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, omnes, & singulos Archiepiscopos, & Episcopos, ac Abbates, nec non alias personas in Dignitate ecclesiastica constitutas, ac Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum Canonicos, ac eorumdem Archiepiscoporum, & Episcoporum Vicarios in Spiritualibus, & Officiales Generales ubilibet constitutos, in suos possent assumere Conservatores, & Judices Ordinarios, indulsit.

33 Quamvis deinde iisdem Jesuitis pro partibus Indiarum die 24 *Octobris anno* 1579 amplissimum privilegium concesserit, eligendi in Conservatores loco qualificatarum personarum quosvis idoneos, & probos viros Sæculares, clericali charactere insignitos, non tamen conjugatos; addens: [Nec propterea dictam Societatem ad certos, & determinatos Conservatores alligare, auctoritate Apostolica, & tenore præsentis statuimus, & ordinamus;] ut refert *præcit. Lezana dic. consult.* 40. *num.* 87. Sed

34 Dico V. Clemens VIII. in tertia sua *Constit. incip.* [Sanctissimus Pater] die 19 *Martii* 1592, jure Ordinationis, seu Regulæ Cancellariæ Apostolicæ revocavit quascumque Conservatorum Deputationes, a Sede Apostolica concessas, si illi non haberent requisita, descripta in *Cap. statutum, de rescript. in* 6. & quascumque Conservatorum Electiones, qui in Conciliis provinciali, vel diœcesano juxta Decretum Concilii Tridentini electi, & deputati non fuerint Judices Synodales. Statuitque propterea, Conservatorias de reliquo a Sede Apostolica concedendas, illis solummodo dirigi, qui conditiones habeant in dic. *cap. statutum* contentas, quique in præfatis Conciliis electi, & deputati sint Judices.

Sed

35. Sed cum hujusmodi Constitutio, & Regula post mortem Clementis non fuerit a Paulo V, immediato Clementis Successore, inter suas Regulas posita, neque alia ratione confirmata, per mortem Clementis expiravit; ut regulariter solent expirare Regulæ Cancellariæ, e Pontifice Successore neutiquam confirmatæ. Immo cum in aliquibus locis usu recepta non fuerit toto vitæ tempore ipsius Clementis, vim Legis saltem post decennium non habuit; cum Lex, seu Constitutio, usu non recepta, non liget, ut ex Philosopho *2. Polit. cap. 6. & ex L. de quibus ff. de Leg. ac Can. in istis, §. Leges, dist. 4.* docent *Covar. lib. e. var. resol. cap. 16. num. 6. Aret. cons. 11. Rom. cons. 53. & alii.* Quemadmodum neque ligat, cum potius abrogetur per duos actus contrarios, sciente, ac tolerante Superiore; aut eo ignorante, per lapsum decennii, Lex lata, & non recepta, Sicut & per consuetudinem legitime, idest spatio 40 annorum in aliquo loco præscriptam, lex præsertim Canonica, jam lata, & semel in illo recepta non ligat, immo tollitur in eodem loco, ut docent complures Doctores apud Monet. supra *num. 152.* Quæ cum ita sint;

Dico VI. Ut possit quis in Judicem Regularium Conservatorem ad terminos Juris novi legitime deputari, esse debet persona ecclesiastica, primam saltem habens Tonsuram, ætate, doctrina, & probitate conspicua, & (si non habeat privilegium Jesuitarum, in Indiis degentium, vel Conventus Sancti Dominici Mexicanæ Urbis,) Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, aliave in dignitate ecclesiastica constituta, aut personatum habens in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, vel saltem Canonicus in Cathedrali, aut Generalis Archiepiscopi, vel Episcopi Vicarius: nec probabiliter requiritur, quod sit Judex Synodalis; Sed quod pro deputato suo Conservatore non eligatur, neque subdita sit personæ conservandæ, quæ Rex eut Regina non fuerit, pro ut de Jure antiquo. 36

ARTICULUS UNDECIMUS.

Quænam requirantur qualitates, ut quis deputari valeat in Judicem Regularium Conservatorem ad fines Juris novissimi.

1 Dico I. Ut possit quis in Judicem Regularium Conservatorem deputari ad limites Juris novissimi, per sæpe laudatam Gregorii XV. Constitutionem novam inducti, præter alias qualitates requisitas, ut eligatur Conservator ad terminos Juris novi, utramque qualitatem a Tridentino, & Clemente VIII. requisitam habeat, necessum est, sit videlicet in Dignitate ecclesiastica constitutus, & insimul Judex in provinciali, vel diœcesana Synodo electus. Idque sub pœna nullitatis, ut docent unanimiter Doctores ex laudata Gregoriana Constitutione, quæ sic habet §. 2. [In futurum vero Sanctitas sua hac generali, & perpetuo valitura Constitutione statuit, & decrevit, ut Judices Conservatores hujusmodi, sive principales, sive subrogati, eligi, nominari, aut deputari non possint, nisi, non solum habeant qualitates requisitas, & descriptas in Constitutione similis recordationis Bonifacii Papæ VIII., etiam prædecessoris sui, quæ incipit *Statutum*, ita ut vel Dignitate ecclesiastica præditi, vel Personatum obtinentes, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici existant; sed etiam in Conciliis provincialibus, aut diœcesenis, juxta Decretum Concilii prædicti Judices electi, seu designati sint.] Hactenus Constitutio Gregoriana. Ex qua

2 Dico II. Qualitas Dignitatis, Personatus &c. actu requiritur in Conservatore eligendo, ut docent *Massob. de Synod. diœc. cap. 4. dub. 13. Peyr. num. 60. Gratian. discept. forens. part. 5. cap. 970. num. 14. Maranta p. 4. controvers. respons. 42. num. 40. Lezana p. 2. cap. 10. num. 50. Donat. tract. 17, quæst. 6. num. 1.* Et ratio est: quia eligendus in Conservatorem, juxta dic. *cap. fin. de Offic. deleg. in 6. cap. statutum, de rescript. item in 6.* & Constitutiones Summorum Pontificum *assertione præcedente* relatas, debet esse actu in Dignitate ecclesiastica, Personatu &c. constitutus: dicitur enim in utroque capitulo, & pontificiis Constitutionibus, quod Conservatores non deputentur, nisi Episcopi &c. sicut & quod eligantur Canonici Cathedralis Ecclesiæ &c. aut Dignitates, vel Personatus obtinentes. Episcopi autem, Canonici &c. non sunt, qui actu Episcopatum, Canonicatum &c. non obtinent; & *obtinere* importat titulum perfectum, seu Jus in re, non vero Jus ad rem, ut ex variis Juribus, & Doctoribus notat *Monet. cap. 10. quæst. 3. concl. 4. num. 195.* Et confirmatur: quia qualitas, adjuncta verbo, probari debet ad tempus verbi, ut dicitur *in L. Titius 26. ubi Bart. de militari Testam. & Paulus in L. in delictis 4. §. 1. ubi Bald. ff. de Noxalib. Rot. apud Cavaler. dec. 196. & decis. 231. num. 1.* Atqui utrumque præfatum Capitulum, & Constitutiones adductæ loquuntur de præsenti, ut ex eorum verbis satis superque conspicuum est. Ergo &c. Hinc

Si quis tempore Electionis non sit in Dignitate constitutus, licet antea fuerit, nequit in Conservatorem eligi: &, si eligatur, Electio nulla erit ex defectu formæ, non habitæ tempore commissionis causæ, ut late probat *Maranta cit. resp. 43.* Quemadmodum si tempore electionis prædictæ non sit in Dignitate constitutus, sed mox post factam Electionem superveniat ei Dignitas, adhuc nulla erit Electio, propter eamdem rationem: cum præsertim Dignitas non existens tempore electionis, sed illi superveniens, illius defectum non suppleat, sicque Electionem de se nullam non validet; cum non convalescat postea, quod non tenet ab initio, *L. quod ab initio, ff. de regul. Jur. cum simil.* & ex multis citatis notat *Novar. in Summar. Bullar. p. 1, 118.* 3

tit. de Conserv. num. 6. Cum hoc tamen stat, quod si Conservator Dignitatem dimittat, sed postquam Electionem de se factam acceptarit, possit etiam, post dimissionem, munus exequi, & terminare; cum satis superque sit, quod ab initio fuerit capax, ut declaravit Sac. Congreg. die 21 *Maji* 1587 apud *Pegr. §.* 2. *num.* 27. Et sustinent Doctores passim cum *Raymundo Nido de Conserv. Regul. cap.* 3. *partic.* 1. *num.* 10. qui proinde ait *num.* 16, quod siquis commissionis tempore reperiatur in dignitate constitutus, ac inter Judices Synodales designatus; & postea Dignitatem resignet, potest ipse, & non ille, qui Dignitatem obtinuit, de causa cognoscere, ob rationem adductam: quia sufficit, quod ab initio fuerit capax.

4 Idem ob eamdem rationem esto judicium de qualitate Judicis Synodalis, quæ proinde actu debet esse in Conservatore cum eligitur; nec sufficit, si mox ante electionem præcesserit, aut post illam mox subsequuta fuerit. Quamvis, si actu sit tempore Electionis, non autem postea, quam Conservator electionem de se factam acceptarit; Electio adhuc perseveret, & Conservator valeat munus exequi, & terminare, ut docet *Nidus de Conserv. Regul. cap.* 3. *partic.* 1. *num.* 10. citans *Passerin. num.* 305. ac etiam declaravit Sac. Congreg. Episcop. & Regul. 11 *Augusti* 1645 sic: [Non expirat Jurisdictio Conservatoris rite electi ex eo, quod postea desinat esse Judex Synodalis] apud *Nicol. in lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 1. *tit. de Conserv. num.* 11. Sed de hoc puncto, & præcedente inferius ex professo redibit sermo *articulo* 38. Nihilominus

5 Dico III. Quamvis præfata qualitas Judicis Synodalis copulative requiratur a Tridentino, & ex eo a Clemente VIII. & a Gregorio XV. cum qualitate Dignitatis in eo, qui promoveri debet in Conservatorem; non attenditur tamen, ubi promovendus sit Episcopus, ejusve Generalis Vicarius, & his Superiores, ut Cardinales &c. Assertioni favent *Alphonsus de Leone de Offic. & potest. Confess. resol.* 4. *verb. Conservator, Donat. quæst.* 25. *a num.* 3. *Tancredus quæst. mor. tom.* 4. *tr.* 2. *quæst.* 113. *& alii cum Fagnano in* 2. *Decretal. cap. si Clericus num.* 41. *de for. compet.* Quia, ut arguunt nonnulli, ex una parte Constitutio hæc Gregoriana est odiosa; & qua talis ad Episcopos non extendenda: tum ob vulgatam regulam Juris in 6. [Odia &c.] tum ob id, quod in Constitutionibus odiosis neutiquam comprehendantur Episcopi, nisi in specie exprimantur, ut Doctoribus communiter est in confesso. Et ex altera parte casus, omissus in aliqua speciali Constitutione, remanet in dispositione Juris Communis. Cum ergo in hac Gregoriana Constitutione, quemadmodum in illa Clementis VIII. nihil de Episcopis eorumque Vicariis generalibus exprimatur, recurrendum est ad Jus commune; quod profecto secundam hanc Judicis Synodalis qualitatem non requirit.

6 Immo, ut notat, & bene *Fagnanus*, Episcopi satis exprimuntur in Constitutione Gregoriana, sicut & eorum Vicarii, ac Superiores, sed per exclusionem ab ea lege, non per inclusionem in illa: Gregoriana siquidem Constitutio refertur in hoc puncto ad decretum Concil. Trident. *sess.* 25. *de reform. cap.* 10. de Judicibus eligendis in Synodis, sic: [Sed etiam in Conciliis provincialibus, aut diœcesanis juxta decretum Concilii prædicti Judices electi, seu designati sint.] Atqui per decretum Concilii prædicti idoneæ personæ, quibus causæ ecclesiasticæ committuntur, debent esse in Synodo deputatæ, [Præter Ordinarios locorum,] ergo & Conservatores per Constitutionem Gregorianam debent esse ex deputatis in Synodo, præter Ordinarios locorum; sicque satis expresse excipiuntur Episcopi, eorumque Vicarii, ac Superiores a tali Lege.

Et nedum præfata qualitas Judicis Synodalis 7
non attenditur in Episcopis, eorumque Vicariis, ac Superioribus, verum etiam in iis, quibus a Pontificibus Successoribus indulgetur per speciale privilegium, ut non attendatur: pro ut de facto Indultum fuit Ordini Sancti Joannis Hierosolymitani ab Alexandro VII. die 17 *Maji* 1655, personas videlicet ecclesiasticas eligi ab eodem Ordine in Conservatores posse, quantumvis in Conciliis diœcesano, vel provinciali Judices designati non sint, test. *Monacel. part.* 3. *formul. tit.* 3. *form.* 50. *num.* 4. *pag. mihi* 174. Et ubi Judices Synodales non reperiantur, ut docent passim Doctores cum *Matthæuc. in Offic. cur. Eccles. cap.* 15. *num.* 7. *Naldo apud Dianam part.* 9. *tract.* 6. *resol.* 25. *Antonio a Spiritu Sancto in Director. Regul. part.* 1. *tract.* 2. *disp.* 1. *sect.* 4. *§.* 3. *numer.* 206. Usus quotidianus confirmat; & post editam Gregorianam Constitutionem declaravit ad instantiam Patrum Societatis Jesu Congregatio Concilii infrascripti tenoris.

Illustrissimi, & Reverendissimi Domini, Gregorius Papa XV. *fel. record.* in sua Constitutione de Conservatoribus statuit, & decrevit, ut in futurum a Regularibus eligi non possint in Conservatores, nisi Judices in Conciliis provincialibus, seu diœcesanis designati, sub pœnis, & censuris in dicta Constitutione contentis.

Quibus stantibus Patres Societatis Jesu, qui in Indiis, & aliis locis degunt, in quibus Archiepiscopi, seu Episcopi Synodum congregare non curant, Judices Synodales non eligunt; supplicant humiliter Dominationibus vestris Illustrissimis, ut dignentur declarare, si in tali casu possint uti privilegiis, a Sede Apostolica ante dictam Constitutionem concessis.

Die 17 *Augusti* 1626 Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit, Episcopos quamprimum diœcesanam Synodum omnino celebrare teneri; & interim in Civitatibus, & Diœcesibus, in quibus nulli Judices extant in Concilio provinciali, vel diœcesano designati, licere Regularibus, servata in reliquis forma Constitutionis *felicis recordationis* Gregorii XV. hac de re editæ, Conservatores nominare, habentes qualitates a Jure requisitas. Quorum tamen Conservatorum facultas eo ipso expiret, cum primum hujusmodi Synodus celebrata, in eaque Judices designati extiterint.] Hactenus Sacra Congregatio: quam refert *Fagnan. in cap. si Clericus, de for. compet. fine.*

Ceterum ut huic occurreretur incommodo, carentiæ videlicet Judicum Synodalium in Diœcesibus, unde Regulares vel sine Conservatore esse deberent, vel coacti Conservatores eligere, qui Judices Synodales non forent, contra laudatam Tridentini dispositionem, Clementis VIII, & Gregorii XV.

Dico IV. Ipsemet Gregorius XV. in sua Bul- 8
la reformatoria, postquam *§.* 2. una cum Dignitate ecclesiastica &c. qualitatem Judicis Synodalis in Conservatore deputando præscripserit, sic habet §. 5. [Ceterum ut latius pateat Conservatorum hujusmodi delegandorum facultas, Sanctitas Sua admonitos voluit omnes locorum Ordinarios, ut in Synodis provincialibus, aut diœcesanis quam-

plures

plures personas ex habentibus qualitates io prædicta Constitutione ejusdem Bonifacii prædecessoris contentas, & alioquin ad id aptas designari procurent: & si aliquem intetim ex designatis mori contigerit, substituat Ordinarius loci cum Consilio Capituli alium in ejus locum usque ad futuram provincialem, aut diœcesanam Synodum.] Hue usque Gregotiana Constitutio. Circa quam noonulla pro Episcopis, nee abs re, sunt hie animadvertenda. Et

9 Primum, Verba illa [Sanctitas sua admonitos voluit omnes locorum Ordinarios,] posse non ineongrue pto præcepto interpretari, ut contendit *Peyrinus* §. 4. *n.* 22. cum penutia Conservatorum res gravis sit, quæ multum detrimenti possit afferre indigeutibus Conservatorum, præsertim io populis copiosis, ubi plurimi reperiuotur Regulares. *Peyrino* conseotit *Lezana in Summ. p.* 2. *cap.* 10. *n.* 55. inquiens, per ea verba nnn solum importari Consilium, sed etiam præceptum: idque tum ob gtavitatem negotii, tum etiam, quia iis verbis videtnr imponi obligatio faciendi, quod ibi præcipitur; & quidem non solum ex Charitate, sed etiam ex Justitia. Sed adversatur *Pellizz. tom.* 2. *tra.* 8. *cap.* 8. *sess.* 4. *n.* 89. ex eo motus, quod, dum agitur de obligatione imponenda, stricta fieri debeat interpretstio: unde cum verbum, *Admoneo*, juxta propriam significationem ooo importet præceptum, sed Consilium; noo est cur illud hic sumi debeat, ad significandum præceptum, non autem merum Consilium.

10 Secundum, Consilium Capituli ad substituendum alium Judicem Synodalem in casu mortis alicujus ex Judicibus designatis, requiri pro forma, taliter ut Ordinarius nequeat illud præterire, ut docent *Peyr. laudat. n.* 23. quamvis valeat non sequi: cum, qui tenetur Consilium petere, ad illnd sequendum non obligetur, *Abb. in cap. cum in veteri, de Elect. Rodriq. tom.* 1. *quæst. regul. qu.* 3. *art.* 17. & *alii.* Addit *Peyriuns n.* 24. & 25. hujusmodi Consilium peti debere, ooo post actum deliberatum, sed in ipso tractatu: & tempore congruo expectandum esse responsum, *cap. Cum in Veteri, ibique Panormit. n.* 7. Quod si Capitulum debito tempore non respondeat, aut plus debito suum differat responsum; posse tunc Episcopum, oon expectato responso Capituli, per se ipsum providere, *Abbas loc. cit. n.* 8. Quod si Episcopns, postulando Consilium, arctavit se ad finem præfixum pro illo actu terminando, ita ut Capirulum congruum tempus noo habeat ad respondendum; provisionem ab Episcopo per se ipsum factam non valere, quia sine Consilio determinavit, *Abb. loc. cit. n.* 9. & ita, fertur, declarasse Sacram Congregationem, refert *Peyr. ubi supra n.* 26.

11 Tertium, posse Ordinarium suo Vicario committere substitutionem novi Judicis in casu mortis, ut docet *Peyr. laudat.* n. 24. sed Vicarius eodem modo tenetur, Consilium Capituli postulare, *dic. cap. Cum in Veteri, de Elect. ibique Abb. n.* 3.

12 Quartum, casum mortis, de quo loquimur, nedum esse mortis physicæ, sed eivilis, seu æquivaleotis etiam, cujusmodi reputatur longum, & diuturnum tempus absentiæ, ut advertit *cit. Peyrin. n.* 27. longa siquidem, & diuturoa abseotia morti æquiparatur, ut abseotia dieitur mortis vicaria. Et ita etiam fertur, Sacram Congregatiooem declarasse. *Peyrin. in adnot. ad cit. Constit.* IX. *Gregor.* XV. *n.* 27. & ex eo *Tambur. de Jure Abbat. tom.* 3. *disp.* 17. *q.* 1. *n.* 12.

Quintum, Judices Synodales nominsre in Synodis provincialibus, aut diœcesanis, prineipaliter ad Episcopum, vel Archiepiscopum, aliumve Synodo prætidentem attinere, non tamen privative quo ad alios, ut declaravit Sac. Congreg. teste *Peyrino n.* 28. 13

Sextum denique, eligendos in Jodices Synodales debere secundum Tridentinum habere conditiones requisitas in *cap statutum, de rescript. in* 6. & præterea esse personas ad id aptas, videlicet secundum ætatem, scientiam, & mores, juxta *cap. cum in cunctis, de Elect.* Eotumque munus durare usque ad futuram provincialem, aut diœcesanam Synodum, sive de cetero Judices Synodales prineipaliter electi sint in Synodo, sive loco mortui, vel absentis substituti, ut docent passim Doctores tum ex hac Constitutione, tnm etiam ex Trident. *sess.* 25. *de refor. cap.* 10. Ex hue usquo stabilitis in toto hoc, & duobus præcedentibus Artieulis. 14

Dico V. Ut quis eligi rite queat in Judicem Conservatorem Regularium ad terminos Juris novissimi, necessario debet esse Persona Ecclesiastica, primam saltem habens Tonsuram, Ætate, Doctrina, & Probitate conspicua, Archiepiscopus, Episcopns, Abbas, aut in alia Eccle. siastica Dignitate constitura, vel Generalis Archiepiscopi, aut Episcopi Vicarius, vel Persooatum habens in Ecclesia Cathedrali, seu Collegiata, aut saltem Canonieatum in Cathedrali pro tempore electionis, & una simul pto eodem tempore Judex Synodalis, ubi hic aliunde haberi queat, in Coneilio proviociali, vel diœcesano designata, ejusque Dignitas majur, seu Pontificalis noo sit, Episcopalis nimirum, Archiepiscopalis &c. vel ejus Generales in Spiritualibus, & temporalibus vices getat; & Regulares conservandi oon gaudeant privilegio Religionis Hierosolymitanæ, ita nimirum, ut una ex recensitis qualitatibus deficiente, nullus sit Electionis actus; cum defectus formæ invalidet actum, ex *cap. Cum dilecta* 22. §. *cum enim, de Rescript.* & *cap. prudentiam* 21. *de Offic. Deleg.* & Constit. quam habemus præ maoibus Gregoriana §. 2. 15

Nisi tamen obsistat error communis; utpote qui, concurrentibus aliis requisitis, supplere potest alicujus qualitatis defectum, & sie actum Electionis validare juxta ea, quæ diximus supra *Articulo* 5. *asser.* 2. *a n.* 6. Unde Conservator electus rarione Dignitatis Ecclesiasticæ, & qualitatia Judicis Synodalis, quam re vera non habet tempore Electionis, sed habere communi errore reputatur; ejus Electio tenet, & gesta consequenter per ipsum valida sunt, ut colligitur ex *L. Barbarius, ff. de Offic. Prætor.* ubi gesta per Prætorem Setvum, qui liber communi errore existimatur, valida deeernuntur. Qui sane textus & si loquatur de Judice Ordinario, oimitum Prætore, atque adeo multum faveat Conservatori attento Jure novo, & novissimo, ejus tamen dispositio locum habet etiam in Delegato, ut aliqui contendunt, sive dato ad universitatem Causarum, sive ad unam, vel duas Causas, ut ex variis Juribus, & Doctoribus evincit *Monet. de Conser. cap.* 10. *dub.* 10. *n.* 450. & sic favet etiam Conservatori ad termioos Juris antiqui. 16

Quamvis autem commuois etror possit actum de se nullum ob defectum alicujus ex recensitis qualitatibus Electionis validare; noo ita tamen communis partium consensus, ratione Decreti irritantis, adjecti io *cap. fin. de Offic. Deleg. in* 6. & in *Constitutione Gregoriana* §. 13. per quod vide- 17

licet irritatur, quidquid contra disposita in utraque præcitata Constitutione actum fuerit, adeoque Conservatoris Electio, non habentis requisitas qualitates, facta etiam de mutuo consensu partium, ut insinuavimus *art.* 1. & docet *Moneta cap.* 7. *qu.* 8. *n.* 414. de electione Conservatoris, non habentis qualitates requisitas in *cap. fin. de Offic. Jud. Deleg. in* 6. facta quoque de communi partium consensu.

58 Quemadmodum neque potest actum validare electionis quadragenaria consuetudo, vel præscriptio eligendi in Conservatorem, Personam non habentem qualitates prædictas, ratione ejusdem Decreti irritantis in dic. *cap. fin.* & *Gregoriana Constitutione* appositi, quiquid in contrarium opinetur *Monet. cit. c.* 7. *qu.* 9. *num.* 506. contra communem sententiam, quæ docet, Decretum irritans, in aliqua Constitutione appositum, etiam Consuetudinem, & præscriptionem tollere, eique derogare quo ad ea, quæ adversus disposita in dicta Constitutione gesta fuerint, ut non semel insinuavimus supra. Et de qualitatibus Judicis Regularium Conservatoris hactenus.



ARTICULUS DUODECIMUS.

Quænam Personæ deputari valeant in Judices Conservatores Regularium.

Dico I. Ex hactenus stabilitis in tribus præcedentibus Articulis, facile erit decidere, quænam Personæ deputari legitime valeant in Judices Conservatores Regularium. Nihilominus ut majori facilitati consulamus; & quia de nonnullis personis, ut mox vidimus, ratione Dignitatis præscriptæ non una est Doctorum opinio; personas omnes in particulari, ad id munus rite deputabiles, impræsentiarum recensere, operæ pretium duxi non importunum. Itaque

Dico II. Deputari legitime queunt in Judices Conservatores Regularium, si habeant ceteras qualitates prærequisitas,

1 I. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, utpote qui sunt Episcopis Superiores in ratione Dignitatis, ut communiter tradunt Jurisperiti cum *Lancellot. Conrad. in Templ. omn. Jud. lib.* 1. *cap.* 3. §. 3. *n. n.* 1. *Jacobat. de Concil. lib.* 1. *art.* 1. *n.* 247. *Bellarmino tom.* 1. *Controv.* 5. *gener. cap.* 16. Quantumvis Cardinales non Episcopi sint, ut addit *Suar. de Pœnit. disp.* 27. *n.* 6. post *Sylvestrum*, & *Angel.* Etiam juxta terminos *cap. fin. de Pœnit.* & *Remiss.* ubi mentio fit Superiorum Episcopis ad effectum sacularis
2 eligendi Confessarium. Et maxima pollent Dignitate, *cap.* 1. *de Offic. Legat. in* 6. & *c. Felicis, de pœnit. eod.* & quidem in Cathedrali, seu Romana Ecclesia. Et ut tales inter Dignitates enumerantur, etsi expresse in Regularium privilegiis minime nominentur, *Monet. de Conserv. cap.* 5. *qu.* 3. *n. n.* 33. *Peyrinus adConstit. Gregor. XV.* §. 2. *n.* 52. Immo notat *Lezana tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 10. *n.* 12. *ex dictis c.* 9. *n.* 13. & 14. Cardinales protectores Carmelitarum, & cum ipsis communicationem privilegiorum habentium, esse ipsorum Ordinarios Conservatores.

II. Patriarchæ Primates, & Archiepiscopi: tum quia sunt Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ, & nominantur in *cap. fin. de Offic. Jud. Deleg.* ibi: [Nisi Episcopi, vel eorum Superiores:] tum etiam, quia ad ipsos diriguntur aliquæ ex Conservatoriis Literis, scilicet illæ Clementis VII. pro Minimis, Sancti Pii V. pro Dominicanis, & Gregorii XIII. pro Jesuitis: in quibus ultimis expressa mentio fit de Archiepiscopis, *Monet. cap.* 5. *qu.* 6. *n.* 79. & 80. *Lezana n.* 12. Modo tamen sint consecrati; vel saltem confirmati, etsi nondum consecrati; non tamen mere electi, ut mox dicemus de Episcopis.

III. Patriarchæ, Primates, & Archiepiscopi titulares; cum hi supponantur esse Consecrati, & cum titulo specialem Ordinationem recepisse, ut tradunt Doctores allegati a *Monet. cap.* 5. *n.* 41. quibus ipse subscribit *n.* 52.

IV. Episcopi, ut cavetur expresse in *dic. cap.* 3
fin. de Offic. Deleg. in 6. puta Consecrati, cum ii sint, qui vere, & proprie nomine Episcoporum veniunt: quia per Consecrationem, & Ordinationem proprie in gradu, & Ordine Episcopali constituuntur, ut satis liquet ex *cap. Cum in Cunctis*, & *cap. nihil est, de Elect.* Vel saltem confirmati, etsi nondum Consecrati: quia licet non dicantur, nec sint vere, & proprie Episcopi, dicuntur tamen Dignitatem habere in Ecclesia Cathedrali, puta Episcopalem, etsi non Episcopatus Ordinem. Unde comprehenduntur sub verbis text. *cap. fin.* [Seu Dignitates, vel Personatus in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis obtinentes,] ut tradunt complures in *cap.* 2. *de Offic. Deleg. in* 6. & *cap.* 1. *de Offic. Ordin. eod. lib.* Et sunt Ecclesiæ Sponsi, *cap.* 2. & *cap. licet, de translat. Episcop.* Et plenam, ac integram ha- 4
bent Jurisdictionem Episcopalem, *cap. transmissam, de Elect. cap.* 1. & 2. *de translat. Episcop.* ut aliis relatis firmat *Moneta cap.* 5. *a n.* 54. Quæ omnia locum habent in Patriarchis, Primatibus, & Archiepiscopis, ut supra insinuavimus, utpote de Ordine Episcoporum.

V. Episcopi titulares, sicut & ii, qui loco, & Dignitati Episcopatus renuntiarunt; cum tantam Dignitatem retineant, quantam habent Abbates, unde minores Ordines conferre possunt 5
rogati, *cap.* 1. *de Ordin. ab eo, qui renunt. Episcop.* & *cap. post translationem, de renunt.*

VI. Abbates; cum & ipsi sint in Dignitate Ecclesiastica constituti, & nominentur expresse in *dic. cap. final. de Offic. Jud. Deleg. in* 6. & in tribus prædictis Conservatoriis Clementis VII. Sancti Pii V. & Gregorii XIII. in quibus cum indistincte nominentur *Abbates*, indistincte omnes, adeoque tam Sæcularium, quam Regularium Ecclesiarum, & Monasteriorum tam jurisdictionem

quasi

quasi Episcopalem, Territorium, subditosque habentes; quam mere Titulares, intelligendi sunt; sicque nedum Abbates Sæculares, sed etiam

VII. Abbates Regulares. Atque ita intelligunt insinuatas tres Constitutiones *Monet. c. cit. q. 6. n. 79. & 80. Peyrin. §. 2. n. 13. Lezana n. 11. Tambur. de Jur. Abb. tom. 3. q. 4. n. 5.* & alii, & declaravit Sac. Congreg. Episcop. & Regul. 2. *Martii* 1619. per hæc verba: [Abbates Regulares, qui in Conciliis provincialibus, aut diœcesanis Judices exciterunt designati, possunt utique eligi in Regularium Conservatores] apud *Nicol. in Lucubrat. tom. 1. Can. l. 1. tit. 29. de Conservat. n. 21. & referunt Barbos. in Trident. cap. 20. sess. 14. n. 5. ex Sel. in Selectis Canon. c. 12. n. 4. & Pasucc. in Compend. ad Consul. Can. Pignatell. p. 1. tit. de Conservat. Regul. pag. mihi* 206. Sicut &

VIII. Abbates Titulares, utpote dignitatem Ab-
6 batialem, quæ est dignitas Excellentiæ prima post Episcopalem, obtinentes: & quamvis non sint Collegii membra, titulo tamen, & Dignitate, licet non exercitio Ordinarii sunt. *Rebuff. de pacificis possess. n. 24. Massobr. de Synod. Episc. c. 4. dub. 13. a n. 38. & 39. & alii.*

IX. Abbates Commendatarii, quibus in perpetuum a Summo Pontifice facta est Commenda; cum hujusmodi Commendæ, in perpetuum a Papa datæ, loco tituli sint; & in omnibus illi Commendatarii pro titularibus habeantur, ut docent complures Doctores quos laudat, & sequitur *Monet. c. 5. n.* 80.

X. Priores Sæculares, qui sunt loco Abbatum in aliqua Ecclesia Collegiata; pro ut alicubi esse, referunt *Hoied. de incompatib. beneficior. p. 1. c. 6. n. 2. & Cassan. in Cat. Glor. Mundi p. 4. consid.* 38. sicut &

XI. Præpositi, quando sunt loco eorumdem Abbatum in eadem Ecclesia Collegiata; prout aliquando contingit, teste *Cassan. dic. p. 4. consid.* 33. *& Joa. Selva de benef. p. 1. qu. 2. n. 85.* Tum propter regulam subrogatorum: tum quia Dignitatem habere dicuntur in Ecclesia Collegiata, *Monet. c. 5. n. 81.*

XII. Alii quoque Priores, & Præpositi, qui non sunt loco Abbatum, quia Dignitatem habent, etsi non in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, ut insinuavimus *art. præced. asser. 2.* ex Constit. Leonis X. quamvis attento Jure antiquo in Conservatores deputari non possint; cum ad id requiratur, quod Dignitatem habeant in Ecclesia, quæ Cathedralis, vel Collegiata sit, ut *articulo præced. asser.* 1. diximus cum *Monet.*

XIII. Vicarius Generalis Episcopi, & si non de Jure antiquo, ut aliqui contendunt ex *Gloss. in Clem. & si principalis, de rescript. v. Delegatus,* de Jure tamen novo, & novissimo, utpote qui Digni-
7 tatem habet Ecclesiasticam, administrationem videlicet rerum ecclesiasticarum cum Jurisdictione; & ad ipsum diriguntur literæ Conservatoriæ Clementis VII. pro Minimis, S. Pii V. pro Dominicanis, & Gregorii XIII. pro Jesuitis. *Rodriq. t. 1. q. regul. q. 65. art. 3. & alii apud Barbos. de Offic. & pot. Episc. alleg. 106. n. 13.*

XIV. Vicarius Generalis Episcopi electi, & confirmati, licet nondum Consecrati, ut ampliant *Gloss. in Clem. 2. de rescript. v. Episcopi, Pavin. de Offic. & potest. Capit. Sed. Vac. c. 2. q. 10. n. 6. Sbroz. lib. 2. q. 23. n. 4. Sanchez. de Matr. lib. 8. disp. 27. num. 35. apud Barbos. in Trident. sess. 25. de refor. c. 10. n. 5.*

XV. Vicarius Prælati inferioris, habentis jurisdictionem episcopalem, ut etiam ampliant *Sanchez nu. 34. & Flores de Mena var. l. 1. q. 4. num. 14. & alii.*

XVI. Vicarius Capitularis Sede vacante, ut contendunt *Pavin. ubi supra q. 10. num. 6. & 8. Sbroz. dic. q. 23. Riccius var. resol. tom 2. resol. 349. n. 3. Mendo in Epitom. v. Conservator Judex n. 1. & alii apud Barbos. n. 5.*

Non ita tamen Vicarius Foraneus, ut advertunt *Sbroz. lib. 2. de Offic. Vicar. qu. 27. n. 15. Mo-*
neta loc. cit. n. 63. Peyrin. n. 14. & alii. Et recte 8
satis; cum nequeat Vicarius Foraneus esse Delegatus Papæ, ex *Clem. 2. de rescript. nec* Dignitatem ullam aut Personatum habeat.

XVII. Visitator generalis alicujus Diœcesis: non 9
quod Dignitatem habeat, sed quia est Officialis generalis Episcopi, & potest excommunicare. Atque ita *Fragosus p. 2. l. 4. disp. 12. §. 1. nu. 3.* ex Bulla Julii II. *Alias Venerabilem*, Clementis VII. *Conquestione*, & Gregorii XIII. *Æquum reputamus*. Nec officit, quod Visitator generalis non sit Officialis perpetuus, utpote potens ab Episcopo revocari. Nam, ut optime respondet *Fragosus*, etiam Vicarius generalis potest ab Episcopo revocari; & tamen esse potest Conservator. Sufficit igitur, quod munus Visitatoris, Officialis, sicut & generalis Vicarii sit in potentia perpetuum, *text. in c. Clericos, juncta gloss. u perpetuum, de cohabit. Cleric. & Mulier.*

XVIII. Archidiaconus. Archipresbyter, seu Civitatensis, & Ecclesiæ Cathedralis, sive extra Urbem & Ruralis, sive quivis etiam Rector Parochialis Ecclesiæ, nomen habens Archipresbyteri. Item Primicerius, Præpositus, Decanus, utpote in Dignitate Ecclesiastica constituti, *Confect. in Summar. privil. c. 5. Monet. c. 5. q. 7. n. 88. 89 91. & 95.*

XIX. Vicecancellarius Papæ, Camerarius, Summus Pœnitentiarius, Clerici Cameræ, Auditor Curiæ Causarum dictæ Cameræ, Auditor Rotæ, Referendarii, & Protonotarii, etiam non participantes, seu titulares, & honorarii; cum hi omnes Ecclesiasticam habeant Dignitatem, *Monet. de Conserv. c. 5. a nu. 106. Massobr. de Synod. diœces. c. 4. dub. 12. Panciull. dec. 1. adnot. 7. Chiavetta lib. 1. Inst. Can. c. 4. §. 17. & 18. & alii.*

XX. Canonici Cathedralis Ecclesiæ, sed non de Jure antiquo; cum non nominentur in *c. fin.*
de Jud. Deleg. in 6. & Canonicatus proprie neq: Di- 10
gnitas sit, neq: Personatus: sed de Jure novo, quia nominantur expresse in Bulla Sixti IV. pro Carmelitis, Clementis VII. pro Minimis, Sancti Pii V. pro Dominicanis, & Gregorii XIII. pro Jesuitis: Immo & de Jure novissimo Constit. Gregor. XV. §. 2. ibi: [Ita ut vel Dignitate præditi, vel Personatum obtinentes, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici existant.] *Barbos. alleg. 106. n. 11. Rodriq. q. 65. art. 2. Riccius in praxi p. 2. resol.* 349. notans, id Canonicis Cathedralis
Ecclesiæ concedi, quia saltem largo sumpto voca- 11
bulo veniunt appellatione Dignitatis, *Felin. in c. Pastoralis n. 12. de Offic. Deleg. Caputaq: decis. 257. p. 1. Achill. decis. 1. de rescript.* Et Dignitatibus æquiparantur in *c. statutum, de rescript. in 6.* ubi in principio statuitur, eos posse dari Delegatos Apostolicos, sicut qui Dignitatem, vel Personatum habent. Dicunturque Fratres Episcopi, ac Filii primi gradus; aliasque prærogativas habent, de quibus passim Doctores, & nos fusius disseruimus in prima nostri Juris Canonici parte *de Personis Ecclesiasticis dissert. 7. de Canonic.* Verum

Canonicos Religiosos Cathedralis Ecclesiæ excipiunt *Duen. reg. 78. Gratian. discept. forens. cap. 270. n. 6. Massobr. de Synod. Episc. c. 4. dub. 13. n. 30.* quia putant, esse non posse Delegatos Pa-

pæ, prout esse queunt Canonici Sæculares. Sed cum *Abbas in c. causam, quæ de Judiciis, Sanchez l. 6. Moral. c. 13. n. 83. & Pirbing. lib. 1. tit. 29. n. 32.* quos sequitur *Chiavetta l. 3. Instit. Jur. Can. c. 2. §. 3. q. 2. n. 34.* contendant, Monachos Professos in Ecclesia Cathedrali Regulari Canonicos (cujusmodi sunt hodie Patres Benedictini in Ecclesia Cathedrali Monregalensi, & antea iidem
12 erant in Cataniensi) esse posse Delegatos Papæ, quia Religiosa Professio non pugnat cum hoc, quod ab iisdem munus delegationis suscipiatur; poterunt bene quantum est ex hoc, iidem in Judices Conservatores deputari. Unde

XXI. Canonici Religiosi, quorum Religiosa Professio neque repugnat aliunde cum munere Conservatoris, ut liquet ex dict. sup. de Abbatibus Regularibus, & ex dicendis infra de Prælatis Religiosis, qui in Judices Conservatores eligi queunt, liquebit melius.

13 Non potest tamen in Conservatorem deputari Canonicus Minor, super ætate a Papa dispensatus ad Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis; cum non possit eligi in Judicem Delegatum, ut firmat *Massobr. dic. c. 4. dub. 11.* Quamvis enim Papa dispenset cum Minore, ut sit Canonicus in Ecclesia Cathedrali, non propterea censetur eum eodem dispensare, ut in ea ætate possit esse Judex Delegatus, observat *Barbos. in L. cum Prætor §. ult. n. 60. ff. de Judic.*

14 Neque Coadjutor in Dignitate, vel Canonicatu dictæ Ecclesiæ Cathedralis cum futura successione; cum actu neque dignitatem habeat, neque Canonicatum; sed illum exspectet. Unde nec potest esse Judex Delegatus, ut resolvunt Doctores *cit. a Barbos. in Trident. sess. 25. de refor. cap. 7.* contra alios cum *Mendo de Ordin. Militar. d. 2. q. 4. §. 1. n. 119. & in Epitome v. Conservator Judex n. 1.*

15 Neque demum Canonici simplices Ecclesiæ Collegiatæ; utpote qui nec Dignitates, nec Personatus sunt, neque his æquiparantur in Jure: nec in literis Conservatoriis ullatenus nominantur; neque eligi possunt, ut deberent, in Judices Synodales. Et quamvis olim propter nonnulla Regularium privilegia forsitan in Conservatores eligi potuissent; hodie tamen nequeunt post Constitutiones Clementis VIII., & Gregorii XV. quibus Canonicorum simplicium Ecclesiæ Collegiatæ deputatio vetita est; ut docent & bene, *Barbos. in Trident. sess. 25. c. 10. n. 9. Tambur. de Jure Abbat. tom. 3. disp. 17. q. 1. n. 11. Genuensis, & alii,* quos citat, & sequitur *Passerin. n. 302. Lezana n. 52. & Nidus cap. 3. partic. 3. n. 15.* ubi notat, Doctores, oppositum sentientes, scripsisse ante dictas Constitutiones, & seclusis Conservatoriis Regularium.

16 Quod procedit, etiamsi Canonici Ecclesiæ Collegiatæ Doctores sint, & nullus existat Doctor in Ecclesia Cathedrali. Vel si Canonici Collegiatæ peritiores sint Canonicis Ecclesiæ Cathedralis: quia, etiam ut tales, designari non possunt in Judices Synodales; atque adeo sunt in Conservatores ineligibiles; cum in *c. statutum* dicatur, quod Ecclesiarum dumtaxat Cathedralium Canonici possint Judices Synodales constitui. Atque ita contra *Riccium p. 1. praxis decis. 637. in 4. editione, & resol. 375. in 2. editione, & p. 4. Collect. 809. sustinet. Barbos. alleg. 106. n. 12. Marc. Anton. Genuensis in pract. q. 614. Matthæuc. in Offic. Cur. Eccles. c. 15. n. 6. Peyrin. in Constit. Gregor. XV. §. 2. n. 19.* quibus patrocinatur *Massobr. de Synod. diœces. c. 4. dub. 10. n. 5.* referens nu. 25. Declarationem Sacræ Congregationis Concilii, a se consultæ sic: [An possit eligi in Judicem Synodalem Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ, qui sit Doctor, si non existant in Cathedralibus Doctores, saltem ita idonei. Sacra Congregatio censuit, Canonicum Ecclesiæ Collegiatæ eligi non posse in Judicem Synodalem.] e converso tamen in Judices Synodales adeoque in Conservatores, designari queant.

XXII. Obtinentes in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata Scholasteriam, seu Præbendam theologalem, vel pœnitentialem, Cantoratum, aut Succentratum; utpote Dignitatem, aut saltem Personatum habentes. *Azor. p. 2. lib. 2. c. 23. Barbos. l. 1. Jur. Eccles. c. 29. Monet. de Conserv. c. 5. q. 7. a n. 90. & alii.*

XXIII. Quotquot in quibusdam peculiaribus Ec- 17
clesiis officium aliquod in titulum habent; quod secundum communem existimationem, & consuetudinem in dictis Ecclesiis Dignitatem, vel Personatum importat, & pro Dignitate, vel Personatu reputatur, ut docet *Peyrin. §. 2. n. 16. Tambur. de Jure Abbat. tom. 3. d. 17. q. 4. n. 4. Donat. q. 7. cit. n. 4. in fin.* Ubi etenim hujusmodi viget Consuetudo, pro Dignitate, vel Personatu haberi debet, licet Officium, seu titulus ille rerum ecclesiasticarum administrationem cum jurisdictione non habeat; cum in his magis Consuetudo, quam Jus commune, ut supra insinuavimus art. 9. asser. 2. attendatur. *Sylvest. ubi supra, Rot. decis. 173. in novis, Vulpes in praxi judic. for. eccles. c. 12. num. 5. Confettius hic c. 5. Lezana p. 2. c. 10. n. 10. & 13. & alii dic. art. 9. asser. 2. n. 5. citati.*

XXIV. Subcollectores; utpote qui Dignitatem, 18
& Jurisdictionem habent; iisque causas a Sede Apostolica delegari, tradunt *Gonzalez ad reg. 8. Cancell. glos. 51. num. 79. & Massobr. dic. dub. 13. n. 32.*

XXV. Cancellarius Academiæ, auctoritate Pontificis approbatæ; cum Officium habeat cum jurisdictione conjunctum, sufficiens ad Apostolici Delegati, & Conservatoris Munus, ait *Azor. Instit. Moral. p. 2. l. 3. c. 13. q. 6.*

Non tamen Doctores in Theologia, vel Jure Canonico, ut recte docet *Fragosus p. 2. l. 4. disp. 12. §. 1. n. 3.* Nec officit, quod Doctoratus sit Dignitas per *Bart. in l. Hæc, quæ necessario c. de novo Codice faciendo n. 10. Jas. in l. si quis in conscribendo c. de pactis n. 4.* & communem Doctorum apud *Villalob. lit. D. n. 89. in antiq., & Graff. addit. ad l. 3. c. 5. n. 94. cum Antonio Corseto in suo Repertorio in Abbatem verb. Doctoratus:* & Doctor jurisdictionem Ordinariam habeat in Scholares: ac præeminentiam, & prærogativam in processionibus &c. Et ordo Doctoratus sit quasi præcipuus in Ecclesia Dei, *c. Cum ex injuncto 13. de Hæret.* Unde Doctor honorandus est, *c. de multa, ad fin. 38. de præbend.* Et ceteris præcedat, *Grillenz. cons. 127.*

Non officit, inquam: quia prærogativæ, seu præeminentiæ, quibus gaudent Doctores, non sunt Dignitates Ecclesiasticæ, sed habent quid sæculare, & profanum. Nec habent proprie Doctores jurisdictionem in scholares ratione Doctoratus. Et sane si Doctores, qui insimul sunt Canonici Ecclesiæ Collegiatæ, non existentibus in Cathedrali Doctoribus, adhuc eligi nequeunt in Judices Synodales, & consequenter in Conservatores, ut supra diximus *n.* 15. multo minus eligi poterunt meri Doctores.

XXVI. Clerici omnes, qui Episcopalem Dignitatem, & jurisdictionem insimul præscriptione, vel privilegio legitimo acquisiere: vel etiam solam jurisdictionem, & præeminentiam aliquam in

Eccle-

Ecclesia Collegiata, *Nidus de Conserv. Regul. c. 3. partic. 2. n. 9.*, citans *Montam de Conserv. c. 5. n. 58.* Secus tamen, si Ecclesia Collegiata non sit.

19 XXVII. Prælati, seu Superiores Majores Regularium, etiam Mendicantium, nedum totius Ordinis, ut Generales; & Provinciæ, ut Provinciales &c. sed locales quoque, seu Conventus, ut Priores Conventuales, Guardiani Ordinis Minorum, Correctores Religionis Minimorum &c. utpote qui Dignitatem habent Ecclesiasticam, cujusmodi vere est Prælatura Regularis ex *c. nisi essent, de præbend.* ibi sic: [Non Dignitas Prioratus, sed Persona Prioris maneat onerata:] ibiq. *Joan. Andreas n. 4. Butrius n. 14. Card. n. 3. not. 3. Abbas, & alii. Gemin. in c. Nullus de elect. l. 6. Tambur. de Jure Abbat. tom. 1. d. 1. q. 3. & 5. cum Monet. de Conserv. c. 5. n. 16.* Et quidem talem Dignitatem habent in Ecclesia Collegiata, cujusmodi est Ecclesia Conventualis, *Innoc. & alii in c. cum dilecta, de excess. Prælat. Card. cum aliis in c. nobis, de Jurepatron. Barbat. cons. 27. vol. 1. Mascard. de probat. cons. 580. Menoch. de præsumpt. l. 3. præsumpt. 90. n. 20. & 33.* ubi post *Hostien. in dic. c. nobis* tradit in specie, Conventualem Ecclesiam ipso Jure esse Collegiatam per text. *c. ne pro defectu, de elect.* ubi Ecclesia Conventualis Regularium æquiparatur Cathedrali, & *alii complures:* ideoque esse possunt Judices Delegati ex *Clem. 2. de rescript.* Et literæ Conservatoriæ Clementis VII. pro Minimis etiam ad Priores diriguntur. Quo, ut notat *Lezana n. 14.*, etiam denotari videntur ceteri Superiores Majores locales Conventuum aliorum Religiosorum. Et Gregorius XIII. in sua Conservatoria toties citata pro Jesuitis indulsit, ut possint in Conservatores eligere omnes, & singulos Episcopos, Archiepiscopos, Abbates, nec non alias Personas in Ecclesiastica Dignitate constitutas. Atque ita contra *Donat. q. 29. n. 2.*, *Pignatellum tom. 1. cons. 165.*, *Dianam p. 9. tr. 9. & miscell. 4. resol. 26.* & alios docent *Moneta de Conser. c. 5. q. 2. n. 247. Passarell. in privil. not. 32. Rodriquez q. 65. art. 3. Peyrin. §. 2. n. 11. Mirand. q. 47. art. 2. Lezana cons. 40. num. 85. Pellizz. in man. regul. c. 2. tr. 8. sec. 4. n. 90. Tambur. de Jure Abbatum t. 3. q. 4. Bordon. q. 12. n. 15. Portel. in dub. Regul. verb. Abbas n. 8. Ventriglia in praxi t. 1. de Conservat. adnot. 26. §. unic. n. 11. Sorbus in adnot. ad compend. privil. Casarub. Verb. Conservatores Ordinis lit. D. afferens Tabienum in v. Conservator §. 2. & in v. Dignitas, Progosus p. 2. l. 4. disp. 12. §. 1. n. 3. Anton. a Spiritu Sancto in direct. Regul. p. 1. tr. 2. disp. 1. sect. 4. §. 3. n. 20. Raym. Nidus de Conserv. Regul. c. 3. partic. 4. per tot. Mendo cum aliis in Epitome v. Conservator Judex n. 1. & de Ordin. Milic. disp. 2. q. 4. num. 118.* ubi refert praxin, & in Salmaticensi Civitate Rectorem Collegii Alcantarensis, qui solum est Prælatus Regularis, pacifice tunc temporis munus Conservatoris obiisse. Quemadmodum illud gessere in Indiis Occidentalibus Prior Conventus Sancti Dominici, & Definitor Capituli Generalis ejusdem Ordinis in Defensionem Patrum Jesuitarum adversus Episcopum Angelopolitanum sciente, & non reprobante Congregatione specialiter deputata ab Innoc. X. Tandem *Joan. Naldus* in Allegatione typis data pro Jesuitis adversus præfatum Episcopum Angelopolitanum, cujus fragmentum, *a Diana* relatum *loc. cit.* hic transcribere sine operæ pretio non continget. [Quo ad secundum. Conservatores a Patribus Societatis electos, fuisse legitimos, & competentes; patet, attento *c. fin. de Jud. Deleg. in 6.* in quo Conservatores eligi possunt Episcopi, Abbates, seu Dignitates, vel Personatum in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis obtinentes. Patres autem præfati obtinent Dignitatem, & Personatum respective, quia P. Joannes de Pareda est Prior Conventus S. Dominici, P. autem Augustinus Godinez est Definitor Capituli Generalis. Quod Prior Regularis sit Dignitas, & capax Rescripti Apostolici, patet ex *cap. statutum v. obtinentibus, de rescipt. in 6.* & statuitor expresse in *Clem. & fi, eod. tit.*, ubi Prior Conventualis, idest habens sub se Capitulum, & Collegiatam Ecclesiam, licet non esset electus, sed tantum ad nutum, dicitur esse in Ecclesiastica Dignitate constitutus, ad effectum, ut sit capax Delegationis Apostolicæ: secus esset de Priore Claustrali, qui non habet Capitulum, ut bene *Gloss. ibi, v. conventualem*, & clarius *Gloss. in Clem. ne in agro, §. ceterum, de stat. Monac.* dicit, Prioratus Conventualis est, in quo sunt plures collegialiter; & *in c. nobis fuit, vers. Conventuali Ecclesia*, declarat eadem *Glossa*, ad constituendam Conventualem Ecclesiam sufficere, quod plures collegialiter vivant, *ad text. in c. 1. de elect.* idest quod faciant unum Capitulum, sive unum corpus juxta dispositionem *c. dilecta, de excessib. Prælat.* Dupliciter quoquo est Personatus, quia major est Priore, & vocem habet in Capitulo Generali, quia ad Delegationem sufficit præeminentia, qua quis ditatus est in aliqua Ecclesia, uti dicit *Gloss. in cit. c. statutum vers. præditis, de rescript. in 6. c. quamvis de verb. signific.* & apparet ex Constit. Clement. VIII. anno 1592., quæ incipit *Sanctissimus*, & alia simili Gregorii XV. de anno 1621. quæ pariter incipit *Sanctissimus*, in quibus mandata Apostolica talibus delegantur.] Hactenus *Naldus* apud *Dianam*.

Neque ad Munus Conservatoris acceptandum, 20
de Jure communi necessaria est superoris majoris licentia, puta Generalis, ut advertit *Tambur. q. 4. num. 8.* Et quamvis Religiosus non debeat esse negotiorum acceptator sine Abbatis licentia, *ex c. Monachi 2. II. 16. q. 1. & c. 2. de postuland.* docernatur, quod Monachi, sine Abbatis, licentia susceptores, & executores non sint, puta omnium Officiorum judicialium, ut explicant in *dic. cap. 2. Jon. Andr. n. 2. Hostien. n. 1. Abbas n. 3. Anton. n. 8. Cardinal. q. 2. Ancbar. n. 1.* Et aliunde Conservatoris Officium sit judiciale: id tamen intelligendum de Religiosis simplicibus, seu subditis, non de superioribus, pro quibus necessaria non est de Jure Communi Superioris Generalis licentia; quemadmodum pro iisdem necessaria non est ad munus executoris testamentorum acceptandum, ut docent *Sylvest. verb. Testamentum 2. q. 2. dict. 2. Molina de Just. tom. 1. disp. 247. col. pen.* & alii apud *Sanchez in Decal. l. 6. c. 11. n. 5.* Neque ad subeundum munus Advocati, & Procuratoris, ut volunt *Gloss. in Can. 2. de Præsentium, verb. defensor 61. q. 1. & in Clem. Religiosus, verb. Religiosus, de procurat. ubi Abb. n. 4. & in c. in nostra n. 9. extra de procurat. & cap. sopitæ n. 3. de censib.* & alii apud *Sanchez dic. lib. 6. c. 13. n. 16.* Neque ad exequendum munus Arbitrorum, ut contendunt eadem *Gloss. dic. Can. de præsentium, verb. Defensor. Abbas in dic. c. 2. nu. 4. de postulando*, & alii, quos laudat *Sanchez cit. c. 53. n. 58.*

Dixi *de Jure communi*: quia si de Jure Reli- 21
gionum speciali prædicta facultas requiratur, sine ea Prælati Regulares Officium Conservatoris acceptare non possunt, Hinc *Pellizz. n. 92.* cum doctis viris, a se consultis, probabile censet, pro

no-

nostræ Societatis Prælatis localibus, sive Provincialibus, ut deputentur in Conservatores, licentiam Præpositi Generalis necessariam esse, quantumvis alias designati sint Judices in Synodo. Quod colligit ex *p. 6. Constit. Soc. c. 3. §. 7. in declarat. lit. D.* ubi Nostris interdicitur, Officium acceptare Executoris Testamenti, & quæcumque alia, quæ puritati nostri Instituti non conveniunt, quæque aliis esse possunt offensionis causa: cujusmodi profectu est Conservatoris Officium.

22 Quemadmodum etiam interdicitur Fratribus Minoribus in quadam generali Constitutione Ordinis eorumdem, Conservatorias acceptare, ut refert *Rodriq. tom. 1. quæst. regul. q. 65. art. 3. in fine:* adeoque sine Ministri Generalis facultate Superiores Minorum locales, puta Guardiani, sicut & Provinciales &c. in munus Conservatoris nequeunt consentire.

23 Neque necessaria est præfatis Religiosis Superioribus ad munus Conservatoris acceptandum alia Monasterii utilitas, ut servetur *dic. C. Monachi il secondo 16. qu. 5. & dic. c. 2. de postuland.* nisi ea, quæ ex susceptione talis Officii Monasteriis provenire satis dignoscitur, ut sustinet *Tambur. n. 9.* [Nam (ait hic Doctor) si omnes hi Regulares Prælati Judices Conservatores esse possent, maxima omnibus Monasteris utilitas inde oriretur, cum passim omnia indigeant electione Judicis Conservatoris: & hi Regulares Prælati, ita electi, melius causis Monasteriorum prospicerent, & facilius negotia expedirentur: sæpe enim in eo loco non erit Ecclesia Cathedralis, sed valde distabit, ut ejus Canonici, aut aliæ personæ, in Dignitate constitutæ, in Judices Conservatores eligantur. Præterea aliquando lis inter Monasterium, & ipsam Ecclesiam, vel Episcopum vertetur; ideo Regulares non bene tuti erunt, Sæculares Clericos eligendo, ut eorum jura conservent contra se ipsos, vel proprios Superiores. Qua de causa Doctores asserentes, posse Regulares Prælatos tale munus obire, nullam de Monasterii utilitate mentionem faciunt, quasi supponentes, hoc in maximam Monasteriorum omnium utilitatem vergere. Et hoc docet expresse *Sanchez in Decal. lib. 6. c. 13. num. 80.* Ideo debent Religiosi procurare, ut in provinciali, vel diœcesana Synodo sæpe Regulares Prælati in Judices Synodales assumantur, qui, & non Sæculares Dignitates, ab eis deinde pro eorum privilegiis, & juribus tuendis in Conservatores eligantur.] Hactenus *Tambur.* cujus monitio præsertim in fine tradita, magni a Regularibus facienda est; &, ubi poterit commode, practicanda.

24 Dixi [Superiores *Majores* Regularium, nedum totius Ordinis, & Provinciæ, sed *locales* quoque, seu *Conventus*] deputari legitime posse in Judices Conservatores Regularium. Enim vero Superiores locales, seu Conventus, qui majores non sunt, sed alium Majorem se in eodem Conventu habeant, ut sunt Vicarii Prælatorum Conventualium, Ministri Domorum, seu Collegiorum nostræ Societatis, Priores Benedictini, vel aliorum Ordinum Monachalium &c., qui proinde dicuntur Priores Claustrales, quatenus Prælatis Conventualibus, Præpositis, ac Rectoribus, Abbatibus, & Guardianis &c. in eodem Conventu, & Monasterio subjiciuntur, nequeunt in Judices Conservatores designari. Et recte quidem; cum hi non dicantur esse in Dignitate Ecclesiastica constituti, uti liquet ex *Clem. 2. de rescript.* ubi deciditur, Priorem Claustralem esse non posse Delegatum ad literas Pontificis, ejusve Legati exequendas: cujus decisionis illa assignatur ratio: quia hujusmodi Delegatus in Ecclesiastica Dignitate constitutus esse debet ex *c. statutum, de rescript. in 6.* Atque ita sustinent *Rodriquez q. 65. art. 3. Miranda q. 47. art. 2. Passarell. in notab. privil. notab. 32. Moneta c. 5. q. 2. n. 24. Peyrin. n. 75. & alii.*

25 Quod si præfati Superiores alium Superiorem, majorem se, cui subjiciantur, in eadem domo non habeant; licet nomine Superioris, qui alium majorem se dignoscit, appellentur, prout in Monasteriis Sancti Benedicti multoties contingit, in quibus Superiores majores Monastrii vocantur Priores; & in aliis Religiosis domibus, in quibus dicuntur Vicarii &c., hujusmodi Vicarii, & Priores &c. (qui ad differentiam Priorum, habentium supra se Abbates &c. in eodem Monasterio, Priores Conventuales nuncupantur, quemadmodum illi Priores Claustrales;) cum præcipuam habeant administrationem, atque gubernationem totius Monasterii sui (quantumvis parvum sit Monasterium, & tres, vel quatuor alat Fratres: nam, quod parvus, vel magnus sit Conventus, quod paucos, aut multos Fratres habeat, per accidens est, ut notat *Portell. in Addit. ad dub. regul. verb. Vicarius* :) hujusmodi, inquam, Vicarii cum præcipuam habeant administrationem, & gubernationem totius Monasterii sui, optime dici queunt, in Dignitate Ecclesiastica constituti, teste *Sylvestr. verb. Delegatus n. 3. in fin. & aliis*; ac ut tales, jure optimo, in Judices Regularium Conservatores eligi queunt. Atque ita docent *Rodriq., Miranda ubi supra, Ant. a Spiritu Sancto in Directorio Regularium p. 1. tr. 2. d. 1. sect. 2. §. 1. n. 21. & alii.*

26 XXVIII. Definitores, etsi non insimul Superiores Regularium: quia munus Definitoris in Religionibus, quamvis non sit Dignitas, est tamen Personatus: & sic illud habentes reddit aptos, ut in Conservatores eligantur. Ita *Antonius a Spiritu Sancto in Direct. p. 1. tr. 2. disp. 1. sect. 5. §. 3. n. 202. Lezana tom. 1. p. 2. c. 13. n. 2. & in Consultis cons. 40. nn. 86. & 87. Naldus sup. cit. in alleg. pro Jesuitis, & alii.* Sed Definitores Provinciæ pro Capitulis Generalibus, excipit *Pignatell. tom. 10. consult. 96. n. 10.* eo, quod eorum auctoritas ultra decem, vel quindecim dies non extendatur.

27 Nec officit hactenus dictis de Prælatis Regularium, & Religiosis Definitoribus Decretum Sac. Congreg. Regular. adductum a *Barbos. alleg. cit. n. 15.* tenoris sequentis: [Quærente Archiepiscopo Turritano, an Regulares unius Conventus, Monasterii, vel Domus aliquem Priorem, seu Guardianum, vel quemvis alium, quavis Dignitate regulari fulgentem, in suum Conservatorem eligere, vel deputare possint? Sacra Congregatio Cardinalium, negotiis Regularium præpositorum, *non posse*, respondit *Romæ 8. Octobris 1617.*]

Non officit, inquam: tum quia non est certum, quod tale Decretum fuerit authenticum. Et etiamsi tale fuisset; oppositum a Sacra Congregatione Concilii postmodum fuit declaratum sub die 2. *Martii* 1619. quo Abbati Ordinis Olivetani indultum est, ut eligi possit in Conservatorem, si Episcopus ipsum in Synodo Judicem deputavit, ut refert *Lezana n. 14. ex Barbos. in Collect. v. Conservator.* Quod sane indultum competere per viam communicationis etiam aliis aliorum Ordinum Prælatis, licet ceteroqui non nominentur Abbates, contendit *Nidus de Conserv. Regul. c. 3. partic. 4.* n. 10. & *Pelliz. n. 90.* ex eo, quia Prælatura Regularis vere est Dignitas Ecclesiastica, & quidem in Ecclesia Collegiata, pro ut ad electionem Conservatoris requiritur. Sed nedum Abbas Olivetanus, sed qui-

vis

vis alius Regnlaris Superiot Prælaturam haber Regularem. Ergo & Dignitatem Ecclesiasticam in Ecclesia Collegiata.

28 XXIX. Priores Militares, Jurisdictione quasi Episcopali gaudentes pto foro externo, ut notat *Mendo de Ordin. Milit. disp. 2. qu. 4. §. 1. n. 117.* qui Prioribus, seu Abbatibus aliarum Religionum comparantur quo ad Jurisdictionem Ecclesiasticam, *cap. Canonica, de sent. Excom.* Ita *Monet. cap. 5. qu. 2. n. 32.* advertens, dictos Priores debere saltem esse prima Tonsura insignitos: quia tunc sunt capaces Jurisdictionis Ecclesiasticæ; & possunt ferre Censuras; ac in foro exteriori illos absolvere, qui in Excommunicationem Canonis inciderunt: quemadmodum esse debere Sacerdotes, si eosdem velint in foro pœnitentiali absolvere; & nos etiam diximus *articul. 9. assert. 1. n. 1.*

29 XXX. Tandem, deputari legitime qneunt in Judices Conservatores Regularinm Magistri, Administratores, Priores, Rectores, ceterique Superiores locales immediati, & mediati Ordinum Militarium, ut docent *Monet. cap. 5. qu. 2. concl. 3. a n. 32. & Mendo de Ordin. Milit. disq. 2. qu. 4. §. 2. n. 135.* utpote Prælati Religiosi, & Regularium, cum Ordines Militares vere, & proprie sint Ordines Religiosi; & consequenter eorum Superiores vere, & proprie sint personæ Religiosæ; ut cum innumeris, quos laudat, contendit præfatus *Mendo qu. 2. per totam*. Quemadmo- 30
dum recensitæ hactenus toto hoc articulo personæ, in Dignitate Ecclesiastica, vel Regulari constitutæ, quæ proinde deputari legitime queont in Conservatores Regularium non Militarium, deputari quoque valent in Conservatores Ordinum etiam militarium, ut patitet docet *Mendo dic. qu. 4. §. 2. a n. 134.* tum ex eorum literis Conservatoriis, in quibus eædem personæ, quæ pro Regularibus non Militaribus indulgentur, nominantur etiam pro Militaribus, ut liquet ex literis Conservatoriis Clementis VII. pro Alcantarensibus, quibus Jurisdictio conservatoria [Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, & aliis personis in Dignitate Ecclesiastica constitutis, nec non Metropolitanarum, & aliarum Ecclesiarum Canonicis, ac eorumdem Archiepiscoporum, & Episcoporum Officialibus, seu Vicariis in Spiritualibus Generalibus ubilibet constitutis] committitur. Tum ex privilegiis Religionum non Militarinm, quæ & ipsimet Ordines Militares participant. Tum demum ex praxi, quam suis temporibus observatam, testatur *Mendo n. 135.*

Atque hæc de Personis, quæ in Judices Regularium Conservatores eligi queunt. A quibus autem Regularibus earum Electio facienda sit, quando, quomodo, sub quibusnam pœnis, & ad quod tempus, exponet

ARTICULUS DECIMUSTERTIUS.

A Quibus Regularibus facienda sit Electio Conservatoris, & quotuplicis, ac num peculiaris pro caussis peculiaribus Fratrum; quando, quomodo, sub quibusnam pœnis, & ad quod Tempus.

1 DIco I. Cum non sit determinatum in Jure, neque in Bullis peculiaribus Conservatoriis, in quanam Persona resideat facultas eligendi, & nominandi Conservatorem, in Generali nimirum, aut in Provinciali, aut in Superiore locali; cum Pontificiæ Constitutiones, non determinando personam, dicant tantummodo Regulares; Electio eorumdem Conservatoria dispositioni Constitutionum particularium Religionum relinquitur, ut notat *Matthæuc. in Offic. Cu. Episcop. cap. 15. n. 23.* Quod si alicubi per peculiare Religionis statutum id minime disponatur, facienda est a Generali, vel a Provinciali, vel etiam a Prælato locali, puta Guardiano, Priore, Correctore &c. cum, teste *Portello in dub. Regul. V. Conservatores n. 8. & Rodriq. tom. 1. quæst. Regul. qu. 65. art. 3.* necessum non sit, quod nominetur Conservator per Generalem, aut per Provincialem, sed sufficiat nominari per Prælatum Conventualem, qualis est Guardianus &c.

2 Et quidem facienda est Electio Conservatoris cum consensu Capituli, ut autumant *Pellizz. tom. 2. trac. 8. cap. 8. sect. 4. qu. 4. n. 86. Bordon. tom. 2. resol. 95. n. 16. Nidus de Conserv. c. 1. partic. 5. n. 10. Petrus Martyr Urceau. in Summar. Ordin. Prædic. p. 4. c. 4. & alii:* quia cum ex una parte Electio Conservatoris Regularinm sit res gravissima; sine Monasterii consensu a solo Prælato neutiquam est facienda. Cumque ex altera parte savore totius Monasterii Conservator eligatur; quod omnes tangit, ut fert vulgatum proloquium, debet ab omnibus approbari. Hinc Julius II. in Constit. pro Minimis, incip. [Dudum] Conservatores eorumdem capitulariter eligendos esse, insinuat §. 41. sic: [Ac ejusdem Ordinis Conservatores, per Fratres Ordinis Minimorum hujusmodi pro tempore capitulariter electi &c.] Consonat Sanctus Pius V. in Constit. *Ad hoc nos Deus* pro Dominicanis §. 14. sic: [Per eosdem Fratres, seu Moniales, ac dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum Superiores, & domorum Priores, & eorum singulos pro tempore eligendos, in eorum, & dictorum eorumdem privilegiorum, indultorum, concessionum, gratiarum, & singulorum aliorum præmissorum Conservatores, & Judices unicos.] Sed, ut notat *Chiavetta lib. 3. p. 1. cap. 3. §. 1. n. 6.* standum est consuetudini

uniuſ-

uniuscujusque Religionis, num in Electione Conservatoris, per Generalem, Provincialem, aut Superiorem localem facta, debeat consensus Capituli intervenire.

3 *Mendo de Ordin. Milit. disq. 2. qu. 4. §. 2. n. 135.* observat, in Ordinibus Militaribus, qui sunt intra Hispaniam, fieri posse Deputationem Conservatoris, Primo, ab ipsomet Rege Hispaniarum: rum quia Magistri, Administratores, Rex Hispaniarum, & Successores exprimuntur in Bullis Conservatoriis, ad eosque præcipue immediate diriguntur. Tum etiam, quia, præterquam quod Administrator, Caput, & Prælatus Supremus Militiarum, quæ intra Hispaniam fuerunt institutæ, est Patronus, & Protector eorum; cui incumbit, earumdem utilitati, privilegiis, & exemptionibus sedulo prospicere; de facto Conservatores designat. Secundo, a Capitulis etiam Generalibus. Tertio, a Senatu Regio Ordinum. Quarto, a Monasteriis, & Collegiis Militaribus, sive eorum Superioribus, Prioribus, Commendatariis &c. Quinto demum, a ceteris aliis Personis, Conservatoria Jurisdictione indigentibus; eo quod nequeant coram Judicibus proprii Ordinis sua jura tueri; & molestias, aut injurias propulsare: cujusmodi sunt, quæ in Bulla Clementis VII. pro Alcantarensibus referuntur, sic: [Facturis dicto Carolo, & pro tempore existenti Administratori, seu Magistro, Prioribus, Præceptoribus, Militibus, Fratribus, Personis, Capellanis, Familiaribus, Servitoribus, & Vassallis prædictis, eum ab eis, vel Procuratoribus suis, vel eorum aliquo fueritis requisiti &c.] Eædem personæ in Bullis Conservatoriis aliarum Militiarum exprimuntur.

4 Dico II. Electio Judicis Conservatoris Regularium facienda est a recensitis Personis per publicum Instrumentum: quod sane debet exhiberi, & dimitti penes Acta Curiæ Ordinarii loci: & quidem infra unum, vel duos menses a die Electionis: vel saltem ante exercitium Jurisdictionis Conservatoriæ; secus coram eodem Ordinario loci conveniendi erunt, non coram Conservatore; cujus proinde Acta nulla sunt: Idque, ut omnibus, quorum interest, certo constet de Electione Conservatoris, & ejusdem Electionis die, sicque tollantur fraudes, quæ in hac materia contingere poterunt, ut notat *Peyrin. §. 5. n. 31. Pellizz. n. 86. Matthæucc. in Offic. Cur. Episcop. cap. 15. n. 8. & alii.* Assertio manifesta est tum ex Decla-

5 ratione Sacræ Congregationis jussu Gregorii XIII. apud *Quarantam Verb. privilegia Regularium, pag. 514. Sorbum in Compend. tit. Conservatores pag. 158. & Peyrin. §. 5. n. 30.* ibi: [Gregorius XIII. omnibus Regularibus concessit, ut in Civitatibus Italiæ sibi Conservatores eligerent, coram quibus convenirentur; semelque electi, non nisi in Capitulis provincialibus mutarent: eorumque nomina intra mensem a die Electionis Episcopis locorum Ordinariis indicarent, alioquin coram

6 ipsis Ordinariis conveniri possent.] Tum ex Constit. cit. Gregor. XV. §. 7. ubi sic: [Ejusque Electionis, seu Assumptionis documentum infra tempus hujusmodi (id est in Italia infra duos menses, extra Italiam vero infra sex menses, a die publicationis in Urbe præsentis Constitutionis ineboandos) penes Acta Curiæ Ordinariorum exhibere, & dimittere teneantur: alioquin eo termino elapso, quamdiu Conservatores secundum formam præsentis Constitutionis non elegerint, coram eisdem Ordinariis conve-

7 niantur.] Tum demum ex Declaratione Congregationis specialiter deputatæ ab Innocentio X. *in causa Angelopolitana anno 1649.* ubi proposito dubio [An Regulares, gravati ære alieno, vel ad ratiocinia obligati, vel Testamentorum executores, possint conveniri coram Ordinario, si Conservatores non nominaverint infra tempus habile, ab Ordinario præscriptum.] Congregatio respondit: [Regulares in causis præfatis coram Ordinario loci esse conveniendos, si ad præscriptum Constitutionis Gregorii XV. Conservatores non elegerint, ipsumque Electionis documentum infra præfinitum tempus in Actis Curiæ ipsius Ordinarii non exhibuerint.] Et proposito alio dubio: [An Conservatores nominati, & electi a Regularibus, ante exercitium suæ Jurisdictionis teneantur, Electionis authenticum documentum exhibere coram Ordinario sub pœna nullitatis Actorum?] Eadem Congregatio respondit: [Utique teneri.]

Unde notat *Barbos. de Offic. & pot. Episc. p. 3. alleg. 106. n. 7.* cum olim ante Constitutionem Gregorii XV. Conservatorum Regularium privilegium extenderetur ad tres dietas, & sic posset eorumdem Conservatorum Jurisdictio ad plures Episcopatus extendi, debebat tunc Electio, & depositio Conservatoris per dimissionem Instrumenti prædictam notificari non solum Ordinario loci, in quo existebat Monasterium conservandum, sed etiam reliquis Ordinariis, ad quorum Diœceses extendebatur Conservatoris Jurisdictio. Idque ex Declaratione Sac. Congreg. Concil. sub die 11. *Julii* 1620. Quod hodie post Constitutionem Gregorii XV. etiam servandum esse, docet *Pasqualig. in Addit. ad Lauret. de Franchis tit. de Conservat. qu. 7. n. 840.* 8

Oppositum tamen Pasqualigo contendit Card. de Luca *disc. 57. de Regul.* ubi docet, cum Episcopo dumtaxat loci, ubi situm est Monasterium principale, servati debere exhibitionem, & depositionem Instrumenti prædicti; nec requiri, quod cum aliis servetur Episcopis, in quorum Diœcesibus adsunt ejusdem Monasterii Grangiæ, seu membra, vel bona. Neque id officere, quominus in dictis Grangiis, seu Membris, & Bonis, in aliarum Diœcesum locis existentibus, jurisdictionem habeat, suasque facultates exerceat Conservator. 9

Sed quidquid sit de hac Controversia inter *Pasqualigum & Cardinalem de Luca*, quæ sane est de falso supposito cum uterque supponat posse hodie post Constitutionem Gregorii XV. Regularium Conservatorem suam extendere potestatem ultra Civitatem, seu Diœcesim pro qua deputatur: quod falsum esse insinuavimus supra *art. 3. ass. 2. §. dicitur 3.* innuemus *seq. art. 14. & 15. asser. 1.* & randem firmabimus *art. 23.*

Assertioni nostræ opponitur primo *Donatus qu. 23.* cui patrocinatur *Pasqualig. Centur. 2. quæst. Moral. Canonic. qu. 178. per totam*, contendens, quod, si Regulares omittant exhibere, & dimittere hujusmodi Electionis documentum in Actis Curiæ Ordinarii loci, non proinde debeant coram ipsomet Ordinario conveniri, quemadmodum si Conservatorem omittant eligere: sed omnino coram electo Conservatore conveniendi sint: cujus proinde Acta valida erunt, & subsistent. 10

Probat opinionem suam *Donatus* ex eo, quia exhibitio, & dimissio documenti Electionis non est de substantia Electionis prædictæ; ideoque si nullus error in forma Electionis habeatur, etiamsi documentum Electionis Regulares in Actis Curiæ Ordinarii loci non exhibuerint nec dimiserint, 11

dimiserint, non coram ipsomet Ordinario, sed coram Conservatore n se electo conveniri debent. Quod autem exhibitio, & Dimisio Electionis in Actis dictæ Curiæ non sit de substantia Electionis, inde suader: quia formn Electionis tota, quanta in §. 2. & 3. Gregorianæ Constitutionis præscribitur: uodein 4. §. subnectit Pontifex: [Et nihilominus qui secus, quam juxta formnm superius præscriptam &c.] Sed in dictis §. 2., & 3. nullum fit verbum de exhibitione, & dimissione documenti electionis. Ergo &c. Quod magis patet ex illis verbis §. 6. [Insuper Sanctitas sua &c. statuit, & ordinavit, ut Regulares &c. debeant sibi eligere, seu assumere Conservatores juxta formam superius præscriptam,] idest §. 2. & 3. Et ex aliis, quæ deinde subdit §. 7. [Ejusque electionis, seu assumptionis documentum penes Acta Curiæ Ordinariorum exhibere, & dimittere tenesntur.] Ubi, ut liquet, distinguit Pontifex electionem Conservatoris ab nxhibitione, & dimissione documenti electionis: additqun pœnam adversus non eligentes intra præfixum tempus juxta formam propositam, non autem contra non exhibentes documentum electionis jam factæ in *dic.* §. 7. sic: [Alioqnin eo termino elapso, quamdiu Conservatores secundum formam præsentis Constitutionis non elegerint, coram eisdem Ordinariia conveniantur.] Non enim, ut notnt *Cespedes de Exempt. Regul. c. 22. dub. 3. n. 6.*, dicit Constitutio, quamdiu penes Acta Curiæ documentum electionia non exhibuerint, & dimiserint, coram eisdem Ordinariis conveniantur; sed quamdiu secundum formam præscriptam non elegerint.

12 Opponitur secundo *Nidus de Conserv. Regul. c. 1. partic. 6.* contendens, non esse de electionis Conservatoris essentia, qnod Ordinario notificetur intra mensem. Et pro se laudat *Barbastrens. in Pastorali p. 1. clans. 6. n. 2.*, *Passerinum n. 310.*, *Donatum, ubi supra, & alios*. Probat, ut Donatus, suam Opinionem n. 2., perscrutando seriem, & verba Gregorianæ Constitutionis, sic: Summus Pontifex in §. n., & 3. dictæ Constitutionis, spectantia ad electionis Conservatoris substnntiam præmiserat, decernendo in Judices Conservarores eligi non posse, nisi in Ecclesiastica Dignitate constitutos, Judicesque Synodales, habentes qualitates requisitas, ac descriptas in *c. Statutum, de rescript.* Quæ autem sequuntur in §. 5. circa Conservatoris electionem infra spatium duorum mensium in Italia, sex extra Italiam, nec non exhibitionem documenti penes Acta Curiæ Ordinariorum, ad ipsius substantialem formam minimn spectant. Siquidem, duobus illis mensibus transactis, Regulares adhuc Conservatorem eligere possunt: eodemque sub tenore statuitur, ut Regulares infra spatium duorum, sexve mensium respective, Conservntorem eligant, & quod documentum electionis hujusmodi penes Acta Curiæ Ordinariorum exhibeant. Si ergo de electionis substanria non est, quod ipsa fieret infra duos menses, & pro nunc, futurisque temporibus statutum illud non obligat, datumque fuit dumtaxat pro illo tempore, quo Constitutio condita fuit, omnesque præcedentes Conservatorum electiones, assumptionesque annullatæ fuerant; neque erit de ejusdem forma substanriali exhibitio Documenti Electionis penes Acta Episcopalis Curiæ.

13 Confirmat suam opinionem *Nidus n. 3.* Forma substantialis actus est illa, quæ clausulam habet irritantem, *arg. l. Non dubium, & l. fin. c. de leg. Fr. lin. c. cum dilecta, de rescript., & alii communiter.* Sed in §. 7. Gregorianæ Constitutionis, ubi fit sermo de exhibitione documenti electionis Conservatoris, factæ a Regularibus non ponitur clausula irritans, sed solummodo dicitur: [alioquin eo termino elapso, quamdiu Conservatores secundum formam præsentis Constitutionis non elegerint, coram Ordinariis conveniantur.] Secus est in §. 3. ibi enim legitur clausula irritans, in hisce verbis contenta: [Et, siquæ, literæ aliter expedientur, illæ, ne deputationes hujusmodi, omnisque inde sequuta, nullius sint roboris, vel momenti.] ergo &c.

Unde (pergit laudatus *Nidus n. 4.*) *Passerin.* 14
n. 313. scribit, quod si, transacto mense, Conservatoris electio notificata non fuerit, & Regulares habeant Conservatorem; sufficit, ut ipsum notificent, dum coram Ordinario citati fuerint. Immo secundum praxim a *Farinacio* laudatam in *c. Siquis Clericus q. 12. n. 40. de For. compet.*, Episcopi est, prius quam aliquem citet, notificare Regularibus, ut si Conservatorem non habeant, illum eligant. Satque est Conservatorem eligere, postquam Actor libellum coram Ordinario porrexerit, antequam manum apponat, ne Regulares Episcopus citet &c. Et *Cevallos de comm. cont. Crim. q. q. 897. nn. 816.* refert, in Tribunali Ecclesiastico Toletano praxim fuisse, quod prius proponeretur libellus coram Vicario Generali, ut Reus Religiosus intra breve tempus Conservatorem nominaret; quo tempore elapso, coram Judice Ordinario causa discuteretur: factaque notificatione, si Conservator nominetur, ad eum Actor recurrere tenetur; ac coram suo Notario actionem proponere debet. [Quod tene menti (ait *Cevallos n. 815.*) ne erres in jure, & praxi.] Huc usque laudatus *Nidus*.

Verum hæc *Nidi*, sicut & præcedens Donati sen- 15
tentia non subsistit: quamvis enim exhibitio, & dimissio Instrumenti Electionis penes Acta Curiæ Ordinariorum non ingrediatur constitutive formam, seu substantiam, & essentiam Electionis, est tamen de forma, de substantia, & de essentia ipsiusmet Electionis, ita nimirum, ut ea exhibitione deficiente, deficiat consecutive Electio; quemadmodum essentiali proprietate, vel conditione deficiente, consequitur defectus formæ, substantiæ, & essentiæ, ut tritum est apud Scholasticos. Deficiente autem Electione, deficit Conservator Electus, unde ipsius gesta nulla sunt. Quod non gratis à nobis asseritur; sed ne dicatur Constitutio Gregorii XV. opponi Decreto Sacræ Congregationis, jussu Gregorii XV. emanato; neque aliæ Sacrarum Congregationum Declarationes contrariari dicantur Gregorianæ Constitutioni, quam exponunt; neque nos communi Doctorum Sententiæ ita Constitutionem Gregorianam interpretantium, Sacrarumque Congregationum decisionibus adversemur.

Opponitur tertio *Cespedes loc. sup. cit.*, conten- 16
dens Regulares non teneri, exhibere, & relinquere penes Acta Curiæ Ordinariorum Documentum Electionis factæ sui Conservatoris, sed illam dumtaxat Ordinariis indicare: Quia licet Gregorius XV. in sua Constitutione decreverit: [ejusque Electionis, seu Assumptionis Documentum intra tempus ejusmodi penes Acta Curiæ Ordinariorum exhibere, & dimittere teneantur;] loquitur tamen de Electionibus, quæ fiunt infra dictum tempus, seu bimestre in Italia, & semestre extra Italiam, a die publicationis in Urbe suæ Bullæ inchoandum; non vero de reliquis Electionibus, post dictum tempus imposterum faciendis: & sic exhibitio, & dimissio præfati documenti non est de sub-

stantia Electionis Conservatoris: quamvis teneantur infra mensem a die Electionis, indicare Ordinario nomen Conservatoris Electi; secus coram ipso Ordinario conveniri queunt, ut declaravit præcitata Sacra Congregatio jussu Gregorii XIII. per illa verba: [Eorumque nomina intra mensem a die Electionis Episcopis locorum Ordinariis indicarent: alioquin coram ipsis Ordinariis conveniri possent.]

17 Sed neque hæc opinio *Cespedis* subsistit, tum propter dicta contra *Donatum*, & *Nidum*: tum etiam, quia mere indicare Ordinario nomen Conservatoris electi, non autem Instrumentum Electionis penes illum dimittere, satis non est ad intentum, ut nimirum omnibus, quorum interest, certo constet de Electione Conservatoris, ejusque Electionis die; sicque tollantur fraudes, quæ in hac materia contingere poterunt, ut ponderat supra laudatus *Peyrinus*; facile enim concepta Electionis notitia de mente Ordinarii, compluribus negotiis fatigata, dilabi potest.

18 Opponitur 4. *Chiavetta loc. sup. cit. n. 6.* opinans, in hoc standum esse Diœcesum praxi. Unde in Synodo Panormitana, celebrata anno 1681. ab Illustrissimo Archiepiscopo de Palafox, *p. 4. c. 6. n. 98.* sic decernitur: [Ejusque electionis Documentum intra mensem penes Acta Curiæ nostræ exhibere, ac deponere teneantur: alioquin eo termino elapso, quamdiu juxta formam Gregorii XV. præscriptam non elegerint, coram nobis conveniantur.]

19 Sed neque hæc *Chiavettæ* opinio potest sustineri, tum propter Decretum irritans Constitutionis Gregorii XV. quod omnem consuetudinem, præscriptionem, & praxim in oppositum irritat, ut superius non semel dictum est, præsertim *art. 1. asser. 3. §. dicitur 7. fin.* tum etiam, quia ita praxis Diœcesum observat, quod nimirum Electionis Conservatoris Documentum penes Acta Curiæ Ordinariorum deponatur. Nec Synodus Panormitana Illustrissimi de Palafox Archiepiscopi novam legem condit in subjecta materia, sed antiquam Gregorianam exponit, illamque a Regularibus custodiendam inculcat sub pœnis, in Gregoriana Constitutione contentis.

20 Dico III. Electio prædicta fieri debet, unius, vel multiplicis Judicis Conservatoris, prout necessitas postulaverit Monasterii. Possunt enim plures esse alicujus religiosi loci Conservatores, scilicet vel in solidum dati, seu sub illa forma: [Ut omnes, vel duo, aut unus eorum:] aut alia consimili: ut si dicatur, quod [Quilibet eorum in solidum judicare possit:] vel [quod alter alterum non expectet, vel requirat.] Aut etiam cum clausula [Quod si non omnes:] vel illa [Vos, aut alter vestrum] juxta Text. in *c. cum plures, cum not. ibi per Glossam communiter receptam, v. consimili, & v. potest, de Offic. Deleg. in 6.* per quem textum plures in hujusmodi casibus dari posse Conservatores, supponit *Glossa*, sicut & in cap. fin. *v. expirare, de Offic. item Deleg. in 6.* Vel dati simpliciter, seu simul, sive conjunctim, sive de cetero expresse, sive tacite, quia simpliciter pluribus commissio fiat, juxta text. in *c. causam Matrimonii, c. cum causa, & c. penult. de Offic. Deleg.* Assertio nedum est de Jure antiquo, sed de Jure etiam novo privilegiorum, ut notat *Lezana loc. cit. n. 82.* immo & de Jure novissimo, ut notant alii: quia quantum est ex vi privilegiorum Regularibus, concessorum, per Constitutionem Gregorii XV. neutiquam restrictorum, quorum verba valde ampla sunt, possunt simul plures personæ in Conservatores Regularium deputari: adeoque stando etiam in dictis privilegiis, & in Constitutione Gregoriana, possunt Regulares, uno Conservatore designato, alium etiam deputare: ut de facto in Indiis Occidentalibus in sui Conservatores deputarunt adversus Episcopum Angelopolitanum Patres Societatis Jesu Priorem Conventus Sancti Dominici, & Definitorem Capituli Generalis ejusdem Ordinis, sciente, & non reprobante Cardinalium Congregatione, specialiter deputata ab Innocentio X., ut non semel retulimus supra. Verum

Adnotandum est hic, quod si duo, vel plures 21 Conservatores præfati simpliciter eligantur, vel dentur; alter sine altero procedere poterit, ac si uterque datus in solidum censeatur. Licet enim datis simpliciter duobus Delegatis ad unam causam, ita censeantur simul Delegati, ut unus sine altero nequeat valide procedere, vel sententiam ferre, *c. cum causa, c. causam Matrimonii, c. prudentiam, & c. penult. de Offic. Deleg.* Secus tamen, duobus, vel pluribus ad Universitatem causarum delegatis, etiam simpliciter; ut sustinet communis sententia, cui adhæret *Gloss. in L. si uni ff. de re judic. & ibi Bart., ac in L. 1. §. si plures, ff. de exercit. act. & post alios Felinus dic. c. causam num. 8. Menoch. de Arbitr. Jud. q. 67. n. 53. Alex. dic. L. si uni, testans de communi, & Dec. cit. c. causam nu. 9. & 10.* Tum ex eo, quia Delegati ad Universitatem causarum æquiparantur Ordinariis: sed Jurisdictio Ordinaria, duobus concessa simpliciter, censetur data in solidum, ut probat *text. in L. unic. ff. de Offic. Consul.* Unde de Judicibus Universalibus idem docet *Menochius lib. 2. præsumpt. 58. n. 8. & Vant. tract. de Nullitate tit. de Nullit. sent. ex defect. Jurisdic. Ordin. n. 176.* Ergo &c. Tum ex dic. §. *si plures*, ubi plures Præpositi exercentes plura negotia, censentur habere potestatem in solidum; cum secus sit in Procuratoribus, deputatis ad causas particulares, *L. si pluribus, ff. de Procur.*

Sed hæc sententia quamvis probabilis videatur 22 *Monetæ c. 7. q. 1. n. 43.* probabilior tamen videtur opposita, quod scilicet duo, vel plures Delegati simpliciter ad Universitatem causarum, censeantur dati non in solidum, sed simul, ita ut unus sine altero procedere, aut sententiam ferre non possit. Pro qua citat *Decium in c. causam n. 10. de Appell. & c. Prudentiam n. 13. de Offic. deleg. Imola l. si uni ff. de re jud. Abbatem dic. c. Causam n. 7. c. prudentiam n. 13. & c. fin. n. 18. & 19. de sent. & re judic. cum aliis.* Concludit tamen, se in eo casu priorem opinionem communem facile admittere, ubi duo illi, aut plures Conservatores dati sint tanquam Ordinarii, ut quia ii, quibus dantur, sint omnino exempti a Jurisdictione Ordinarii loci: in quo casu, ait, omnino urget primum præcipue fundamentum prædictæ prioris sententiæ.

Sed quamvis Judices Regularium Conservato- 23 res attento Jure antiquo, sint Delegati ad Universitatem causarum; attento tamen Jure novo, & novissimo, sunt Judices Ordinarii, eorumque Regulares conservandi omnino exempti a Jurisdictione Ordinarii loci: ergo quamvis communi sententiæ prævaleret opinio particularis *Monetæ* de Conservatoribus Delegatis, non ita tamen de Conservatoribus Regularium exemptorum Ordinariis.

Sed hic difficultas consurgit non importuna: an 24 nimirum pro necessitatibus Fratrum particularium, possint illi speciales sibi Conservatores nominare; quemadmodum generalem nominant pro necessitatibus totius Conventus; & sic duos habere Conservatores, generalem unum pro necessitatibus totius Conventus, particularem alium pro particula-

sibus

tribus suis necessitatibus; quemadmodum duos habere potest Conservatores Conventus: an vero teneantur uti Conservatore totius Conventus. Et circa hoc punctum non una, eademque est Doctorum sententia.

25 Affirmat siquidem *Anton. a Spiritu Sancto in Direct. Regul. p. 1. tr. 2. d. 1. sect. 4. §. 3. n. 198.* ex Bulla Sixti IV. pro Carmelitis discalceatis §. 107. ibi: [Ac eisdem Fratrum gloriosissimæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli Ordini, illiusque Domibus, & Professoribus in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes &c.] Sancti Pii V. pro Dominicanis §. 14. ubi sic: [Et ut Fratres, & Moniales a præmissis molestiis, & perturbationibus sublevati &c. tum eos omnes, & singulos supradictos, quam quascumque alias personas &c. per eosdem Fratres, seu Moniales, ac dicti Ordinis Superiores, & Domorum Priores, ac eorum singulos pro tempore eligendos in eorum, & dictorum eorumdem privilegiorum &c.] Julii II. pro Minimis, in qua legitur: §. 9. [Quodque Fratres dicti Ordinis Conservatores Minimorum, etiam Canonicos Cathedralium Ecclesiarum, & Officiales, ac Vicarios ipsorum sibi eligere &c.] Clementis VII. pro iisdem Minimis, in qua §. 2. habetur: [Prædictis Generali, Provincialibus, & aliis Correctoribus, & Fratribus efficacis defensionis præsidio assistentes &c.] Ejusdem Clementis pro Alcantarensibus, ibi: [Facturis dicto Carolo, & pro tempore existenti Administratori &c. Militibus, Fratribus, Personis &c., cum ab eis, vel Procuratoribus suis, vel eorum aliquo fueritis requisiti &c.] & Gregorii XIII. pro Jesuitis §. 2. ibi: [Societati, & singulis ejus personis.] & §. 3. [Cum ab iisdem Societate, aut Personis, vel Procuratoribus suis, aut aliquo ex eis forent requisiti &c.]

26 Negat tamen Cardinalis *De Lugo in Respons. Moral. leg. 4. dub. 38. numer.* 14. de Scholari Societatis Jesu, (& eadem est ratio de reliquis particularibus Jesuitis, & aliorum Ordinum particularibus Religiosis) contendens, non posse hodie post Constitutionem Gregorii XV. eligere sibi specialem Conservatorem, diversum a Conservatore Collegii, vel Domus, ubi residet; sed illum Collegii, vel Domus, ad quam ipse pertinet, adire debere; quidquid sit, an antea poterat ex Constitutione laudata Gregorii XIII.

Movetur autem *Delugo* ex eo, quia Gregorius XV. in præcitata Constitutione, abrogatis omnibus privilegiis, novam formam præscripsit eligendi Conservatorem, sine qua Conservator electus non sit legitimus: videlicet quod unus ex Judicibus nominatis in Synodo deligatur a Regularibus, idest ab ipso Conventu: ejusque electio penes Acta Curiæ Ordinariorum legitimo documento exhibeatur, & dimittatur: nec intra quinquennium sine legitima causa mutetur. Ergo nequit alius eligi ad specialem causam unius particularis personæ; sed ille, qui electus fuit a Conventu, videtur electus ad omnes causas intra illam Diœcesim agitandas. Item decrevit laudatus Pontifex in eadem Constitutione debere Regulares, quoties rei fuerint, coram hujusmodi Conservatore, sic electo conveniri. Ergo hic est Judex universalis, ad omnes eorum causas. Quod colligi potest ex Bulla Clementis VII. apud *Casarubium in Compend. privil. Mendic. Verb. Procuratores Fratrum, Emman. Rodriq. tom. 3. q. regul. q. 39. art. 4. & Lezanam t. 2. cap. 40. n. 66.* ubi Procuratori, & Syndico Minorum indulgetur, ut non possint conveniri, nisi coram Judice Conservatore illius Conventus, seu Domus, cujus fuerint Procuratores, aut Syndici. Supponit ergo Pontifex, Conservatores non debere esse plures pro numero Conservandorum; sed unum eumdemque pro tota Domo, & Conventu, coram quo debeant omnes, & singuli judicialiter conveniri. Sic propriam opinionem negativam evincit *De Lugo*.

27 Ego tamen mediam arbitror inire viam, & aliquid utrique sententiæ dare, aliquid vero detrahere. Puto igitur, posse adhuc post Constitutionem Gregorii XV. Religiosos particulares eligere sibi pro peculiaribus necessitatibus Judicem suum Conservatorem, sed ubi Conservator totius Domus satis non sit ad efficax præsidium illis exhibendum, vel propter negotiorum Monasterii turbam, juxta tritum illud:

Pluribus intentus, minor est ad singula sensus:

Vel aliunde: secus tamen, ubi Domus Conservator poterit, cunctis nedum Communitatis, sed peculiarium quoque Religiosorum necessitatibus sufficienter prospicere. Et sane ubi nulla particularibus Regularium personis urget necessitas, particularem Conservatorem eligendi, eo quia Conservator Generalis Monasterii potest illis sufficienter consulere, etiam in sensu conjuncto cum negotiis Monasterii; non est, cur Generali Conservatore posthabito, qui de Jure est, ad particularem deveniatur, qui est per privilegium; totque Conservatores eligantur, quot sunt personæ religiosæ domus conservandæ: & non nisi supervacanee, videretur a Summis Pontificibus concessum privilegium peculiaribus Regularium personis, designandi pro suis necessitatibus Conservatorem peculiarem, ubi pro illis jam satis superque prospectum est a Jure per Conservatorem Generalem; ergo ubi nulla urget necessitas particularibus Regularium personis, deputandi Conservatorem particularem, nequit hic deputari, sed ad Generalem recurrendum. Et in hoc sensu bene procedit negata Lugonis sententia adversus Antonium a Spiritu Sancto. Quod si necessitas urgeat, eligendi particularem Conservatorem, eo quia per generalem non satis prospiceretur negotiis alicujus regularis personæ; videtur alienum a paterna Benignitate Gregorii XV. quod voluerit in hoc casu per suam Constitutionem privilegium, a prædecessoribus Pontificibus religiosis personis indultum, designandi pro suis particularibus necessitatibus particularem sibi Conservatorem abrogare, nec sine maximo earumdem dispendio; cum idem foret in proposito, generalem Conservatorem habere, qui satis non esset earumdem necessitatibus, ac nullum Conservatorem habere. Atque in hoc sensu bene subsistit Antonii a Spiritu Sancto contra Lugonem affirmativa sententia.

Nec argumenta pro negativa sententia multum urgent. Respondetur siquidem

28 Ad primum, concesso antecedente, distinguo consequens: ergo nequit alius eligi ad specialem causam unius particularis personæ; sed ille, qui electus fuit a Convantu, videtur electus ad omnes causas intra illam Diœcesim agitandas, ubi hujusmodi Conservator a Conventu electus, satis erit ad specialem causam particularis personæ, concedo; secus, nego consequentiam.

29 Ad secundum distinguo eodem modo antecedens: debere Regulares, quoties rei fuerint, coram hujusmodi Conservatore sic electo conveniri, ubi hic fuerit satis, & Monasterii negotiis, & causis Religiosorum particularium, concedo: secus, nego antecedens, & in eodem sensu consequentiam.

30 Ad tertium denique concesso antecedente, distinguo consequens: supponit Pontifex, Conservatores non debere esse plures pro numero conservandorum, sed unum, eumdemque pro tota domo, & Conventu, ubi hic sufficiens fuerit; concedo; sin minus, nego consequentiam.

31 Dico IV. Electio Conservatoris Regularium facienda ab ipsis fuit in Italia infra duos menses; extra Italiam vero infra sex menses a die publicationis in Urbe Constitutionis Gregorii XV. ita nimirum, ut si intra dictum tempus facta non fuerit, Regularium causæ coram locorum Ordinariis fieri debuissent. Atque ita laudata Constitutio Gregorii XV. §. 7.

Quamvis deinde quandocumque Regularibus libuerit, Electio Conservatoris intra præfinitum tempus neglecta, fieri valeat: sed, usque dum fiat, coram locorum Ordinariis conveniendi sunt, ut docent passim Doctores cum *Antonello de regim. Eccles. t. 7. c. 2. n. 13. Lezana p. 1. tit. 3. n. 58. Passerin. in c. Hac Constitutione q. unic. num. 283. Ant. a Spiritu Sancto in direct. Regul. tr. 2. disp. 1. sect. 4. §. 3. n. 205. & Nido de Conserv. c. 1. partic. 4. n. 4.* Et definitum habemus a Sacra Congreg. Concil. in *Neapolitana 18. Septembris 1627. apud Barbos. in Sum. Decis. Apostolic. Verb. Conservator n. 13.* & a Congregatione specialiter deputata ab Innocentio X. in causa Jesuitarum cum Episcopo Angelopolitano, de qua non semel supra. Proposito enim dubio: [An Regulares, gravati ære alieno, vel ad Ratiocinia obligati, vel Testamentarum executores, possint conveniri coram Ordinario, si Conservatores non nominaverint infra tempus habile?] Congregatio respondit: [Regulares in causis præfatis coram Ordinario loci esse conveniendos, si ad præscriptum Constitutionis Gregorii XV. Conservatores non elegerint, ipsumque Electionis Documentum infra præfinitum tempus in Actis Curiæ ipsius Ordinarii non exhibuerint.

Demum ab Urbano VIII. in Constit. *Exponi* pro Ordine Hospitalari S. Joannis de Deo 3. *Martii* 1640. qua declaratur §. 4. non obstante, quod Fratres dicti Ordinis Conservatorem minime nominarint intra tempus, a Constitutione Gregorii XV. præfinitum, adhuc [prædictos posse in vim dictæ Constitutionis, quandocumque sibi libuerit, eligere, seu assumere Conservatores. Ceterum donec eos elegerint, seu assumpserint, posse coram Ordinariis locorum in quorum Diœcesibus dictorum Fratrum Conventus existunt, conveniri.]

32 Atque hic notat Card. *De Lugo in Respons. Moral. l. 4. dub. 38. q. 2. n. 6. & 7.* hodie post dictam Constitutionem Gregorianam, Ordinarium, coram quo ex citata Constitutione, conveniri necessum est Regulares, qui debito tempore, vel secundum formam ipsius Constitutionis Conservatorem non elegerunt, habere Jurisdictionem in Regulares præfatos in omnibus causis, Civilibus, Criminalibus, & Mistis, in quibus injuriæ, & violentiæ manifestæ, & notoriæ non sint, adeoque necessaria sit judicialis indago, quando ipsi rei fuerint, & conventi: quando vero Actores in omnibus prædictis causis, in quibus tamen injuriæ, & violentiæ manifestæ, ac notoriæ sint. Et jure quidem; nam Ordinarius hodie subrogatur in locum Conservatoris: subrogatum autem sapit naturam, & conditiones ejus, in cujus locum subrogatur, ut patet ex allegatis *per Everardum in loco, ff. vi subrogationis*. Cum ergo Conservator hodie in omnibus prædictis causis jurisdictionem habeat, ut diximus *art. 3. asser. 2. n. 9.* & fusius dicemus *art. 22. asser. 1. & art. 21. asser. 2. Resol.* 1. eamdem penitus ordinariam habebit Ordinarius, in locum Conservatoris subrogatus. Quod videtur manifeste deduci ex prædicta Constitutione §. 7. ibi: [Alioquin eo termino elapso, quamdiu Conservatores secundum formam præsentis Constitutionis non elegerint, coram iisdem Ordinariis conveniantur.] Et §. 4., ubi additur pœna contra transgressores, carendi nimirum Conservatore per annum: [Careant Conservatore ad annum, ita ut *illorum causæ* interea coram locorum Ordinariis dumtaxat cognosci, ac definiri debeant.] Quæ verba, notat *De Lugo*, manifeste universalia sunt, & ad omnes causas, non dum Criminales, sed etiam Civiles & mistas extenduntur.

Dico V. Electio Judicis Conservatoris Regularium facienda est juxta formam, ne dum a Jure antiquo, sed etiam a Jure novo præscriptam; adhibita tamen moderatione, facta a Jure novissimo per Constitutionem Gregorii XV. adeoque facienda quoque est juxta formam a Jure novissimo stabilitam, præsertim §. 2. ubi nimirum statuitur eligenda persona idonea, seu præstans ætate, probitate, & doctrina; in ecclesiastica Dignitate constituta; quæque insimul sit Judex Synodalis, pro ut illam descripsimus *articulo* 21. & quidem sub pœnis §. 3. & 4. comminatis, sic: [Quodque, deinceps Literæ Conservatoriæ, per Sedem Apostolicam concedendæ, suprascriptis tantum dirigantur: & siquæ Literæ aliter expediantur, illæ, ac deputationes hujusmodi, omniaque exinde sequenda, nullius sint roboris, vel momenti, Et nihilominus qui secus, quam juxta formam superius præscriptam Conservatores hujusmodi cum effectu eligere, nominare, seu deputare, aut electis, nominatis, seu deputatis uti ausi fuerint, Regulares quidem voce activa, & passiva sint ipso jure privati, adeout habilitationem a nemine, præter quam a Romano Pontifice consequi valeant; reliqui vero aliis pœnis arbitrio Sanctitatis suæ coerceantur, prædictorum omnium Conventus, Monasteria, ac Loca hujusmodi, eorumque Personæ, ac Bona careant Conservatore ad annum, ita ut illorum causæ interea coram Locorum Ordinariis dumtaxat cognosci, ac definiri debeant.] 33

Atque hic notandum ex *Bordono q. 14. nu. 18.* privationem utriusque vocis, quam ipso jure Regulares contraventores incurrunt, Judicem Synodalem non eligendo, etsi Papæ reservatam; posse nihilominus tolli a Superiore Majori; cum idem Gregorius XV. qui die 20. *Septembris* 1621. memoratam Constitutionem publicavit, postmodum die 16. *Octobris eodem anno* 1621. omnia Patrum Theatinorum privilegia confirmavit; sicque Regularibus per hujusmodi Confirmationem restituerit facultatem, ipsis per dictam Constitutionem ablatam, dispensandi super inhabilitate præfata. 34

Dico VI. Electio Judicis Regularium Conservatoris facienda est ad quinquennium, a die legitimæ Deputationis computandum, & non infra. Sic enim colligitur ex §. 8. laudatæ Constitutionis Gregorianæ, ibi: [Durante quinquennio a die deputationis amoveri, aut mutari nullatenus possint, aut valeant.] Quod sane quinquennium exprimi debet in publico Electionis Instrumento, ut, eo elapso, penitus expirat, etiam quoad negotia cœpta, Conservatoris Officium, aliusque instituatur Conservator, juxta ea, quæ inferius dicturi erimus *art. 23. asser.* 1. Quod non contingeret, si quinquennium non exprimatur. Atque ita notat *Peyr. in Formulario Prælat. Regul. c. 20. litera C. ad formam eligendi Conservatorem n. 2.* per illa verba: [Noto II. quod illa clausula, *pro futuro dumtaxat* 35

taxat

tuant quinquennio, significat, quod jurisdictio, isto tempore elapso, finitur etiam quoad negotia inchoata, *Jo. Andr. in cap. fin. de offic. deleg. in 6. Mendos. de signat. grat. tit. Conservatoria, vers. Addi deberet*. Alioquin enim, omissa ejusmodi clausula, quo ad negotia saltem cœpta perpetuò durabit jurisdictio, ut ait *Mandos. cit.*, & *Chokier de Exempt. p. 1. q. 39. n. 18.* Unde consulo, ut semper dicta clausula in Conservatoriis apponatur propter inconstantiam humanæ vitæ. Nam, eo tempore finito, in libertate eligentium est, dictam jurisdictionem prorogare, *Chokier de Conserv. p. 2. q. 7. n. 7.*] Hactenus *Peyr.*

Opponuntur tamen nonnulli, contendentes necessariam non esse in electionis Instrumento præfactam expressionem quinquennii: ex eo moti, quia, ut docent *Barbastren. in Pastorali p. 1. claus. 7. n. 3.* & *Donat. q. 38.* electionem Conservatoris, etiam absque expressione quinquennii factam, de se elapso tali tempore expirare, nedum quo ad negotia non cœpta, sed etiam quo ad jam cœpta, sicque Conservatorem, quantumvis ad quinquennium expresse non electum, terminato quinquennio, seu re integra, sive etiam non integra, ex se a suo munere deficere.

36 Sed communis Doctorum sententia cum *Barbos. de Offic. & pot. Episcop. alleg. 106. n. 51. & in Trident. c. 5. sess. 14. n. 10. Emm. Rodriq. q. 65. art. 6. & 9. Formos. in c. Si Clericus, de For. Compet. q. 12. n. 47. Passerin in c. Hac Constitutione n. 251. Pellizz. q. 12. n. 10. & Nido c. 1. partic. 8.* nobiscum docet, electionem Conservatoris, absque dicta clausula factam, elapso quinquennio, in suo robore perseverare, etiam re integra: atque adeo Conservatorem, sine dicta clausula electum, terminato quinquennio, etiam re integra, in suo munere persistere. Profecto cum destitutio Conservatoris sit odiosa, quemadmodum ex adverso favorabilis est ejusdem institutio, sine textu expresso induci non debet. Hujusmodi autem textus, inducens destitutionem Conservatoris Regularium per lapsum quinquennii nec in Jure antiquo, nec in novo Tridentini, & privilegiorum, aut in Stylo Cancellaria, neque in novissimo Constitutionis reformatoriæ Gregorii XV. reperitur. Ergo &c. Et quidem

37 Non in Jure antiquo; vi cujus Officium Conservatoris expirat per obitum concedentis re integra, non vero re non integra, ut expresse definitur in *cap. fin. de Offic. deleg. in 6.* ibi: [Officium autem quorumcumque Conservatorum ipso jure quoad non incepta negotia per obitum concedentis volumus expirare.] Ubi *Gloss. v. Quorumcumque*, hoc procedere ait, in omnibus Conservatoribus, seu de cetero datis ad conservationem privilegiorum, aut ad defendendum a manifestis injuriis, sive alio modo. Cujus ratio esse potest, quia de Jure antiquo Conservator est Judex delegatus: jurisdictio autem Judicis delegati de se perpetua non est, sed temporalis, & morte concedentis expirat re integra, secus tamen re non integra.

38 Non in Jure novo Tridentini; utpote quod *sess. 14. c. 5.* dum statuit: [Nemo etiam similium literarum (Conservatoriarum videlicet) beneficio ultra quinquennium gaudere possit;] de Conservatoribus Regularium sermonem non habet, ut optime notant *Monet. de Conserv. c. 10. n. 323. Flav. Cherubin. in Schol. ad Constit. 34. Pauli V. incip. Religiosorum sub suavi. Emm. Rodriq. q. 65. art. 6. & alii*: censuitque Sacra Congregatio ejusdem Concilii, teste *Jo. Franc. de Leone in Thesaur. for. Eccles. p. 3. c. 39. n. 58.* Immo expresse Conservatorias excipit Regularium ipsum Concilium laudato capite sic: [Universitates autem generales, ac Collegia Doctorum, seu Scholarium, & Regularia loca &c. in præsenti Canone minime comprehensæ, sed exemptæ omnino sint, & esse intelligantur.]

39 Nec in Stylo Cancellariæ; quamvis hujus mos sit, ut Conservatoriis in literis apponatur clausula: *Præsentibus post quinquennium minime valituris*. Nam Cancellariæ Stylus in hac materia nullum facit argumentum; nec clausula, apponi solita in Conservatoriis Cancellariæ, ponitur in Conservatoriis Regularium, ut innuit etiam *Moneta supra n. 323.* inquiens: [Ex quo fit, ut stante hoc stylo Cancellariæ Romanæ, si aliqua Conservatoria reperiatur, exceptis Conservatoriis Regularium, & aliis, quarum mox mentionem faciemus, in qua prædicta clausula apposita non fuisset, suspicione falsitatis non careret, juxta *cap. Ex literis, & cap. Cum M. Ferrariensis, de Constit. &c.*] Præterea stylus Cancellariæ fundatur in adducto Decreto Tridentini: sed Tridentinum in eo Decreto de Conservatoribus Regularium non loquitur, immo signate Conservatorias excipit Regularium, ut vidimus. Ergo &c.

40 Nec in Jure privilegiorum: horum siquidem vigore Conservatoris Officium perpetuum est, non temporale: quia Regularium privilegia, per quæ ipsi eligunt Conservatores, realia sunt, non personalia, ut superius diximus *art. 8. assert. 2.* & late probant *Joan. de la Crux lib. 2. de stat. Relig. de Conserv. Concl. 5. Mirand. tom. 2. q. 47. art. 6. Emm. Rodriq. tom. 1. q. 65. art. 9. Sorb. Capucin. in Annot. Comp. v. Conservator, & v. Item Conservator secundum Jura, Barbos. alleg. 106. cit. n. 50. & alii.*

41 Neque demum in Jure novissimo Constitutionis reformatoriæ Gregorii XV. utpote quod solummodo statuit, Conservatorem electum durante quinquennio amoveri non posse. At ex hoc non infertur, quod, elapso quinquennio, de se Conservatoris Officium extinguatur. Unde *Passerin. n. 251.* ex illo antecedenti: [Gregorius XV. decrevit ut Conservatores infra quinquennium mutari non possint:] inanem prorsus reputat hanc consequentiam: [Ergo statuit contra Concilium, ut illorum quatuor exceptorum Conservatores, Universitatum videlicet Generalium, Collegiorum Doctorum, seu Scholarium, Regularium locorum, & Hospitalium, actu hospitalitatem servantium, sive eorumdem personarum, nonnisi per quinquennium durent.]

Quæ cum ita sint; Conservatores Regularium indefinite, & non ad quinquennium electi signate, transacto quinquennio, etiam re integra, in suo munere perseverant, citra ullam confirmationem, vel reelectionem; nec cessant, donec alia nova alius personæ electio instituatur, novusque alius deputetur Conservator.

Et hæc circa tempus, ad quod facienda est Conservatoris electio. Quoniam vero tempori correspondet locus, ex quo Conservator eligi debeat; non incongrue post illud inquirit

ARTICULUS DECIMUSQUARTUS.

An Judex Conservator Regularium eligi queat ex aliena Diœcesi.

1 Dico I. Qnamvis attento Jure commoni antiquo, Jndex Regularium Conservator in aliquibus casibus eligi queat ex aliena Diœcesi, seu in aliena Diœcesi babitans; modo bæc remota oon sit ultra unam dietam a finibns Diœcesum, tum Regularium consetvandorum, tum eornm, qui ad suum judicium trahendi sunt, ut deducitur ex *cit.cap.fin.* ibi: [Aut aliquos ultra unam dietam a fine Diœcesum eorumdem trahere, non præsumant.] Ac ex insinuatis a Gregorio XIII. in Constitutione [Æquum reputamus] mox adducenda. Et, attento Jure novo, valeat ex aliena Diœcesi, modo hæc ultra duas, vel tres dietas non absit, nominari, ut colligitur ex Constitutione Leonis X.: [Dum intta] in Concilio Latetanensi, ibi: [Cotam eis nullum trahi posse ultra duas dietas.] Clementis VII. [Conquæstione] §.4. ubi sic: [Dummodo ultra tres dietas aliquis non ttabatur.] & Gregorii XIII. [Æquum reputamus] §. 6. ibi: [Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. Prædecessotis nostri, qua cavebatut, oe quis extra suam Civitatem, vel Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam a fine snæ Diœcesis evocaretur ad Judicium, seu ne Judices, a Sede prædicta deputati, extra Civitatem, vel Diœcesim, in quibus deputati forent, contra quoscumque procedere præsumerent; & duabus dietis in Concilin generali edita, dummodo non ultra tres dietas aliquis vigore earumdem literarum tunc desuper conficiendarum extraheretur.]

Nibilominus inspecto Jure novissimo Constitutionis Gregorii XV. toties laudatæ, incipientis [Sanctissimus] eligi nequit, nisi in eadem habitet Diœcesi, io qua est Monasterium pet ipsummet Conservatorem desendendnm. Ita cum communi Doctotum *Barbastrens. in Pastor. p. 1. claus. 9. n. 77.* & *Pellizz. in Man. tom. 2. tra. 8. cap. 8. sect. 4. qu. 9. n. 95.* Contra *Ant. a Spiritu Sancto*, contendentem in *Direct. Regal. tr. 2. disp. 1. sect. 4. §. 3. n. 27.* adhuc inspecto Jure novissimo, posse Regulares, eligere Consetvatores, non solum in Diœcesibus, ubi sunt Conventus sui Ordinis; sed etiam extra, dommodn reus non possit citari ultra tres dietas, computandas a fine totius Diœcesis, non a fine ædificiorum Diœcesis. Ex dicta siquidem Constitutione Gregorii XV. §. 9. habemus: [Neque extra Civitates, seu Diœceses, in quibus fuerint deputati, contra quoscumque procedere præsumant.] Ergo vigore hujus Constitutionis neqneunt Conservatores suam jurisdictionem exercere, nisi in Diœcesi, in qoa Monasterium extat, consetvandum ab ipsis. Ergo necesse est, ut & ipsi in eadem babitent Diœcesi, io qua est Monasterium defendendum. Ergo ax propria Monasterii Diœcesi, non ex aliena debet Judex Regularium Conservator nominari. Cnjus ratio a priori est, quia curari debet, ut quam minimum possit, vexentur partes: quod æquitas ipsa suadet, a legibus commendata, *L. In summ. §. 1. ab eo, ff. de aqua pluvia arcenda. Can. erit autem dist. 4.* adeo, ut (notat *Rodriquez art. 8.*) etiam attento Jnre antiquo, & novo, ea diligentia debeat adhiberi, ut non nisi cum urgentissima necessitate privilegio dietarum utendum sit, non obstante amplissima Pontificum Concessione, quæ ita, & non aliter intelligenda venit.

2 Neque dicas: Posset quis, habitans io aliena Diœcesi, occurrente Casu, toties, quoties præsto esse Monasterio conservando, se statim illuc, ad exercendum munus suum transferendo . . .

Ne, inquam, id dicas: nam præter rationem nostram fundamentalem, ex Constitntione Gregorii XV. §. 9. deductam, obest in contrarium Declaratio Sacræ Congregationis apud *Barbos. in Collect. v. Conservator*, ubi definitur, Regulares debere suum Conservatorem eligere in singulis Diœcesibus, in quibus babent Monasteria, Conventus, seu Domus. Cui alia Declaratio consonat Sac. Congreg. apud *Peyr. tom. 3. privil. cap. 11. n. 17.* Rogata siquidem Sacra Congregatio a Procuratore Generali Ordinis Carthusiensium: [An, si unum, & idem Monasterium habeat bona in diversis Diœcesibus, eligi debeant Conservatores in nnaquaque Diœcesi, an vero unus tantum sufficiat?] Respondit *die* 23. *Octobris anno* 1623. [Conservatorem esse deputandum in Civitate, vel Diœcesi, nbi situm est Monasterium: atque ibi tantum, & non alibi posse eumdem Conservatorem procedere, etiam io causis Bonorum, ac Membrorum ejusdem Monasterii, extra ipsam Diœcesim existentium.] Cohæret etiam alia Declaratio *Sac. Congreg. Concil. in Agrigentina* 27. *Maji* 1634. & novissime In *Nullius Altamuræ Conservatoris, & exemptionis* 3. *Augusti* 1715. in responsione ad primum, secundum, & tertium, & 8. *Februarii* 1716. *ad primum*; in quibus resolvitur, Regulares in unaquaque Diœcesi, in qua Monasteria, Conventus, seu Domos habent, eligere in Conservatorem debere personam in eadem Diœcesi existentem, non vero extra Diœcesim commorantem, secus electio nulla erit, nt refert *Fargna de Jur. patr. p. 2. Can. 22. 23. 24. Cas. 2. n. 1.*

3 Neque iterum dicas: Conservator Regnlarium in eadem habitans Diœcesi, in qua est Monasterium conservandum, si aliquando absit ab illa, potest in illa suam jurisdictionem per substitutum exercere. Ergo a pari &c.

Neque inquam, id dicas: nam aliud est, quod existens jam in Diœcesi, ubi situm est Monasterium, eligatur in Conservatorem illius; a qua, si contingat abesse, possit in illa suam jurisdictionem per substitutom exercere: aliud vero, quod existens io aliena Diœcesi ab ea, in

qua

qua est Monasterinm conservandum, eligatur in Conservatorem dicti Monasterii alienæ Diœceseos. Primum est verum, & a nobis ultro conceditur: salsum secnndum, & a nobis mordicus pernegatum, utpote non bene deductum a primo; eum a diversis nun subsistat illatio. Nibilominus

4 Dico II. *Pignatellus tom. 1. Consult.* 113. exeipit casum, quo eligi velint in Conservatores Regularium Superiores Episcopis, cujusmodi sunt Archiepiscopi seu Metropolitani, & Cardinales: tunc enim eligi posse, docet, quamvis extra Diœcesim Monasterii existentes. [Nam (ait ipse *a.* 3.) si potest eligi Superior Episeopi, & sic etiam Arehiepiscopus, necessario sequitur, ut electio sustineatur, etiamsi sit extra Diœcesim; cum id veniat in necessarium consequens dictæ electionis, *L.* 1. *§. qui babet, ff. de serv. rustic. præd. L.* 2. *ubi Doctores, ff. de jurisdic. pleue omn. Jud. & Everard. in sua Centur. in loco a concessione antecedenti,* Et quod dicitur in §. *Conservatores*, procedit quo ad exercitium jurisdictionis extra locum depntationis probibitum. Quod si deputatus sit Conservator in tota Provineia, potest ex eadem ratione suam jurisdictionem exercere. Quod in terminis bene tradit *Moaet. cap.* 7. *n.* 64. dicens, posse Archiepiscopos in suis propriis Provinciis, & singulis earum Civitatibus, ac locis exercere Jurisdictionem hujusmodi. Idque ex eo videtur posse comprobari, quia ex *præcit. cap. fiaal.* possunt eligi in Conservatores Abbates; & tamen possunt hi esse nullins Diœcesis, & sic extra Diœcesim, cum existens nullius, non sit nec in Diœcesi, nec de Diœcesi, *Rot. decis.* 207. *n.* 2. *p.* 2. *div. & in vec. dec.* 324. *p.* 1. *ex Gloss. Clem.* 1. §. *volumus, vers. Diœcesis, de for. compet. ubi Card. Imol. Abbas, & alii.* Ex quo fit, ur sive attendatur locus deputationis, & electionis, sive etiam locus, pro quo deputatur, possit etiam Cardinalis, sive Episcopus, sive Archiepiscopus hane Jurisdictionem exercere in Diœcesi, quæ est de sua Provincia, *Moneta cap.* 7. *n.* 62. maxime si quis non extrahatur ulrra unam dietam proprii Domicilii, ut *in dic.* §. *Conservatores, vel ultra duas &c.* Atque ita perinde est, ae si esset nominatus existens in Diœcesi; cum hujusmodi distantia de Jure non habeatur In consideratione dicti *Cap. statutum*, §. *cum vero.*] Hactenus Pignarellus.

5 Addit laudatus Doctor *n.* 7. id [Præcipue locum habere, quando Electio, & nominario Conservatoris, a Regularibus facta in personam alieujus ex subditis Episcopi Diœcesani, snum nequeat effectum sortiri propter terrorem persecutoris, minas, ae violentiar, hnjusmodi Electo ab Episcopo illatas; nee possint iidem Regulares tuto eligere alinm snbditum Episcopo. Stante enim hac causa tam justa, & legirima, possunt Regulares nominare Conservatorem extra Diœcesim, & locum, ubi alias nominari debnisset, *Cap. statuimus, & ibi Gloss. ac Doctores cum Gemin.* §. *in nullo, n.* 4. *& Franc. n. etiam* 4. *de Offic. Deleg. in* 6. *Innoc. in cap.* 2. *n.* 2. *de nov. oper. nuac. Lap. alleg.* 153. *n.* 1. præsertim quia impedimentum, proveniens ex calpa partis adversæ, semper reputatur leg'tima causa, & excusat, ac suffragatur, ut aliquid fist eò modo, quo fieri porest, *L. sine hærede.* §. *idem Juris ff. ad L. Rhod. de jact. Bald. in L. diffamari, qu.* 5. *in fin. c. de ingen. & manum. Rota coram Gregor. XV. decis.* 341. *n.* 2.]

6 Confirmat tandem *Pignatell. a.* 8. *&* 9. allatam suam exceptionem sie: [Nam aliter frustratoria posset reddi facultas nominandi Conservatores, Ordinarii enim possent in suis Diœcesibus Judicibus Synodalibus, aliisque Clericis vel directe, vel indirecte prohibere acceptationem hujus Officii. Quod tamen non est permirtendum, ne Regulares careant suo Conservatore ex dolo, & fraude Ordinariorum: atque adeo permittendum est, quod stantibus legitimis causis eligatur Conservator Metropolitanus ex *dic. cap. Statuimus, ubi Joan. Andr., Gemin., Franc., & alii de Offic. Deleg. in* 6. Qnod etiam facilius procedit, si Metropolitanus esset Cardinalis, propter eminentiam Dignitatis, & quia est omni exeeptione major; poteritque manifestas injurias, & violenrias, quæ possent per Ordinarios, atque alios inferri Regularibus, arcere, eosque tueri. Quam ob causam Conservatores de Jure conceduntnr.] Huc usque *Pignatellus* laudarus, cui subscribit *Chiavetta lib.* 3. *Instit. Canon. p.* 1. *cap.* 3. §. 2. *n.* 10. *Tancredus tom.* 4. *tr.* 2. *q.* 104. *& alii.*

Nec officit, quod Archiepiscopi, in Conser- 7
vatores Regularium electi ex aliena Regularium eorumdem Diœcesi, ad ipsorum defensionem procedere deberent extra Civitatem, seu Diœcesim, in qua degnnr ipsimet Religiosi conservandi, eorumque Monasteria, Bona &c. Quod manifeste adversari videtur Gregorianæ Constitutioni, §. 6. sie disponenti: [Neque extra Civitates, seu Diœceses, in quibus fuerint depurati, eonrra quoscumque procedere præsumsnt.]

Non officit, inquam: Si enim Archiepiscopi in Conservatores Regularium eligi queant ex aliena Diœcesi, ut sane queunt de Jure communi antiquo, *cap. ult. cit. de Offic. deleg. in* 6. ibi [De cetero deputari non possint, nisi Episcopi, vel eorum Superiores;] & novo privilegiorum; estque a Sacra Congregatione Episcop. & Regul. declararum 2. *Decembris anno* 1645. apud *Lezanam tom.* 1. *p.* 2. *c.* 10. *n.* 11. *& Peyr. ad* Constit. 5. Gregorii XV. §. 2. *n.* 13. consequens necessarium est, quod extra Diœcesim Regalarinm eorumdem, ipsorumque Monasteriorum, Bonorum &c. modo intra suam Provinciam, procedere valeant, ut multis, prærer insinuata per *Pignatellum*, firmar solide more suo *Tancredus* supra laudatus. Et sane

Arguit Primo. *Tancredus*: Verba præfata §. 6. 8
Gregorianæ Constitutionis intelligi debent ita, ut omnibus, qui deputari valent in Conservatores, competere queant ex *l. Jam hoc jure ff. de vulgari, & pupillari. l. Semper ff. de ver. divis. l. Item apud Labeonem* §. *generaliter ff. de injuris:* ubi dicitnr, quod verba, quæ respicinnt plura, ita debent intelligi, ut æqualiter ea derermment, & genus contineat sub se species, *Vigel. in Dialect. Juris loc. de genere. Everard. in Topicis loco a genere ad speciem.* Ergo præfata verba Gregoriana sic debent explicari, ut præstent hunc sensum: Jndex Conservator, e. g. electus in Diœcesi Syracusana, non potest exercere suam jurisdictionem degens in Diœcesi Panormitana: & Archiepiscopus, si sit Conservator, non potest suam jurisdictionem exercere extra provinciam, In qua est constitutus. Quia hoc modo Constitutionem intelligendo, servatur debita divisio, & applicatio Jndicibus Conservatoribus, qui de jure eligi possunt.

Arguit Secundo: Quia Constitutio Gregoriana 9
relinquit Jus commune, & aliorum Pontificum dispositionem, intactam quo ad Episcopes, & Archiepiscopos in ordine ad hoc, quod Archiepiscopi eligi valeant pro tota Provincia in Conservatores, Episcopi pro tota Diœcesi, ut

docet

docet aperte loquens de Episcopis *Donat. de Regular. tr. 17. q. 25. aliis adductis*, assertque declarationem Cardinalium, quam se vidisse, testatur *Lezana tom. 1. p. 2. c. 10. n. 11.*, & citat *Tambur. tom. 3. de Jure Abbat. d. 17. q. 1. n. 11.* loquentem etiam de Archiepiscopis, qui possunt esse Conservatorer. Sed si laudata verba intelligerentur solum de Diœcesi stricte sumpta, excluderentur Archiepiscopi ab eo quod eligi possent in Consetvatores: nam semper residere supponuntur in sna Diœcesi; & sic superfluum esset, dicere, quod Episcopi, Archiepiscopi possunt esse Conservatores: satis enim esset, dicere id de Episcopis, cum nulla sit differentia inter Episcopos, & Archiepiscopos, consideratos respectu propriæ Diœcesis tantum. Ergo ea verba non debent intelligi de Diœcesi, stricte sumpta pro ea, quæ solum competit Episcopis, sed etiam de Provincia, quæ competit Archiepiscopis, ut vitetur hæc contradictio, & absurdum, juxta *l. Nulla juris ratio ff. de legib. Suar. lib. 6. c. 1. n. 57. de Legib. Sa verb. Interpretatio n. 1.*

50 Arguit Tertio: Quia hæc Constitutio quoad hanc partem est odiosa: tum quia reducit ad Jus commune, quod in hac dispositione est odiosum in omnium sententia; cum immediate tendat ad restrictionem potestatir, concestæ Judicibus delegatis, & Conservatotibus, ut probat *Sanchez lib. 1. de Matrim. disp. 1.* Et sic ista Constitutio, quatenus ad illud reducit, est odiosa, ut docet *Lezana ver. Leges Regularium n. 74.* Et in terminis hujur Constitutionis docet etiam, esse odiosam *Donat. de Regul. tr. 17. q. 35.* Tum etiam, quia est contra privilegia Regularium, concessa a Sixto IV. Pio V. Clemenre VII. Julio II. Gregorio XIII. quibus absolute indulgetur, ut Archiepiscopi eligi queant in Conservatores: immo ipsis specialiter committitur defensio Regularium, procedendo etiam per tres dietas extra Diœcesim adversus delinquentes, &c. Si autem hæc Constitutio quo ad hanc partem est odiosa, utpote reducens ad Jus commune; & correctiva privilegiorum Regularium, est consequenter explicanda, ut, quantum minus possit, dicta privilegia lædat. Et cum nomine Diœcesis non semel in Jure veniat Provincia, quemadmodum e converso, ut complurimir juribur allegatis firmat *Archidiac. in c. Statutum, de Rescript. in 6.* sic debet in hac Constitutione explicari ly *Diœceses*, nempe *Provincias* respectu Archiepiscoporum.

51 Arguit Quarto: Quia hæc Constitutio Gregorii XV. cum sit nova, debet interpretari juxta dispositionem antiquam Bonifacii VIII. in *cap. fin. de Offic. Jud. deleg.* ad quam alludit, & se refert Gregorius XV. ex *Auth. de filiis, ante dotale instrumentum natis col. 3. Roman. cons. 345. n. 58. Socin. cons. 187. n. 4. lib. 2. Burgos de Paz multis adductis lib. 1. Taur. n. 570. & aliis.* Sed dispositio Bonifacii VIII. quatenus vult idem, quod nuac determinat in nova sua Constitutione Gregorius XV. nt nimirum Conservatores non possint extra Diœcesim, in qua sunt deputati, procedere, explicatur quoad Archiepiscopos, nt non possint extra suam provinciam procedere, prout expresse explicat *Monet. de Conserv. c. 7. n. 64.* sic: [Non solum Episcopos in suis Civitatibus, ac Diœcesibus, sed etiam Archiepiscopos in suis Provinciis, & singulis earum Civitatibus, ac locis posse, salvis terminir Bonifacianæ Constitutionis *§. Conservatores autem*, & *§. Vices quoque*, si Conservatores, aut aliter Judices deputentur, posse, inquam, tam procedere, & cognoscere, quam vices suas committere. Quod probat ex *cap. Pastoralis de Offic. Ordin.*, aliisque juribus, quæ refert. Ergo etiam dispositio Gregoriana dum eadem prorsus verba habet, & idem nova Constitutione decernit, quod olim Bonifacius iisdem verbis decrevit, eodem modo est intelligenda, ut nimirum Episcopi, & alii non possint procedere, stando extra Diœcesim, in qua deputantur Conservatores; Archiepiscopus vero stando extra Provinciam.

Arguit demum Quinto: Quia praxis ipsa, optima legum interpres, est, quod Archiepiscopi in Judices Conservatores eligantur, quamvis ipsi procedant contra quorlibet, existentes extra Diœcesim, sed intra suam Provinciam; ut ex multis commissionibus, factis in nostro Siciliæ Regno Archiepiscopir, aliisque, qnos affert *Monria c. 1. de Conservat.* patere potest. Ergo a primo ad ultimum, concludit *Tancredus*, Archiepiscopus in Judicem Regularium Conservatorem electus, non obstante Gregoriana Constitutione, potest suam jurisdictionem exercere extra Civitatem, & Diœcesim, in qua est Monasterium, a quo electus est; & potest ad se trahere Actorer, pro ut Jure communi poterat, modo non sit extra Provinciam. Atque ita de facto, Concilio Sapientissimorum Virorum in Metropoli Panormitana practicatum esse, etiam post Bullam Gregorii XV. refert *Tancredus*. 52

Immo putat laudatus Doctor, Archiepiscopum non secus, ac Episcopum, posse etiam trahere ad suum judicium personas, existentes extra Civitates, & Diœceses, in quibus deputatus est Conservator, modo non trahat ultra tres dietas, conformiter ad Constitutionem Gregorii XIII. §. 3. inde ductus, quia Constitutio Gregorii XV. §. 15. in fine revocat omnia privilegia &c. [quoad ea, quæ præsentibus adversantur; illis alias in suo robore permansuris.] Sed hujusmodi Gregorii XV. Constitutio, dum addit præfatas limitationes, non comprehendit Episcopos, & eorum Superiores; cum ex una parte ea sit odiosa, ut dictum est: & ex altera §. 2. de constitutis in dignitate Ecclesiastica loquatur; & aliunde sub nomine constitutorum in Ecclesiastica dignitate Episcopi, eorumque Superiores in odiosis minime contineantur, ex *c. dilectus 12. de Concess. præbend. c. Inquisitores 56. ubi Glos. v. expresse, de Hæret. in 6. Abbas in c. Dilectus n. 1. Bellet. disq. Cleric. p. 5. de Discipl. Cleric. n. 97. Hoieda de incomp. Benefic. c. 1. p. 24. n. 64. Gamb. de pot. Legati l. 2. n. 41. & aliis.* Ergo Constitutio Gregorii XV. neque revocat privilegia, Regularibus concessa, circa modum procedendi Judicum Conservatorum, quando sunt Episcopi, & eorum Superiores, ut de se patet. 53

ARTICULUS DECIMUSQUINTUS.

An unus, idemque nominari valeat in Judicem Conservatorem plurium ejusdem, vel diversæ Religionis Monasteriorum, in eadem, vel in diversis Diœcesibus existentium. Et num uno pro una causa deputato, pro eadem deputari queat alius.

1 Dico I. Etsi subsistat electio unius, ejusdemque personæ in Judicem Conservatorem plurium ejusdem, vel diversæ Religionis Monasteriorum, in eadem Diœcesi existentium; non ita tamen in diversis Diœcesibus, nisi talis Persona Episcopo Superior sit, ut Archiepiscopus seu Metropolitanus, Cardinalis &c. & Diœceses illi suffraganeæ. Assertio quo ad primam partem de Electione Conservatoris plurium ejusdem Religionis Monasteriorum, in eadem Diœcesi existentium, est Doctoribus communissima, quibus subscribit *Pellizarius qu. 7. n. 93. in fine*, & quotidiana praxi comprobatur.

Quo ad secundam partem de Electione Conservatoris plurium, quæ sint diversarum Religionum in eadem Diœcesi Monasteriorum, sustinetur a *Pellizario qu. 8. n. 94. Chiavetta §. 2. n. 9.* & aliis passim, & quotidiana etiam praxi comprobatur. Et recte quidem; cum talis Electio neque Juri naturali, ut patet, neque positivo, quod asserri non potest, adversetur.

2 Et quamvis dari possit casus, quod hujusmodi Conservator deberet componere lites, & dissensiones, quæ forte inter ea diversorum Ordinum Monasteria excitarentur; sicque ab alterutro illorum Conservator haberi posset suspectus, quod magis unius Monasterii causæ faveret, quam alterius; unde postea diffidentiæ, & querimoniæ exorirentur; nihilominus, ait *Pelliz.* laudatus, quia talis casus non nisi valde raro est eventurus, ejus ratio non curanda; cum inspiciendum sit, quod ut plurimum evenit. Rursus hic idem casus militat in Episcopis, & Gubernatoribus Civitatum; nec proinde quis dixerit, multiplicandos esse in eadem Civitate Episcopos, ac Gubernatores. Tandem occurrente tali casu, fieri posset recursus ad Papam, vel ad Legatum de Latere &c. appellando a sententia talis Conservatoris: Vel etiam eligi possent Arbitri, qui præsentem controversiam dirimerent; ut in simili notavit *Peyrin. n. 15.* & colligitur ex Constit. laudat. Gregor. XV. §. 7. ac docti viri per ipsummet *Pellizarium* consulti responderunt.

3 Monent tamen *Pellizarius*, & *Chiavetta*, pro praxi melius esse, quod Regulares diversi Ordinis non unam, eamdemque personam, sed quique diversam, eligant in Conservatorem; nisi forte tanta personarum idonearum adesset penuria, ut alias Regularium aliqui suo Conservatore forent destituti; quod tamen hodie vix contingere potest, attenta provisione facta a Gregorio XV. in toties laudata sua Constitutione.

4 Quo ad tertiam partem de Electione Conservatoris plurium seu ejusdem, sive diversorum Ordinum in diversis Diœcesibus existentium Monasteriorum Doctoribus cum *Pellizario qu. 7. n. 93.* est communissima, & satis superque constat ex dictis *articulo præcedente, assertione prima a n. 1.* Idem siquidem est, unam eamdemque personam eligi in Conservatorem plurium in diversis Diœcesibus existentium Monasteriorum, ac Conservatorem Monasteriis hujus Diœcesis ex aliena Diœcesi designari. Quamobrem Constitutio Gregoriana, & declarationes Sacræ Congregationis, quæ pro sententia negativa *articulo præcedente* allatæ sunt, pro eadem sententia locum habent in proposito. Hinc

5 *Monacellus in Supplem. ad 1. tom. Formular. in Constit. Gregorii XV. de Elect. Conservat. n. 222. pag. mihi 29.* hæc habet: [In hac autem Conservatorum Electione advertant Episcopi, quod si velint Regulares uti privilegio, eos eligendi, debent in singulis Diœcesibus, in quibus Monasteria, Conventus, seu Domus regulares habent, Conservatorem eligere; non autem unum tantum, qui in pluribus Diœcesibus Jurisdictionem exercere valet, nominare, & deputare. Si enim hoc facerent, (pro ut fieri in aliquibus locis, audivi) irrita, & nulla esset talis Conservatoris Electio, tamquam facta contra formam Gregorianæ, pro ut fatentur ipsimet Auctores Regulares, videlicet

6 *Donat. prax. rer. regular. p. 2. tra. 17. de Conserv. qu. 36. n. 1.* ibi: [Regulares debent eligere Conservatores in singulis Diœcesibus, in quibus Monasteria, seu Domus habent, pro ut Sacra Concilii Congregatio declaravit. Et *n. 3.* quod est Juri communi consonum, & æquitas suadet, ne scilicet graventur partes in personis, & expensis. Et *n. 5.* Nec his nocet *cap. fin. de Offic. Deleg. in 6.* in quo statuitur, ut Conservatores extra Civitates, seu Diœceses, in quibus fuerant deputati, procedere non possent, nec reos ad Judicium trahere ultra unam dietam a fine Diœcesum eorumdem: quia per prædictam Gregorianam quo ad hoc censetur limitatum: nam prædicta Constitutio simpliciter loquitur, ut Conservatores non possint trahere extra Diœcesim, in qua fuerint deputati: nec mentionem facit de dieta. Et *n. 6.* Neque obstant tot Regularium privilegia, per quæ disponitur, ut

eorum Conservatores extra locum, in quo sunt, possint Reos trahere infra tres dietas; quia hæc quo ad hoc vacant, & censentur limitata.]

7 *Passerin. in cap. In hac Constitutione de Offi. & Potest. Jud. Deleg. in 6. art. 8. n. 161. post medium*, ibi: [Pariter quod Conservatores eligere debent Regulares in singulis Diœcesibus, in quibus Monasteria, Conventus, seu Domus regulares habent, decisum fuisse ab eadem Sac. Congreg. Concilii in *Rosanen.* Et *n. 162.* Primum ergo ex hoc novo Jure habetur, derogatum fuisse privilegio de tribus dietis, concesso a Pio V. & a Gregorio XIII. pro ut declaravit Sac. Congregatio. Quod est universaliter de omnibus similibus privilegiis, quod reducta sint ad terminos dic. Constitutionis Gregor. XV. declaravit Innoc. X. in Constit. *Cum sicut accepimus in responsione ad 5. dubium*. Et *n. 164.* Diœcesis vero, in qua deputari potest Conservator, non est, nisi illa intra cujus fines est Monasterium.]

8 *Matthæuc. Official. Cur. cap. 15. n. 20.* ibi: [Ceterum Sac. Congreg. Concilii 23. *Octobris* 1623. ad dubium An si unum, & idem Monasterium habeat bona in diversis Diœcesibus, eligendi sint Conservatores in unaquaque Diœcesi, an vero unus tantum sufficiat? Censuit, Conservatorem esse deputandum in Civitate, vel Diœcesi, ubi situm est Monasterium, atque ibi tantum, & non alibi posse eumdem Conservatorem procedere, etiam in causis bonorum, ac membrorum ejusdem Monasterii, extra ipsam Diœcesim existentium.]

9 Et concordat *Ventrigl. in praxi part. 1. annot. 27. §. unic. n. 17. & 22.* & iterum declaravit eadem Sac. Congreg. Concilii in *Matheranea. 4. Novembris* 1666. *lib. 25. fol.* 270. in qua censuit, Regulares unius Diœcesis non potuisse eligere Conservatorem Episcopum alterius Diœcesis; & electionem ab eis ita factam, irritam fuisse declaravit. Ideoque ne Jurisdictio Ordinaria Episcopi novitatibus confundatur, & perturbetur, super his animadvertere bonum erit.] Hactenus Monacellus.

10 Verum hæc intelligenda, nisi persona, quæ in Conservatorem plurium in diversis Diœcesibus existentium Monasteriorum eligi vellet, foret Episcopo Superior, scilicet Archiepiscopus, Metropolitanus, Cardinalis, &c. & diversæ Diœceses non eidem essent suffraganeæ, ut supra in assertione insinuavimus. Ex dictis siquidem *Articulo præcedente Assertione secunda a n. 4.* potest in Conservatorem Regularium eligi Superior Episcopo, scilicet Archiepiscopus, Metropolitanus, Cardinalis &c. quamvis diversæ Diœceseos ab illa Regularium conservandorum, sed non diversæ Provinciæ: adeoque potest unus, idemque Archiepiscopus in Conservatorem nominari plurium ejusdem, vel diversæ Religionis Monasteriorum in diversis Diœcesibus, intra tamen suam Provinciam existentium.

11 Dico II. Attento Jure Communi antiquo, Uno Conservatore pro una causa deputato, pro eadem alius deputari non potest, etiam priore deputato volente, & consentiente: secus tamen, si prior ille deputatus foret infirmitate, aliave ratione impeditus legitime; vel si nollet procedere, aut procedere malitiose recusaret. In his siquidem casibus uno Conservatore pro aliqua causa nominato, pro eadem bene nominari potest alius. Ita *Navarr. lib. 1. Consil. cons. 8. in 1. Edit, de Offic. Jud. Deleg. Rodriq. tom. 1. quæst. regul. qu. 63. art. 5. Portel. in dub. Regul. v. Conservatores n. 4. Donat. tom. 3. tract. 17. qu. 38. Lezana tom. 1. part. 2. cap. 10. n. 19. & alii.* Probatur ex *Cap. cum plures, de Offic. Deleg. in 6.* ubi Bonifacius VIII. loquens de pluribus Judicibus, disjunctim ad unam, eamdemque causam delegatis, sic habet: [Uno eorum negotium inchoante commissum, alii nequibunt, se ulterius intromittere de eodem, nisi vel infirmitate, vel alia justa causa illum contingeret impediri, aut si nollet, vel malitiose in eo procedere, recusaret.] Ergo una semel, quod quis Conservatoria Officium acceptarit, cœperitque negotium exercere, nequit pro eodem alius deputari.

Confirmatur a *Rodriquez, Miranda, & aliis ex Navarro, ubi supra*: quia Jurisdictio Delegata nequit de persona ad personam prorogari, ut dicitur *in cap. P. & G. de Offic. Deleg.* & patet ex eo, quia Jurisdictio Delegata est Jurisdictio Delegantis, *L. 1. §. qui mandatum ff. de Offic. ejus, cui mandata est Jurisdictio*. Unde ad ipsummet Delegantem, cujus illa est, non ad partes, vel ad Judicem, quorum illa non est, spectat, eamdem prorogare, conformiter *ad Legem*: [Id, quod nostrum est sine facto nostro, ad alium transferri non potest] *de Regul. Jur.* Sed Jurisdictio Conservatoris, attento Jure communi antiquo, est Jurisdictio Delegata. Ergo nequit a Regularibus de uno Conservatore jam electo ad alium prorogari: sicque una semel, quod in Conservatorem fuerit designatus quis, acceptaritque munus, immo & negotium inchoaverit, nequibunt Regulares pro eodem negotio alium designare, ne quidem primo designato volente, & consentiente; modo tamen is aliqua legitima causa non foret impeditus; vel nollet procedere, aut procedere recusaret malitiose. 12

Dixi in Assertione [Attento Jure communi antiquo:] Nam

Dico III. Attento Jure peculiari novo privilegiorum, & novissimo Reformationis Gregorianæ, uno Conservatore pro una causa deputato, pro eadem alius deputari potest. Assertio Doctoribus communissima contra *Raymundum Nidam de Conserv. Regul. c. 1. partic. 7.* profitentem scribere secundum Jura novissima, præsertim Gregorii XV. Constitutionem *Sanctissimus*; & nihilominus scribentem ad terminos Juris antiqui, manifesta est ex Constit. Clement. VII. pro Minimis *incip.* [Conquestione] §. 5. ibi: [Quilibet vestrum prosequi valeat Articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico præpeditus.] & Gregor. XIII. pro Jesuitis *incip.* [Æquum reputamus] §. 5. ubi idem indulgetur. Quod sane, ut notat *Rodriq. artic. 5. in fin.*, magnum est privilegium: nec revocatum per Constitutionem Gregorianam, ut legenti conspicuum erit, ac docent *Peyrin. §. 6. n. 48. Donat. n. 8. & Pelliz. q. 30. num. 131.* & nos infra dicemus *art. 19. asser. 2. n. 3.* 13

ARTICULUS DECIMUS SEXTUS.

An legitime in Judicem Regularium Conservatorem electus teneatur munus acceptare; acceptatumque exequi. sub qua obligatione, ac quibus pœnis: illoque num possit intra quinquennium se spoliare, vel a Regularibus spoliari.

1 Dico I. Legitime in Judieem Regularium Conservatorem electus tenetur, justa aliqua non excusante causa, impositum munus acceptare, & quidem sub pœua peccati mortalis. Ita *Rodriquez qu. 65. art. 4. Moneta cap. 10. qu. 7. concl.* t. *n.* 340. *Lezana tom. 1. p. 2. c.* 10. *n.* 18. *Portell. in dub. Regul. V. Conservator n. 3. Pelliz. qu. 10. n. 97. Donat. tom. 1. tract. 17. qu. 40. Antonell. de Regim. Eccles. lib. 7. cap. 2. n. 11. & alii passim.* Cum teneatur nedum ex eharitate, ad evitandas injurias, & violentias Regularibus inferendas, aut compensaudas illatas: & ex Obedientia, ob speciale uimirum mandatum Summorum Poutificum in mataria gravi; cujusmodi profecto hæc de Conservatoribus est; idque graviter præcipientium, quippe in virtute Sanctæ Obedientiæ, ut liquet ex Bulla Conservatoria Innoc. VIII. & sub gravibus mox adducendis eensurarum pœnis, quæ nedum materiam gravem, sed gravem etiam obligationem arguunt, ut infert *Monet. ubi supra*; verum etiam ex justitia, addit *Donat. loc. cit. n. 1.* ad se nimirum a peccato mortali, & tot censuris cavendum, sibi a Summis Poutificibus impositis.

Sed quoniam eo deveuire poterit tamporum calamitas, ut pro uihilo mortale peccatum habeatur;

2 Dico II. Legitime iu Regularium Conservatorem electus, ita tenetur munus acceptare, ut legitima uon excusante causa valeat ad illud etiam invitus per pœnas coerceri; *Textus in L. unic. Cod. qui pro sua jurisdiction. & L. Munerum la seconda §. judicandi quoque necessitas, ff. de munee. & honor. text. in L. Prætor. §. qui autem, ff. de vacat. & excusat. muner.* ubi dicitur, quod qui excusationem uon habet, etiam invitus eogitur judicare. *Et in L. sancimus la prima Cod. de Advoc. divers. judicior. & text. in cap. 8. §. 1. de for. compet. in 6.* Unde in omnibus Apostolicæ Sedis Judicibus, & Delegatis generale est, quod justa aliqua non excusate causa, etiam inviti debeant Commissionem suscipere, ut per *text. in cap. sane il secondo, & cap. Pastorali in princ. de Offic. Deleg.* firmat *Rota decis. 12. n. 1. de præbend. in nov. & apud Cassad. decis. unic. n. 4. de verb. signific.* Et ad illam suscipiendam possunt per pœnas compelli: & quidem non ab alio, nisi a Principe imperaute, scilicet a Romano Pontifice, *Gloss. in c. Prudentiam §. adjicimus, verb. arguendus. & text. in c. Scifcitatus, de Rescript.* Atque ita *Fragosus p. 2. lib. 4. disp. 12. §. 4. n. 69. & 70.* loqueus de Conservatore Regularium, detrectante sine justa causa munus impositum acceptare. Et a Conservatore Subconservator, quemadmodum a Delegato Subdelegatus, cogi potest, ad munus sibi injunctum suscipiendum, juxta dec. *cap. Pastoralis de offic. deleg.* ibi: [Cum Delegato a Principe dandi Judicem jurisdictio sit a lege concessa, (dummodo ipse exonerare seipsum malitiose non quærat) potest compellere renitentem, eo quod jurisdictio illa nullius videretur esse momenti, si coërtionem aliquam non haberet.] Quamobrem tradit *Confettius tit. 4. c. 7.* quod a Conservatore compelli possit Subconservator sub censuris, & pœnis ad munus sibi impositum suscipiendum.

Sed ut reliquos Apostolicæ Sedis Judiees, & 3
Delegatos omittamus, qui non sunt hujus loci;

Electus a Minoribus tenetur acceptare munus sub pœna Excommunicationis ex Conservatoria Julii II.

Electus a ceteris Mendicantibus coercetur ad idem subeundum eadem Excommunicationis pœna ex Conservatoria Leonis X.

Electus a Prædicatoribus obligatur ad idem sub pœua excommunieationis, suspensionisque a Divinis latæ sententiæ, Pontifici item reservatæ, ex Conservaturia S. Pii V.

Electus demum a ceteris Regularibus astringitur ad munus acceptandum sub præfatis peccati mortalis, excommunicationis, suspensionisque latæ sententiæ pœnis, Romano Pontifici reservatis, ex Conservatoriis in ipsorum favorem ab aliis Summis Pontifieibus editis, ut eas legenti satis superque conspicuum erit. Dixi *justa aliqua non excusante causa*: siquidem

Dico III. legitime in Regularium Conservato- 4
tem Electus, si hujusmodi rationabilem causam habeat, poterit Electioni factæ, citra ullum mortale peccatum, & sie citra ullam excommunicationem, suspensionemque dissentire. Atque ita firmant Doctores passim ex *textu cap. Pastoralis in princ. de Offic. Deleg.* ibi: [Dummodo se malitiose exonerare, non quærat.] sumpto argumento a contrario sensu, sicut & *ex cap. si pro debilitate, de Offic. Deleg.* [Si pro debilitate, vel pro quavis alia gravi causa interesse non poteris.] Ac *ex L. Præter alias Prætor, ff. de vacat. muner.* Hujusmodi autem causa, ut ex allatis Juribus exemplificat *Pelliz. n. 98.* rationabilis, justa, legitima, adeoque sufficiens erit, si personæ electa satis non fuerit ad gestandum tantum onus ob senectutem, morbum, aut alias occupationes.

vel alia, ſed a Summo Pontifice, aut ab Ordinario pro rationabili, juſta, & legitima approbanda, ut addis *Nidus de Conſerv. c. 5. partic. 10. n. 14.* Ut enim, ait *Nidus*, Regulares nequennt Conſervatorem amovere, niſi Summus Pontifax, vel Ordinarius cauſam pro rationabili approbaverit; ita nequit Conſervator munus Conſervatoria non acceptare; val acceptatum a ſe abdicara, niſi cauſa a Summo Pontifice, vel ab Ordinario fuerit pro rationabili approbata. Notat vero laudatus *Pellizarius loc. cit.* taliter electus non peccatat mortaliter, ſi a tali onere curaret, ſe ſubtrahere levi aliqua excuſatione, ant precibus, ſuadendo Religioſis, ut alium ſibi Conſervatorem eligerent; ſecus, ais *Pellizarius*, nimis durum eſſet tale præceptnm cum alias ex nna parta Jugum Chsiſti ſuave ſit, & ajaa onua leve; & ca altera Doctores affirment, etiam ia debiticis Civilibus, ad quæ quia tenetur ex juſtitia, peccatum mortale non fore, ca creditori denegare, qui vel illa petit remiſſe, vel facile dilationem petanti concedit.

5 Dico IV. Legitime in Judicam Regularium Conſervatorem electus tenetus munus, ſemel acceptatum, debite & plenarie exercere, & quidem ſub eodem peccato mortali, & ſub iiſdam cenſurarum pœnis. Ita *Peyr. ad Conſtit. 4. Julii II, §. 6. n. 30.* ubi *ex dic. §. 6. & §. 2.* colligit, Conſarvatoras a Minimis requiſitos teneri ſub mortali, illis aſſiſtere, eorumque privilegia deſcndare, non permittendo, eoſdem moleſtari &c. ut liquet ex illis verbis §. 2. [commiſimus, & dedimus in mandatis.] Quod ſane præceptum cum ſit in materia gravi, obligat ad mortala, ait *Peyr.* Cui favet *Confettius in Summar. privil. Mendic. de privil. Conſervat. tit. 4. cap. 6.* aa Bulla Sancti Pii V. pro Dominicanis, *incip.* [Ad hoc nos Deus] §. 14. ibi: [Ita quod vos, ſeu alii quicumque, ſic electi, ſub excommunicationis, ſeu ſuſpenſionis latæ ſententiæ pœna hujuſmodi, quam ſtatim quod munus, ſive officium Conſervatoris hujuſmodi acceptare, & *debite ac plenarie exequi neglexeritis, & neglexerint*, abſque alterius declarationis miniſtario, incurrere volumus, nec ab aliquo, quam a Nobis, & pro tempore exiſtente Romano Pontifice (præter quam in mortis Articulo) abſolvi poſſe &c.] Et jure quidem, non enim a Summis Pontificibus mere ad acceptandum munus ſub præfatis pœnis Conſervator adſtringitur, ſed ad illud acceptandum, ut exequatur, & debite ac plenarie exequatur; cum perinde Regularibus eſſet, Conſervatorem habere, ſed ejus Conſervationem, & tutelam non experiri, ac illum non habere. Ergo ſi Conſervator electus Regularium ſub peccato mortali, & ſub præfatis cenſurarum pœnis tenetur munus acceptare; ſub eodem mortali peccato, & ſub iiſdem cenſurarum pœnis, tenetur illud exequi, ac debite, & plenarie exequi.

6 Dico V. Legitime in Judicem Regularium Conſervatorem electus, poſtquam munus acceptarit; durante quinquennio, nequit ſe illo per renuntiationem exonerare ſine gravi peccato, & cenſuratum incurſione, juſta aliqua non ſuperveniente cauſa, quæ illum excuſet; quantumvis cauſa gravis ante ſuſceptionem muneris interceſſerit, qua, ſi electus voluiſſet, ſite enm excuſaſſet. Aſſertio quo ad primam partem ſuſtinetur a *Pellizario n. 100.* qui ex eo movetur, quia Verba Bullæ Gregorii XV. de Conſervat. §. 5. ſcilicet [Durante quinquennio a die deputationis amoveri, aut mutari non poſſint, aut valeant] Æque reſpiciunt amotionem, aut mutationem per Regulares faciendam, de qua *Aſſertione ſequenti*, ac ipſiuſmet Conſervatoris poſt acceptatum Officium renuntiationem; cum, hac admiſſa, id verificaretur, Conſervatorem amoveri, vel mutari, durante quinquennio, contra Gregorianam Conſtitutionem. Quo ad ſecundam partem ſuſtinetur ab aliis, quibus favet *L. Prætor alias Prætor, ff. de vacat. muner.* ubi dicitur, quod ſi poſt cauſam actam, (ideſt acceptatam, & inchoatam, nt ibi *Gloſſa*, & Doctores exponunt) cœperit Judex ſe excuſare, ſi quidem privilegio, quod habuit, antequam ſuſciperet judicium, velit ſe excuſare, audiendus non eſt: ſemel enim agnoſcendo judicium, renuntiat excuſationi.

Poteſt tamen Conſervator infra quinquennium 7
muneri renuntiare, ſi eo durante juſta cauſa ſuperveniat; dummodo pro legitima ab Apoſtolica Sede, vel ab Ordinario, pro ut magis ipſis Regularibus libuerit; approbetur; ut indulget laudata Conſtitutio Gregoriana, & notans *Pelliz. n. 108. & Nidus ſupra cit. aſſert. 3.* Verum

Adnotandum hic eſt, quæ in hoc *articulo aſſert.* 8
5. & 2. n. 1. & 2. a nobis dicta ſunt, videlicet, quod in Regularium Conſervatorem electus teneatur munus acceptare &c. & *quinta hac aſſertione*, quod acceptatum munus non dimittere, ſine gravi peccato, & cenſurarum incurſione, juſta aliqua non excuſante cauſa teneatur, ita ſunt intelligenda, ut nedum expreſſe, ſed neque etiam tacite, declinare valeat Conſervator electionem de ſe factam, & munus ſemel acceptatum ab ipſo, reſutare. Quod liquet tum ex eo, quia taciti, & expreſſi reguleriter eadem eſt ratio, *vulg. L. cum quid, ubi omnes, ff. ſi cert. pet. L. qui ad certum, ff. locat. cum aliis, quæ laudat Everard. in loca legal. ab expreſſ. ad tacit. & contra, a n. 1. uſque ad 8.* Immo plerumque plus operatur tacitum, quam expreſſum, ut *idem ibid. probat a n. 17.* Tum ex *cap. Prudentiam §. adjicimus, de offic. Deleg.* ubi in univerſum pronuntiatur, quod ſubtarſugiens Mandatum Apoſtolicum, graviſſime ſit arguendus. Satis autem dicitur ſubterſugere, & qui fruſtratoriam excuſationem prætexit, nt ait *ibid. Gloſſ. v. ſubterfugiat*, & qui in eo ſe ſtatu collocet malitioſe, ut vere poſtmodum cauſæ nequeat intereſſe.

Dico VI. Judex Regularium Conſervator una 9
ſemel, ac eligatur legitime, nequit infra quinquennium a Regularibus Officio ſpoliari, nulla rationabili ſuperveniente cauſa, ab ipſiſmet Regularibus in Capitulo provinciali examinanda, & a Sede Apoſtolica, vel ab Ordinario, pro ut magis ipſiſmet Regularibus libuerit, approbanda.

Aſſertio propugnatur a *Joa. Antonio Novario in Summa Bullarum de Conſervat. n. 11.* & aliis paſſim. Contra *Monet. de Conſervat. c. 10. q. 9. n. 376.* docentem, Regulares poſſe Conſervatores mutare in Capitulis Provincialibus. Quæ tamen doctrina non videtur, quomodo cohæreat cum illa, quam paulo inferius ſubdit ipſe *Moneta*, ſcilicet quod cum perſona, in Conſervatorem a Regularibus electa, ſtatim a Summo Pontifice, & Apoſtolica Sede deputata ſit, & ſic cenſeatur, ut in privilegiis Julii II. Clementis VII. & Pii V. declaratur, ab eodem Summo Pontifice dumtaxat, vel cui committendum duxerit, & non ab ipſis Regularibus poteſt ab officio removeri, ſeu illo privari, ſtante dictæ Sedis Apoſtolicæ deputatione, qua mediante intrat vulgata juris regula, quod [Ubi Superior manus appoſuit,

inferior

inferior ibi sese ingerere minime valeat], de qua in *cap. Ut nostrum, de Appellat. Cum suis concord.*

Patet ex Constit. laudata Gregor. XV. §. 5. ibi: [Conservatores hujusmodi, semel legitime deputati, nisi ex legitima causa, a Sede Apostolica, aut locorum Ordinariis, pro ut iisdem Regularibus libuerit, approbanda, durante quinquennio amoveri, aut mutari nullatenus possint, aut valeant.] Et probatur ex eo, quia ex una parte, facta legitima Electione, jus quæritur Electo, quod eidem nolenti auferri non potest. Et ex altera parte statim, ac Conservator Electus est, censetur a Sede Apostolica deputatus, ut in Bullis Julii II. Clementis VII. & Sancti Pii declaratur; unde ad libitum electorum amoveri non potest: juxta vulgatam Juris regulam *cap. Nostrum, de Appell.* quod [Ubi Superior manus apposuit, inferior ibi se ingerere minime valeat.]

10 Dixi primo: [Statim, ac eligatur legitime;] nam si non sit legitime electus Conservator, ut puta si electus non sit, servata forma dictæ Gregorianæ, poterit utique in tali casu ab officio removeri.

11 Dixi secundo: [Nulla rationabili superveniente causa,] puta Negligentia, Impotentia, Inimicitia, aliave id genus, ut exemplificant *Peyrin. §. 5. num. 32. & Pelliz. quæst. 11. num. 99.* Aliqua enim ex illis superveniente, liberum, licitumque erit Regularibus, infra quinquennium Conservatorem amovere, & mutare.

Dixi tandem [Ab ipsismet Regularibus in 12
Capitulo provinciali examinanda:] ob decretum Sacræ Congregationis Concilii, & Sacræ Congregationis Regularium jussu Gregorii XIII. supra laudatum *articulo 13. assert. 2. n. 5.*

Atque hic pro coronide animadvertendum ex 13
Bordono tom. 1. p. 2. resol. 95. qu. 14. n. 18. Regulares sine legitima causa Conservatorem mutantes, non incurrere privationem utriusque vocis, cujus habilitationem sibi Papa reservet; quam incurrunt eligentes contra formam statutam a Gregorio XV. puta in Conservatorem eum, qui non est constitutus Judex in Synodo. Cum enim versemur in materia odiosa, cujusmodi est pœnalis; pœna, quæ imponitur delinquentibus uno crimine, extendenda non est ad delinquentes alio diverso crimine.

Et hæc de obligatione Judicis Regularium Conservatoris, Electioni de se factæ assentiendi, munusque impositum ad integrum saltem quinquennium exequendi; ac de pœnis, quibus astringitur ad utrumque. Quoniam vero Correlativa pœnarum sunt præmia, seu gratiæ, & privilegia, quibus a Sede Apostolica ex adverso cumulatur electioni consentiens, acceptatumque munus exequens debite, ac plenarie, & in eo ad stabilitum tempus perseverans; Ordo Doctrinæ postulat, ut de hujusmodi præmiis, post recensitas pœnas, imposterum differamus. Sit igitur



ARTICULUS DECIMUSSEPTIMUS.

Quibus fruatur privilegiis Conservator electus Regularium. Et quænam illum eligendi, creandique, forma.

1 DIco I. Quemadmodum Conservator electus Regularium electioni non consentiens, aut post præstitum consensum, immo & inchoatum officium, absque legitima causa infra quinquennium illi renuntians, præter mortale peccatum, quod committit, spiritualibus excommunicationis, & suspensionis latæ sententiæ pœnis, Summoque Pontifici reservatis afficitur, ex dictis *art. præced. asser. 1, & 2. n. 1. 2, & 3.* ita ex adverso, si Electioni consentiat, munusque acceptatum usque ad finem quinquennii exequatur rite, præter eximia Charitatis, Obedientiæ, ac Justitiæ merita, quæ habet apud Deum, spiritualibus cumulatur gratiis, & privilegiis, participatione videlicet omnium bonorum operum, quæ fiunt in Religione sibi commendata; sicut & compluribus, maximisque Indulgentiis, plenariis præsertim omnium peccatorum; & absolutione ab omnibus casibus, etiam Episcopalibus, Censurisque ecclesiasticis &c. Quod ut palam fiat, satis superque erit Julii II. & Clementis VII. dumtaxat Constitutiones pro Minimis referre. Profecto

2 Julius Secundus in Constit. 4. *incip.* [Alias Venerabilem] edita 29. *Martii* 1507. hæc habet §. 1. [Quodque dicti Ordinis domorum Fundatores, Fundatrices, Procuratores, & Procuratrices, Tutores, & Tutrices, nec non dicti Ordinis *Conservatores* præsentes, & futuri, omnium & singulorum ipsorum jejuniorum, Orationum, & Sacrificiorum, ac quorumcumque aliorum bonorum, in toto hujusmodi Ordine Minimorum de cetero faciendorum, & recitandorum participes forent, & illis communicata sint, & esse debeant &c.] Et in Constit. 1. *incip.* [Dum ad Sacrum Ordinem] §. 29. [Et præfati Ordinis Minimorum Fratres &c. ac ejusdem Ordinis *Conservatores* per Fratres Ordinis Minimorum hujusmodi pro tempore capitulariter electi &c. semel in vita, & ita in morte plenariam omnium peccatorum suorum veniam, & indulgentiam consequi; ac quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam recitando, omnes ac singulas Indulgentias, quas diebus Indulgentiarum omnium Ecclesiarum dictæ Urbis, & extra illius muros hujusmodi visitantes, plene, ac integre consequantur, & consequi possint, ac si Indulgentiarum hujusmodi diebus Ecclesias Urbis, & extra muros hujusmodi, & earum quamlibet visitarent &c.]

Clemens

3 Clemens VII. in Constit. 9. *incip.* [Universis, & singulis] sic habet §. 1. [Ut omnibus, & singulis Fratribus &c. *Conservatoribus* &c. plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & Remissionem semel dumtaxat singulo quoque triennio elargiri, & concedero possit] Generalis pro tempore existens Minimorum. Et §. 2. [Ipsique Fratres &c. *Conservatores* &c. de licentia dicti Generalis eligere possint unum Confessorem idoneum, eumdem Ordinem professum, qui eos ab omnibus casibus, etiam Episcopalibus, & Censuris Ecclesiasticis absolvere, & pœnitentiam salutarem pro modo culpæ injungere valeat &c.]

Quæ sane privilegia sub communicationem privilegiorum cadere, adeoque communia esse aliis aliorum Ordinum Conservatoribus, opinatur *Pelliz. qu. 11. n. 146.*

4 Verum circa Constitutionem hanc Clementis VII. notandum ex *Peyrino tom. 1. privil. Constit. 1. Julii II. §. 1. & 2.* primo, posse nunc Generalem Minimorum prædictam Indulgentiam concedere; cum hæc Constitutio hactenus revocata non fuerit, ut mox videbimus.

5 Secundo, posse laudatum Generalem illam concedere singulo quovis triennio; non vero semel Generalatum durante, non obstante, quod Generalatus hodie ad Sexennium extendatur; & tunc, cum edita fuit Constitutio, ultra triennium non protraheretur; cum oppositum ex verbis Constitutionis nullatenus demonstretur; & aliunde privilegium hoc sit omnino favorabile, & nemini præjudiciale.

6 Tertio, facultatem eligendi Confessarium hodie perseverare; sed illum debere esse approbatum ab Ordinario. Videatur *Peyrinus loc. cit.*

7 Quarto, Constitutionem hanc, quamvis sit vivæ vocis Oraculum, non proinde revocatam esse a Gregorio XV. in Constit. [Romanus Pontifex] 27. utpote qui in sua revocatione vivæ vocis excepit Oracula, quæ fuerant a Cardinalibus obtenta, & manu eorumdem propria subscripta, & confirmata: cujusmodi est hæc Constitutio.

8 Neque ab Urbano VIII. per Constit. 28. *incip.* [Alias Fel. record.] & si omnia omnino vivæ vocis Oracula revocarit, etiam a Cardinalibus obtenta, & eorum manu subscripta: quia, ut notat *Peyrin. ad hanc Constitutionem Urbani VIII. t. 3. cap. 12. n. 1.* ista Urbani revocatio non comprehendit vivæ vocis Oracula, ante Sanctum Pium V. concessa, cujusmodi est hoc Clementis VII. cum hic Pontifex illa omnia innovarit, & de novo concesserit cum clausula: [Quorum tenores, ac si de verbo ad verbum &c.] quæ profecto clausula operatur, ut Confirmatio & innovatio sint ex certa Scientia, quæ sane ex certa Scientia clausula vim habet novæ concessionis, ut ostendit *Peyrinus laudatus tom. 2. privil. Minim. ad Constit. 4. Pauli III. num. 11. & ad Constit. 7. Pii V. §. 31.*

9 Neque præfata Urbani revocatio vivæ vocis includit Oracula, ante Gregorium XIII. seu etiam ab ipso Gregorio ante suam Confirmationem bullatam, cujusmodi est hoc Clementinum: quia iste Pontifex 10. *Octobris* 1575. ea omnia confirmavit Ordini Minimorum; & consequenter aliis etiam Ordinibus, de Minimorum privilegiis communicantibus, per suam primam Constitutionem ex certa scientia apud eumdem *Peyrinum to. 2. privil. cit.* quæ sane Clausula, ut innuimus, vim habet novæ concessionis. Cum itaque (ait Peyrinus) isti duo Pontifices per Confirmationem, & innovationem ex certa scientia, quæ novæ concessionis vim habet, privilegia vivæ vocis Oraculis concessa confirmarint in genere, & in specie per suas particulares Constitutiones; jam illa desinunt esse concessa per vivæ vocis Oraculum, sed sunt concessa per novas eorumdem Pontificum Constitutiones. Quare sub ista revocatione cadere non videntur, salvo semper meliori judicio, & Stylo Curiæ Romanæ aliter interpretante, & sentiente.

10 Neque demum præfata Constitutio Urbani VIII. comprehendit vivæ vocis Oracula, concedentia Indulgentias; cum hæc non nominentur, nec venire commode queant sub nomine privilegiorum, aut gratiarum, sed sint omnino diversa; & a diversis non fiat illatio, præsertim in odiosis, qualis est hæc Urbani Constitutio, utpote tot privilegiorum revocatoria. Videatur *Peyrin. tom. 3. ad Constit. Urbani VIII. laudatam*, ubi etiam alia circa hoc punctum adducit.

11 Bordonus *tom. 2. resol.* 31. Peyrini subscribens doctrinæ, quo ad Indulgentias &c. contendit, sub generali revocatione vivæ vocis Oraculorum non comprehendi, neque Indulgentias vivæ vocis Oraculo concessas; cum eæ, teste *Navar. Concil. 2. de Pœnit. n. 3.* non veniant nomine Indultorum, & Gratiarum, quæ juxta regulas Cancelleriæ a Papa initio suæ Assumptionis revocari solent, utpote quæ sunt maxima privilegia, adeoque speciali indigent expressione. Neque gratias omnino favorabiles, E.G. quod Officium Beatæ Virginis recitetur singulis Sabbatis non impeditis; cum finis dictæ revocationis fuerit, ne vivæ vocis Oraculorum usus cederet in detrimentum Ecclesiasticæ disciplinæ; ut ex illis verbis colligitur: [Minus Canonica interpretatione extendi, & perperam in Ecclesiastico disciplinæ detrimentum executioni demandari:] & aliunde causa finalis restringat, aut ampliet Constitutionem ad limites suos, *L. Cum Pater §. dulcissimis, ff. de Legatis*. Quod utique non evenit in proposito.

12 *Pelliz. tom. 2. Man. tract. 8. de Amission. Privil. cap. 1. sect. 5. qu. 20. n. 131.* *Peyrini* etiam adhærens sententiæ quoad novam Concessionem privilegiorum, ceteroqui vivæ vocis Oraculo concessorum, addit, quod cum Paulus V. *die* 23. *Maji* 1605. privilegia Dominicanorum per quoscumque Romanos Pontifices, per ipsum, & per Sedem Apostolicam [Sub quacumque verborum forma, & expressione in genere, & in specie, & per solam Signaturam, & vivæ vocis Oraculo, aut alias quomodolibet concessa, ac semel, seu pluries confirmata, cum omnibus, & singulis, in eis contentis clausulis, decretis, & declarationibus, Apostolica auctoritate perpetuo confirmaverit, & approbaverit, illisque perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjecerit (singulas literas tam plumbo, quam sub forma Brevis, aut alias deinceps confectas, quarum tenores, & formas datas, effectus, decreta, & alia in illis contenta, ac si de verbo ad verbum insererentur, *huic suæ Bullæ* pro sufficienter expressis haberi volens) quatenus Sacri Concilii Tridentini decretis, nec non Regularis Ordinis Dominicani institutis non adversentur, ac revocata non sint, neque sub aliquibus revocationibus non comprehensa;] Doctrina Peyrini modo tradita procedit pariter, etiam quo ad vivæ vocis Oracula, Regularibus, a Summis Pontificibus concessa usque ad *diem* 23. *Maji anni* 1605.

Quin

53 Quin etiam (sequitur *Pellizarius*) Gregorius XV. *die* 18. *Octobris* 1621. in Bulla [In Apostolicæ] privilegia Theatinorum, per quuscumque Romanos Pontifices ipsis concessa principaliter, aut per communicationem aliarum Religionum, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis simpliciter confirmavit: sicque revalidavit etiam privilegia alias revocata, tam illorum propria, quam aliarum iis communicata; & consequenter etiam ea, quæ modo supradicto cum fuissent vivæ vocis Oraculo concessa, facta funt Bullata &c.

Quæ cum ita sint; Constitutio Clementis VII. de qua loquimur, non obstante, quod fuerit vivæ vocis Oraculum, revocata non est; immo in privilegium Scriptum, & Bullatum redacta: sicque una simul cum ipsa recensitæ spirituales gratiæ, & privilegia, per ipsam a Clemente VII. benigne Conservatori electo Regularium impertita, adhuc subsistunt.

54 Dico II. Quoniam, ut ait *Portell. in dub. Regul. verb. Conservatores in addit.* sæpe contingit, ut Provincialis, aliusve Prælatus velit, Conservatorem eligere, ignoretque tamen formam, qua illud eligere debeat; operæ pretium erit, nonnullas a probatis Doctoribus formulas hic transcribere, quæ mutatis alias mutandis pro Electione, & institutione Conservatoris rite valeant adhiberi: quibus tandem aliquando universæ huic de Electione Judicis Regularium Conservatoris materiæ finem imponimus. Sit igitur

Prima creandi Conservatorem formula, adducta a *Portell. loc. cit.*

[N. Minister Provincialis, &c. Domino N. Decano, Doctori, vel Vicario Generali, &c. Inter alia privilegia, favores, & gratias, ab Apostolica Sede Religiosis concessas, hoc unum non minus præcipuum est, ut possint Eligere Judicem Conservatorem, qui, eo ipso, quod ab aliquo Prælato electus sit, teneatur ex obedientia Summo Pontifici debita, dictum Officium acceptare: & ex inde possit Apostolica Auctoritate, & jurisdictione reprimere, & compescere quamcumque personam, prædictis Religiosis, eorumve Monasteriis, ac rebus quamcumque vim, & molestiam inferentem, vel quovis modo, illorum bonis, vel privilegiis præjudicantem. Quapropter præsenti scripto in virtute prædictæ obedientiæ, concessionis, & gratiæ, numino, & eligo personam vestram (de cujus scientia, probitate, prudentia, & zelo justitiæ confido, & certus sum) eligo, & nomino in nostrum Judicem Conservatorem, & pro taliter nominato habeo, reputo, & habendum declaro. Et hoc pro omnibus causis motis, & movendis in Judicio Ecclesiastico, vel Sæculari; & apud quæcumque tribunalia, in quibus secundum Jus Canonicum, Brevia Pontificia, vel nostra Statuta generalia, nostram regulam, vel professionem possimus, vel debeamus respondere per nos, vel Syndicos nostros, sive ut rei, sive ut actores. Quam nominationem, & electionem Conservatoris facio in forma meliori, quam secundum Jus facere possum: & juxta tenorem Brevium, & Bullarum Apostolicarum, habens pro expresso, sive suppleto; quodcumque in hac nominatione, vel electione exprimi posset, vel deberet: idque, ut nos defendas a molestiis, & injuriis illaris, & conserves in possessionibus, vel quasi possessionibus nostrorum privilegiorum: & in omnibus Juribus, nobis quomodolibet convenientibus, contra quascumque personas, cujuscumque dignitatis, qualitatis, conditionis, vel status fuerint, Sæcularis, vel Ecclesiastici: & in quocumque alio casu, ad quem nostra privilegia se extendunt, & Summorum Pontificum concessiones indulgent. Et sic personam vestram in Domino obnixe rogo, quantum juxta prædictas concessiones possum, ut tamquam noster Judex Conservator nos defendat in omnibus annexis, vel consecutivis in causis nostris, tam motis, quam movendis in futurum, quantum prædicti Officii Conservatoris Jurisdictio patitur. Dato autem ad hoc aliquo impedimento, propter quod non possit Nos tueri, causas inchoare, vel non procedere, & cum effectu, vel sententia diffinitiva ad exitum perducere, nomino te Judicem Conservatorem cum potestate subdelegandi, vel substituendi alium Judicem Conservatorem semel, bis, vel quoties necessarium fuerit pro omnibus causis occurrentibus, vel pro aliqua parte alicujus causæ: per te olim nominatos, ego etiam pro specialiter nominatis reputo, & pro substitutis, cum omni Jurisdictione, Clausulis, & Declarationibus necessariis in genere, vel specie exprimendis. Dat. in hoc Conventu, tali die, &c. Sub nostro Sigillo, & subscriptione manu propria.]

Subscribit N. . .

Secunda formula Conservatorem eligendi, ac instituendi, adducta a *Peyrino in formulario littera C. cap.* 10.

[Frater N. Ordinis N. Generalis Illustrissimo Domino N. Episcopo N. salutem in Domino. Sedes Apostolica Regularium personarum, quæ relicto Sæculo Dei sese obsequio manciparunt, quieti, ac tranquillitati consulere cupiens, ad ea, quæ religiosum earumdem propositum impedire possunt, removenda, sollicita semper, ac paterne intendit. Contuens igitur, refrigescente charitate, sic complurium iniquitatem abundare, ut succensa, veluti ignis, eorum impietas, contra Ecclesias, ac Regulares personas, eo validius inflammetur, quo eas infirmiores esse, vel qui easdem tueantur, rariores cernit comperiri: hujusmodi molestatoribus, præsumptoribus, atque injuriosis hominibus sese opponere, eorumdemque temeritatem compescere, quam maxime cupiens, viros gravitate, auctoritateque præcellentes, nec non in Ecclesiastica Dignitate constitutos, qui eas ab apertis injuriis, & vexationibus tuerentur, in Protectores, Conservatoresque eligendi facultatem gratiosa concessit, ac liberaliter impertivit. Quo sane beneficio nostræ Provinciæ N. Patres frui peroptantes, in suo Provinciali Capitulo, nuper in Conventu S. N. Civitatis N. *die* 29. *Septembris anno* 1634. celebrato, Illustrissimæ Vestræ Dominationis pietati, virtuti, doctrinæ, ac zelo, nec non in agendis prudentiæ summopere fidentes, unanimi voce, ac suffragio eam pro futuro dumtaxat quinquennio in Conventus N. libentissime elegerunt; quatenus, videlicet juxta Canonicas Sanctiones, sibique ab Apostolica Sede concessa privilegia, efficacis suæ defensionis præsidium, ut res postulaverit, eidem præstare, ac exhibere non dedignetur. Nos prudentiam, doctrinamque vestram, religiosas virtutes, ac regiminis experientiam probe cognoscentes, maxima sumus ob hujusmodi Electionem affecti jucunditate, vestri muneris clypeo, consilio itidem, beneficio, ac virtute non parum sperantes, impiorum, perdito- 55

ditorumque hominum molestiss, vexationes, injurias facillime delusuros. Quam ob rem præsentium tenore, ac vi præfatam Dominationis vestræ Electionem notsm facimus; esmdemque, quantum Officii nostri ratio postulat, lsudamus, approbamus, & confirmamus, eum omni ea auctoritate, & potestate, qua juxta Csnonicas Sanctiones, & nostri Ordinis privilegia Regularium Ordinum Conservatores frui vslent, ae gaudere. Quod præterea Offieium, & munus, ut alacriori, promptiorique animo Illustrissima Dominstio Vestra suscipiat, ac exequatur, eam ad omnium spiritualium bonorum, quæ per Universi nostri Ordinis Fratres, ac Sorores Auctor bonorum Deus sua Misericordia fieri donaverit, communionem, participationemque libentissime admittimus. In quorum fidem &c. - -]

Tertia, a *Monacello* concinnata *par.* 3. *Formularii tit.* 1. *de Censur. excommunic. form.* 50. *pag. mihi* 173.

56 [Cum inter cetera a Sede Apostolica Religiosis concessa, hoc unum præcipuum sit, ut possint sibi eligere Conservstorem, qui Apostolica auctoritate, & Jurisdictione vsleat, & debeat reprimere, & compescere qusmcumque personam prædictis Religiosis, eorumque Monssteriis, ao bonis injurism, & violentiam inferentem: hoc ssne privilegio uti volentes, & peroptantes.

Nos infrascripti PP. Monasterii N. in unum Cspitulsriter congregsti ut Juris, & moris est, hodie, quæ est --- mensis --- anni præsentium serie, tenore, & vigore, eligimus, deputamus, nominamus, & constituimus Conservatorem privilegiorum hujus nostri Monasterii N. & omnium Religiosorum, habitantium in eo, per Sedem Apostolicam quocumque modo concessorum, & elsrgitorum, N. J. V. D. Archidisconum Cathedrslis N. in Dignitate Ecclesiastics constitutum, ac Judicem Synodslem ejusdem Diœcesis, qui valeat pro tuitione, defensione, & manutentione Jurium dicto Monssterio, & Religiosis competentium, & competiturorum procedere, juxta Statuta per Sac. Canones, & Apostolicss Sanctiones hac in re manatis: transferentes in eum, quantum in Nobis est, & ad Nos pertinet, plensm, & liberam facultatem, & auctoritatem similibus Conservstoribus de Jure, vel de Consuetudine competentem, per quinquennium tantum duraturam. In quorum fidem subscripsimus manu propria in Conventu S. N. loci N. die, mense, & anno, quo supra.]

Ego Fr. N. Prior Conventus eligo ut supra.
Ego Fr. N. Magister Ssc. Theologiæ eligo ut supra.

Loco ✠ Sigilli Monstetii.

ARTICULUS DECIMUS OCTAVUS.

Ad quæ, adversus quos, & pro Quibus, ac intra quodnam spatium, attento Jure Communi antiquo, extendat se Potestas Judicis Conservatoris Regularium.

DIco I. De potestate Judicis Regularium Conservatoris, in ordine nimirum, ad quæ illa extendstur, adversus quos, & pro quibus, ac intra quodnam spatium attento Jure Communi antiquo, fuse disseruimus *art.* 1. *per totum*, ubi illum definivimus secundum Jus Commune antiquum, ad limites *cap.* 1. *& fin. de offic. Jud. deleg. in* 6. & nonnihil insinuavimus *art.* 14. *ass.* 1. *in princ.* Quamobrem hic leviter innuemus, quæ ibi fuse tradidimus, aliqua ulterius addentes, quæ in citatis *articulis* desiderantur. Itsque

5 Dico II. Cum Judex Regularium Conservator, attento Jure Communi antiquo, ex dictis *art.* 1. *assert.* 2. & 3. per totam sit: [Judex delegstus, a Papa concessus, ad aliquos, etiam Actores, contra manifestas dumtaxat aliorum injurias, & violentias defendendos, intra Civitatem, seu Diœcesim, & non extra procedens, neminem ultra unam dietam a fine diœcesis ipsius trahens, judiciali non utens indagine;] extenditur ejus Potestas ad defendendos ab omnibus omnino injuriis, adeoque & a violentiis omnibus, atque adeo, seu realibus, sive verbalibus, sive etiam scriptis; tum ablativis, tum expulsivis, tum compulsivis, turbativis, & inquietativis, per quamcumque personam illatis, vel probabiliter inferendis, cujuscumque de cetero conditionis, & dignitatis ea sit, adeoque per Magistratum Sæcularem, nedum per Laicos inferiores; perque Episcopos, Archiepiscopos, Legatos quoque de Latere, nedum per Clericos simplices; perque Religiosos, Doctores, Cancellarios, Scholares, aliosque simile privilegium Conservatoris hsbentes, dummodo tamen manifestis, seu notoriis, notorietate facti, vel juris; non autem dubiis, & obscuris: ad defendendos, inquam, a prælatis iojuriis, & violentiis Regulares sibi commissos, scilicet tum quoad ipsorum personas, tum quoad eorumdem Religiones, Monasteria, seu Conventus, tum denique quoad Bona, Jura, privilegia, seu de cetero Regulares defendendi Rei sint, sive Actores. Non tamen quoad eorumdem familisres, nisi injuria, seu violentia familiaribus irrogata, censeatur etiam illata Regularibus; & quidem Civiliter, non Criminaliter, aut miste procedendo; & intra Civitatem, seu Diœcesim, pro qua est deputatus, ubi nimirum sunt Regulares defendendi, eorumque Conventus, Bona, &c

non

non temen extra, nisi in certis quibusdam Casibus, & non ultre unam dietam a fine Civitatia, seu totius Diœceseos Territorii Rei conveniendi: & intra illem per Edictum eitaodo, ubi tutus non peteat accessus ad personaliter eitandum; illucque trahendo reos, & non ultra; ibique proinde habitando, & non extra; quemadmodum ea eadem Civitate, seu Diœcesi, pro qua deputatur, non ea alia, pro qua non deputatur, eligendus est: Judiciali non utens indagine, quæ in rebus dubiis, & obscuris solet adhiberi, sive in eausis plenariis; immo neque illa, quæ adhibetur in summariis, etsi hæc seeunda inferior sit prime; sed quæ in notoriis, ubi opus erit, adhibetur, quæ saoe levissima, vel nulla est. Atque bis omnibus neque de consensu partium, neque per consuetudinem legitime præscriptam, neque per ipsemmet præseriptionem legitimam, potest, aliter faeiendo, contraire ratione decreti irritentis, adiecti in *cap. fin. de offic. Jud. deleg. in 6.* Videantur, quæ *artic. 1. cit. per totum* fusius dicta sunt; quæque *art. 14. asser. 1.* Hinc

2 Dico III. Ut Judex Regularium Conservator rite procedere valeet, potestatis suæ limites neutiquem transgrediendo; ante omnia opus est, ut ipsi manifeste constet, eliquod patratum esse, quod in Regularium, suæ Conservationi deputatorum, injuriam eedat; illudque manifestam eorumdem injuriam esse. Ubieumque etenim Jurisdictio competit alicui respectu certæ qualitatis, ante omnia debet eidem de illa qualitate constere, ut cum *Bart. in l. Multum interest n. 5. & §. ff. de condit., & demonstrat. ac Vant. de nullitat. tit. ex defectu Jurisdict. Ordin. n.* 107. tradunt Doctores communitet. Quare si Conservatori menifestum non sit, aliquod adversus Regulares esse patratum: vel si id manifestum sit, manifestum tamen non est, illud injuriam esse: quia cum probabilitate defendi potest, vel non fuisse patratum, vel tale fectum non esse injuriam, procedere nequaquam valet, sed debet Causam, utpote dubiem, & obseutam, Judieibus ordinariis remittere; quorum profecto, non autem Conservatoria est, attento Jure Communi, de dubiis, & obscuris cognoseere; ut recte docent *Molina de Just. tom. 6. tr. 5. d. 29. tit. 2. Barbos. n. 18. Miranda q. 47. art. 8. & alii passim.*

3 Poterit nihilominus Conservator, summatim eaeminare, num iojuria vere facta Regularibus fuerit; illeque non qualiscumque, sed notoria sit, & super ea de plano, & ebsque solemnitate Judiciorum, ed suam Jurisdictionem fundendam, probationes reeipere; &, cognito per Testium depositionem, manifestam vere injuriem Regularibus factam fuisse, adversus delinquentem procedete: sin minus, ut supra, se incompetentem pronuntiere, *Gloss. in cap. 1. de offic. Jud. deleg. in 6. Azor. Instit. Mor. p. 2. l. 5. c. 34. q. 8. & alii.* Et Jure quidem optimo; nam concessa Jurisdictione in notoriis, neeessario intelliguntur ea omnia concessa, sine quibus talis jurisdictio expleri non potest, ut liquet ea *l. 2. ff. de Jurisdict. Omn. Judic.* & admittunt Doctores passim.

4 Testes autem, qui deponere debent, setis erunt duo: & quamvis ed efficiendum aliquod notorium, evidens, seu maoifestum, oporteat, quod omnibus, vel pluribus Civitatis populis, seu viciniæ illud notum sit, *text. in cap. Cum dilectus 15. vers. dicitur, de purgat. Canon. cap. Quæ Lotharius, cap. de manifestis*, & Doctores frequenter; ad probandum tamen, factum aliqnod fuisse ootorium, satis superque erit Testimonium duorum, legitime deponentium, *text. in cap. Tam literis 33. de Testib. & in l. 2. juncta Glos. Verb. Doceri, c. de bonorum possess. Contra tab. Salicet. in l. Ea quidem n. 88. c. de Accusat. Capra tr. de Notorio memb. 6. n. 7. & alii.* Depositio autem Testium, ut notorium proberi queat, illa esse potest, per *Innoc. in cap. Statuimus n. 6. de offic. deleg. in 6.* Videlicet: [Seio, factum esse notorium: quia iotersui, & vidi, quando publice in Platee, multis præsentibus, fecit illud:] Vel [Ego quidem non vidi, quendo feeit maleficium; sed vidi quod ductus fuit eoram Judice, & interrogatus de meleficio, non negavit (vel Confessus fuit,) quod sic publice fecerat.] Vel [Audivi eum, dicentem eoram multis, se tale malefieium feeisse.] Vel [Vidi eum, fugientem post tale perpetratum meleficium.]

Poterit etiem Conservator, delinquentem voeare, illumque interrogare: &, si quidem delictum confiteetur, neque sufficientem afferat rationem, eur injurie non sit, poterit adversus delinquentem procedere: quia tunc, seu factum revera notorium aliunde sit, & de ejus notoreitate appareat aliunde, sive non, nec aliunde proberi queet; per confessionem attamen Rei reducitur tale, nec aliud ulterius requiritur, ut notorium dicatur, & sit, notoreitate videlicet Juris per eonfessionem Rei *juxt. Reg. text. in cap. Vestra, ibique Gloss. verb. Non diffitetur, cap. ult. de Cohabit. Cleric. & cap. Cum olim de verb. Signific. Mascard. de Probat. Concl. 1107. n. 2. Farinac. in prax. crimin. t. 1. q. 21. n. 31.* 5

Quod si Reus delictum quidem fatcatur; sed 6
excusationem alleget, dicens, jure suo illud feeisse: in hoc casu adhuc potest Conservator procedere: solumque tenetur, illud edmittere ed suas excuseriones probandes, *Gloss. Verb. Conservatores vers. Si autem Confiteatur in dict. cap. 1. de offic. deleg. in 6.* Cum enim via reperiri queat delictum tam notorium, quod non possit aliquas excusationes, & tergiversationes, seu probationes habere, *Gloss. verb. recepit in cap. Bonæ il primo de elect. juncta reg. text. in Auth. de Tabellionibus §. Nos autem. vers. proinde, Collat. 4. Aretin. Cons. 165. col. 5. vers. 2. principaliter, Mascard. Concl. 1106. n. 9. & Concl. 1108. n. 8. Farinac. q. 21. n. 50.* inutile foret Conservatoris officium, si quando factum in se notorium est, procedere non posset propter exeusationes Rei, quæ notoriæ non sunt, & indigent probatione, ut tradunt *Anchar. Farinac. Sylv. Azor. Cochier*, quos citatos sequitur *Barbos. de offic. & pot. Ep. alleg. 106. n. 64.*

Quod si Reus neget; distinguendum est: vel 7
injuria notoria fuerit, notoreitate facti continui, seu permanentia, itaut nulla valeat exeusetione, seu tergiversatione eelari; & tunc non tenetur Conservetor, probatiooes aeeipere: Notorium siquidem per se tale est quod nulla indiget probatione, ut habet *text. in cap. Tua nos, de Cohabit. Cleric. & cap. 3. de testib. cogend. in princ. Ubi Gloss.* e. ergo in eo negetio partis non facit rem dubiam, ut probat *text. in dic. cap. 3.* & notant *Felin. ibi n. 7. Abb. in cit. cap. Tua nos, n. 4. Mascard. Concl. 1106. n. 8. Farin. q. 21. n. 18.* Vel notoria tantum fuerit notoreitete facti transeuntia, aut sola notoreitate Juris, & tunc, negante parte, Coofervetor debet notorii eaaminetionem præmittere, eohærenter ad doctrinam *Glossæ in dic. cap. 1. verb. Conservatores, vers. sed quid, si negetur.*

getar. Quod enim non ita se habet, ut nulla excusatione, seu tergiversatione celari valeat, per negationem redditur dubium; juxta *Reg. l. 3. c. Quibus ad libert.* Unde in eo, ante omnia, necessaria erit probatio, qua nimirum ostendatur, non injuria in se, sed notoreitas injuriæ; cum non constet, illam esse notoriam, *text. in cap. Bonæ il primo, vers. licet autem, juncta Gloss. verb. recepit in fin. de elect. & Gloss. 2. in cap. Ad nostram 21. il terzo de Jure jur.*

8 Quod si delinquens neque delictum fateatur, neque illud neget, immo taceat, nihil opponendo de notoreitatis defectu, adeoque de incompetentia Judicis; & factum in se notorium esse, non appareat: unde Conservator dubitet; tenetur ad suam jurisdictionem fundandam, ante omnia probationes facere, an delictum notorium sit: quo probato, procedere poterit; secus debebit incompetentem se pronuntiare. Ubi enim Notorii qualitas exigitur ad fundandam jurisdictionem Judicis; tunc, etiamsi non negetur, debet ante omnia super ea processus fieri, ut docent *Mascard. Concl. 1108. n. ult. Farin. q. 21. n. 86. & 87.* & alii, quibus citatis adhæret *Barbos. n. 24.*

Quod si delictum notorium quidem sit, nesciatur tamen Auctor delicti; poterit in hoc casu Conservator ad mistam inquisitionem devenire; specialem videlicet erga delictum, & generalem quoad personam; cum *text. in dic. cap. 1. & fin. de offic. Jud. deleg. in 6.* dum Jurisdictionem tribuunt Conservatoribus, non ad personas inferentes injurias, sed magis ad injurias ipsas se referant. Atque ita docent *Azor. q 8. cit. Barbos. n. 25.* & alii, & nos insinuavimus *artic. 2. asser. 3. §. dicitur tandem n. 86.* 9

ARTICULUS DECIMUS NONUS.

Ad quæ, adversus quos, & pro quibus, ac intra quodnam spatium extendat se Judicis Regularium Conservatoris Potestas, attento Jure peculiari Novo Privilegiorum:

Ubi

Selectiores Casus, ad quos attento Jure Novo Potestas Conservatoris extenditur: De Potestate Judicis Conservatoris Ordinum Militarium.

1 Dico I. Potestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure peculiari novo privilegiorum, abunde a Summis Pontificibus, præsertim a Clemente VII. S. Pio V. Gregorio XIII. concessorum, amplior longe est, quam inspecto Jure Communi antiquo. Est enim attento Jure Novo Regularium Conservator ex dictis *art. 2. assert. 1.* [Judex Ordinarius, a Papa Regularibus, etiam Actoribus, eorumque adhærentibus, nedum intra, sed extra quoque Civitatem, seu Diœcesim, modo non ultra tres dietas, concessus ad Universitatem Causarum.] Sive: [Ad omnes omnino injurias, & violentias, illis per quamcumque personam illatas, aut inferendas.] Unde amplior est, & ad ulteriora, ac majora progreditur. Quamobrem

Dico II. Potestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure peculiari Novo, potissimum ad Casus, qui sequuntur, extenditur:

CASUS PRIMUS.

Ad Universitatem Causarum, etiam Criminalium, judicialem indaginem exposcentium, & ubi Regulares sunt Actores.

Potestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure peculiari novo, extenditur primo, ad Universitatem Causarum, seu ad cognoscendum de omnibus Causis, tam Civilibus quam Criminalibus, & mistis, a quibuscumque injuriis, & violentiis pullulantibus, qua nimirum manifestis, qua etiam non manifestis, exigentibus vel non exigentibus judicialem indaginem; seu de cetero Regulares sint Rei, & Conventi, sive Convenientes, & Actores. 2

Atque ita ex Conservatoria Sixti IV. pro Carmelitis §. 107. ibi: [Ac etiam summarie, & de plano, sine strepitu, & figura Judicii, sola facti veritate inspecta &c. in quibuscumque Causis,

Causis, per eos movendis, quacumque ratione, vel Causa, quæ excogitari posset, eis ministrent Justitiæ Complementum.] Clementia VII. pro Minimis §. 2. ibi: [Non permittatis, eosdem super libertatibus &c. indebite molestari &c. aut coram quibuscumque Judicibus, Ordinariis, vel Delegatis, etiam Apostolicis, quavis occasione, vel Causa, etiam Criminali, eosdem Fratres trahi &c. Ac de quibuslibet molestiis, injuriis, atque damnis, præsentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura Judicii; in aliis vero pro ut qualitas eorum exegerit justitiæ Complementum.] Et Gregorii XIII. pro Jesuitis §. 2. ibi: [In quibuscumque Causis, tam Civilibus, quam Criminalibus, ac mistis, etiam in eis, in quibus Actores, vel Conventi Rei forent, &c. Nec non de quibuslibet molestiis, injuriis, damnis, tunc præsentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura Judicii, in aliis vero, prout eorum qualitas exegisset Justitiæ Complementum.] Quæ sane potestas, quoad cognoscendum de omnibus Causis Civilibus, Criminalibus, & mistis, adhuc hodie in sua Universitate perseverat, utpote nullatenus limitata per Constitutionem Gregorianam, ut diximus *art.* 3. *ass.* 2. §. *Dicitur n.* 9. sicuti quoad cognoscendum de injuriis, & violentiis, seu manifestis, sive non manifestis, ubi Regulares sint Conventi, & Rei, ut diximus *art. ass. & §. cit. n.* 9. & 10. Non perseverat tamen, ubi Regulares Convenientes, & Actores sint, nisi quoad cognoscendum de injuriis, & violentiis manifestis.

CASUS SECUNDUS.

Ad articulum, ab alio Conservatore inchoatum, prosequendum.

3 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure peculiari novo, extenditur Secundo, ad articulum, ab alio Conservatore inchoatum, prosequendum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico præpeditus: & quidem tam in cœptis, quam in non cœptis Causis procedendo, ac si omnia & singula coram eo cœpta fuissent, ut indulgetur in dic. Const. Gregorii XIII. §. 5. sic. [Quodque quilibet Judicum, & Conservatorum prædictorum valeret prosequi articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo foret Canonico impedimento præpeditus: quodque cuilibet Conservatorum, & Judicum eorumdem ab eadem die esset in præmissis omnibus, ac eorum singulis, cœptis, & non cœptis, tunc præsentibus, & futuris perpetuata potestas, & jurisdictio attributa; ut eo vigore, eaque firmitate possent in præmissis omnibus cœptis, & non cœptis tunc præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram eis cœpta fuissent, & eorum cujuslibet ipsorum jurisdictio de præmissis omnibus, & singulis per citationem vel modum alium perpetuata legitime extitisset.] Et in laudata Constitutione Clementis VII. §. 5. iisdem fere verbis, sic: [Ceterum volumus, & Apostolica Auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico præpeditus. Quodque a datis præsentium sit vobis, & unicuique vestrum in præmissis omnibus, & singulis, cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram vobis cœpta fuissent, Jurisdictio vestra in prædictis omnibus, & singulis per citationem, & modum alium perpetuata legitime extitissent &c.] Atque hæc quoque potestas in suo robore permanere post Constitutionem Gregorii XV. autumant *Donatus n.* 8. *Pelliz. q.* 30. *n.* 131. addens, modo serventur præscripta in laudata Constitutione, & decr. Sacr. Congr. Concil. & *Pyr. ubi suprà.*

Quamobrem si elapso quinquennio, vel loco mortui Conservatoris vellent Regulares, alium sibi Conservatorem eligere, qui conditiones haberet prærequisitas; hic sic electus (ait *Pyr.*) posset articulum, a suo prædecessore inchoatum, prosequi; cum de hoc nihil præscribatur in Constitutione Gregorii XV. sed huic *Pyrrhi* Doctrinæ opponitur *Rodriq. art.* 9. *ex Joa. Andr.* putans, Jurisdictionem Conservatoris, neque quoad negotia cœpta post quinquennium durare; eo quia Conservatoriæ, utpote potestati Ordinariorum præjudiciales, sunt odiosæ: &, ut tales stricte interpretandæ. Verum, ait *Pelliz.* id alii non ita facile admittent, & absolute negari potest, attenta Constitutione Clem. VII. quæ id expresse concedit. 4

CASUS TERTIUS.

Ad citandum per Edictum, ubi personaliter citatio fieri non possit.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure peculiari novo, extenditur Tertio, ad citandum per Edictum, ubi tutus non pateat accessus ad personaliter citandum, seu ubi citandorum domicilia, sive alia etiam loca extra Domicilium, in quibus reperiuntur citandi, nequeant tute, libereve adiri. Vel ubi quis faciat, impediat, aut procuret, per se, vel per aliosquoquo modo, ne ad eum possit citatio pervenire; ut disponitur in *Clem.* 1. *de Judic.* Vel ubi alius, quam citandus, hanc Causam dederit, quod nimirum tute non posset adiri. Vel ubi citandus stet in domo sua clausus, ad hoc, ut citari non possit, *Marant. in spec. art. p.* 6. *membr.* 1. *n.* 85. & 86. Vel ubi quis, personaliter alioqui citatus, sit contumax; vel qui recesserit nullo Procuratore relicto, *Auth. Qui semel, c. quomodo, & quando Judex. l. Item ait, §. Hac autem, ff. ex quib. Caus. mai. cap. fin. de eo, qui mitt. in poss. cap. Venerabilis fin. de dolo, & Contum. & cap. Causam, quæ eod. tit.* Vel ubi persona, quæ citari debet, sit Vagabunda, *Bald. in l. si Accusatoribus col. fin. in princ. de accus. Et l. Ut perfectius col.* 1. *& in c. de annal. except. & alibi Marant. dic. membr.* 1. *n.* 83. *Scaccia de Judic. c.* 34. *n.* 14. *& alii.* Vel ubi contradictor sit incertus: in quo casu citantur omnes in genere, sua quomodolibet interesse putantes, *cap. fin. de elect. in* 6. *Marant. dic. membr.* 1. *n.* 89. *Gail. lib.* 1. *pract. observ. observ.* 57. *n.* 9. *Scaccia c.* 34. *n.* 15. & 30. *ac* 34. Et in iis demum casibus, in quibus jus permittit, citationem fieri per proclama, ut cum aliis docent *Scaccia dic. tr. de Judic. c.* 35. *n.* 2. & 5. & *Marant. cit. membr.* 1. *n.* 95. qui a *n.* 98. usque *ad n.* 110. casus omnes recenset, in quibus fieri queat citatio per proclama. Quemadmodum alios casus recensent *Gail. observ.* 57. *n.* 9. *Scaccia c.* 34. *n.* 15. 30. & 31. *ac Marant. a n.* 88. *usque ad* 95. Qui tamen vel dubii sunt; vel ad recensitos tandem aliquando reducuntur; aut 5

Conservatoribus vix usui esse possunt, in quibus citatio fieri queat per Edictum.

Quod sane Edictum legi debet, & in locis publicis affigi, ubi verisimilis habeatur conjectura, quod ad notitiam citatorum valeat pervenire, ut conceditur in laudata Constitutione Clementis VII. §. 3. & Gregorii XIII. §. 3. sic: [Insuper si ipsis per summariam informationem per eos super his habendam, quod ad loca, in quibus occupatores, præsumptores, &c. pro tempore morari contigisset, &c. pro monitionibus, & inhibitionibus ipsis, ac citationibus eis faciendis, tutus non pateret accessus,. Judicibus, & Conservatoribus hujusmodi monitiones, & citationes præfatas, ac inhibitiones quaslibet per Edicta publica locis publicis affigenda, de quibus esset verisimilis conjectura, quod ad ipsorum notitiam pervenire valerent faciendi.] Et [Ac monitiones, requisitiones, inhibitiones, & citationes, sic factas perinde ipsos monitos, requisitos, inhibitos, & citatos arctarent, ac si eis personaliter factæ, insinuatæ, & intimatæ forent.] Unde

7 Advertit *Confettius c. 7. vers. Advertendum est*, quod, antequam Conservator citationem per Edictum decernat, debeat statim summarie testes examinare super metu, potentia, & non tuto accessu, &c. seu super impedimentis, quæ ex adverso, prætenduntur, ut sustinet *Rot. decis. 24. in antiquis.* Qui testes, satis est, si dicant, se credere impossibile fore, vel non esse tutum, illos in personis, vel illorum domicilio citare, *Rot. decis. 163. in antiquis. Felin. in cap. Quoniam frequenter 11. Ut lite non Contest. Et alii in Clem. dudum, de Judic.* Neque ad probanda impedimenta præ-

8 dicta, partis juramentum sufficiens est, *Rot. decis. 253. & 254.* Propterea, si Conservator saltem summarie de præmissis non cognito processu per Edictum decerneret, processus hujusmodi minime valeret, *dec. Conf. 460. n. 26. lib. 41.* Atque hæc potestas Conservatori de Jure antiquo conveniens, ut insinuavimus *art. præc. 18. asser. 2. & 1.* & docet *Monet. c. 8. q. 1. concl. 5. a n. 39.* & alii, nedum de Jure novo, sed etiam de Jure novissimo convenit eidem, ut opinatur *Donat. n. 9.* cum de ea nihil in oppositum statuatur per Constitutionem Gregorii XV.

CASUS QUARTUS.

Ad defensionem nedum Personarum, & Monasteriorum Regularium; sed etiam quorumcumque Jurium, Bonorum, Privilegiorum eorumdem, &c. sicut & Syndicorum, Procuratorum, Agentium &c.

9 POtestas Judicis Regularium Conservatoris extenditur Quarto, ad defensionem, nedum Personarum, & Monasteriorum, seu Conventuum Religiosorum, verum etiam quorumcumque Jurium, Bonorum, tam Mobilium, quam Immobilium, seu possessionum, Privilegiorum, &c. ad Regulares sibi commissos pertinentium; sicut & eorumdem Syndicorum, ac Procuratorum, scilicet ab omnibus injuriis, violentiis, damnis, &c. nedum irrogatis, & præteritis, sed irrogandis etiam, & futuris, ut indulget præfata Constitutio Clementis VII. §. 2. sic: [Prædictis Generali, Provincialibus, & aliis Correctoribus, & Fratribus efficacis defensionis præsidio assistentes, non permittatis, eosdem super libertatibus, privilegiis, indultis, rebus, & bonis prædictis, ab eisdem, & quibuslibet aliis indebite molestari, vel eis gravamina, vel damna, seu injurias irrogari &c. facturi Generali, Provincialibus, & aliis Correctoribus, ac Fratribus prædictis, eum ab eis, vel Procuratoribus suis, aut eorum aliquo fueritis requisiti, de prædictis, & aliis personis quibuslibet super restitutione bonorum, ac rerum, & jurium prædictorum, nec non libertatum, privilegiorum, & indultorum prædictorum, & aliorum eis pro tempore concessorum observatione &c.] Et citata Constitutio S. Pii V. §. 14. [Eosdem Priores, Superiores, & Fratres, ac Moniales, etiam tertii habitus Oblatos, & alios præfatos, ac eorum singulos adversus inferentes eis eorum Procuratoribus &c. molestias, sive perturbationes aliquas, seu injurias, gravamina, vel damna, in personis, rebus, & bonis, seu exigendo ab eis vectigalia, datia, pedagia, gabellas, Collectas, aut alia onera, defendere, præservare, ac omnem eorum jurisdictionem exercere &c. ac omnibus facultatibus, Conservatoribus dicti ordinis Fratrum Prædicatorum, illiusque Fratribus, & personis per quascumque literas Apostolicas, quomodolibet concessas uti; ac privilegia Superioribus, Prioribus, & Fratribus, ac Monialibus præfatis pro tempore concessa, eis observari facere debeatis, & debeant.] Et Conservatoria Gregoriana §. 3. sic: [Non permitterent Societatem, collegiaque hujusmodi super terris, locis, domibus, possessionibus, & juribus, nec non fructibus, censibus, reditibus, & proventibus, ac quibuscumque aliis bonis mobilibus, & immobilibus, spiritualibus, & temporalibus, nec non privilegiis, & indultis eis, & dictæ Societati tam Apostolica, quam ordinaria, & alias rite Regia auctoritatibus concessis, & aliis rebus ad dictam Societatem communiter, vel divisim spectantibus, quoquo modo indebite molestari, vel eis gravamina, damna, aut injurias irrogari: facerentque, cum ab iisdem Societate; aut personis, vel procuratoribus suis, seu aliquo ex eis forent requisiti super restitutione locorum, terrarum, domorum, possessionum, jurium, & bonorum mobilium, redituum quoque, & proventuum, & aliorum quorumcumque bonorum, nec non privilegiorum, & indultorum, ei, tunc, & pro tempore concessorum observatione; nec non de quibuslibet molestiis, injuriis, damnis, tunc præsentibus, & futuris, &c.]

Quod sane privilegium non videtur hodie sub- 10
latum per Constitutionem Gregorii XV. si eo modo adhibeatur, quo in præfata Bulla disponitur, & in Decreto Sac. Congreg. Concil. explicatur, ut notat *Pelliz. q. 27. n. 129.* immo quoad Procuratores, & Syndicos confirmatur a Sacr. Congrg. Immunit. in *Terracinen. 7. Septembris 1666.* & in *Assiensi 21. Aprilis 1643.* ut diximus *art. 3. asser. 2. §. dicitur 2. n. 5.*

CASUS QUINTUS.

Ad defensionem Procuratorum, Agentium, Servitorum, ac Familiarium Regularium, eorumque Bonorum &c.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, at- 11
tento Jure peculiari novo, extenditur Quinto, ad defensionem Procuratorum, Agentium, Servitorum, ac Familiarium ipsorummet Monasteriorum, sive Regularium, ut concedunt laudata Bulla S. Pii V. §. 14. ibi: [adversus inferentes eis, aut eorum Procuratoribus, Agentibus, Servitoribus, & Familiaribus.] & præfata Gregorii XIII.

XIII. Constitutio §. 2. sic: [Societati, singulisque illius personis, ac eorum familiaribus, Cle-
12 ricali Charactere tamen insignitis.] Modo servitores, seu familiares prædicti copulative habeant, ut limitant nonnulli, duo illa, quæ requirit *Trident. sess. 24. de refor. c. 11.* scilicet quod actu Monasteriis, seu personis ipsis Religiosis inserviant, & intra eorum septa, seu domos sub eorumdem obedientia resideant: [Quoniam privilegia, & exemptiones (ait *Trident. loc. cit.*) quæ variis titulis plerisque conceduntur, perturbationem in Episcoporum Jurisdictione excitare, & exemptis occasionem laxioris vitæ præbere dignoscuntur; decernit, inter alia, S. Synodus, ut si quando illos cuicumque Monasterio oblatos, vel quomodocumque addictos sub nomine servientium Militiis, seu Monasteriis, Hospitalibus, Collegiis, aut quocumque alio titulo assumi contigerit, nihil ex his privilegiis detractum esse Ordinariis intelligatur, quominus ii, quibus ea jam concessa sunt, vel in posterum concedi contigerit, ipsis Ordinariis, tamquam Apostolicæ Sedis delegatis subjecti existant: *exceptis tamen iis, qui prædictis locis, aut militiis actu inserviunt, & intra eorum septa, ac domos resident, sub eorumque obedientia vivunt*; sive iis, qui legitime, & secundum regulam earumdem militiarum professionem fecerint, de qua Ordinario constare debeat. Non obstantibus privilegiis quibuscumque, etiam Religionis S. Joannis Hierosolymitani, & aliarum militiarum, &c.] Hactenus Concilium Tridentinum. Cujus rationem assignat *Donat. q. 14. n. 1.* quia Servitores, seu familiares hujusmodi, per prædicta, copulative habita, censentur, saltem large loquendo, de numero Religiosorum, intra septa degentium.

13 Verum contendunt aliqui Doctores, *Tridentinum loc. cit.* non comprehendere privilegia Regularium quoad Conservatores pro suis Servitoribus, sive familiaribus defendendis, ut in reliquis locis minime comprehendit: eaque relinquere dispositioni juris Communis, & tenori Conservatoriarum: nec aliquid a Concessionibus ante se factis immutare, vel imminuere, juxta ea, quæ superius dicta sunt *art. 6. ass. 2. n. 6.* Inter alia autem privilegia ante *Tridentinum*, a Summis Pontificibus concessa, illud extat a Pio IV. indultum in Bulla, quæ incipit: [Romani Pontificis circumspecta] quaque confirmantur privilegia Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, quibus etiam gaudent Mendicantes, teste *Rodriq. art. 12. §. Item Pius IV.* scilicet Conservatorum concessio [Adversus inferentes vim personis ejus Instituti, aut eorum Servitoribus, & Familiaribus injurias, seu gravamina, vel damna in personis, rebus, & bonis.] absolute, & sine duabus conditionibus copulatim re-
14 quisitis. Et etiamsi quoad hoc comprehendat *Tridentinum* privilegia Regularium, eaque imminuat in hac parte; concessiones, absolute factæ a Summis Pontificibus post *Tridentinum*, cujusmodi sunt supra recensitæ S. Pii V. & Gregorii XIII. videntur eidem quoad prædictas conditiones copulative requisitas derogare, ut autumat *Lezana hic n. 65.*

15 Quæ profecto Concessiones Magnæ sunt, ait *Pelliz. q. 28. n. 129.* Nec videntur sublatæ per Constitutionem Gregorii XV. Ut cum eodem sentit *Lezana n. 65. & cap. 16. de Familiar. seu Servit. Regul. n. 33.* si juxta eadem, & non aliter adhibeantur, ac conformiter ad Decretum Sac. Congreg. Concil. toties allegatum.

16 Notat tamen *Lezana dic. c. 16. de Familiar. seu Servit. Regul. n. 1.* Familiares, seu Servitores Regularium illos appellari, qui ipsis inserviunt, & cum iisdem cohabitant, ita ut sint ipsorum quasi Commensales, ut colligitur ex *Cap. ult. de Verbor. Signific. in 6. Rot. Rom. divers. p. 2. decis. 303. n. 2. Suarez tom. 4. de Relig. tr. 10. lib. 9. c. 4. n. 14. Barbos. de offic. & pot. Episcop. alleg. 5. n. 2.* Nec videtur necessum simpliciter ad hoc, ut aliquis censeatur familiaris, seu Servitor, quod propter stipendium, vel mercedem inserviat; cum, si aliquis gratis servire velit Monasterio, Familiaris utique sit, *Felin. cap. In Literis, Suarez ubi supra.* Requiri tamen videtur ad rationem familiaris in præsenti, quod continuo, vel quasi continuo in Regularium domibus cohabitet; quia secus non vocabitur de Familia, ac per consequens nec familiaris; ut in simili de familiari Episcopi loquuntur, *Bonac. de Sacram. d. 8. q. unic. p. 4. n. 18. & Barbos. loc. cit. n. 6.* Ægrotus autem, quique pro aliquo tempore ad propria negotia, vel Monasterii pertractanda absens est, familiaris nomen non amittit, *Gloss. in cap. ult. de verbor. Signific. & Suarez., ubi supra.*

Hactenus *Lezana*; qui deinde *n. 32.* subjungit, 17
ut frui queant familiares, seu Servitores Religiosorum privilegiis, ipsis concessis; opus est, quod inserviant toti Communitati, vel etiam particularibus personis, sed a Prælatis, seu Superioribus designati, non autem ex libito particularium Religiosorum ad id assumpti; cum non hos, sed illos approbet Religio; & consequenter pro illis, & non pro his intelligenda sint privilegia Summorum Pontificum, Servitoribus, & Familiaribus Monasteriorum, seu Regularium concessa. *Rodriquez tom. 2. quæst. Regul. q. 67. art. 1.*

CASUS SEXTUS.

Adversus Molestatores &c. omnes, & quoscumque cujuscumque conditionis, & qualitatis existant, Regularium, eorumque Monasteriorum, Bonorum, Jurium, &c.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris at- 18
tento Jure peculiari novo, extenditur Sexto, adversus omnes, & quoscumque Molestatores Regularium, eorumque Monasteriorum, Bonorum, Jurium, Privilegiorum, &c. cujuscumque de reliquo conditionis, & qualitatis illi sint. Atque ita conceditur per citatam Bullam Gregorii XIII. ubi hæc habentur §. 2. & 3. [Contra quascumque Communitates, & Collegia, &c. & a quibuscumque personis tam Sæcularibus, quam Ecclesiasticis, ac quacumque auctoritate, & superioritate fungentibus:] per laudatam Clementis VII. Constitutionem §. 2. sic: [Adversus Exactores, Occupatores, Detentores, præsumptores, molestatores, & injuriatores.] Et deinde: [Cujuscumque dignitatis, status, gradus, Ordinis, vel conditionis extiterint.] Et per Constitutionem citatam Sixti IV. §. 107. [Contra quoscumque, cujuscumque qualitatis, vel Conditionis existant, & quacumque Ecclesiastica, etiam Patriarchali, Archiepiscopali, aut Episcopali, aut mundana forent dignitate, & exemptione muniti.] Quod sane privilegium per Gregorianam Constitutionem reformatum non est; ut liquet. Et quoad aliquas personas, Vicarios scilicet Generales Episcoporum, declaravit Congregatio specialiter deputata ab Innocentio X. in causa Angelopolitana 16. *Aprilis anno 1648. apud Monacell. tom. 1. append. ad Formul. in adnot. ad Bull. Gregorii XV. n. 15. & alios.* Proposito siquidem dubio: [An Conservatores Soc. Jesu Vicarios Generales Episcoporum auctoritate Apostolica

per

per senteotias, Censuras, & pœnas Ecclesiasticas compellere possint, virtute Bullæ Gregorii XIII.] Congreg. respondit: [Posse a manifestis injuriis, & violentiis eos compescere, etiam censuris, & pœnis Ecclesiasticis.]

CASUS SEPTIMUS.

Ad trahendum ad suum Judicium extra Diœcesim existentes, modo non ultra tres dietas; & quamvis Conservator ipse extra Diœcesim, pro qua deputatur, existat.

19 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure peculiari novo, extenditur Septimo, ad trahendas ad suum judicium personas, existentes etiam extra Civitatem, & Diœcesim, in qua deputatus est Conservator; modo non trahat ultra tres dietas; & quamvis ipsemet Conservator extra dictam Civitatem, vel Diœcesim, pro qua est deputatus, existat; ut conceditur per Bullam Clementis VII. laudatam §. IV. Et Gregorii XIII. §. 5. tenoris sequentis: [Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, qua cavebatur, ne quis extra suam Civitatem, vel Diœcesim, nisi in certis exceptis Casibus, & in illis ultra unam dietam a fine suæ Diœcesis evocaretur ad Judicium, seu ne Judices a Sede prædicta deputati extra Civitatem, vel Diœcesim in quibus deputati forent, contra quoscumque procedere præsumerent; & duabus dietis in Concilio Generali edita, dummodo non ultra tres dietas aliquis vigore earumdem literarum tunc desuper conficiendarum extraheretur, &c.] & §. 3. [Etiamsi sint extra loca, in quibus Conservatores, & Judices deputati forent, eidem Societati efficacis defensionis præsidio assistentes &c.] Quamvis hujusmodi potestas hodie post Constitutionem Gregorii XV. extra fines Civitatis, seu diœcesis ultra unam dietam neutiquam protrahatur.

CASUS OCTAVUS.

Ad revocandos Religiosos Apostatas, seseque ab Obedientia subtrahentes.

20 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure peculiari novo extenditur Octavo, ad revocandos Apostatas Ordinis Minimorum, & cum iisdem in privilegiis communicantium, ut notat *Lezana in Summa p. 2. c. 10. n. 31.* & se ab obedientia subtrahentes, per Censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, ad Religionem. Quod est privilegium speciale in Conservatoria Clementis VII. pro Minimis §. 2. [Adversus exactores, &c. ac subtrahentes se ab obedientia, &c. Nec non super Professorum, & se ab obedientia Subtrahentium hujusmodi ad Regularia loca dicti Ordinis revocatione, & reductione &c.] Illudque in suo robore, adhuc post Constitutionem Gregorii XV. hodie permanere, contendunt *Peyr. §. 6. n. 48. & Donat. q. 9. n. 7.* cum nullum in præfata Constitutione vestigium adsit, unde convincatur, voluisse Gregorium hujusmodi privilegium revocare.

CASUS NONUS.

Ad Censuris, iteratis etiam vicibus, ligandos, declarandosque ligatos Injuriatores quoscumque, Perturbatores, &c. cujuscumque qualitatis, & conditionis; ac loca quæcumque Ecclesiastico Interdicto subjicienda.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure peculiari novo extenditur Nono, ad Censuris, iteratis etiam vicibus, ligandos, declarandosque ligatos, Injuriatores, molestatores, perturbatores quoscumque, & cujuscumque qualitatis, & conditionis existant, seu Ecclesiasticæ, sive mundanæ, appellatione postposita, & invocato, si opus fuerit, auxilio etiam brachii Sæcularis; ac loca quæcumque Ecclesiastico interdicto subjicienda &c. Ut indulgetur per Constitutionem Sixti IV. §. 207. sic: [Exequentes, quod per eos fuerit ordinatum; & illos, quos Censuras, & pœnas prædictas incurrisse constiterit, illis irretitos esse declarent, ac faciant, & mandent interdictos, suspensos, & excommunicatos publice nuntiari, & ab omnibus arctius evitari, ac legitimis super his habendis servatis processibus, illos, quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggravare procurent. Contradictores auctoritate Apostolica, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis.] S. Pii V. §. 14. ibi: [Qui quamdiu dictum officium exercueritis, & ipsi exercuerint, a nemine, quominus illud exerceatis, & exerceant, sub aliquo prætextu; ac sub excommunicationis, sive suspensionis a divinis latæ Sententiæ, quam eo ipso incurrere volumus, & declaramus, respective pœna impediri, vel molestari possitis, & possint, dicta auctoritate deputamus &c.]. Et deinde [Nec non Sententias, Censuras, & pœnas Ecclesiasticas contra rebelles, & inobedientes cum effectu promulgare &c.] Clementis VII. §. 2. per hæc Verba: [Ac occupatores, seu detentores, exactores, præsumptores, molestatores, ac injuriatores hujusmodi, nec non inobedientes, & rebelles, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint, quandocumque, & quotiescumque expedierit, auctoritate nostra, per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis. Et nihilominus, legitimis super his habendis servatis processibus, illos, quos Censuras, & pœnas per vos pro tempore latas, incurrisse constiterit, eas incurrisse declarare, & quoties opus fuerit, etiam iteratis vicibus, aggravare curetis.] Julii II. §. 6. [Possintque contradictores quoscumque excommunicare, & Censuras iteratis vicibus aggravare, ac loca quæcumque Ecclesiastico subjacere Interdicto, ac omnia alia, quæ possunt Conservatores ab aliis Fratribus aliorum Ordinum Mendicantium, juxta privilegia eis super hoc concessa, electi.] Et Gregorii XIII. §. 3. tenoris sequentis: [Occupatores, seu detentores, præsumptores, injuriatores hujusmodi, nec non contradictores quoslibet, & rebelles, etiamsi alias, quam ut præfertur qualificati existerent, quandocumque & quotiescumque expediisset, Auctoritate Apostolica, per sententias, Censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo: legitimisque super his habendis 21

serva-

servatis processibus, eos, quos sententias, Censuras, & pœnas per eosdem Conservatores, seu Judices pro tempore latas incurrisse, eis costitisset; eos incurrisse, declararent, & quoties opus fuisset, etiam iteratis vicibus, aggravarent; nec non auxilium brachii Sæcularis invocarent, commisit, & mandavit. Ac insuper si ipsis per summariam informationem, per eos super his habendam constitisset, quod ad loca, in quibus occupatores, præsumptores, molestatores, injuriatores hujusmodi, ac alios, quos literæ sunc desuper conficiendæ concernerent, pro tempore morari contigisset, pro monitionibus, & inhibitionibus ipsis, ac citationibus eis faciendis tutus non pateret accessus Judicibus, & Conservatoribus hujusmodi monitiones, & citationes præfatas, ac Inhibitiones quaslibet, per edicta publica locis publicis affigenda, de quibus esset verisimilis conjectura, quod ad ipsorum monitorum, citatorum, & inhibitorum notitiam pervenire valerent faciendi: nec non eisdem occupatoribus, detentoribus, præsumptoribus, molestatoribus, injuriatoribus, contradictoribus, rebellibus, etiam sub Censuris, & pœnis Ecclesiasticis, ac etiam pecuniariis eorum arbitrio moderandis, inhibendi, ac quibusvis inhibitionibus eis pro tempore, etiam prætextu quarumcumque literarum Conservatoriarum, seu privilegiorum Apostolicorum, quibuslibet concessorum, & concedendorum pro tempore factis non obstantibus eorum jurisdictionem libere exercendi, loca, ad quæ eos declinare, & in quibus scienter stare permissi forent, Ecclesiastico interdicto subjiciendi plenam, & liberam facultatem concessit.] Sed de hoc privilegio, quod sane post Constitutionem Gregorii XV. inviolatum perseverat, fusior infra redibit sermo.

CASUS DECIMUS.

Contra violentos Extractores Reorum ab Ecclesiis, & Monasteriis Regularium.

22 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure peculiari novo extenditur Decimo, ad procedendum adversus illos, qui violenter extrahunt malefactores ab Ecclesiis, & Monasteriis Regularium; cum manifestam injuriam, & violentiam irrogent Ecclesiæ, ut docent *Coebier de Consec. p. 2. q. 31. a. 1. Rodriq. tom. 2. quæst. Regal. q. 50. art. 2. Peyr. tom. 3. privil. c. 11. n. 13. Pelliz. q. 29. a. 130.* ubi notat, etiam hodie post Bullam Gregorii XV. potestatem Judicis Conservatoris Regularium contra præfatos extracto-
23 res reorum ab Ecclesiis se extendere. Quamvis non extendatur, ad concedendam facultatem illos extrahendi, etiam in Casibus, in quibus Immunitas Asyli neutiquam suffragetur; cum id privative quoad alios ad solos Episcopos, eorumque Officiales pertineat, ex Constit. Gregorii XIV. *incip.* [Cum alias] apud *Rodriq. quæst. cit. art. 3.* ubi sic habet Pontifex: §. 4. [Volumus, dictaque auctoritate decernimus, ut Curia Sæcularis, ejusque Judices, & Officiales ab Ecclesiis, Monasteriis, locisque Sacris prædictis laicum aliquem, ut præferturdelinquentem, in nullo ce Casibus supradictis, sine licentia expressa Episcopi, vel ejus Officialis, & cum interventu personæ Ecclesiasticæ, ab eo auctoritatem habentis, ad quos solos, & non alios Episcopo inferiores, etiamsi alias ordinarii sint, aut nullius Diœcesis, aut Conservatores ab hac Sede specialiter, vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi facultas pertineat.]

Qui tamen Episcopi, eorumvè Officiales sine 24
consensu Prælati Regularis non debent hujusmodi extractionem tentare, aut ad eam faciendam licentiam dare; cum sit Monasterii Patronus: aliter de Episcopo conqueri rationabiliter posset dictus Prælatus, ut ex *Bordone resol. 7. de Immunit. eccl.* advertit *Cespedes de Exempt. dub. 228. n. 3.* Hinc

CASUS UNDECIMUS.

Contra Episcopum, extrahentem ab Ecclesia Regularium sine consensu Prælati Clericum delinquentem, etiamsi Clericus Immunitate non gaudeat contra suum Episcopum.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris 25
attento Jure peculiari novo, extenditur Undecimo, adversus Episcopum, extrahentem ab Ecclesia Regularium, sine consensu Prælati Regularis, Clericum subditum, ad eam post delicta confugientem etiam, dato, quod Clericus non gaudeat Immunitate contra suum Episcopum. Est contra *Riccium p. 3. decis. 326.* id posse Episcopum, contendentem ex eo, quia locus exemptus est in Diœcesi, adeoque in Territorio, unde oritur Jurisdictio, *l. Pupillus § Territorium de verb. Signif.* Et loca Regularium, licet non sint de Diœcesi, sunt tamen in Diœcesi, *cap. Cum Episcopus de offic. Ordin. in 6.* Propugnatur tamen *a Joann. Antonio Novar. in summ. Bull. p. 2. de Immun. Eccles. Cespedes dub. 228. n. 6. Pelliz. in Man. Regul. tr. 8. cap. 5. sect. 1. n. 44. & aliis*, sustinentibus non posse Episcopum extrahere Clericum ab Ecclesia Regularium, nisi consentiente Prælato Regulari: non quidem ratione immunitatis Ecclesiæ; cum hic supponatur, quod Clericus ea non gaudeat contra suum Episcopum (de quo disputant acriter Doctores, multa pro utraque parte adducentes); sed ratione exemptionis, locis Regularium competentis. Et sane in 26
locis exemptis nullam potest Episcopus jurisdictionem exercere, cum locus exemptus æquiparetur loco extra Diœcesim; & Jus dicenti extra diœcesim non pareatur impune. Neque per hoc, quod Regularium Monasteria sint in Diœcesi Episcopi, tollitur eorum exemptio. Et sicuti non potest ibi degentes Episcopus punire, sic nec potest eosdem inde extrahere. Neque hinc sequitur, quod sic Episcopus non posset unquam, dare licentiam extrahendi reum ab Ecclesiis Regularium: Nam id potest, non de jure ordinario, sed delegato, seu ut Apostolicæ Sedis delegatus, & in casibus dumtaxat expressis in Constit. laudata Gregorii XIV.

CASUS DUODECIMUS.

Adversus Extractores Reorum a Monasterio recens inchoato, & nondum apto ad habitationem Regularium.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, 27
attento Jure peculiari novo, extenditur Duodecimo, adversus extrahentes illos, qui ad Monasterium confugiunt recens inchoatum, & nondum aptum ad habitationem Religiosorum. Ita ex *Bordono resol. 1. n. 7. Pelliz. tr. 8. cap. 5. sect. 1. n. 7.* Cum hujusmodi Monasterium recens inchoatum, & nondum ad habitationem Religiosorum

sorum aptum, privilegio gaudeat immunitatis: Quia ex una parte fabrica inchoata habetur pro finita, *arg. eorum, quæ habet Gloss. v. Ante Consummationem cap. 8. de Regul. & in cap. Cum in cunctis de elect.* Et ex altera parte Monasterium in hoc comparatur Ecclesiæ, quæ, solum fabricati corpora, privilegio fruitur Immunitatis. Quod sane privilegium immediate competit Monasterio materiali; quod non desinit esse tale, quantumvis nullus ibi Religiosus inhabitet.

CASUS DECIMUSTERTIUS.

Adversus Extractores Reorum a Grangiis, & Prædiis Regularium.

28 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure peculiari novo, extenditur Decimotertio, adversus extrahentes illos, qui ad Grangias Regularium, ubi pro missis celebrandis privatum extat Oratorium, confugiunt, sive ad domos Rusticas, seu Villas, in quibus Religiosi non permanenter habitant, sed ad aliquod tempus, e. g. recreationis causa, sive etiam ad eorumdem Hospicia, in quibus ordinarie Religiosi non degunt, sed solum ad ea divertunt, quando itinerantur. Sive demum ad ea hospitia, in quibus permanenter habitant aliqui Religiosi, suntque parvæ domus Religiosorum, & quasi membra Monasterii, ac sub ejusdem Prælati gubernatione. Cum hujusmodi Grangiæ immunitate fruantur asyli; esto, non de rigore juris, utpote locus non sacer in sententia *Card. Taschi in Conclus. juris verb. Grangia*, ubi sic: [Grangia est membrum suppositum Monasterio, in quo est Oratorium ad celebrandum; sed non est locus sacer, nec fundatus de licentia Episcopi; ideo Episcopo non subest.] Ex speciali tamen privilegio Eugenii IV. Ordini Cistereiensi concesso; quod *en Compend. privil. Ordinis Cisterciensis* sic refertur *a Rodriq. tom. 2. quæst. Regul. q. 75. art. 2.* [Concessit, quod Grangiæ Monasteriorum Cisterciensium, sicut Ecclesiarum atria, pravorum hominum incursu, & violentia liberæ, & quietæ debeant esse, ita ut nemo in eis hominem capere, spolium, aut ruinam exercere præsumat, in virtute Spiritus Sancti inhibendo, statuit.]

29 Quod autem *Grangiæ* appellatione veniant domus rusticæ, seu Villæ cum Capella, in qua Religiosi, recreationis gratia, adeuntes, ibiqun non permanenter, sed ad aliquod tempus habitantes celebrant; ideoque immunitate fruantur, consuluit *Card. de Lugo* Episcopo Ariminensi *anno* 1640. & docet in *Respons. Moral. lib. 3. dub. 15. Item Villalobos in Summ. tom. 2. tr. 39. diffic. 5. n. 6. Peregrinus de immunit. cap. 4. n. 58. Pelliz. supr. n. 6. & alii. Contra Barbosam, & Gambacurtam*, quos affert, & sequitur *Lezana tom. 3. v. Immunitas Ecclesiarum*, contendentes domus, seu Villas, quas Religiosi gratia recreationis habent, ab eorum Ecclesiis separatas, non gaudere immunitate. Quos tamen excusat *de Lugo* tamquam locutos de rigore Juris, non autem attento privilegio speciali, ab Eugenio IV. Cistereiensibus concesso; quod prædicti Auctores (ait *de Lugo*) vel non viderunt, vel illius memores non fuerunt; ideoque absolute immunitatem negarunt.

30 Assumptum probat *de Lugo ex cap. ult. de Censib.* ubi Pontifex hæc habet: [Auctoritate præsentium inhibemus, ne quis pro eo, quod in Oratoriis, quæ in Grangiis vestris habetis, interdum aliqui vestrum celebrant, procurationes, quæ ratione visitationis debentur, a vobis exigere, vel extorquere præsumant.] Ubi *Glossa v. Ratione visitationis* notat, quod in illis Grangiis, licet ibi quandoque Monachi celebrent, non consueverunt tamen Monachi morari, sed Conversi tantum causa collendi agros suos. Et *Gloss. margin.* addit: [In multis Hispaniæ locis Grangias vocati, quæ Latini ruta appellant.] Probat etiam ex eo, quod Italica quoque lingua eamdem appellationem retineat, & hujusmodi Religiosorum Villas soleat *Grangias* vocare.

Addit *Pelliz. loc. cit.* non solum in Gallia, sed etiam in statu Pedemontano pro eodem sumitur, ire ad Grangiam, ac ire ad domos rusticas recreationis nostræ Societatis.

31 Confirmat demum Cardinalis *de Lugo* ex declaratione Sacræ Congregationis in facti contingentia: Cum enim Secularis quidam delinquens, captus fuisset a Ministris Curiæ Secularis in Capella quadam, quæ erat in Grangia Regularium; reclamatum fuit a Regularibus, & coram Episcopo accusati Ministri Curiæ, eo, quod Immunitatem Ecclesiasticam violaverint, dum reum ex Capella illa extraxerunt; ipsi tamen excusabant factum, allegantes delinquentem capturatum fuisse in Villa, quæ non est locus sacer; Episcopus Sacram Congregationem Romæ consuluit, quæ respondit: [si capella illa erat in Grangia, observandum privilegium] scilicet Immunitatis, Cisterciensibus ab Eugenio IV. concessum.

32 Quod etiam nomine Grangiæ veniat Hospitium, in quo ordinarie Religiosi non habitant, sed solum ad ipsum divertunt, quando iter faciunt; sustinet *Pelliz. loc. cit.* & satis superque omnibus pervium est: ac ipsum gaudere immunitate, si ea gaudeant præfatæ domus rusticæ, cum de utrisque par militet ratio, ait *Pelliz. supra.*

33 Quod tandem Grangiæ nomine intelligantur pariter hospitia illa, seu parvæ domus Religiosorum, quæ sunt quasi membra Monasterii, in quibus aliqui Religiosi permanenter degunt, & sub ejusdem Prælati jurisdictione; contendit *Diana part. 6. tr. 1. De Immun. Eccles. resol. 6.* post medium sic: [Et Grangiæ sunt quædam parvæ domus Religiosorum, quæ sunt veluti hospitia ipsorum, & membra Monasterii, quæ sunt sub potestate, & jurisdictione Prælati Monasterii, cujus sunt Grangiæ.] eaque Immunitate gaudere, resolvit contra nonnullos; & merito: Nam si Grangiæ illæ, quæ sunt domus, & Villæ Religiosorum, & in quibus Religiosi non permanentes habitant, sed ad aliquod tempus recreationis causa, Immunitate fruuntur Asyli: sicut, & Grangiæ illæ seu hospitia, in quibus Ordinarie Religiosi non habitant, sed tamen ad ea divertunt, cum iter faciunt: a fortiori immunitate gaudebunt Asyli Ecclesiastici Grangiæ hæ, seu hospitia, quæ sunt quædam parvæ domus, parvique Conventus Religiosorum, & membra Monasterii, cujus sunt Grangiæ, sub potestate, & Jurisdictione Prælati ejusdem Monasterii, in quibus permanenter habitant aliqui Religiosi.

34 Roborari potest tripartitum assumptum ex iis, quæ solide congerit *Quintanada. in Append. ad Tract. 1. dub. 7.* ubi inquirens, an in Sacellis, Capellis, aut Oratoriis nostrarum Villarum, seu prædiorum lucrari possit singulis mensibus Jubilæum Communionis Generalis, a Paulo V. nostræ Societati concessum *anno* 1616. *die* 30. *Aprilis*; affirmative respondet, suppositis Summorum Pontificum Indultis, concedentibus Religiosis,

ligiosis, Oratoria erigere in suis Prædiis, in quibus Eucharistia ministretur. Quod probat,

Primo, quia hujusmodi Sacella, seu Capellæ, & Oratoria Prædiorum sunt auctoritate Pontificis fundata, & Religionibus ab ipso concessa, ac sub Episcopi nomine comprehenduntur non minus, quam fundata auctoritate Episcopi. Ergo cum sit Societatis Ecclesiis concessum hoc privilegium, etiam & præfatis Sacellis, Capellis, seu Oratoriis Prædiorum concessum esse, existimandum.

35 Secundo, quia hæc Sacella, seu Capellæ, & Oratoria comparantur ab Eugenio IV. Atriis Ecclesiarum in adducto privilegio pro Cisterciensibus. Ergo sicut Atria Monasteriorum Cisterciensium gaudent hoc privilegio; ita & Sacella, Capellæ, seu Oratoria Prædiorum, quæ sunt pars Monasterii.

36 Tertio, quia Prædium, seu Grangia (inquit *Tuschus littera G concl. 48. n. 5.* ex Federic. *de Senis cons. 151.*) est Membrum, suppositum Monasterio, in quo extat Oratorium ad celebrandum. Ergo si in toto Monasterio, seu domo Societatis potest quis hoc privilegio frui, poterit etiam in Prædiis, quæ sunt pars Monasterii.

37 Quarto, quia omnia Suburbia, Prædia, Villæ, Horti, Viridaria, Grangiæ, & alia loca, subjacentia alicui Civitati, comprehenduntur, sub nomine illius Civitatis in favoribus, illiusque privilegiis potiuntur, tam in Sæcularibus, quam in Ecclesiasticis, ut docent *Franciscus Marcus de Cession. q. 365. Tuschus verb. Civitas*, aliique complures, & quidem ex utroque Jure. Siquidem ex Jure Civili lex 47. *de verb. signific.* ait: [Qui nascitur in Castro, Vico, vel Municipio, subdito Civitati, censetur ejusdem Civitatis.] Et lex 147. *eod. tit.* [Qui in continentibus Urbis nati sunt, Romæ nati sunt.] & lex *Qui ex Vico ff. ad Municipal.* ubi *Gloss.* [dicitur nasci in Civitate, qui in territorio nascitur.] Tandem lex 166. lex 190. lex *Alphenus*, lex *Ædificia*, *de verb. signific.* & aliæ. Et ex Jure Canonico *cap. Statutum*, *de Rescript. in 6.* & *cap. Si Civitas*, *de sent. excomm.* Secus tamen in odiosis, ut notant *Bald. in l. Si in aliqua ff. de offic. Proconsf. & Franciscus Marcus supra n. 25.* Tunc enim nomine *Civitatis* solum Urbs muris circumdata intelligitur, seu quæ murorum ambitu finitur, ut sæpius sic accipi testatur *Oldrad. cons. 121. Menoch. cons. 498. n. 34. Tuschus supra conc. 280. cum Rebuffo in l. 5. de verb. signific.* Et in utroque Jure sic aliquando sumitur, ut *c. Si Civitas, de sent. excom. l. Singulorum c. de ædific. priv. l. 2. ff. de verb. signific. l. Pupillus §. Urbs eod. tit.* Ergo hæc Prædia, cum sint domus Societatis, fruuntur hoc privilegio, quo in Civitate fruuntur domus Societatis, quibus subjacent.

38 Quinto, quia Accessorium sequitur naturam sui principalis, ut constat ex *l. Etiam de jure dot. & Reg. Accessorium de Reg. Jur. in 6.* ac docent passim Doctores apud *Barbos. de princ. Juc. littera A n. 7.* Accessorium autem est, quod adjacens est alteri, seu quod necessarium, aut utile, aut connexum est principali, ut explicat *Utriusque Juris* Lexicon. Ergo cum hæc Prædia sint quid accessorium, utpote utile, connexum, aut etiam necessarium Monasterio, illius naturam, & privilegia sequuntur.

39 Tandem, quia Ecclesia Societatis in Civitate e. g. Messanensi est veluti caput omnium Sacellorum, Capellarum, & Oratoriorum, tam intra Collegium, quam extra, in suis Prædiis existentium. Ergo Indulta, & Gratiæ illi concessæ, his etiam conceduntur. Hinc probat *Franciscus Marcus decis. q. 365. n. 22. ex l. 2. cap. de Episcop. & Cleric. Et cap. Licet, de privil. in 6. ac cap. fin. de verb. signif. eod. tit.* quod privilegium concessum Romanæ Ecclesiæ, ut capiti, se extendere debeat ad Ecclesias, quæ sunt sub Romana. Jam

Rationes adductæ ut efficaciter convincunt, tripartitas nostras Grangias, ubi pro Missis celebrandis Sacella, Capellæ, seu Oratoria privata constructa sunt, gaudere privilegio Jubilæi Communionis generalis, quo fruuntur Ecclesiæ nostræ; ita efficaciter persuadent, frui privilegio Immunitatis Asyli, qua Ecclesiæ nostræ potiuntur.

Neque verum est, quod hujusmodi Grangiæ, 40 seu Hospitia locus sacer non sint, ut contendit Cardinalis *Tuschus*: sunt etenim locus sacer, quemadmodum alius quivis locus religiosus, & Ecclesiasticus: cum locus religiosus, & Ecclesiasticus sit hospitium, teste *Riccio 1. p. decis. decis. 138. & cap. Ad hæc, &c. de Xenodochiis, de relig. domib.* & Monasterio æquipolleat: quia Monasterium dicitur Monachorum statio secundum *Archidiac. in Clem. de Regul. de statu Monac.*

Nec officit, quod hæc Hospitia de licentia 41 Episcopi non fundentur, ut docent passim Doctores: quia Jura consensum Episcopi dumtaxat requirunt pro fundatione Monasterii, cujus nomine per ipsa non venit Hospitium, ut solide convincit *Cespedes de Exempt. dub. 6.* allegatis ibi Doctoribus pro sua opinione.

CASUS DECIMUSQUARTUS.

Ad absolvendum in foro fori ab excommunicatione, incursa per violentam Extractionem reorum ab Ecclesia, vel Monasterio Regularium.

Potestas Judicis Regularium Conservatoris, 42 attento Jure peculiari novo, extenditur Decimoquarto, ad absolvendum in foro fori ab excommunicatione, incursa per violentam extractionem reorum ab Ecclesia, vel Monasterio Regularium, ex Decreto Clementis VIII. Quamvis in foro Conscientiæ ad illos a prædicta Censura absolvendos, extendatur quoque Jurisdictio Prælati Regularis, cujus Ecclesiæ, vel Monasterio injuria, & violentia facta est, ut indulsit Leo X. siquidem tale Indultum Bullatum sit, quod non est certum, ut notat *Pelliz. hic q. 29. num. 180. sin.*

Atque hic animadvertendum, quod licet ex- 43 communicationem incurrant ipso facto Judices Sæculares, extrahentes violenter malefactores ab Ecclesia; illam tamen non incurrunt, volentes inquirere, an dicti Malefactores, quos quærunt, vere sint, necne, in Ecclesia, vel Monasterio Regularium: atque adeo portas Ecclesiæ, vel Monasterii violenter infringunt, si nolint eas Regulares aperire, ut docent *Rodriq. q. 50. art. 2. Cocbiet de Conserv. p. 2. q. 31. n. 2. Petr. in addit. ad Constit. Gregorii XV. c. 11. n. 13.* Cum enim præfati Judices Jus habeant, inquirendi, an ibi sint tales malefactores; habent consequenter jus adversus omnia, quæ hujusmodi inquisitionem impediunt.

CASUS DECIMUSQUINTUS.

Ad absolvendum a Censuris, a se latis.

44 Potestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure peculiari novo extenditur Decimoquinto, ad absolvendum universaliter a Censuris, a se latis, & quidem de quocumque Jure, seu antiquo, ut patet ex *cap. Pastoralis, §. præterea, de offic. ordin. cap. Prudentiam §. fin. de offic. deleg.* & docent *Innoc. in c. 1. de offic. deleg. in 6.* & *Cochier de Conser. q. 21. n. 1.* sive etiam novo, & novissimo, ut docent *Peyr. ubi supra, & alii*. Et jure quidem optimo; cum regulare sit, quod is possit a Censuris absolvere, qui per illas ligavit, ut late probant *Sayr. lib. 2. c. 20. Ugol. de cens. tab. 1. c. 4. in princ.* vel ejus Superior, ut §. 1. vel delegatus ab eo, qui tulit Censuras, ut §. 4.

45 Dico III. Potestas Judicis Conservatoris Regularium, etiam Militarium attento Jure peculiari novo, extenditur ad prædicta omnia, ad quæ se extendit, attento eodem Jure novo, potestas Judicis Conservatoris Regularium, non militarium, hactenus explicata. Et quidem nedum ob privilegiorum Communicationem, quam habent Ordines militares inter se; & cum Religionibus non militaribus; verum etiam ob propria specialia privilegia, in ipsismet literis Conservatoriis in suum favorem, per Summos Pontifices expeditis, contenta, ut liquet ex Bulla Conservatoria Innocentii VIII. in favorem Ordinis Calatravæ, Clementis VII. pro Ordine Alcantaræ, Pii IV. pro militibus S. Joannis Hierosolymitani, &, ut ceteras aliorum Pontificum omittamus Bullas, ex Conservat. S. Pii V. in favorem Ordinis Militaris S. Jacobi, cui tamquam de Christiana Republica optime merito, per dictam Bullam privilegium remuneratorium Conservatoris indulgetur,

Primo, pro Jurium, exemptionum, aliorumque privilegiorum item remuneratoriorum Conservatione, sic: [Dum attentius intra mentis arcana recolimus egregiam operam, antiquitus per eos, qui pro tempore fuerunt, Magistros, & Administratores, ac dilectos filios Conventuum, Milites, ac personas Militæ S. Jacobi de Spatha, sub regula S. Augustini, in Mauris, & aliis, qui magnam Hispaniæ partem occupaverant, Infidelibus, ab avitis Sedibus non solum arcendis, sed etiam post plures periculosas pugnas, tandem cum Domini exercituum adjutorio profligandis, & a Patria expellendis Deo, & Ecclesiæ Sponsæ suæ, Patriæque variis temporibus hactenus impensam, & quam impigre, quoties sese ad id offert occasio, impendere conantur; dignum, quin potius debitum existimamus, ut exemptiones, & privilegia, quæ illis, virtutum, laborumque suorum intuitu, per Sedem Apostolicam concessa sunt, quo firmius illibata persistant, auctoritatis nostræ præsidio soboremus &c.]

Secundo, pro defensione [Magistratus, Præceptoriatuum, seu Bajulivarum, Conventuum, Prioratuum, Ecclesiarum, & locorum quorumcumque; nec non Bonorum, Fructuum, Proventuum, Emolumentorum, Privilegiorum, exemptionum, rerum, & Jurium, ac Jurisdictionum; nec non præeminentiarum omnium, & Singulorum, &c.] sicut &

Tertio, Personarum coram ipso Conservatore conveniendarum, & convenire debentium pro quibuscumque Causis, tam personalibus, quam realibus, & mistis; a cujus definitiva sententia ad solum Romanum Pontificem immediate appellandum, sic: [Et insuper statuimus, & ordinamus, quod deinceps in perpetuum Philippus Rex, pro tempore existens Magister, seu Administrator, ac Priores, Præceptores, Fratres, Officiales, Familiares, Servitores, Vassalli, & alii, ut præfertur, expressi, ubicumque sint, vel degant, aut permaneant, ratione præmissorum, aut quorumcumque aliorum in ipsis literis Contentorum, coram aliis, quam supradictis suis Conservatoribus, aut ad alios conveniendos compelli; nec ab eis, aut eorum gestis, præter quam a definitivis sententiis, seu vim definitivæ habentibus appellari; & tunc appellationum Causæ, tam in personalibus, quam realibus, & mistis Causis, tam active, quam passive interponendarum, non nisi ad Sedem præfatam immediate, & non alibi referri; ac inibi dumtaxat audiri, & terminari possint.] Et quidem

Quarto, [Contra inferentes injurias, seu gravamina, vel damna super bonis, juribus, privilegiis, & indultis, &c.] Simpliciter, & absque addito prolatas, adeoque seu injuriæ illæ, gravamina; &c. manifesta sint, sive non, Et

Quinto demum: [Contra occupatores, seu detentores, præsumptores, molestatores, & injuriatores hujusmodi, nec non contradictores quoslibet, & rebelles, cujuscumque dignitatis, Ordinis, vel Conditionis extiterint, quandocumque, & quotiescumque expedierit, auctoritate nostra per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachii Sæcularis &c.]

Neque his (ait *Mendo de Ordin. milit. disq. 2.* 46
q. 4. n. 141.) quidquam detrahunt Constitutio Clementis VIII. *incip.* [Sanctissimus] *anno* 1592. nec alia Gregorii XV. *incip. etiam* [Sanctissimus] data *anno* 5621. in eis siquidem derogationes continentur generales; per quas exemptionibus non censetur derogatum, cum obest regula de Jure quæsito, ut tradunt *Tambur. de Jur. Abbat. disp. 17. q. 4. Barbos. de offic. & pot. Episcop. 3. p. alleg. 523. n. 40. Seraphinus decis. 182. n. 4. Loterus de re beneficiar. l. 1. q. 24. n. 257.* cui profecto regulæ per hujusmodi Constitutiones non derogatur; maxime cum Sanctus Pius V. in Bulla Conservatoria asserat, indultum a se, & a prædecessoribus præstitum, nullis aliis privilegiorum concessionibus, revocationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque dispositionibus, etiam motu proprio, ex certa scientia, de plenitudine potestatis: Consistorialiter, ad instantiam Imperatorum, & Regum, seu eorum contemplatione, ex quibusvis quantumcumque urgentissimis causis, & justissimis quomodolibet, & sub quibuscumque Clausulis, formis, tenoribus, etiam vim contractus, legis, aut statuti perpetui retinentibus, editis, ac edendis, [aliquatenus comprehendi; neque illis ullo unquam tempore, etiam per Sedem præfatam, derogari posse, nec derogatum censeri, nisi de toto tenore, & datis præsentium expressa mentio habita, & derogatio, suspensio, limitatio, revocatio, aliaque præfata de militiæ hujusmodi Administratoris expresso consensu (qui consensus, teste Mendo, nec expressus, nec tacitus interfuit: quin ipse administrator usus est potestate sibi concessa a Pio V. adhuc post illas Constitutiones Clementis VIII. & Gregorii XV.) facta fuerint.

fuerint. Et, si aliter derogari, revocari, suspendi, & limitari contigerit, derogationem, revocationem, suspensionem, & limitationes præfatas nullius esse roboris, vel momenti; & quoties illæ emanabunt, toties *in* pristinum, & validissimum statum restitutu, & de novo etiam sub qnacumque data, per ipsum Administratorem eligenda, concessa esse, & censeri, ac vim validi, & stipulati contractus inter Sedem, & Militias præfatas habere &c.]

47 Quid firmius, Clarius, & favorabilius? ait *Mendo:* qui addit *n.* 142. ex his ultimis verbis amplius stabilitur id ipsum, quod dixerat *disq.* 1. scilicet hoc privilegium Conservatorium, & alia concessu Ordinibus militaribus habere vim *validi*, & stipulati *Contractus*, seu quasi contractus ooerosi, ac remuneratorii: privilegia autem concessa ob benemerita, ac obsequiu, & beneficia in Ecclesiam collata, communiter absque ingenti causa, & servatis aliquibus conditionibus, revocari non possunt, ut docent *Tiraquell. iu l. Si nuquam n.24. Cod. de revocaud. Donat. Menoch. Causæ Ferrariens. respons. 2. art. 1. Fragosus, Oldrad. Azevedo, Afflictis, & alii, relati ab Ocampo iu ollegatione Juris, seu memoriali pro Vicariis, de Aledo & Totana, & Camp. de Mouticel. litera B.* Et probari potest *ex cap. ceterum, de rescript. cap. ex parte, de privil. cap. 2. de dol. & Contum. videatur Franciscus de Seuis Cons.* 233. Hactenus *Mendo:* & nos du potestate Judicis Coofervatoris Regularium, attento Jure peculiari novo Privilegiorum. De eadem, attento Jure novissimo Reformationis Gregorianæ, sit



ARTICULUS VIGESIMUS.

Ad quæ, adversus quos, & pro quibus extendat se potestas Judicis Regularium Conservatoris attento Jure Novissimo Reformationis Gregorianæ.

1 Dico I. Potestas Judicis Regularium Conservatoris, quæ, attento Jure novo Privilegiorum, u Summis Pontificibus indultorum, tam amplu, extensaque hacteous visu est; stante Jure novissimo Constitutionis toties laudatæ Gregorii XV. (quod, si Carthusiam excipiamus Papiensem ob privilegium Innocentii X. & Ordinem Militarem S.Jacobi in mox allata sententia Patris *Mendo*, ex superius insinuatis *art. 3. assert. 2. u.* 36. prope finem, hodie inviolabiliter ab omnibus servandum est; Cum ad ejusdem Constitutionis terminos Conservatoriæ omoes, a Prædecessoribus ejusdem Gregorii concessæ, redactæ sint, ut supra monuimus *cit. art. 3. assert. 2. n.* 36. in pluribus manet ulterata, limitata, & restricta. Nonnulla siquidem privilegia, ab aliquibus Summis Pontificibus indulta, alterata sunt: nonnulla diminuta: revocata noonullu: ceteru vel expresse innovata, & confirmata; vel saltem tacite, utpote expresse non revocata, & sic in untiquo vigore relicta, conformiter ad *l. Præcipimus ex appellatioubus in fiu, cod. de appellat.* ibi. [Quidquid uutem hac lege ooo specialiter videtur expressum, id vuterum legum, Constitutionumque regulis omnes relictum intelligunt.] *Ubi Gloss. v. intelligaut*; [ita, (*ait*) quod ooo mutatur: &, quod non mutatur, stat.]

2 Quænam autem privilegia per Jus novissimum Constitutionis Gregorianæ alterata sint; quænam diminuta; quænam revocata; quænam denique in untiquo vigore relicta; satis superque manifestum est ex dictis sparsim in Tractationis decursu; & quoad potestatem ex insinuatis *art. præced. assert. 2. per tot.* sicut & ex superius stabilitis *art. 3. assert.* 1. ubi Regularium Coofervator, attento Jure novissimo, definitur a nobis: [Judex Ordinarius, Regularibus, eorumque adhærentibus, in propriu Civitate, seu Diœcesi, non extra, ultra unam dietam, conventis, non Actoribus, ad omnes omnino causas, a Papa deputatus: & Actoribus etiam in manifestis injuriis, & violentiis, quæ judicialem non petunt indaginem:] In qua secundum explicationem fusius traditam *cit. art. 3. asser.* 2. & insinuatam *art. præced. asser. item* 2. per ly: [Judex Ordinarius] derogatur Juri commuoi, secundum quod Conservator minus proprie dicitur Judex, estqnu delegatus, noo ordioarius: & confirmatur jus novum, juxta quod est proprie Judex, & Ordinarius. Per ly: [Regularibus, eorumque adhærentibus] Privilegium, a juru novo concessum, quod ab antiquo nullibi reperitur indultum; a Jure novissimo io antiquo vigoru, cum expressu oon revocetur, omittitur. Per ly: [In propria Civitate, seu Diœcesi, non extra, ultra unam dietam], quidquid in oppositum velint *Thesaurus, Antouius a Spiritu Sancto, Cespedes, Pasqualigus, & Cardiualis de Luca iufra art.* 23. *asser.* 3. adducendi, derogatur Juri novo, secundum qnod non ultra tres dietas, adeoque intra illas potest se extendere Judicis Conservatoris potestas: & Jus antiquum confirmatur, per quod infra Civitatem, seu Diœcesim, pro quu deputatur, & non extra, nisi, infra unam dietam a finibus Territorii, Civitatis, seu Diœcesis Rei cooveniendi, & in aliqnibus dumtaxat casibus, potestas Conservatoris extenditur. Per ly: [Conventis, non Acto-

 ribus,

ribus, ad omnes omnino cauſas,] derogatur Juri antiquo, quod Regularibus utriſque, ſeu nimirum Conventis, & Reis, ſive Actoribus, & Convenientibus; in meris tamen cauſis civilibus manifeſtarum injuriarum; ſicut & Juri novo derogatur, quod ad omnes omnino injurias, ſeu manifeſtas, ſive non manifeſtas Conſervatorem Regularibus Conventis æque, ac Actoribus indulget; & Jus novum quoad cauſas civiles, criminales, & miſtas injuriarum non manifeſtarum confirmatur. Per ly, demum: [Et Actoribus etiam in manifeſtis injuriis, ac violentiis &c.] derogatur Juri novo, vi cujus Regularibus etiam Actoribus, & in non manifeſtis, datus eſt Conſervator, ac Jus antiquum innovatur, Quamobrem

3 Dico II. Poteſtas Judicis Regularium Conſervatoris, inſpecto Jure noviſſimo, ad ea omnia ſe extendit, & adverſus eoſdem pro Regularibus Conventis, ad quæ, & contra quos ſeſe extendere pro Regularibus, ſeu Conventis, ſive Actoribus, attento jure novo, diximus *art. 2. aſſer. 1. & 2. & art. praced. aſſer. 2. extenſ. 1. & ſeq. a n. 2, ac extenſ. 6. & ſeq. a n.* 18. non tamen intra idem trium dietarum ſpatium, ut inſinuavimus *extenſ. 7. art. praced. n. 19. & art. 3. aſſer. 2. §. dicitur 3. n.* 6. Pro Regularibus vero Actoribus extenditur ad ea, & adverſus eoſdem, ad quæ, & adverſus quos ſe extendere diximus *dic. art. 3. aſſer. 1. & 2. & cit. art. praced. extenſ. 1. & 6. a num. 2. & a num.* 18. ſed intra ejuſdem Civitatis, ſeu Diœceſis fines, non extra, ultra unius dietæ ſpatium, ut innuimus *extenſ. 7. cit. num.* 19. & *art. 3. aſſert. 2. num. 7. §. dicitur* 4. Verum cum circa hanc ipſam hactenus inſinuatam Judicis Regularium Conſervatoris poteſtatem ſecundum Jus Gregorianum Noviſſimum, non pauca ſint, quæ diverſimode intelligantur a Doctoribus: atque adeo controvertantur; quid nobis verius, & in iiſdem ſolidius videtur, reſolvet

ARTICULUS VIGESIMUSPRIMUS.

Ad quæ peculiarius, adverſus quos, & pro quibus, attento Jure Noviſſimo, extendat ſe poteſtas Judicis Regularium Conſervatoris.

Ubi

MISCELLANEARUM Reſolutionum Centuria, tangentium præcipue Regularium privilegia, per eorumdem Conſervatorem tuenda.

1 Dico I. Poteſtas Judicis Regularium Conſervatoris, attento Jure noviſſimo, nedum ſe extendit ad ea, ad quæ inſpecto Jure antiquo ſe extendere, diximus *art. 5. aſſer. 2. n.* 16. & *art. 18. aſſert. 2. n.* 1. ſed etiam attento jure novo ex dictis *art. 2. aſſert. 1. n. 5. art. 19. aſſer. 2. n.* 2. ſed per ipſummet Jus noviſſimum nullatenus ſunt revocata, ut *art. 2. aſſer. 2. a n. 1. & art. 19. aſſer. 2. cit. n.* 2. ſtabilivimus. Immo

2 Dico II. Poteſtas Judicis Regularium Conſervatoris, inſpecto Jure noviſſimo, ad alia complura ſe extendit, in prædictis, ut videbimus, contenta, ſed ab aliquibus Doctoribus excluſa, atque adeo controverſa. Quænam autem ea ſint, ante oculos ſtatuet ſubjecta

RESOLUTIONUM CENTURIA,

tangentium præcipue Regularium privilegia, per eorumdem Conſervatorem tuenda.

RESOLUTIO I.

An Judex Regularium Conſervator de cauſis omnibus cognoſcat.

Poteſtas Judicis Regularium Conſervatoris, attento Jure peculiari noviſſimo, extendit ſe ad omnes cauſas, tam nimirum Civiles, 3
quam Criminales, & Miſtas; cum hoc privilegium per Gregorianam reformationem derogatum non ſit, ut inſinuavimus *art. praced. aſſert.* 1. & ſuſtinent *Card. de Lugo in Reſponſ. Moral. lib. 4 dub.* 38.

dub. 38. Lezana, Card. de Luca, & alii mox adducendi.

4 Nec obstat *Trid. sess. 14. de reform. c. 5.* disponens, jurisdictionem Conservatnrum non habere locum in causis Criminalibus, vel Mistis, sed dumtaxat in Civilibus; & ubi personæ conservandæ Rei fuerint, non Actores. Tum quia in ea Dispositione declarat expresse, se non comprehendere, sed excipere Conservatores datos Universitatibus generalibus, Collegiis Doctnrum, seu Scholarium, Regularibus locis &c. atque adeo illos relinquit in dispositione Juris communis dicti *cap. 5.* & tenore literarum, sub quibus dati fuerunt; ut in specie notant Doctores, quos citat, & sequitur *Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. alleg. 105. n. 17. & 42.* Tum etiam, quia *Tridentt.* ut superius diximus *art. 6. asser. 2. §. atque hic notandam, n. 6.* facultatem eligendi Conservatorem cum jurisdictione, illi a jure communi, & speciali privilegiorum a Summis Pontificibus attributa, neutiquam sustulit, nec in ulla, vel minima illius parte imminuit, immo potius confirmavit.

5 Excipiuntnr tamen hæresis causæ, aut ad hæresim pertinentes; cum ad eas, non obstante, quod Criminales sint, quia ad pœnam infligendam, & publicam vindictam diriguntur, ut liquet ex toto fere *tit. de Hæret. in Cod. decretal. Sext. & Clement.* Conservatoris tamen jurisdictio non extendatnr absque speciali commissione; sed privative quoad ipsam Ordinariorum potestas, *ex cap. Ad abolendam in fin. de Hæret.*, ibi: [Siqui vero fuerint, qui a lege Diœcesana jurisdictionis exempti, soli subjacent Sedis Apostolicæ potestati; nihilominus in his, quæ sunt contra Hæreticos instituta, Episcoporum subeant Judicium, & eis in hac parte, tamquam a Sede Apostolica delegatis, (non obstantibus libertatis suæ privilegiis) obsequantur.] Sicut ad easdem causas extenditur Dominorum Inquisitorum Jurisdictio *ex cap. Per hoc cap. Ut Inquisitionis, cap. Cum secundum, & cap. fin. de Hæret. in 6.* Exceptio quoque vel ex eo liquida est, quia etsi Conservator ex Privilegio, vel Rescripto habeat, quod possit Causas Criminales cognoscere, nequit tamen cognoscere Causas Fidei sine speciali concessione; cum in generali concessione non veniant ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus, *cap. Si Episcopus de pœnit. & remiss. in 6. & cap. In generali de Reg. Jur. eod. lib.* ubi *Gloss. v. Generali*, casum ponit *ex Can. Frater noster 16. q. 2.* ubi generalis commissio, facta Legato per Papam, non extenditur ad causas Fidei.

6 Atque hic in ipso exemplificandæ potestatis Conservatoriæ, ad omnes Causas, Civiles, Criminales, & Mistas extensæ, quasi vestibulo, Regulares omnes, & quotquot cum iis litem habere contendunt, [Non possum non monere (*Cum Engel. lib. 1. Decretal. tit. 1. n. 16.*) caute, & conscientiose, non temere, & contra Christianam Charitatem actionem institui debere: atque illud vulgi proverbium bene observandum esse, *quod tenuis transactio plerumque præstet pingui sententia.* Nam expertus quidam pro posterorum cautela rectissime scriptum reliquit, in causarum controversiis capitales inimicitias oriri, fieri amissionem expensarum, laborem animi exerceri, corpus quotidie defatigari, multa, & inhonesta crimina inde consequi, bona, & utilia opera postponi, & qui sæpe credunt obtinere, succumbere; &, si obtinent, computatis laboribus, & expensis, nihil acquirere.] Hactenus *Engel.*

RESOLUTIO II.

An de omnibus præfatis Causis cognoscat, etiamsi injuriæ manifestæ non sint.

Potestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad omnes prædictas causas, Civiles nimirum, Criminales, & Mistas, etiamsi injuriæ, & violentiæ manifestæ non sint, & judicialem exposcant indaginem; dummodo Regulares conservandi sint Rei, & non Actores. Ita *contra Pignatellum tom. 8. consf. 33. & Raym. Nidum de Conserv. c. 4. partic. 2.* contendentes ad prædictas causas, si injuriæ, & violentiæ manifestæ non sint, quantumvis Rei, & Conventi, non autem Actores fuerint Regulares; non Conservatoris, sed Ordinarii solius jurisdictionem extendi, præter Doctores pro nobis adductos *art. 3. assert. 1. Tamburinum videlicet, Monacellum, Ventrigliam, Pellizzarium, &c. Antonius a Spiritu Sancto, Rota, in Oscen. Fargna, Card. de Luca, Card. de Lugo, Passerinus, & alii.* Et sane 7

Antonius a Spiritu Santo in direct. Regul. p. 1. tr. 2. disp. 1. sect. 4. §. 3. n. 211. & 212. inquiens: [Auctoritas, & Jurisdictio horum Conservatorum Regularium ante Constitutionem Gregorii XV. amplissima erat: poterant enim cognoscere de omnibus causis, tam Civilibus, quam Criminalibus, seu Mistis: tam in eis, in quibus Rei, quam in quibus Actores Regulares erant: & de quibuscumque injuriis, ac molestiis, aut violentiis, tam manifestis, quam non manifestis, sine judiciali indagine, vel cum illa, prout causa requireret &c. Nunc tamen juxta Bullam Gregorii XV. solum possunt cognoscere de illis causis, in quibus Regulares sunt Rei, non Actores, & juxta præscriptum Sacræ Congregationis etiam in iis, in quibus Actores fuerint, quoad injurias tantum manifestas, & violentias secundum formam *cap. fin. de Offic. Judic. deleg. in 6.*] 8

Lezana, afferens in *Consultis post Consultum 40.* decisionem *Rotæ in Oscen. Jurisdictionis coram Ubaldo 239. anno 1614.* quam etiam affert *Farinac. tom. 4. decis. 616.* tenoris sequentis: [Fuit dictum, Judices Conservatores Monasterii Sancti Joannis de Piña *Oscen.* Diœcesis habere jurisdictionem judicialem in causis, ad dictum Monasterium, & ejus Abbatem, & Monachus spectantibus. Licet enim regulariter Conservatores jurisdictionem non habeant, nisi pro manifestis injuriis, & molestiis, in eos illatis, quibus dati sunt Conservatores, nec possint exercere judicialem indaginem juxta *textum in cap. 1. fin. §. Est autem de offic. deleg. in 6.* tamen id procedit in nudis Conservatoribus, secus tamen in iis, quibus retento eodem Conservatorum nomine, major a Summo Pontifice potestas attributa est, ut quia Judices a Papa appellantur, vel habeant facultatem in privilegio expressam, cognoscendi de injuriis, & aliis causis, etiamsi requirant judicialem indaginem, ita ut tota vis stet in litteris Apostolicis, quarum forma servanda est, *c. Cum dilecta de Rescript. l. diligenter ff. mand.* & tradit in nostris terminis *Joa. Andr. in dic. cap. 1. n. 6. vers. in Gloss. fin. de offic. deleg. in 6.* & idem *in addit. ad Specul. in tit. de Judic. deleg. §. fin. n. 24. v. Conservatoribus Host. & post eum Gemin. in dic. c. 1.* 9

dic. c. 1. n. 13: vers. vel secundum. Guido Papæ decis. 18. n. 3. Franc. Marc. decis. Delphin. 349. n. 5. lib. 2. plene Corn. cons. 55. per totam lib. 3.

10 Præterea illis datur amplissima facultas, non solum defendendi &c. sed, cum fuerint requisiti &c. ut justitiam administrent cum clausula: [In illis, quæ judicialem requirunt indaginem:] per quæ verba judicialis jurisdictio censetur concessa, *dic. c. 1. & fin. a Contrario*, seu *de offic. deleg. in 6.* adeo ut propter hanc formam, quæ venit in stylum Curiæ, parum inserviat dispositio illorum Jurium, ut tradit *Joa. Andr. in dic. c. fin. n. 3. & ibi Dominicus in §. Conservatores n. 4. Navarr. in Man. c. 28. n. 225. vers. Neque Conservator*. Accedit alia clausula: [Contradictores quoslibet, & rebelles per censuram Ecclesiasticam compescendo:] per quam dicitur concessa facultas, judicialiter procedendi. *Joa. Andr. in dic. cap. 1. n. 9. vers. Si ergo. Et ibi Host. n. 4. & Dominic. n. 13. de offic. deleg. in 6.* &c. Nec visum est, obstare *Concilium Tridentinum sess. 7. c. 14. & sess. 14. c. 5. de refor.* quia *in dic. sess. 7. c. 14.* loquitur de Regularibus, extra Monasterium degentibus, & in causis mercedum, & miserabilium personarum. *Sess. autem 14. c. 5.* expresse reservat Regularia loca &c.] Hactenus decis. Rotæ a *Lezana* relata, cui ipsemet hodie post Constitutionem Gregorianam subscribit.

11 *Fargna de Jure patron. p. 2. Can. 22. 23. & 24. Cas. 2. n. 14.* adducens mox laudatam Decisionem Rotæ coram *Ubaldo*, & aliam *285. n. 6. p. 55. rec.* ibi: [Hodie Regulares in omnibus causis, in quibus Rei existunt, etiamsi non agatur de manifestis injuriis, possunt, ac debent conveniri coram eorum Conservatoribus:] addensque, id resolutum fuisse a Sact. Congreg. Concil. *in Papien. Conservatorum 6. Junii 1682.* ubi proposito dubio: [An Conservatores prædicti possint cognoscere causas Regularium, judicialem discussionem requirentes, tam ubi Regulares sunt Rei, quam ubi sunt Actores.] responsum fuit: [Negative, nisi adsit privilegium in contrarium.]

12 Cardinalis de Luca *de Regul. disc. 1. §. 2. de Controversiis inter Regulares, & Episcopos n. 33. ubi* sic: [Sacrorum autem Canonum generali dispositione attenta, Conservatorum potestas ad solos manifestæ injuriæ, seu manifestæ violentiæ casus restricta est; ideoque formalis Tribunalis erectio est eis prohibita. Aliquibus tamen Religionibus, ut sunt præsertim Sacra Religio Hierosolymitana, & illa Societatis Jesu, aliis non exclusis, quibus id quoque concessum esse dignoscatur, ex Apostolico speciali indulto tributum est, ut omnium causarum Civilium, Criminalium, & Mistarum Judices existant, sive sint activæ, sive sint passivæ, ac sive sint Rei, sive sint Actores. Id autem rationabiliter Gregorii XV. Constitutio moderata est, ut in causis passivis, in quibus ipsi Regulares Rei existunt, id procedat, non autem in activis, in quibus sunt Actores.]

13 Et *disc. 55.* ubi *in causa Turritana Conservatoriæ pro Collegio Societatis Jesu cum Archiepiscopo*, quærens secundo: Quam potestatem, seu jurisdictionem hodie habeant Conservatores Regularium post Constitutionem Gregorii XV. & quomodo extendenda sit, an scilicet in solis casibus injuriæ, seu violentiæ manifestæ; non autem in illis, in quibus cum ordine judiciario procedendum est? Ad quæsitum respondet *n. 15.* sic: [Quo vero ad secundum punctum, respicientem merita negotii principalis, an scilicet istud privilegium caderet sub moderatione dictæ Constitutionis 9. Gregorii XV. admittebam, ut caderet solum in ea parte, in qua Conservatoribus hujus Societatis conceditur etiam jurisdictio cognitionis causarum, ubi Religiosi essent Actores; cum dicta Constitutio Gregoriana in hac parte sit clara. Ubi vero sint Rei, quamvis scribentes pro Archiepiscopo prætenderent, ut per hanc Constitutionem omnia hæc privilegia redacta essent ad terminos juris communis *in c. 1. & fin. de offic. deleg. in 6.* attamen etiam cum sensu veritatis, qualem Rota quoque agnovit, dicebam, ut id nullam subsistentiam haberet: quoniam dicta Constitutio Gregoriana, excepta præfata moderatione in causis, in quibus essent Actores, aliud non disponat de novo, nisi circa formam deputationis tam super qualitate personarum, ut sint in Ecclesiastica dignitate constitutæ, ad instar eorum, quæ disposita habentur in Judicibus Synodalibus, quam etiam circa modum faciendi hanc deputationem, & præsertim ut ea denuntietur Ordinario. In reliquis autem privilegia potius approbat, & confirmat.]

Et *n. 16.* [Cum istud privilegium particu- 14
lare aliquam habeat formam extraordinariam, per quam Conservatores constituuntur eorum Judices, cum facultate cognitionis omnium causarum, ideirco illud non subjacet restrictioni generali, contentæ in dictis Decretalibus ad solas injurias, ac violentias manifestas, ut *ex Molina* advertit in specie *Barbos. alleg. 106. n. 3. cum aliis* in hujusce causæ decisione, atque fuit habitum pro absoluto per Sact. Congr. Concil. *in Algaren. sub tit. de Jurisdict. disc. 49.*]

Et *disc. 52. sequent. in causa Papiensi, seu Me-* 15
diolan. Conservatoris pro Collegio Societatis Jesu Mediolanen. cum Episcopo hæc habet *n. 51.* [Regulariter in aliis Religionibus facultas Conservatorum procedit ad limites *textus in c. 1. & fin. de offic. deleg. in 6.* in casibus scilicet injuriæ, ac violentiæ manifestæ; illi vero istius Societatis sunt etiam Judices omnium causarum passivarum.] Huc usque *Card. de Luca*.

Card. *de Lugo in Respons. moral. lib. 4. dub. 38.* 16
quæsito 1. ubi n. 4. sic evincit intentum: quia ex Constitutione Gregoriana Regulares quando non sunt Actores, sed Rei, possunt, immo debent in omnibus causis non solum Criminalibus, sed etiam Civilibus, & debitis pecuniariis conveniri coram suo Conservatore; utpote cui universaliter datur Jurisdictio ad omnes causas, in quibus Regulares tamquam Rei conveniuntur. Sic enim habet Constitutio Gregorii XV. [Ad hæc statuit Sanctitas sua, ut coram ipsis Conservatoribus Regulares, ac personæ suprascriptæ conveniri quidem, aut trahi debeant, sed alios convenire, aut trahere non possint, ita ut memorati Conservatores in causis, in quibus Regulares, & alii Actores fuerint, nullam prorsus jurisdictionem habeant, sed in iis tantum, in quibus Rei extiterint.] Ergo in causis Civilibus, Criminalibus, & Mistis, etiam Judicialem indaginem requirentibus, in quibus Regulares Rei fuerint, non autem Actores.

Confirmat Card. laudatus *n. 5.* quia manifeste 17
constat, Gregorium discrimen assignasse inter causas, in quibus Religiosi sunt Actores; & illas in quibus sunt Rei. Certum est autem, quod, etiam quando sunt Actores, possunt coram suo Conservatore se tueri contra inferentes manifestas, & notorias injurias, ac violentias, ut declara-

claravit Sac. Congreg. Concil. toties citata *anno 1624.* Si ergo Pontifex non prohibuit, quin Regulares possint coram suo Conservatore, tamquam Actores ad Judicium trahere alios in manifestis, & notoriis injuriis, ac violentiis; & tamen voluit, quod non possint, ut Actores convenire alios coram eorum Conservatore, in eo causarum genere, in quo possunt, & debent coram eo conveniri, ut Rei; consequens est, ut etiam extra manifestas injurias, & in omnibus causis possint coram eo, ut Rei conveniri.

Neque (ait Cardinalis laudatus) obstat *textus in c. 1. & fin. de offic. Jud. deleg. in 6.* ubi dicitur, non posse Conservatorem cognoscere, quoties opus est indagine judiciali; sed solum de manifestis injuriis, & violentiis. Nam ibi sermo est de Conservatoribus, datis sine speciali clausula, & facultate cognoscendi de omnibus causis: qualem clausulam ex speciali privilegio habent fere omnes Regulares, præsertim Mendicantes. Quare in illis non habet locum illa restrictio, ut notavit *Gloss. t. in dic. c. 1. sic:* [Sed quid, si injuria non sit manifesta, sed requirit plenam causæ cognitionem, utrum Conservator possit se impedire? Respondeo, quod non; sed pro hoc est recurrendum ad Ordinarium. Et ista vera sunt, nisi in privilegiis istorum Religiosorum, vel aliorum, quibus dati sunt Conservatores, aliud diceretur, videlicet, ut possent cognoscere de injuriis, & aliis causis, etiamsi requirerent judicialem indaginem. E communiter in privilegiis apponitur illa clausula:] Quod etiam adductis privilegiorum verbis, probat cum aliis, quos affert, *Lezana tom. 2. c. 16. num. 23. & 24.* Hæc ex Card. de Lugo.

18 *Passerinus apud Nidum de Conserv. Regul. c. 4. partic. 1,* ubi sic habet *Nidus a n. 22.* [Quod Conservator nonnisi de manifestis, ac notoriis judicare possit, caret difficultate, quando Regulares Actores sunt. At sub lite est, si ipsi Rei sint. *Passerinus n. 99.* putat, quod ubi Regulares non sint Actores, sed Rei, gaudent privilegiis, sibi a Summis Pontificibus concessis in literis Conservatoriis: nec ista esse abrogata: unde civiliter conveniri possunt coram Conservatoribus, qui sunt eorum Judices unici.]

19 Hæc *Nidus*: qui pro sua opposita sententia addit *n. 25.* [Alii, inter quos *Lezana n. 62.* dicunt, hoc tempore Conservatores, sive in Civilibus, sive in Criminalibus, sive Regulares Actores sint, sive Rei, de manifestis injuriis, atque violentiis dumtaxat cognoscere posse. Favet huic sententiæ Sacr. Congreg. Concil. quæ *die 28. Julii 1657.* inhærendo Declarationibus alias editis, censuit, Regulares, etiam Reos, debere in causis, judicialem discussionem, & indaginem requirentibus, coram Ordinario, & non coram Conservatore conveniri, *Nicol. p. 2. lucubr. lib. 1. tit. 19. n. 13.* Verum est tamen, quod alia Sacra Congregatio Concilii expresse loquatur de facultate Conservatorum in causis, in quibus Regulares Actores sunt; cum ibi de eorumdem defensione agatur de injuriis sibi illatis. Et esset difficultas, An Regulares coram suis Conservatoribus agere possent; cum Gregorius XV. in Constit. *Sanctissimus* hoc prohibere videretur vocibus illis: *ita ut memorati Conservatores in causis, in quibus Regulares, & alii Actores fuerint, nullam prorsus jurisdictionem habeant, sed in iis tantum, in quibus Rei extiterint.* Quando igitur Sacra Congregatio decrevit, Conservatores Regularium debere procedere juxta præscriptum *in cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6.* intelligitur, ubi Regulares fuerint Actores. Summi Pontifices Innocentius IV. & Bonifacius VIII. in dictis Capitibus loquuntur de causis, in quibus illi, ad quorum favorem Conservatores dantur, Actores sunt, ut ex præcitatis verbis apparet. Quare si Declaratio Sacri Concilii, nuper adducta ex *Nicolio*, non obstaret, sententiæ Passerini adhærerem.]

20 Hactenus *Nidus*. Qui tamen si *Lezanam* integre legisset, exordiendo a Doctrina, quam tradit *n. 59. e. tu. p. 2.* secundum Corollarium, quod ex ea tradita Doctrina infert *Lezana n. 62.* non in sui favorem *Nidus* allegasset. Sic enim habet *Lezana dic. n. 59.* Conservatores Regularium [Modo juxta præscriptum Constitutionis Gregorii XV. solum possunt cognoscere de illis causis, in quibus Regulares sunt Rei, non Actores: & juxta præscriptum Sacræ Congregationis etiam in iis, in quibus Actores fuerint, quoad injurias tantum manifestas, & violentias secundum formam *cap. fin. de offic. & Pot. Jud. deleg. in 6.* quod incipit: *Hac constitutione*; & innovantur a Gregorio XV. in eis, quæ Constitutioni ipsius non adversantur.] Pro quo Rotæ decisionem adducit *in Oscen. Jurisdictionis coram Ubaldo* in suis Consultis post Consultum 40. a nobis supra relatum, Sique laudatus *Nidus* declarationem Sacræ Congreg. Conc. adductam *a Nicolio* funditus perpendisset; utique *Passerini* sententiæ adhæsisset: cum ea declaratio generalis sit, nec privilegiatos in specie comprehendat, ut optime convincunt nonnulli Doctores suppresso nomine apud *Pignatellum* mox adducendum.

21 Recensitis Doctoribus subscribunt alii suppresso nomine apud *Pignatellum* laudatum, qui multipliciter probant, & Objectionum etiam solutione confirmant, Judicis Regularium Conservatoris potestatem, attento etiam jure novissimo, extendi ad omnes recensitas causas Civiles, Criminales, & Mistas, etiamsi injuriæ manifestæ non sint, & judicialem exposcant indaginem, modo Regulares sint Rei, & non Actores: scilicet

22 Primo, Ex literali dispositione Constitutionis Gregorii XV. in qua Conservatores, juxta illius præscriptum eligendi, non deputantur uti nudi, & simplices Conservatores pro conservandis Regularibus a manifestis injuriis, & violentiis, quales considerati fuerunt *in cap. 1. & fin. de offic. Judic. deleg. in 6.* Sed etiam tamquam Judices, ut *in §. 1. 2. & 10.* cum expressa, & speciali jurisdictione, illis attributa in eis causis tantum, in quibus Regulares tamquam Rei coram ipsis trahi, & conveniri contigisset. Ex hujusmodi enim *Judicum* denominatione censetur facultas concessa procedendi in dictis causis, etiamsi requirerent specialem indaginem, ex deductis *in decis. 616. n. 2. & 3. p. 2. rec.*

23 Secundo, Quia Constitutio Gregoriana, concedens §. 9. dictam jurisdictionem, literaliter comprehendit Actorem trahentem, & convenientem; Reum tractum, & conventum; & Judicem, coram quo dicta activa, & passiva tractio, & conventio exerceri debet: proindeque dato concursu dicti Judicis, Actoris, & Rei, necessario resultat processus formaliter judiciarius, & cum tela, indagine, & discussione judiciali, juxta *c. forus de verbor. signific.* Et dixit *Rota in Calagurritana Beneficiorum de Morigo 11. Febr. 1611. coram Coccino.*

24 Tertio, quia eadem Constitutio §. 6. & 7. unicum dumtaxat præfinivit casum, in quo

Regula-

Regulares conveniri deberent coram Ordinario, nempe si electum, illiusque electionis instrumentum coram Ordinariis non exhibuerint. Hæc specialis expressio continet tacitam ademptionem Jurisdictionis in quolibet alio casu, etiamsi Ordinatius generalem habeat jurisdictionem, *Angel. cons. 375. a. 1.* Et generaliter quælibet dispositio, includens certam rem, seu personam, excludit reliqua, *Ruin. cons. 112. a. 3. lib. 5.* Et quod in privilegio, seu facultate aliquid faciendi, inclusio unius importet exclusionem alterius, *Castr. 468. super hoc puncto lib. 2*

25 Quarto; quia hoc idem specialiter ordinaverat Gregorius XIII. qui concessis Regularibus Conservatoriis specialibus, postea omnes in hoc parisormiter tractando, generaliter concessit, quod ipsi Regulares in omnibus Italiæ Civitatibus Conservatorem semel eligerent, & Electionis instrumentum coram Ordinariis eahiberent ad unum, eumdemque specialiter expressum effectum, ut coram dicto Conservatore tantum conveniri debeant, alioquin eoram locorum Ordinariis convenirentur. Quæ concessio habetur impressa post Declarationes Concilii Tridentini *sess. 7. c. 5. a. 4.* Huic concessioni in hoc specialiter, & expresse adhæsit dicta Constitutio Gregorii XV. §. 6. & 7. quæ usa fuit formalibus, & ptæclsis verbis: [Alioquin coram Ordinatio conveniantur,] expressis in dicta Constitutionn Gregorii XIII.

Nec obstat, (pergunt laudati Doctores) quod neutra Constitutio loquatur de causis, requirentibus judicialem indaginem.

26 Primo; quia nec minus ambæ Constitutiones restringuntur ad causas pro manifestis injuriis; sed generaliter, & indefinite loquentes, indefinite intelligi debent: &, si aliter voluissent, expressissent, *Gloss. in cap. fin. de pot. Judic. deleg. in 6. verb. noa præsumaat*, ibi: [Quod si hoc voluisset, hoc addidisset, sicut ibi fecit.] *l. Si unum §. noa dixit ff. de acquir. hæred. & l. 2. §. 2. de Judic.* Immo cum abstulerit tantum Jurisdictionem quoad causas, in quibus sunt Actores; remanet coofirmata tota jurisdictio, quam antea habebant: quia constat de limitata voluntate Pontificis ad Jurisdictionem quoad causas, in qoibus suot Actores; & ideo ultra terminos jurisdictionis extendenda oon est, *l. Voluatate, c. de excusat. & l. fin. c. ne uxor pro marit. & cap. audistis, & cap. cum olim de præscript.*

27 Secundo; quia eatum cootextus, & verba ita necessario contioent judicialem indaginem, discusionem, ut superflua, & inanis reputata fuerit illarum expressio. Impossibile enim est, quod aliquis trahat, & conveniat aliquem coram Judice, & quod materia, pro qua trahitur, & convenitur, ooo iodagetur, & discutiatur judicialiter.

28 Tandem, quia suffragantur privilegia specialia, quibusdam Religionibus concessa a Summis Pontificibus, ut a Joanne XXII. Mattino V. & Gregorio XIII. Continent enim dicta privilegia eadem fere verba, quæ cootinebaotur in Conservatoria Eugenii IV. super qua emanavit *decis. 616. p. 2. rec.* firmans comprehensionem causarum, requireotium indaginem judicialem, inde resultantem.

29 Unde eum dicta privilegia non fuerint revocata, sed simpliciter redacta ad terminos Constitutionis Gregorii XV. ut declaravit Sac. Congr. Conc. in hoc Decreto: [Utrum Constitutio *Felic. record.* Gregorii XV. circa Conservatores Regularium, publicata anno 1621. cum declarationibus Eminentiss. Sacr. Congr. Conc. Trident. Interpretum desuper editis, æque afficiat, & comprehendat Religiosos Societatis Jesu, ac reliquos Regulares, ita ut omnia alia prædictæ Societatis privilegia fuerint redacta ad terminos dictæ Constitutionis, & sic imposterum debeant ab eis eligi Conservatores juxta formam, & tenorem præfatæ Constitutionis? Responsum: [Hujusmodi Constitutionem cum declarationibus, ut præfertur, editis, æque afficere Religiosos Societatis Jesu, atque aliorum Ordinum; & Conservatores ad illius præscriptum esse eligendos, non obstantibus quibuscumque privilegiis, quippe quæ omnia sunt redacta ad terminos ipsius Constitutionis.] Et in eadem Sacra Congregatione cum fuerit etiam declaratum, Regulares ære alieno gravatos, ad ratiocinia, & pro testamentorum executionibus obligatos coram Conservatoribus, quatenus illos habeant, conveniri debere, ut io subjecto Decreto: [An Regulares gravati ære alieno, vel ad ratiocinia, vel ad testameotorum executiones obligati, possint conveniri coram Ordinario, si Conservatores non nominaverint intra tempus habile, ab Ordinarin præscriptum? Responsum: [Regulares in causis prædictis coram Ordinario loci esse conveniendos, si ad præscriptum Constitutionis Gregorii XV. Conservatores non elegerint, ipsiusque electionis documentum iotra præfinitum tempus in actis Curiæ ipsius Ordinarii non exhibuerint, ac dimiserint.] Ista vero cum expediri non possiat absque discussione, & indagine judiciali, utique dieendum videtur, eam hodie, non obstante Constitutione Gregorii XV. Conservatoribus Regularium adhuc permissam esse, oec revoeatam in causis Civilibus, Crimioalibus, & Mistis, de injuriis, & violentiis non manifestis, in quibus dicti Regulares sunt Rei.

Non esse insuper revocata Regularium privi- 30
legia per dictam Constitutionem Gregorianam; sed adhue persistere, declarat Observantia subsequuta post eam; cum post ipsam plures Coosservatores processerint in causis, requirentibos specialem indaginem. Observaotia autem, etiam uoius actus, deservit pro interpretatione, *Rota coram Buratto decis. 679. n. 9. & in Florentina Jurispatron. de Ricasulis 11. Febr. 1604. §. Noa obstat, coram Laacellotto, & coram Otthobono decis. 165. n. 16.* Et adeo desertor observaotiæ ioterpretativæ, ut præferatur ioterpretationi magis veræ, & juri magis conformi, *Bond. cons. 92. n. 30. lib. 1. Rot. coram Buratto d. q. 44. n. 6. & coram Otthoboao decis. 1001. n. 20. & in Barchiaonea. Caaonicatus 15. Septembris 1645. §. Nec prædicta, coram Royas.*

Nec obstat, quod in Constitutione Gregoriana 31
innovetur Constitutio Bonifacii VIII. *cap. fin. de Jud. deleg. in 6.* Quia hæc inoovatio non plus operatur, quam si Constitutio cooderetur de novo: condita autem de oovo juri particulari privilegiorum non derogaret, *juxta cap. 1. de Coostit. in 6.* Et, cum disponat de Conservatoribus, qui suot tantum Conservatores puri; oon se extendit ad Conservatores, qui simul etiam sont Judices; quales sunt electi a Regularibus vigore eorum privilegiorum, io quibus leguotur hæc verba: [In quibus deputati estis Conservatores, & Judices.] Dictio eoim copulativa & attribuit Conservatoribus qoalitatem etiam Judicis, *Menoch. cons. 497. n. 17. Rot. decis. 165. n. 51. p. 5. rec.*

Nec

32 Nec etiam obstat, quod in dicta Gregoriana derogetur omnibus privilegiis; ac proinde etiam quatenus contrariis Constitutioni Bonifacii innovatæ. Quia derogantur cum clausula, quodde a, quæ præsentibus adversantur: quatenus autem concedunt privilegia Conservatoribus, procedendi in causis, requirentibus judicialem indaginem non adversantur dispositis in Gregoriana; cum non disponat oppositum. Nec dispositio Bonifacii VIII. id vetans, venit nomine præsentium; cum non sit inserta in Gregoriana, sed tantum sit innovata. Nec dicta privilegia obstant innovationi; cum possit stare innovatio dictæ Constitutionis cum privilegiis, ex deductis. Cum ergo sit quid diversum, derogari privilegiis, quatenus adversantur dispositis in Constitutione Bonifacii; derogatio quo ad unam partem non debet extendi ad aliam; cum materia derogationis strictè accipienda, *l. Sancimus cod. de testam. Gemin. cons. 15. n. 2. Oldrad. cons. 190. n. 10. Cravett. cons. 26. n. 7. Rot. coram Prula decis. 1582. n. 10.*

33 Neque demum obstat declaratio Sacræ Congregationis Concilii decernens 24. *Martii* 1657. [Regulares, habentes Conservatorem legitime electum, etiam Reos debere in hujusmodi causis, judicialem discussionem & indaginem requirentibus, coram Ordinario, & non coram Conservatoribus conveniri.] Quia cum sit generalis, recipit interpretationem, quod non comprehendat in specie privilegiatos: qualis interpretatio alias emanavit in simili declaratione generali, videlicet, quod Abbates non possint benedicere ea, in quibus requiritur Sacra Unctio. Siquidem postea declaravit, quod ea declaratio non comprehendat privilegiatos in specie. Ita sub *die* 10. *Septembris* 1614. *Constit.* 175. *apud Bullar. Casinensium.*

Hue usque laudati Doctores apud *Pignatellum*; quorum non modo auctoritas, sed doctrinarum etiam soliditas, ut nostram opinionem firmissimam reddunt; ita & infirmam opinionem oppositam *Nidi, & Pignatelli*; ac magis roborata, quæ hac de re diximus *art.* 3. *assert.* 2. explicantes Conservatoris definitionem ad limites reformationis Gregorianæ §. *Dicitur* 5. & 6. *a n.* 9.

RESOLUTIO III.

An procedere valeat adversus injurias Reales, Verbales, & Scriptas.

34 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus injurias Reales, Verbales, & Scriptas. Et quidem adversus Reales, illatas præsertim ab iis, qui ausu temerario præsumpserint Ecclesias, aut loca Regularium infringere, aut in illis violentiam damnabilem exercere. Adversus quos excommunicatio, ipso facto incurrenda, fulminata est: a qua absolvi non possunt, nisi per Sedem Apostolicam, vel per Conservatores ab eadem Regularibus, seu ipsorum Religioni deputatis, vigore concessionis factæ Minoribus, ut in earum *Monum. fol.* 505. *Concess.* 226. & Dominicanis, ut in eorum *Privil. fol.* 15. *pag.* 2.

35 Adversus injurias Verbales. Ita *Avendaño in Thesauro Indico tom.* 1. *tr.* 4. *c.* 9. §. 3. *Portel. in dub. Regul. v. Conservatores n.* 7. *Cortiada tom.* 4. *decis.* 268. *num.* 32. & *alii cum Monet. de Conser. c.* 7. *q.* 3. *Concl.* 2. *n.* 92. ubi infert, posse Conservatorem punire eum, qui Sanctimonialis, aliusve Regularis personæ honestati injuriam fecerit, ejus pudorem maculando &c. Et sane injuriæ Verbales, & ipsæmet veræ injuriæ sunt; cum non jure irrogantur, juxta ea, quæ superius diximus *art.* 1. *assert.* 3. §. *Dicitur.* 6. *n.* 48. & *a n.* 54. Et injuria in verbis frequentius, quam in rebus deprehenditur: unde Theologi omnes restitutionis obligationem agnoscunt, quando alicujus fama verbis est alterius denigrata. Immo injuria specialiter dicitur de Verbali, teste *Ulpiano l.* 1. *de Injur. & famos. libell.* Atqui Adversus injurias extendit se Judicis Regularium Conservatoris potestas. Ergo &c.

36 Item adversus damna, gravamina, nocumenta &c. extenditur potestas Judicis Regularium Conservatoris ex Constit. Gregorii XIII. pro Jesuitis §. 3. ibi: [Quoquo modo indebite molestari, vel eisdem gravamina, damna, aut injurias irrogari.] &: [Per quæ ipsi, eorumque res, & bona a noxiis justitiæ ministerio præservarentur.] sed in verbis & damnum, & gravamen, & nocumentum copulantur. Ergo &c. Minor liquet ex Scripturis, & Patribus: Sacræ siquidem Literæ pluribus in locis linguæ damna commemorant: &, ut cetera omittamus, *Ecclesiastici* 28. *ubi v.* 15. 16. & 17. habetur: [Susurro, & bilinguis maledictus; multos enim turbavit pacem habentes: lingua tertia multos commovit, & dispersit illos de gente in gentem: Civitates muratas divitum destruxit, & domos magnatorum effodit.] & *v.* 21. & 22. [Flagelli plaga livorem facit; plaga autem linguæ comminuet ossa. Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic, quasi qui interierunt per linguam suam.] Hinc non immerito Divus Isidorus Pelusiota sic admonet *lib.* 2. *Epist.* 158. [Id agite, ut linguam sexcentis frænis comprimatis.] Pro quo & Divus Valerianus *hom.* 5. ita scribit: [Hoc habet lingua malitiosa commercium, ut lites serat, odia moveat, mortes acquirat. Falluntur profecto, qui putant, nihil esse ferro fortius, nihil veneno violentius: quamvis autem ista in perficiendis mortibus habeant peculiare naturæ beneficium, cedunt tamen in contentione verborum. Nihil enim est tam noxium, aut malitiosum, quod non viribus suis minus sit, si se incitata semel lingua commoverit.] Hinc illa Divi Nili sententia *in Capitibus Pareneticis, c.* 2. [Satius est, temere mittere lapidem, quam Verbum.]

Tandem Julius III. in conservatoria pro Ordine Sancti Hieronymi incip. [Militanti,] edita *anno* 1551. xv. *Kal. Augusti*, Conservatorem indulget adversus efficientes Generalem, Priores, &c. dicti Ordinis injuriis *realibus, & verbalibus.*

37 Adversus demum injurias Scriptas extendit se Judicis Regularium Conservatoris potestas: quæ nimirum injuriæ irrogantur vel per libellos famosos contra Regulares personas; vel per impugnationem Institutorum, & Constitutionum Ordinum Regularium; denuntiando impugnatores in excommunicationem latæ sententiæ, eamque Papæ reservatam incursos, vi Constitutionis Gregorii XIII. incip. *Ascendente Domino* contra impugnantes Institutum Societatis Jesu; & libellarios in excommunicationem latæ sententiæ pariter incursos, vi privilegii in favorem Fratrum Minorum, & Prædicatorum, teste *Filliuc. tr.* 40. *n.* 81. qui tamen nullam de reservatione mentionem facit: notatque, eo privilegio gaudere fere omnes alias Religiones Mendicantes, & Claustrales. Et sane si adversus injurias verbales, seu verba injuriosa procedere potest Regularium Conserva-

servator ex dictis ; e fortiori contra injurias scriptas ; nam verbales injuriæ seo verba injuriosa sonant, & transeunt, scripta vero jugiter manent ; unde minus illa lædunt, quam hæc : magisque adversus hæc, quam illa procedere posse Regularium Conservatorem, desendir communis opinio.

RESOLUTIO IV.

Adversus quosnam Injuriatores procedere valent.

38 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, extendit se adversus injurias, & violentias Regularibus, seu Monasterio, sibi commisso illatas, aut inferendas, procedendo nimirùm nedum adversus Clericos, & Laicos, cujuscumque de cetero qualitatis, vel conditionis existant, & quacumque Ecclesiastica, aut mundana dignitate, ac exemptione muniti ; verum etiam contra Religiosos alterius Ordinis ; immo & illius Ordinis diversi, cujus est Conservator. Ita *Pelliz. q. 24. c. 125.* Quod probar tum ex eo, quie Conservatores Regulatium, stante Jure novissimo, possunt de illis causis cognoscere, in quibus Religiosi sunt Actores, dummodo injuriæ, & violentiæ fuerint manifestæ, contra quoscumqne, & qualescumque Reos, & quidem Ecclesiastica, vel mundana etiam dignitate sulgentes : Tum ex eo, quia funt Judices, a Papa deputati ; & ut tales, Judices competentes sunt nedum Laicorum, & Clericorum, verum etiam cujuscumque Ordinis Religiosornm, quippe qui subjacent Universi ipsius Papæ jurisdictioni ; unde judicari possunt a Papa, sive per se, sive per alium. Tum denique, quia secus minus sufficienter esset provisum indemnitati Religiosorum ; ut satis, superque consideranti perspicuum est.

39 Ubi notandum ex *Rodriq. art. 11. §. Infertur etiam*, potestatem Judicis Regularium Conservatoris extendere quidem se adversus injuriatores enumeratos ; non tamen in favorem eorumdem. Quare non possunt Regulares Conservatorem eligere pro eo, qui ipsis injuriam intulit, ut per hoc liberetur a manibus brachii Sæcularis, quia E. G. ipsum injuriatorem rigorose volebat punire. Et rite quidem, cum non concedatur Religiosis, ut eorum injuriatores defendat, sed ut Regulares ipsos, ipsorumquo bona ab injurietoribus, eorumque violenriis protegat, contra eos procedendo. Quod est notandum, ait *Rodriq.* statim referens, vidisse se quemdam Prælatum, a suo Superiore Majori punitum, eo quia titulo Charitatis Conservatorem elegir, contra quemdam Monasterio injuriantem, non ur ipsum puniret, sed ut ejus blanda punitione a rigorosa manu brachii Sæculatis criperet.

RESOLUTIO V.

An procedere valent adversus molestins, gravamina, vel damnn &c. Regularibns, eorumque Procuratoribus, Servitoribus, Familiaribns &c. illata, vel inferendn in Personis, Rebus, & Bonis &c.

40 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, ettento Jure novissimo extendit se [adversus molestias, perturbationes, injurias, gravamina, vel damna Regnlaribus, eorumqne Procuratoribus, Agentibus, Servitoribus, Familiaribus, in Personis, Rebus, & Bonis illatas, aut inferendas, seu exigendo ab eis vectigalia, detia, pedagia, gabellas, collectas, aut alia onera] ut præscripsit Sanctus Pius V. in Bulle 41. [Ad hoc Nos Deus] pro Fratribus Prædicatoribus. Item edversus molestias iisdem illatas, vel inferendas [super libertatibus, privilegiis, indultis, rebus, & bonis &c.] ut indulsit Clemens VII. in Bulla [Conquestionem] 1. pro Minimis. Utque addidit Gregorius XIII. in sue Bulla 5. pro Jesuitis [Super terris, domibus, & juribus, nec non fructibus, censibus, redditibus, & proventibus, ec quibuscumque aliis bonis, mobilibus, & immobilibus, spiritualibus, & temporalibus &c.]

RESOLUTIO VI.

An sit Judex competens personæ Sæcularis in causa, illi communi, & Religioso, per ipsum defendendo.

POtestas Judicis Regnlatium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad illius Sæcularis favorem, qui Conservatorem non heber ; sed une simul cum Religioso passus est injuriam ; aut elias haber rem cnm illo communem, seu connexam, Ita eum *Monetn de Conserv. c. 7. num. 55a.* nonnulli Doctores, ex principiis *Rebuff. tr. de privil. Scholar. privil.* 106. *n.* 1. & 5. ubi docet, quod si injuria sit illata Scholastico, & alteri, qui erat in ejus Societate, agatque Scholesticus coram suo Conservatore pro recepta injuria ; poterit etiam alter non Scholatis agere coram eodem. Idque ex *l. Nulli C. de Jud. & cap. 1. de causa possess. & propriet. ac cap. 1. de Sequestr. poss. & fruct. cum ibid. not.* nimirum quod eause possessionis, & proprietatis debeat coram uno, eodemque Judice terminati, ne conrinentia causæ dividatur : neque super nno, eodemque facto contrariæ, vel diversæ saltem ferantur sententiæ ; quod est absurdum : & ne una, eademque res diverso Jure debeat censeri, *l. cum quis ff. de Usucap. cap. Cnm in tun, de decim. & cap. Quia circn, de privil. cum simil.* 41

Idem ob eamdem rationem esto judicium de potestate Conservatoris in favorem Clericorum, causam communem, seu connexam habentium cum Regularibus : sicut & de potestate illius Conservatoris, alias adversus certas personas impetrati, sed contta aliam, non expressa in literis Conservatoriis, procedentis, quæ causam communem, sen connexam cum aliqua illarum habeat. Sic si laicus una cum Clerico delinquat, potestas Judicis Ecclesiastici nedum ad Clericum, sed ad Laicum etiam super eo crimine protogatur, teste communissima Doctorum sententia, cui adhæret *Pignatell. tom. 1. consul.* 481. laudans declarationem Sacræ Congregationis Immunitatis, tum in nna *Policnstren.* 30. *Augusti* 1641. tum in una *Urbevetana* 19. *Julii* 1661. tum in una *Ferentilli* 28. *Septembris* 1666. ac sæpe alibi ; ne videlicet continentia causæ dividatur ; illudque sequatur absurdum, quod super una, eademque re contrariæ, vel diversæ saltem ferantur sententiæ, quodquo una, eademque res diverso jure censeatur. Ergo a pari in casu nostro. Quando autem causa dicatus communis, seu connexa, nnde continentia habeatur, explicant *Dec. & alii in c. Quanto de Jud. & Menoch. de arbitrar. Jud. q. 45. & Cas. 96.* 42

Arqne hic notandum, in hnjusmodi causis communibus, seu connexis Judex illius personæ cognosce- 43

cognoscere debet, qui magis dignus est, quam
Judex alterius personæ quæ causam communem,
seu connexam habet cum illa: quia magis dignus
44 trahit ad se minus dignum. Quod autem in pro-
posito magis dignus sit Judex Conservatur Regu-
larium, quam Judex Laicus Sæcularium; sicut &
Judex Scholarium Conservator, quam merus Judex
non Scholarium; & Judex Ordinarius Clerici,
seu Episcopus, quam Judex Sæcularis Laicorum,
præter ea, quæ docet *Rebuff. ubi supra*, & quæ
45 mox insinuavimus, de se patere videtur. Quod
etiam magis dignus sit Judex Regularium Con-
servator, quam Ordinarius Clericorum, sive
Episcopus in causa utrisque communi, inde pa-
tet; quia amplissima est Judicis Regularium Con-
servatoris potestas, ita ut se extendat, nedum
ad Regulares, sed ad omnes, & quascumque per-
sonas, quscumque, & qualicumque etiam munda-
na dignitate fulgentes, adeoque tam Ecclesiasti-
cas, quam Sæculares, imo & simile Conservato-
ris privilegium habentes; quæ proinde illum tam-
quam competentem sibi judicem agnoscunt, ut
satis, superque explicuimus supra *art. 5. assert. 3.
§. Dicitur 8. a n. 69.* Non ita tamen potestas
Episcopi. Unde Clericus, molestatus a Regula-
ribus, aut notrie Regulares molestans, coram
Judice eorumdem Conservatore, non coram Epi-
scopo convenitur. Item Judex Conservator Re-
gularium in causa, sibi demandata conservationis
eorumdem, major est Episcopo, Archiepiscopo,
Primate, Patriarcha, Legato, nedum Nato, &
Dato, sed etiam a Latere &c. licet in aliis par,
aut etiam inferior sit, ut firmant Doctores passim
*cum Gloss. in cap. Innotuit, v. in parem, de elect.
Anchar. cons. 132. a n. 2. Ruin. cons. 3. volum. 4.
Mandos. de signat. grat. v. Conservatoria, vers. Con-
servatores dicuntur, & aliis*; & nos supra insinua-
vimus *art. 5. asser. 3. §. Nec obstat, quod par in
parem num. 70.* Idque, quia Episcopus in causis
suorum Clericorum agit nomine proprio, Conser-
vator autem in causa defensionis Regularium agit
nomine Papæ, cujus personam, & vices repræ-
sentat, utpote qui cum non possit per se ipsum
Regulares immediate tueri, tuetur illos per alium,
locum sui tenentem, per Conservatorem videlicet,
ut notant passim Doctores *cum Anchar. supra n. 4.*
46 *Ruin. loc. cit. & Nevizan. cons. 35. n. 9.* Estque
propterea Conservator nedum Judex Ordinarius,
sed Apostolicæ Sedis etiam delegatus: unde Sacr.
Congreg. *in novis declarat.* ex Bibliotheca Card.
Bellarm. *ad Concil. Trid. sess. 14. c. 5.* ita declara-
vit: [Conservatores sunt Judices Ordinarii: sed
illis committuntur causæ, ut Sedis Apostolicæ
delegatis:] Sed Papa major est Episcopo, &
Delegatus in causa sibi delegata magis dignus est
quocumque Ordinario; cum ratione delegationis
major quis fiat eo, cui est aliunde par, aut etiam
minor, ut satis superque conspicuum est *ex cap.
Sane il secondo de offic. deleg. & cap. Pastoralis §.
Præterea de offic. Ord.* Ergo in causa sibi delegata,
Conservationis videlicet Regularium, etiamsi com-
muni, & connexa cum causa Clericorum, magis
dignus est Regularium Conservator, quam Epi-
scopus, aliusve Judex Ordinarius. Hinc *Pignatel-
lus tom. 2. Consult. 24. n. 5. fin. laudans Chocbierum
de Conser. p. 2. q. 11. n. 5.* ratione dignitatis, (ait),
si controversia sit de Jurisdictione inter Conserva-
torem, & Ordinarium, ad Conservatorem spectat
cognoscere.

RESOLUTIO VII.

*An valeat impedire novam ædificiorum Personarum
Sæcularium erectionem prope Conventus Religio-
sorum sibi commissorum: aut novam fenestra-
rum aperitionem in jam erectis.*

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, 47
attento Jure novissimo, extendit se adversus
Sæculares personas, erigentes ædificia prope Con-
ventus Regularium sibi commissorum, aut Mo-
nialium, vel in jam erectis novas fenestras aperien-
tes taliter, quod Monachi, vel Moniales a Sæcu-
laribus videantur, & molestentur. Cum hujusmodi
ædificia cum gravamine Regularium præexisten-
tium ædificari non possint: Quemadmodum in jam
erectis novæ fenestræ cum eorumdem molestia ne-
queunt aperiri. *Rodriq. addit. ad Summam tom. 3. c.
145. n. 3.* adducens ibi textus, & Doctores. *Portel.
v. Monasterium n. 12.* ubi refert sibi dictum fuisse a
quodam Judice Supremi Senatus Olyssipone, man-
dasse Regem ibi dirui, vel claudi januam Sæcu-
laris domus, ex qua Religiosi Tertiarii ejusdem
Urbis intra Conventum videbantur, & inquieta-
bantur. *Pignatell. tom. 9. cons. 158. & alii.*

RESOLUTIO VIII.

*An cognoscat de Juribus, & Actionibus, quæ
Religiosis sibi ex cessione conveniunt.*

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, 48
attento Jure novissimo, extendit se ad co-
gnoscendum de Juribus, & Actionibus, quæ Reli-
giosis ex cessione conveniunt. Ita *Monet. de Con-
serv. c. 7. q. 5. n. 326.* Tum quia cessio Jurium, &
Actionum regulariter non est prohibita, ut patet
*ex l. Per diversas. c. Mand. l. Scimus nulli, & l.
Si mulier §. ex asse ff. de jur. dot. l. quæ omnia §.
ex asse ff. de Procur. tot. tit. de hæred. vel act. vend.
& alibi.* ac docent passim Juristæ cum *Bart. in l.
Injuriarum actio la seconda ff. de injur.* ubi in specie
actionis injuriarum id docet, & solide probat.
Tum etiam, quia licet Concilium *Tridentinum* 46
sess. 14. c. 5. de refor. decernat, quod [Nemini,
cujuscumque dignitatis, & conditionis sit, Con-
servatoriæ literæ, cum quibuscumque clausulis,
aut decretis concessæ, suffragentur, quo minus
siqua jura ei ex cessione competierint, super illis
libere valeat apud Judicem Ordinarium conveni-
ri.] Quod sane decretum per illa verba [Cum
quibuscumque clausulis, aut decretis] nedum in
Conservatoribus ad terminos juris antiqui *c. 5. &
fin. de offic. deleg. in 6.* locum habet, sed extenditur
etiam ad Conservatores juxta formam juris novi,
quorum videlicet potestas quavis ratione per Re-
scriptum aucta est: non prohibet tamen, quin co-
ram Conservatore possit conveniri, qui illum ha-
bet, & si valeat coram Ordinario; ut liquet ex
illo *valeat*, quod idem est, ac *possit*: & ly *potest*
facultatem sine necessitate significat, ut habet
*text. in c. fin. cum in sua de consuet. in 6. ibique
Gloss. & Doctores.* Et etiamsi Tridentinum id ve-
tet, non loquitur tamen de Conservatoribus Re-
gularium, ut pote quos exemptos esse, & in-
telligi, vult ab eo Canone in fine dicti Decreti.
Notat tamen *Monet. n. 328.* Conservatorem, qui 50
in juribus, & actionibus etiam cessis Judex com-
petens est, ipsum, sicut & alium quemcumque
Judicem, non fore competentem, saltem ad effe-
ctum, ut agens ex jure cesso obtineat; sed solum

ut locum habebat dispositio, & pœna Juris in casibus prohibitis, & quoties cessio simulata præsumitur. Quinam autem sint hujusmodi casus prohibiti, & quandonam cessio præsumatur simulata, explicat laudatus *Monet. quæst. cit.*

RESOLUTIO IX.

An cognoscat super pertinentia Juris patronatus nedum respectu Capellaniæ fundatæ in Capella Ecclesiæ Regularium, verum etiam respectu ejusdem Capellæ.

51 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad cognoscendum super pertinentia jurispatronatus, nedum respectu Capellaniæ, fundatæ in Capella, existente intra Ecclesiam Regularium; verum etiam respectu ejusdem Capellæ. Ita *Franc. de Fargna de Jure patronat. p. 2. Can. 22. 23. & 24. cas. 2.* in quo quidam Patronus, non contentus jure patronatus Capellaniæ; a suis antecessoribus fundatæ in Capella, erecta intra Ecclesiam Regularium, ex eo, quia Patronus erat Capellaniæ, prætendere cœpit juspatronatus, etiam respectu ejusdem Capellæ. Unde judicium super hujusmodi pertinentia Jurispatronatus coram Ordinario intentavit; recurrentibus ex adverso Regularibus, in possessione libertatis præfatæ Capellæ existentibus, ad Judicem suum
52 Conservatorem. Probatur ex amplissima Regularium Conservatorum jurisdictione per specialia Summorum Pontificum privilegia, iisdem concessa, non solum pro reparandis injuriis, & violentiis, quæ sive per Laicos, sive per Ecclesiasticos etiam, cujuscumque qualitatis, vel conditionis sint, & quacumque Ecclesiastica, etiam Patriarchali, Archiepiscopali, aut Episcopali, vel mundana dignitate fulgentes, quomodolibet inferri valuissent, adversus privilegia Regularium; verum etiam pro tuitione omnium, & singulorum bonorum, jurium, redituum, ac proventuum; sicut & pro defensione eorum possessoris, cum potestate compescendi per censuras, quoscumque violatores, occupatores, sive molestatores, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, summarie, & de plano, sine strepitu, & figura Judicis, sola facti veritate inspecta; in aliis vero, pro ut qualitas eorum exegerit justitiæ complementum, superaddita derogatione Constitutionum *Innocentii IV. cap. 1. de offic. & pot. Judic. deleg. in 6. & Bonifacii VIII. cap. fin. eod. tit. & lib.* aliorumque Prædecessorum, per quas valuisset Regularium Conservatoribus interdici jurisdictio excommunicandi, suspendendi, vel ad Judicium evocandi. Sed, stantibus his privilegiis, Conservatorum potestas restricta non est ad tramites Decretalium præfatorum Innocentii IV. & Bonifacii VIII. super injuriis, & violentiis dumtaxat manifestis, sed ampliata super iis etiam, quæ manifestæ non sunt, & judicialem exposcunt indaginem, ubi nimirum juxta Constitutionem reformatoriam Gregorii XV. Regulares non Actores, sed Rei existant. Ergo molestati a Patrono Regulares iidem in possessione, quam habent libertatis præfatæ Capellæ, prætendendo nimirum Juspatronatus, nedum respectu Capellaniæ, sed etiam respectu Capellæ, cum Rei sint, & non Actores, coram suo Conservatore conveniri possunt, & debent, non coram Ordinario; & sic ad cognoscendum super hac pertinentia, etiam attento Jure novissimo; potestas Judicis Regularium Conservatoris extenditur: immo & attento Jure antiquo, & quantumvis Actores sint Religiosi, quia hæc prætensio Patroni, mere & præcise in jure patronatus respectu Capellaniæ fundata, videtur manifesta violentia; cum ex eo præcise, quod quis Patronus sit Capellaniæ, erectæ in Capella, non sequatur, quod etiam Patronus sit ejusdem Capellæ: nam aliud est Capella, aliud vero longe diversum Capellania, in Capella fundata, *Luca de Jurepatronat. disc. 12. n. 6. Rot. in Concben. Præeminentiarum 4. Maji 1705. §. Fin. coram Scotto.*

RESOLUTIO X.

An valeat mittere in possessionem, dare Curatorem ad litem, restituere in integrum &c.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad mittendum in possessionem; ad dandum Curatorem ad litem, cum illum dare, sit quid accessorium litis, atque adeo ad eum Judicem spectet, qui est Judex ipsius litis; ad restituendum in integrum &c. ut ex variis Juribus, & Doctoribus firmat *Monet. c. 7. a n. 28.* qui tamen *n. 32.* notat, adversus propriam definitivam sententiam non posse Jurisdictionem Conservatoris in integrum restituere; cum jam dicatur Conservator functus officio suo. 53

RESOLUTIO XI.

An valeat mutuas petitiones, seu Reconventionem admittere. Et quid requiratur, ut ea legitime procedat.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad mutuas petitiones admittendas, Conventionem nimirum ex parte Actoris, & Reconventionem ex parte Rei, ita ut uterque sit Actor, & Reus quoad diversa coram eodem Judice; cum, lite pendente, prohibeatur Reus Actorem suum coram alio Judice convenire; ne coram diversis Judicibus eodem tempore agatur; sicque actio Actoris eludatur, *cap. fin. & cap. dispendia 3. de rescript. in 6. l. Si idem 11. §. Sed & si mutue 1. ff. de Jurisdict.* consormiter ad ea, quæ fuse diximus in *3. nostri Juris Canonici p. de Judiciis Ecclesiasticis disp. 15. art. 7. ubi de mutuis petitionibus, seu de Reconventione. Atque ita Monet. de Conserv. c. 8. q. 2. Concl. 4. n. 113.* Et recte quidem: nam ex una parte Reconventio tam coram Judice Ordinario, quam etiam coram delegato proponi potest, *cap. Prudentia, de mutuis petit.* Etsi nequeat coram delegato, qui sit de consensu utriusque partis datus; & coram Arbitrario, seu Compromissario; utpote qui dumtaxat cognoscere potest de iis, quæ mutuo partium consensu in compromissum deducta sunt, ut liquet *ex cap. Cum dilectus de Arbitr.* ibi: [Coram Arbitris tamen reconvenire non potest, cum Arbitri judicare non valeant, nisi de his tantum, super quibus in eos extiterit compromissum.] Et ex altera parte ea in causis etiam Summariis citra dubium locum habet, ut expresse disponitur in *Clem. Sæpe, §. Verum, de Verb. signific,* ibi: [Pro parte Agentis, & etiam Rei, si quidem petere voluerit, est in ipso litis exordio petitio facienda.] Et ita quidem locum habet, ut etiamsi Reus coram Conservatore in causa summaria 54 55 56 57

velit

velit reconvenire Actorem suum in alia causa, quæ su.umaria non sir, illum reconvenire possit; cum in hoc casu causa non summaria, fiat & ipsa summaria, ut vetius arbitrarut *Monet loc. cit.* Tum ex text. in *cap. 2. de mutuis petit.* ubi si causa committatur appellatione remota, ea quoque remota censetut in Reconventione. Tum etiam ex text. in *l. Sed & hæ §. Non solum ff. de Procur.* ubi si per Procuratorem Actotis petatur caurio damni infecti, quæ tamen celeritatem exposcit *l. 1. & 4. §. pen. ff. de damn. inf. l. 2. ff. de fee.* & Rens velit Dominum in aliqua Actione reconvenire, Procuraror renerur illum defendere. Tum demum, ex *l. ult. c. de fruct. ut lit. expens.* quam Glossa in *dic. Clement. Sæpe v. voluerit*, ad hoc allegar, quod si Papa committat causam, sine figura Judicii cognoscendam ad inllaotiam partis, videatur remissa plena cognitio, etiam in Reconventione. Quo in casu infert concludendo *Monet.* cum versetur nostra facti species, jam videtur nullą esse difficulras; quin, si coram Conservatote, cui causa commirritur, sine figura judicii terminanda, Reus Actorem conveniat etiam in causa alias plenaria, poterit hæc quoque summatie cognosci, ac definiri.

Verum ut legitime procedat coram Conservatore Reconventio;

58 Primo, facienda ea est in ipso litis exotdio, ut liquet ex alleg. *Clem. sæpe cit. §. Verum.* Quamvis ex probabiliori senrentia, ut notat *Engel lib. 2. decretal. tit. 4. n. 7.* proponi queat quandocumque, durante eodem Judicio, scilicet ante prolatam sententiam; cum in *cap. Stipendia §. Reus quoque, de rescript. in 6.* geoeraliter dicatur, dari Reconventionem dutante eodem judicio. Et in *Novel. 96. c. Illud 2.* statuarur, tum denique Reconventionem moveri posse coram alio Judice, cum superior lis finem acceperit, *Vallens. de mut. petit. §. 3. & alii.*

59 Ceternm si Reconventio fiat in progressu Judicii, nequeunr causa Conventionis & Reconventionis pari passu ambulare; sed, causa jam Convenrionis terminara, debet ad causam Reconventionis deveniri. Si ramen in litis exordio, scilicet ante, vel paulo post contestationem litis, Judex utramque Conventionis, & Reconventionis causam debet insimul discutere, ita nimirum, ut prius respondeat Reus primo Conventus positionibus, seu atticulis Actoris, & postmodum Actor reconventns positionibus reconvenientis Rei, & ita deinceps usque ad sententiam. Quæ in una, eademque Scriptura ferri debet, eo tamen Ordine, nt primo loco scribatur sententia in causa Conventionis, secundo tamen loco in causa Reconventionis; & nna sententia post aliam immediare legatnr. Quod procedit, si de utraque causa pariter liqueat; nam si prins liqueat de una, quam de altera, poterit Judex pronuntiare de illa, de qua liquer: &, si ab ea contigerit appellari, potetit interim procedete in altera, quia sunt diversæ causæ, *Joan. Honor. de mut. Petit. n. 5.* Quod si de utraque pariter liqueat; & ramen aliter, ac dictum est, Judex se gerat, ut nimirum sententiam ferat tantum in una, & non in utraque causa; senrentia quidem subsistir, sed locus datur appellationi, quia favor Rei postulat, ut non prius condemnerur Reus Actori, quam Actot ipsi Reo, ut docent cum *Bart. & Marant. Pirbing. l. 2. decret. tit. 4. n. 19. & Vallensis*, adductis Juribus *lib. 2. tit. 4. §. 3. n. 2.*

60 Secuodo, a solo Reo facienda est Reconventio, adeo ut nequeat Actor, reconventus a Reo, a se convento, reconvenire iterum Reum ipsum Reconventorem; ne mutuarum habeatur peririonum processus in infioitum; aggraveturque supra modum Judex petitionum concertatione; ipsiquemer sibi mutuo noceant Actor, & Reus, ut notant passim, & bene Doctores.

61 Tertio, proponenda est Reconventio in causis non exceptis: atque in his renetur Actot reconventus, libello Reconventionis respondere: secus non tenebitur Reus etiam Actori ipsi in sua causa tespondere, *cap. 1. & 2. de mut. petit.* In cansis vero exceptis, ut non admittitur Reconvenrio, ita neque tenetur Actor respondere Reo. Sunt autem causæ exceptæ.

62 Prima causa criminalis criminaliter intentata super pari, vel minori crimine: cum innocentia non per objectionem criminis, sed per sui manifestationem comprobetur, *can. 1. & 2. caus. 3. q. 11. l. Is, qui 4. ff. de Judicis public.* Quamvis super majori ctimine, vel ad prosequendam suam, suorumve injuriam possit Reus Accusatorem suum reconvenire, quoties Judex est competens utriusque. Quemadmodum ubi Reus est civiliter tantum de crimine conventus, potest eriam civiliter Accusatorem reconvenire cotam eodem Judice, si est competens uttiusque, ut ex variis Juribus firmar *Pirbing. lib. 2. tit. 4. n. 15.* Nequit tamen Reus, criminaliter conventus, Accusatorem suum civilitet reconvenire; quamvis admittatur ejusdem Reconventio, qua criminaliter illum reconveniat, objiciendo E. G. quod falsos testes produxerit contra se: in quo casu actio civilis suspenditut, donec causa finiatur criminalis.

63 Secunda est causa appellationis *l. 1. ff. eum, qui appell. in Provinc. defend.* Judex enim appellationis aditut ex necessitate, ratione gravaminis, seu injuriæ, quam purat appellans sibi irrogatam a Judice a quo; ideoque non potest cotam Judice appellationis reconveniri, ut docent ex variis Juribus *Vallensis lib. 2. tit. 4. §. 2. num. 5, Pirbing. supra n. 16. cum Abbate, & Maranta.*

64 Tertia est causa spolii ptopter privilegium spoliati, ex quo ante omnia restituendus est, *cap. super spoliatione 4. de ordin. cognit.* Quamobrem si quis ab Adversario spoliatus fuit, seu possessione Rei, quam habebat, privatus; trahitque spoliatorem in Judicium, perens, ur restituatut sibi res illa; priusquam fiat restitutio, nequit spoliator reconvenire spoliatum, nisi de alia spoliatione per modum exceptionis.

65 Quarta est causa Excommunicati, qui licet conveniri possit; Actorem tamen suum reconvenire non potest: cum Reconventio non defensio, sed nova actio, & impugnatio sit, *cap. Cum inter 5. de except.*

66 Quinta est causa executiva, quando scilicet execurio petitur instrumenti executionati, quia habet vim senrentiæ. Sic in instrumento debiti, vel in deposito, quod paratam habet executionem in bonis debitoris, non admittitur Reconventio: quia non debet diferri liquidum pro illiquido: quamvis fieri queat Reconventio quu ad protogarionem jurisdictionis, nimirum ut postea coram eodem Judice eadem causa recognoscatur, *Pirbing. & Marant. n. 16. vers. Quarto.*

67 Sexta demum est quævis causa Reconventionis, de qua Judex cognoscere non potest: ut si coram Judice Laico Reus Actorem reconveniat de re spitituali, aut Ecclesiastica, de qua cognoscere nequit Laicus; aut de alia, quæ indeclinabiliter perrinet ad alium forum, *Honor. de mut. petit. Engel lib. 2. tit. 4. n. 5.*

R E-

RESOLUTIO XII.

An controversiam dirimat inter duos Religiosos, seu Conventus diversorum Ordinum.

68 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad controversiam decidendam inter duos Religiosos simplices, vel Religiosos Procuratores, aut Conventus diversorum Ordinum. Ita *Bordonus p. 2. resol. 95. q. 5. n. 7. & alii.* Contra *Mirandam tom. 2. q. 47. art. 12. concl. 2. Rodriq. tom. 1. q. 65. art. 13. & alios*, opinantes, ad id noo extendi potestatem Conservatoris, sed solius Prælati Regularis, cujus Subditus est Religiosus Reus Procurator,
69 vel Conventus. Assumptum liquet ex eo, quia eum jura, & Bullæ Pontificiæ non arctent personas, inter quas Conservator debet facere Judicium, neque nos arctare debemus: & sic debet quivis Religiosus simplex, aut Procurator Religiosus, vel Conventus, coram proprio Conservatore conveniri, sive de cetero citetur a Laico, sive ab alio Religioso simplici, vel Procuratore, aut Conventu alterius Ordinis. Item Religiosus simplex, Procurator Religiosus, aut Conventus diversi Ordinis citari non debet coram suo Regulari Prælato; cum reputetur eadem persona cum ipso, & sine quo respondere, vel agere nequit in judicio, quippe qui non habet Velle, & Nolle, sed mortuus est Mundo. Neque coram Ordinario loci; cum non sit Judex competens Religiosi, utpote ab eo exempti. Ergo superest, quod coram Conservatore conveniatur. Tandem quia secus Actor cogeretur suam causam agere coram Judice, qui simul esset Judex ex hypothesi; & pars, utpote tractans negotium sui Religiosi, sui Procuratoris, vel Conventus.

70 Confirmatur ex concessione, Minimis facta per Clementem VII. quam sic refert Compend. nostror. privil. *v. Conservator* §. 9. [Item per privilegium, in amplissima forma concessum Minimis per Clementem VII. ut in eorumdem privilegiorum libello *fol.* 86. possumus eligere nobis Conservatores contra quascumque personas Ecclesiasticas, tam Regulares, quam Sæculares, necnon Laicos, Communia Civitatum & Diœcesum.]

71 Noo negaverim tamen posse sive Laicum, sive Religiosum simplicem unios Ordinis &c. suam causam exponere coram Superiore alterius Ordinis, adversus suum Religiosum subditom; cum talis Superior justitiam administratorus præsumatur favore Actoris contra proprium subditum, si constiterit, subditum suum vere reum esse. Quod etiam concedunt *Aldrete*, *Barbosa*, & *Miranda*, quos citat, & sequitur laudatus *Bordonus*.

72 Dixi, [Potestatem Judicis Regularium, Conservatoris extendi &c.] & sensus est de illo Conservatore, qui prævenit. Quando enim duo Religiosi diversorum Ordinnm, duo Procuratores, dno Monasteria litigant, & ambo eligunt Conservatorem, ille tantum Conservator procedere debet, qni prævenit, *l. uni ff. de Offic. Consul. Rom. cons. 412. Mandos in Signat. grat. v. Conservatoriæ*; *Sanchez tom. 2. consil. mor. lib. 6. c. 9. dub. 6. n. 5.*

73 Quamvis contendat *Nidus de Conserv. c. 5. partic. 3. a n. 4.* quod ad decidendam præfatam controversiam inter duos Religiosos diversorum Ordinum, solins Religiosi Rei Conservatorem extendi, ipsumque dumtaxat procedere posse; non illum, qui prævenit; cum certum videatur *Nido*, quod Reus coram suo Conservatore sit conveniendus: tum ex eo, quoniam privilegiatus contra habentem simile privilegium, uti non potest privilegio suo; cum tunc privilegia ad invicem elidantur, tollantur, & conquassentur, ita ut in ea re standum sit juri communi, *l. Verum §. fin. de Minor. l. Privilegia ff. de Privil. cred. Bart. in l. Sed & Milites ff. de excusat. Jur.* Quod tunc maxime verum est, quando privilegia in eadem specie concurrunt, ut *in l. Assiduis c. Qui potiores*, ubi privilegium prælationis dotis, contra alium simile privilegium habentem non competit, *Emm. Gonzal. in c. Coram sel. de restit. in integr.* Jus autem commune statuit, quod Actor sequi debeat forum Rei, *c. Cum sit generale*, *c. Si Clericus de for. compet.* Tum etiam ex eo, quia favorabiliores suot partes Rei, quam Actoris, *l. Favorabiliores ff. de Reg. Jur.* Quamobrem in proposito magis attendendum privileginm Religiosi Rei, quam Actoris Religioli: sicque illius Conservatorem, non hujus, ad dirimendam quæstionem inter ipsos, procedere posse, judicandum est.

Dixi etiam; [Ad controversiam decidendam 74
inter duos Religiosos simplices &c. *diversorum Ordinum*;] cum ad eamdem dirimendam inter dnos Religiosos simplices ejusdem Ordinis, Procuratores Religiosos ejusdem, vel diversi Monasterii ejusdem Regulæ, ipsaque Monasteria diversa ejusdem Instituti, potestas Conservatoris neutiquam extendatur, ut notat laudatus *Bordonus q. 9.* & recte satis; quia id nullo Jure probatur: Regulares intra suum Ordinem habent proprios Prælatos in Judicea, tam in Civilibus, quam in Criminalibus; & sic non possunt extraneos Jndices adire, qui respecto eorum Judices competentes non suot.

Finis, ob quem Regularibus concessi fuere 75
Conservatores, hanc veritatem satis aperte demonstrat. Et sane, ut supra retulimus *art. 4. assert. 2. a n. 5.* Sanctus Pius V. in Constit. *Ad hoc nos Deus* Conservatorem Dominicanis indulsit: [Ut Fratres, & Moniales, a præmissis molestiis, & perturbationibus sublevati, quietius Altissimo famulari &c. possint.] *Abbas in c. Licet de Censib.* Conservatores Regularibus dati fuere (ait) tum propter eorumdem professionem expressam paupertatis: tum propter Divinum cultum, cui proprio instituto sunt addicti: tum denique propter decentiam; cum Monastici status clausuram maximopere videatur dedecere, pro tuendis rebus suis ad Tribunalia sæcularia, ad quæ promiscue confluunt passim Sæculares omnes, seu Laici, sive Ecclesiastici, se conferre. *Confettius, & Bordonus cit. art. 4. asser. 2.* Conservatores datos esse, inquiunt quia cum Religiosi in suis causis eum Sæcularibus nullum alium habeaot Judicem competentem, nisi Romanum Pontificem, ad qnem recurrere, magni dispendii foret; ideo Summus Pontifex ad occurrendum hujusmodi incommodis, statuit pro iisdem Regularibus Judices speciales Conservatores, qui eis in partibus ab injuriis, & molestiis defenderent &c. Hujusmodi autem rationes cessant, quando controversia est inter duos Religiosos ejusdem Ordinis, Judicem sibi communem habentes, & intra suam Religionem, proprium videlicer Regularem Prælatum.

Quod, nt notat, & recte *Nidus c. 5. partic. 2.* 76
n. 10. intelligendum etiam in casu controversiæ inter duas Moniales ejusdem Religionis, sed diversorum Monasteriorum, Regularibus subjectas: vel inter Religiosum, & Monialem ejusdem

dem Ordinis: aut inter Monialium Monasterium, sub cura Regularium viventium, atque Conventum eorumdem Religiosorum. Tunc enim Judicium est Prælatorum Ordinis, utpote qui potestatem habent, & jurisdictionem in utramque partem, Judicesque competentes sunt utriusque Religiosæ partis. Unde refert *Nidus* laudatus, cum lis esset inter quamdam Matrem Ordinis Prædicatorum, atque Conventum Fratrum ejusdem Ordinis, hæredem bonorum Fratris ejusdem Monialis, qui fuerat Religiosus, super certa pecuniæ summa; & Reverenda Soror agere vellet, Conventumque convenire coram Conservatore, a Fratribus electo; consultus ipse *Nidus*, respondit: Conservatorem præfatam causam cognoscere non posse. Et de facto a Reverendissimo P. Generali fuit causa eidem *Nido* delegata usque ad sententiam inclusive.

77 Uti neque extenditur Judicis Conservatoris potestas ad recipiendas appellationes Religiosorum, sibi commissorum, a suo Prælato Regulari, etiam in casu, quo alias ipsis licita esset appellatio: cum talis potestas in destructionem potius foret, quam in ædificationem Religionum, ut de se patet, & testatur *Pelliz. q. 23. n. 124.*

78 Quemadmodum neque extenditur ad recipiendas querelas eorumdem Regularium adversus Religiosos ejusdem Ordinis; cum id sit expresse prohibitum a Leone X. in Constit. [Romani Pontificis] apud *Peyrinum tom. 1. privil. Constit. 23. Leonis X.* in qua §. 3. sic habetur: [Inobedientes sub eadem pœna (excommunicationis videlicet latæ sententiæ eo ipso incurrendæ) quibusvis Judicibus Ecclesiasticis, & Sæcularibus, etiam Conservatoribus privilegiorum dicti Ordinis, aut quarumcumque personarum, Congregationum, aut Domorum, & Monasteriorum hujusmodi, & Cameræ Apostolicæ *Avenionen.* ne querelas hujusmodi Fratrum, & Sororum contra alios Fratres dicti Ordinis suscipiant, vel de eis cognoscant. Quæ sane prohibitio, ait *Pelliz. q. 22. n. 222.* cum sit favorabilis toti Ordini, licet particularibus Religiosis odiosa, utique cadit sub communicationem privilegiorum.

79 Sicuti neque extenditur ad cognoscendum de delictis eorumdem sibi commissorum Religiosorum, eosque puniendos; cum hujusmodi potestas nullum pro se Doctorem agnoscat; quod non leve indicium est, illam Conservatoribus nullatenus convenire: &, ea adhuc Conservatoribus data, potestas Regularium Prælatorum non parum in Religiosæ disciplinæ præjudicium elevaretur, ut docet, & probat *laud. Pelliz. q. 23. n. 123.*

RESOLUTIO XIII.

An contra injuriam, quam sibi invicem inferunt duo Religionum diversarum Fratres, procedat.

80 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus injuriam, quam sibi invicem inferunt duo Religionum diversarum Fratres, & uterque ad suum Conservatorem recurrit, obtinetque contra alium inhibitionem, & censuras. Verum non utriusque Conservatoris potestas, sed illius dumtaxat, qui prior fuit aditus, & præventus, & ad eum prior factus est recursus, procedere potest in hoc casu: unde datur hic præventioni locus, *l. unic. ff. de Offic. Consul. cap. Cum plures de offic. deleg. in 6. juncta Gloss. in Summ. & Marginali ad verb. Recusaret. Cokier de Conserv. q. 11. n. 5. Peyr. tom. 3. privil. c. 11. num. 15. Pelliz. q. 35. num. 132. & alii.* Quamvis, ne se mutuo impediant, satius erit, Papam adire, *Maudos. de signat. grat. lit. Conservatoria, vers. An autem circa. Cokier. de Exempt. p. 1. q. 39. n. 16.* Vel etiam Arbitros eligere, qui quæstionem jurisdictionis decernant, *cap. Pastoralis, cap. Cum contingat, de Rescript. Constit. 9. Gregorii XV. §. 7. Peyr. loc. cit. Pelliz. ubi supra* & apud eum *Cespedes, & alii.*

81 Contendit tamen *Nidus de Conserv. c. 5. partic. 3. n. 19. & 20.* Quod si Religiosi diversorum Ordinum injurias sibi ad invicem intulerint, & constet, quis primo injurias passus fuerit; hic injuriantem proprium ad Conservatorem trahere possit. In dubio tamen Arbitri eligendi sunt.

RESOLUTIO XIV.

An super causa Novitiorum de debitis, contractis in Sæculo, cognoscat.

82 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad causam Novitiorum de debitis, contractis in Sæculo. Ita quoque *Bordonus resol. 54. n. 126.* Et rite quidem; nam privilegia Conservatoris ad Novitios pariter extenduntur, qui gaudent foro Regulari, ex Bulla S. Pii V. [Ad hoc nos] apud *Confettium pag. 210.* & Gregorii XV. toties laudata, ubi statuitur, personas Religiosas cujuscumque qualitatis, seu conditionis existant, debere coram Judice Conservatore conveniri.

RESOLUTIO XV.

An sit Judex competens litis, intentatæ a Sæcularibus Scholari Societatis Jesu super ejus Bonis.

83 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad causam Scholaris Societatis Jesu, qui post vota biennii retinet adhuc dominium suorum bonorum; super quibus intentatur ei lis a Sæcularibus. Ita *Card. de Lugo in Respons. Moral. lib. 4. dub. 38. quæsit. 3. a n. 2.* Quod patet ex toties laudata Constit. Gregorii XIII. pro Jesuitis, incip. [Æquum reputamus &c.] in qua Judices Conservatores, ab eadem Societate eligendi, deputantur ad causas Societatis, & *singularum personarum* illius.

84 Nec officit, quod illa Bona Scholaris non sint Bona Societatis, sed illius personæ privatæ: quia sufficit, quod persona, quæ convenitur, sit proprie Societatis persona, ut ad eam potestas Conservatoris extendatur. Atque hinc fortassis (autumat de Lugo) postea in eadem Bulla Conservatoribus injungitur, impedire molestias, & gravamina circa bona, & res ad dictam Societatem *Communiter*, vel *divisim* spectantes: idest vel ad corpus Societatis, vel ad singula ejus membra. Cum ergo hujusmodi bona sint sub dominio unius membri, & personæ Societatis, sub tutela Judicis Conservatoris esse debent.

85 Et sane, ut efficaciter confirmat laudatus Cardinalis, potestas Judicis Conservatoris in eadem Bulla nedum ad causas Societatis, & singularum personarum ejus, sed etiam ad causas Familiarium ejusdem Societatis, Clericali tamen charactere insignitorum, extenditur. Sed bona Familiarium Societatis, super quibus lites possunt

consur-

consurgere, & coram Conservatore debent agitari, non sunt bona Sociatatis: Ergo, non obstante, quod dicta bona Scholaris non sint bona Societatis; poterunt, imo debebunt, & quidem a fortiori, lites, super illis motæ, coram Conservatore Societatis agitari; cum præsertim dicta bona aliquo modo ad Societatem pertinaant: non enim de illis Religiosus Scholaris sine licentia Prælatorum Societatis disponera potest.

86 Item quamvis Bona illa Scholaris non sint Bona Societatis, Conservator tamen nedum ad tuenda Bona Societatis, verum etiam ad tuendas ejus personas, & privilagia conceditur, ut liquet ex verbis laudatæ Bullæ Gregorii XIII. Sed unum ex præcipuis Societatis privilegiis est Exemptio, qua Socletas, & singulæ ejus personæ, & earum Bona eximuntur in primis a Jurisdictinne Ordinariorum, ut liquet ex Bulla Pauli III. 15. *Kal. Septembris* 1549. incip. [Licet debitum]: & ex alia [Ascendenta Domino] 8. *Kal. Junii* 1584. ubi Pontifex priorem Bullam nominatim confirmavit de iis, qui vota simplicia post biennii Noviniatum emiserunt; voluitque, eos ab omninm aliorum Judicum jurisdictinne exemptos. Sed huic præcipuo Societatis privilegio manifestum inferretur præjudicium, si Religiosus Scholaris ratione suorum bonorum conveniretur coram Judice non suo; cum Reus semper coram suo Judice, non coram eo, a cujus jurisdictiona non dependet, sit conveniendus. Ergo, saltem eo titulo, ne videlicet privilegia, & exemptiones Societatis lædantur manifesta, causa bonorum Scholaris Soeictatis coram Judice Conservatore Religionis agitanda est.

87 Tandem minus pertinent ad Religionem Novitius, & ejus bona, quam Religiosus Scholaris, votis Religiosis adstrictus post Novitiatum, & & ejus Bona. Sed Novitius, & ejus Bona gaudent omnimoda Exemptione, ut docet cum aliis *Lezana tom. 1. r. 24. n. 4.* sicut & *Diana cum multis 5. p. tr. de Immunit. Ecclef. resol.* 40. adeo ut licet Bona Novitii non sint bona Religionis, adhuc taman gaudeant Exemptione a Gabellis. Ergo multo magis eadem omnimoda exemptione gaudere debet Scholaris Jesuita, per vota Raligiosa Societati incorporatus, & ejus bona.

88 Sed hic notat laudatus Card. *n. 55. & 56.* eumdem Societatis Religiosum Scholaram cogere non posse Actorem, ut eum potius coram Conservatore convaniat, quam coram alio Judice competente; cum possit Actor pro libero arbitrio ipsum astringere, ut coram alio competente Judice compareat; cum electio semper sie penes Actotem, qui incipit litem. Hinc potest Actor, litem dicto Religioso movere coram ejus Prælato Regulari, qui Judex ejusdem legitimus est: vel coram Legato da latere, aut Nuntio Apostolico (si jurisdictionem habeant in exemptos): vel coram Judice Conservatore Domus, aut Collegii, ad quod Religiosus ille spectat: val denique potast petere ab Auditore Cameræ Apostolicæ Judicem specialem ad cognoscendum de illa causa.

RESOLUTIO XVI.

An procedat adversus Laicos, Religiosorum sibi commissoram debitores ex causa civili.

89 Potestas Judicis Regularinm Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad cognoscendum adversus Laicos, Religiosorum sibi commissorum debitores ex causa civili. Quare si Laici, Regularium debitoras in aliqua pecuniæ summa, ex locatione E. G. Legato &c. illam solvere recusarint, tamquam injuriam inferentes Regularibus; cum injuria sit omne damnum culpa datum: &, si de debito constet per publicum instrumentum, in Judicio productum; vel per Confessionem ipsorummet Debitorum; vel per sententiam, transactam in rem judicatam, jam injuria sit notoria; tamquam manifestam injuriam irrogantes, etiam attento jure Antiquo, non solum Novo, & Novissimo, potarunt a Religiosis creditoribus ad suum Judicem Conservatorem trahi. Atque ita docent *Guido Papa decis. 18. in fin. Alciatus de præsumpt. præsumpt. 1. q. 23. n. 1. Didacus Perez in l. 1. tit. 7. l. 1. ord. 10. 2. n. 69. v. Conservatores autem. Rodriq. tom. 1. quæst. Regul. q. 65. art. 52. Portel in dub. Regul. v. Conservatores n. 7. Joannes de la Cruce, quot sequitur Diana p. 3. tr. 1. Resol. 20. Monet. t. 7. q. 4. n. 268. & alii* ante Constitutionem reformatoriam Gregorii XV. post illam vero *del Bene de Immunit. p. 1. c. 7. dub. 2. sect. 2. Novarius apud Pellizz. hic. q. 21. n. 121. Lezana in Summa Lugduni edita anno* 1678. postquam in *Summa Romæ impressa anno* 1637. oppositam opinionem docuisset *tom. 2. c. 10. n. 61. Chiavetta lib. 3. Instit. Canon. p. 1. c. 3. n. 20. Ventriglia in praxi tom. 1. adnot. 27. §. unic. n. 14. Leurenius lib. 1. tit. 29. c. 7. q. 733. n. 2. & alii.* Contra *Guttier. lib. 3. pract. quæst. q. 9.* contendentem, Conservatores posse cognoscera de manifestis injuriis, non in genere sumptis, pro omni nimirum eo, quod sit contra jus, & causat damnum; sed in specie, pro Contumelia, & convicio, & sic pro offensa; cum verba Rescripti intelligenda sint stricte, & in specie, ac proprie, pro ut colligitur ex *c. Rodul. de Rescript.* Et contra *Peyr. tom. 2. Constit. Greg. XV. §. 6. n. 50.* opinantem statutum Constitutionis Gregorianæ [Regulares posse quidem conveniri coram Conservatoribus ut Reos, non item ut Actores convenire alios] non procedere; nisi in causis civilibus eorum, qui aliquam pecuniæ Summam ipsis Regularibus debent, sive eam debeant ex locatione, legatis, testamentis &c. de aliis autem manifestis injuriis, & violentiis Regularibus, sive eorum bonis illatis, possunt Conservatores cognoscere, etiamsi Regulares Actores sint. Quare Regulares per hunc Doctorem si Creditores sint, nequeunt coram suo Conservatore Debitores, nolentes solvere debita, convanire. Item contra *Donatum hic q. 12. Cespedem de Exempt. c. 28. dub. 4. n. 8. & alios.*

Assumptum probatur primo ex Jure antiquo, 90 vi cujus Regularium Conservatores da manifestis injuriis, ipsismet Regularibus illatis, aut inferandis cognoscunt. Sed manifesta injuria Regularibus infertur per hoc, quod Debitores nolint iis solvere debita; cum, teste *Ulpiano in l. 1. & in l. Sed & si quemcumque ff. ad leg. Aquil.* injuriæ appellatione damnum culpa datum interdum significetur: ergo &c.

Et quamvis verba Rescripti stricte sint interpretanda, debent tamen secundum subjectam materiam explicari. Unde cum hic agatur de Rescriptis Conservatoriis, seu de conservandis Regularibus locis, Rebus, & Personis; diminuta provisum foret a Sede Apostolica, si tantum pro contumeliis, conviciis, & violentiis Conservatores indulsisset, pro damnis manifestis illos denegando; cum præsertim raro contumeliis afficiantur, & vim patiantur loca, res, & Per-

sonæ

sonæ Regulares; sæpe autem, & sæpius damnis non parvis, iisque notoriis lædantur.

91 Nec officit, quod causa debitorum civilis judicialem indaginem exigat, ex eo, quod si debitor debitum neget, aliasque legitimas exceptiones alleget, negatione res efficiatur dubia, juxta *l. 3. Quibus ad lib. prov. non licet, ubi Gloss. v. dubium. Felin. in cap. Si Cleric. Laicum n. 2. de for. compet. & in cap. Coram n. 8. de offic. deleg. Jason in l. 1. ff. de transact.* Non officit, inquam: nam quando debitum est notorium, etiamsi negetur a debitore, potest ipsemet Conservator indagare, num vere debitum notorium sit, & manifestum, quod debitor non vult solvere, quod nihil aliud est, quam judicialiter Conservatorem indagare, num ad id sua potestas extendatur. Atque hoc ipsi, sicut & cuivis Judici conceditur, non denegatur a Jure, ut sæpius insinuavimus.

92 Probatur Secundo ex Jure novo *Tridentini sess. 14. de refor. c. 5.* ubi licet Conservatoribus, deputatis singularibus personis, & Capitulo, hoc prohibeatur sic: [In civilibus etiam causis si ipse Actor extiterit, aliquem ei apud suos Conservatores Judices in judicium trahere, minime liceat;] excipiuntur tamen loca Regularia, aliaque id genus exempta, eorumque personæ, ita ut in eo decreto minime comprehendantur. Ergo in iisdem causis civilibus, in quibus singularibus personis est prohibitum, uti Literis Conservatoriis; erit permissum Locis Regularibus, & aliis, de quibus in dicta exceptione, ut exceptio sit de regula, juxta *reg. 1. Jurisf. l. Nam quod liquide cam simil. ff. de privil.* Quamobrem Conservatoriæ Regularium per *Trident. loc. cit.* remanent in dispositione tum Juris communis, tum peculiaris privilegiorum, quæ in ipsis Conservatoriis præter, & contra Jus commune continentur; cum hujusmodi privilegia per *Tridentinum* minime sint abrogata, ut non semel diximus; immo potius confirmata, ut vel ex eo liquet, quod habet *Tridentinum ipsum sess. 21. de Regul. c. 20.* scilicet: [In ceteris omnibus præfatorum Ordinum privilegia, & facultates, quæ ipsorum personas, loca, & jura concernunt, firma sint, & illæsa.]

93 Probatur Tertio ex Jure novo Conservatoriarum, a Summis Pontificibus Regularibus indultarum, præsertim a Gregorio XIII. Societati Jesu §. 2. ubi dicitur: [Quod possunt Regulares, tam in Civilibus, quam in Criminalibus, & Mistis, sive Actores sint, sive Rei, omnes, & singulos Archiepiscopos &c. in suos Conservatores assumere.] Sed hæc Conservatoria non solum datur pro contumelia, injuria, & vi, quæ Locis, rebus, & personis Religiosis infertur, estque causa Misti fori, utpote Sacrilegium; sed etiam pro causa Civili, cujusmodi est debitum, quod Regularibus solvere nolunt debitores; in quo Monasteria non modicam injuriam, & detrimentum patiuntur. Ergo &c.

Item a Sixto IV. Ordini Minorum §. 53. ibi: [Non permittant, per quoscumque indebite molestari, aut eis gravamina, injurias, atque damna inferri, seu quomodolibet irrogari.] Certum est autem, gravamen, damnum, &c. Religiosis inferri a nolentibus solvere debitum.

A Joanne XXII. Fratribus Minoribus. §. 2. [Non permittentes, eosdem a quibuscumque indebite molestari, vel eisdem damna, injurias, violentias, & molestias irrogari &c.] ergo ex jure novo Conservatoriarum, a Summis Pontificibus Regularibus indultarum, Conservatores nedum cognoscere queunt de injuriis, prout significant contumeliam, & violentiam; sed etiam prout significant damnum datum. Videatur *Rodriquez loc. cit.*

Confirmatur a *Lezana, ubi supra* sic: Ut Sacra Congregatio Concilii declaravit, per verba Constitutionis Gregorianæ §. 9. sublata non est Conservatoribus facultas: [defendendi Regulares a manifestis injuriis, & violentiis, quæ illis de facto inferuntur, dum a suis possessionibus dejiciuntur, & propriis bonis uti, ac frui impediuntur.] Sed hoc contingit, quando debitor Regularibus non solvit id, quod tenetur: quia tunc impediuntur, ne fruantur, aut utantur bonis propriis. Ergo tunc, etiam attento Jure novissimo, potest Conservator Regulares Creditores defendere. 94

Confirmatur etiam a *Chiavetta loc. cit.* Actio contra Jus, & quæ alteri damnum infert, est injuria manifesta. Sed nolens solvere debitum, facit contra Jus Creditoris, illique damnum infert. ergo &c. 95

RESOLUTIO XVII.

An procedat adversus Regulares, debitores Sæcularium ex debito pecuniario.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus Regulares sibi commissos, Sæcularium debitores ex causa civili, & debito pecuniario. Quamobrem si Regulares, Externorum debitores, iisdem solvere debita recusarint, debent a Creditoribus coram Judice suo Conservatore, non coram Ordinario loci, immo neque coram suo Religioso Prælato, prout mox explicabimus, conveniri. 96

Assumptum quoad primam partem commune est, & manifestum tum ex Constitutione Gregoriana §. 6. generaliter statuente, Regulares coram suo Conservatore conveniri debere: lex autem, generaliter loquens, generaliter est intelligenda. Tum ex declaratione Congregationis, ab Innocentio X. specialiter deputatæ in causa Angelopolitana, qua decisum est: Regulares, ære alieno gravatos, vel ad ratiocinia obligatos, vel testamentorum executores, coram Ordinario loci conveniendos esse, si Conservatores non elegerint. Ergo, a contrario sensu, si illos elegerint, coram Conservatoribus, non coram Ordinario loci conveniendi sunt. Hinc 97

Manifestum item est quoad secundam partem assumptum, ceteroqui Doctoribus communissimum, cum *Fragoso p. 2. lib. 4. disp. 12. §. 2. n. 30. Cevall. commun. contr. commun. q. 897. n. 813. Guttier. lib. 3. pract. c. 20. Formos. in c. Si Clericus q. 12. n. 40. de form. compet. Bordon. resol. 95. n. 20. Passerin. apud Nidum c. 4. partic. 4. n. 3. & Nido loc. cit.* ex allata declaratione, & ex alia Sacr. Congregationis, mox adducenda, penes Fagnanum. 98

Quoad tertiam denique partem, quamvis adversus se recenseat *Rodriquez q. 65. art. 3. Mirandam art. 10. concl. 2. & alios*, opinantes, pro debitis civilibus coram Religioso Superiore conveniendos esse Regulares, non coram Conservatore; defenditur tamen a *Guttier. lib. 3. Canon. Quæst. q. 10.* ubi quoad hoc praxim adducit; *Bordone tom. 2. resol. 53. n. 20. Cespede, quem refert, & sequitur Pellız. q. 21. n. 121. Card. de Lugo in Respons. Moral. lib. 4. dub. 38. & aliis*; qui tamen non omnino conveniunt. Siquidem 99

Contendunt aliqui, in negotiis extrariis Ci-

vilibus, & Criminalibus, adeoque pro debitis Civilibus, sive personalibus, sive Communitatis, & Monasterii Regulares coram suis Conservatoribus conveniendos esse, non coram suis Superioribus; cum ad has nonnisi in pertinentibus ad regulam, & regularia statuta trahendi sint. Quidam cum *Donat. q. 22. n. 13. in fine.*, *& Gavanto in man. v. Regularium Jura n. 55.* volunt, Regulares Externorum debitores conveniri quidem posse coram suis Conservatoribus, sed non privative quoad Prælatos Regulares: unde datur optio Creditoribus; non enim, ait *Donat. n. 13.* Bulla Gregoriana loquitur privative quoad prælatos Regulares, sed Creditoribus optionem facit. Nonnulli cum *Diana in Summa v. Regularium privilegia in reliquis n. 12. in fine* malunt, Regulares ob debita personalia coram Prælato Regulari conveniri debere, non coram Conservatore; ad quem solummodo trahi possunt ob debita Communia, seu Conventus. Alii volunt, ob debita particularia Religiosos conveniri posse coram utroliber: ob debita vero communia, seu Monasterii conveniri debere coram Judice Conservatore.

500 Sed mihi hæc ultima Sententia magis arridet: quia cum Prælati Regulares respectu suorum Subditorum Judices Ordinarii sint, & ordinariam super illos jurisdictionem exerceant; non est, cur coram suis Conservatoribus conveniendi sint, non autem possint coram Prælatis Regularibus Religiosi subditi ob propria peculiaria debita conveniri; cum præsertim juxta *Regulam 61. Jur. in 6.* [Quod ob gratiam alicujus conceditur, non sit in ejus dispendium retorquendum.] Privilegium autem Judicis Conservatoris in favorem Regularium concessum est: & si relicto Superiore Religioso, qui aliunde præsumitur, justitiam externis Creditoribus administraturus contra Religiosos Subditos vere debitores, coram Judice Conservatore convenirentur, in eorum dispendium, non in favorem retorqueretur. ergo &c. Hinc, ut refert *Fagnan. in secundam partem quinti libri Decretal. cap. Tuarum n. 38. de privil.* conquerenti Episcopo Mantuano, quod Regulares pro Contractibus, vel debitis non finerent, se in prima instantia coram locorum Ordinariis conveniri, Sacr. Congreg. censuit, si hi Regulares extra claustra Monasterii degant, servandum esse, quod dicitur in *Trid. sess. c. 14.* Si intra Monasteria maneant, conveniendos esse coram Superioribus, vel Conservatoribus eorum; non autem coram Ordinariis, aut alibi.

501 Quod si Justitiam non administraturus præsumatur Religiosus Superior, eo quia, ut loquitur *textus in cap. Cum sit generale de foro Compet.* Judices Regulares in exhibenda justitia Creditoribus, solent interdum esse in judicio remissi; in tali casu coram Judice Conservatore trahendi sunt Regulares ob debita particularia: quemadmodum, immo a fortiori, ob debita communia, seu Monasterii, respectu quorum Religiosus Superior esset Judex simul, & pars; quod Jura non permittunt: Judex ex hypothesi: & pars, utpote Administrator bonorum Monasterii, ex quibus ipsemet debet solvere debita.

502 Atque hic notandum, hactenus dicta procedere de Religiosis debitoribus, alioquin intra claustra degentibus, & Conservatorem habentibus. Nam si degant extra claustra, & habeant Conservatorem, coram illo sunt conveniendi: si non habeant; coram Ordinario loci, tamquam in hoc a Sede Apostolica delegato, ut disponit *Trident. sess. 7. de refor. c. 14.* & multis ostendit *Riccius 4. p. decis. 14. n. 2.* cui rite subscribit *Donat. in praxi tom. 4. p. 2. tr. 13. q. 46.* Quemadmodum coram eodem Ordinario conveniendi sunt Regulares, degentes intra septa, sed Conservatorem non habentes, juxta dispositionem Gregorii XV. de Conserv. §. 6. at non privative, quo ad Superiores Regulares, juxta prædicta.

Addit *Bordonus p. 2. resol. 78. q. 57. n. 222.* quod 503
Judex competens Regularium, puta Conservator, vel Episcopus in ejus defectum, quando non potest cogere remediis Ordinariis Superiorem Regularem ad solvenda debita; relaxando executionem Realem circa bona Monasterii: vel etiam quia Religio est incapax stabilium, uti possit remedio subsidiario excommunicationis; cum habens Jurisdictionem fori externi super aliqua causa, si opus est, uti possit censuris, subditum contumacem ad obedientiam compellendo, *cap. Præterea n. 5. de offic. deleg.* Non tamen Suspensionis, suspendendo nimirum Superiorem ab officio, seu beneficio: quia sicuti illud non contulit Conservator, ita neque auferre, vel suspendere potest, juxta *c. 2. de Reg. Jur.* & aliunde Superiorem Regularem suspendere, est quid speciale, ad solos Majores Religionis Prælatos, non ad extraneos pertinens, utpote pœna subditis, & disciplinæ Regulari admodum præjudicialis. Neque demum Interdicti, cum Interdicta non amplius sint in usu ad hujusmodi effectus, ut etiam notat laudatus *Bordonus n. 224. in fine.*

RESOLUTIO XVIII.

An valent Regularibus, nolentibus solvere debita, eorumdem bonorum subhastationem, vel pignus mandare.

Potestas Judicis Regularium Conservatoris, 504
attento Jure novissimo, extendit se ad mandandam Regularibus, debita solvere nolentibus, subhastationem, aut pignus tot bonorum, etiam stabilium ad satisfaciendum Creditoribus, quando nequit eos cogere in pecunia numerata. Ita *Bordonus tom. 2. Resol. 95. n. 20.* Quia talis alienatio cum necessaria sit, non continetur sub prohibitione de rebus Ecclesiæ non alienandis: immo nec est vere alienatio, sed potius restitutio ejus, quod alteri debetur. Sed hoc non placet *Pellizario n. 120.* nisi concurrant limitationes propositæ a *Quaranta verb. Alienatio n. 36.* vel adsit urgens necessitas, & sit periculum in mora, conformiter ad ea, quæ tradit laudatus *Quaranta n. 42.*

Admittit autem *Pelliz. loc. cit.* quod docet *Bordonus q. 57. n. 21.* scilicet Conservatorem non 505
posse, nec debere decretum interponere in contractu Alienationis, seu alterius obligationis, a Monasterio sibi deputato contrahendæ: nam Monasterium, seu Prior, ejusque subditi, non dicuntur Minor, nec ut Minor tenentur procedere in suis negotiis; cum sint Major quando simul agunt, & contractant: Prior enim semper excedit annum vigesimum quintum, & Capitulum dicitur Senatus *Can. Ecclesia 16. q. 2.* Præter quam, quod Conservator est Judex litium, non Contractuum: &, cum in aliis non sit Superior, nec Judex, interponere nequit dictum decretum, quod subjectionem ex parte contrahentium supponit, & Jurisdictionem in decernente; qua caret Conservator quoad hoc.

Adver-

106 Advertit tamen *Nidus c. 4. partit. 7. n. 18.* & bene, quod si aliquis manifeste compelleret Monasterium ad nlienandum, Conservator posset illud desendere: eo quod manifesta injuria, & violenria fieret illi.

107 Et non solum ad mandandam Regulatibus subhastationem, aut pignus tot bonornm, etiam stabilium, ad satisfaciendum Crediroribus, oxtenditur potestas Judicis eorumdem Conservatosis, sed etiam ad iisdem mutuantibus adjudicandum prædium aliquod Monasterii stabile, si pecuninm ad solvendum mutuum, non habeat Monasterium, ut addit *Tancredus p. 2. quæst. Moral. tom. 5. tr. 5. q. 39.* quia si non dicitur nlienare, sed Creditori satisfacere, qui necessiate coactus, ob æs alienum solvendum, ses Monasterii, etiam immobiles alienat, vendendo &c. ut sustinent *Tiraq. de lege Connubii gloss. 8. num. 194. Menoch. de Arbitr. cas. 171. n. 67. cent. 2. Cravetta cons. 3. n. 1. M. Ant. lib. 1. resol. 14. n. 9. Mascard. de probat. concl. 5243. n. 42. & 43.* aliique complures apud ipsum docentes, quod prohibita alienationo, non censeatur prohibita alienatio ob urgentinm æris alienl. Sique potest Jndex, aliennro bonn stabilia Religionis ad instantiam Credirorum sine solemnitatibus, tantum posita subhastntiono, ut est *textus in c. Hoc Jus 30. q. 2.* & docent *Abbas in c. Ad nostram de reb. Eccles. non alienan. Quaranta in Summa Bull. verb. Alienatio n. 36.* Unde diximus cum *Bordono, & Pellizario*, posse Judicem Regularium Conservatorem mandare subhastationem &c. quia talis alienatio cum sit necessnria, non continetur sub prohibitione de rebus Ecclesiæ non alienandis: immo nec est vera alienatio, sed restitutio ejus, quod alteri debetur: multo magis poterit idem Regularium Conservator Judex, immo (ut *ait Tancredus n. 3.*) debebit, adjudicanse mutuanti Creditori prædium dicti Monasterii; cum ralis adjudicatio fiat, ne crediror contra jus naturale, ac positivum nmittat suum creditum; & aliunde debiror nullo modo læsus remaneat, quia poterit semper remedio, ut dicitur, gratioso, repetere prædium adjudicatum una cum fructibus, facta solutione debiti.

RESOLUTIO XIX.

An valeat sub pœna excommunicationis Religiosum citare, quia non vult coram ipso comparere conventus in causa debiti proprii, vel Monasterii.

108 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad citeandum sub pœna excommnnicationis Religiosum, quia non vult, comparere conventns cosam Conservatore in causa debiti proprii, vel Monasterii, ad respondendum, vel testificandum in causa. Ita *Bordon. q. 15. num. 19.* Cum enim Conservator Regularium sit legitimus Jndex, n Sede Apostolica delegatus, potest quolibet remedio, etiam Censurarum, uti pro expeditione causæ, *cap. Præterea 5. de offic. deleg.*

RESOLUTIO XX.

An facere possit Repræsalias.

109 POtestas Judicis Regulnrium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad faciendas Repræsalias, quando nlius Conservator damnuin iurulit Monnsterio, sibi commisso. Ita *Pilaya Instit. Decis. Pontific. lib. 1. decis. 52. de Regul. & Monach.* ubi *n. 129.* inquirens: [An Conservatores, vel Episcopi possint facere Repræsalias, quando alins Conservatos, vel Episcopus damnum dedit Monasterio suo, vel Clericis suis, aut Ecclesiæ.] ait *n. 130.* [Causa accedere debet in his concedendis, *Diana p. 4. tr. 5. resol. 72. Menoch. cons. 244. n. 37. & 74.* & ut manifeste constet de injuria, atque etiam quod Superiores loci rogati recusent facere justitiam, *Menoch. cit. cons. 675. n. 82.* nec plus damni inferatur, quam necesse sit ad justam satisfactionem: item non fiat, nec concedatur contrn personas Ecclesiasticas.] Scilicet n Lnicis concedentibus, vel impetrantibus, contra Clericos, aut Monachos; *cap. 5. de injur. & damn. dat. in 6.* ibi: [Ut tamen earnm prohibitio in personis Ecclesiasticis tanto amplius timeatur, quanto in illis specialibus inhibentur, eas concedi contra personas prædictas, aut bona ipsarum, aut quarumcumque generaliter prætextu cujusvis consuetudinis &c.] *Menoch. dic. cons. 244. n. 37. Bossius tract. var. Crimin. tit. de injur. n. 37.* licet injusia data esset a personis Ecclesiasticis. [Nec ab Episcopo concedi possunt, dixere aliqni ex generalirate textus.] & *n. 131.* [Sed ru dicas, nb Episcopo haud concedendas contra Clericos, ob damnum datnm Laicis, quin intrat textus dispositio: nam Episcopus etsi habeat jurisdictionem in Clericum, tamen Laicus offensus non habet actionem contra bona, aut personam Clerici, ut petae Repræsalias: & ita sicutl non potest sub pœna excommunicationis Laicus Judex, vel Senatus Sæcularis concedere Repræsalias contra Clericos; ita nec poterit Episcopus retinere Clericos pro Repræsaliis, quia hanc non habet jurisdictionem]
& *n. 132.* [Quod si nlter Clericus damnum 110
habuisset, vel ab Episcopo esset damnificata persona Ecclesiastica, aut jurisdictio unius Prælati; certe poterit alius Episcopus offensus facere Repræsnlias, & concedere, quousque damnum ab nltero Clerico resarciatur, vel ab Episcopo: quia valet argumentum de potestate Laicali ad Ecclesiasticam; adeo ut sicut Laici valent facero has Repræsalias inter se pro damnis, & Injuriis illatis; ira etiam & Episcopi, Judicesve Ecclesiastici, & consequenter *Conservatores* pro damno dato suis Monachis: & de Laicis loquitur textus, qui nullam habent jurisdictionem contra Clericos, *c. 2. de for. Compt.* non ita contrn laicas personas, si offenderetur Clericus, vel Monachus: & solum Episcopi has concedere possunt, non Vicarii, absque speciali mandato, *Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg. 54. n. 114.* Cum habeant illi sublimiorem potestatem, *c. Omnis Anima de Censib.* & merum, mistumque imperium, *Gloss. in c. Siquis 2. q. 7. Giurba cons. 74. n. 14.* Majoresque sunt Præfectis Prætoriis, *idem Giurba n. 16.* & æqniparantur Proregibus, *Abruz in lect. de offic. ejus q. 7. n. 100.*] Hactenus landatus *Pilaya*.

RESOLUTIO XXI.

An sit Juden competens Regularium, intra septa degentium, in causis Mercedum, & Miserabilium Personarum.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, 111
attento Jure novissimo, extendit se ad cognoscendum adversus Regulares, intra septn degentes, in cansis civilibus Mercedum, & Misesnbilium persouarum. Ita *Novarius in tr. de Pri-*

vil. miserab. person. privil. 70. n. 6. & alii: contra *Mirandam q. 47. art. 10. concl. 3.* arbitrantem, ad id non se extendere potestatem Conservatosir, sed Prælati dumtaxat Regularis. Assertum manifestum est ex dic. Constit. Gregorii XV. generaliter, & absque ulla exceptione, & distinctione, Causarum §. 9. statuente: [Ut coram ipsis Conservatoribus Regulares conveniri quidem, aut trahi debeant &c.] Ubi autem lex non excipit, non distinguit, nec nos excipere & distinguere debemus. Videatur *Novarius loc. cit.* ubi ex multis ostendit, quod Monasterium etiam in causis Mercedum, & Miserabilium personarum debeat coram suo Conservatore conveniri.

112 Nec officit *Trident. sess. 7. c. 10.* decernens, Regulares in prædictis causis, etiamsi Conservatorem habeant, coram locorum Ordinariis, tamquam in hoc ab Apostolica Sede delegatis, conveniendos esse. Loquitur enim Concilium de Regularibus extra claustra degentibus, adeoque ipsimet Apostolicæ Sedi immediate subjectis: non autem intra claustra, ubi propriis Prælatis immediate subjiciuntur. En verba Concilii: [In Exemptorum causis Constitutio Innocentii IV. quæ incipit *Volentes*, in generali Concilio Lugdunensi edita, servetur, quam eadem Sacrosancta Synodus innovandam censuit, & innovat: addendo insuper, quod in Civilibus causis Mercedum, & Miserabilium personarum, Clerici Sæculares, aut *Regulares, extra Monasterium degentes*, quomodolibet exempti, etiamsi certum Judicem a Sede Apostolica deputatum (Conservatorem videlicet, pro ut intelligunt Doctores communiter, paucis exceptis, teste *Nido c. 4. part. 8. n. 8.*) in partibus (idest extra Romam, ut explicat *Csped. c. 17. dub. 267. n. 5.*) habeant: in aliis vero, si ipsum Judicem non habuerint, coram locorum Ordinariis, tamquam in hoc ab ipsa Sede Apostolica delegatis, conveniri, & Jure medio ad solvendum debitum cogi, & compelli possint, privilegiis, & exemptionibus, Conservatorum deputationibus, eorum inhibitionibus adversus præmissa neutiquam valituris. Et, ita Concilium intelligentes, docent in terminis *Novarius in Lucerna Regul. v. Causa, & apud eum Cenedus Canonic. quæst. lib. 1. q. 26. n. 33. Campanil. rubr. 12. c. 13. n. 29. Riccius in praxi p. 1. resol. 347. Vulpe in praxi Judic. for. Eccles. c. 42. n. 24.* quos refert, & sequitur *Cespedes de Exempt. c. 22. dub. 1. n. 2. & alii*, cum quibus.

113 *Raymundus Nidus de Conserv. Regul. c. 4. partic. 8.* ubi tamen a *n. 11.* notat, quod nec Regulares extra claustra degentes coram Ordinario loci necessario conveniendi sint; cum Tridentinum utatur verbo illo *possint*, quod facultatem importat sine necessitate, *cap. fin. de Consuet. in 6. cum ibi not.* quamvis præcedente negatione præcisam necessitatem importet, *Gloss. in reg. Beneficium de reg. Jur. in 6.* Unde concludit laudatus *Nidus*: si Regulares, degentes extra claustra, habeant Conservatorem; illi, qui contra ipsos agunt in causis Mercedum, & Miserabilium personarum, coram Conservatore eosdem convenire poterunt, ut etiam alii Doctores advertunt.

114 Sunt autem causæ civiles Mercedum, obligationes solvendi stipendium Operariis, *Reiffenst. lib. 1. decretal. tit. 31. §. 6. n. 163.*

115 Sunt Personæ Miserabiles, non plebei, ut notat *Petrus Gregorius Sintag. Jur. 1. p. c. 18. n. 19.* & nonnulli perperam arbitrantur; sed illi, quibus natura movetur ad miserandum propter fortunæ injuriam, ut explicat *Novar. in prælud. prax. privil. Miserab. person. n. 2.* ex variis Doctoribus, & nos supra insinuavimus *art. 1. assert. 1. n. 4.* Quarum aliquæ ab ipsa lege expresse dicuntur tales, ut sunt Pupilli, Viduæ, morboque diuturno fatigati, quorum meminit *Imperator in l. unic. c. Quando Imperat.* Item cæci, leprosi, claudi, furiosi, captivi, pauperes, præsertim Religiosi, servientes Ecclesiis, Mercatores, qui in itinere gabellis gravantur, ad carceres damnati, Advenæ, Ecclesiæ, Virgines, Meretrices, de novo ad fidem conversi, ut recensent *Mart. de Jurisd. c. 22. n. 5. p. 2. Novar. prax. privil. Miserab. person. in præud. n. 4. & alii apud Mirandam tom. 2. Man. q. 47. art. 2. & Rodriq. tom. 1. quæst. Regul. q. 65. art. 3.* Sicut & 116
aliæ id genus personæ, in quibus eadem, vel major ratio militat; cum ex identitate rationis fieri queat extensio de casu ad casum, juxta *Regul.* [Quod ubi eadem est ratio, ibi idem debeat esse Jus] *l. Illud ff. ad Legem Aquil. l. a Titio ff. de verb. oblig. l. non possunt, cum ibi notat. per Doctores ff. de legibus*, & late firmat *Novar. in praxi electionis, & variationis fori, q. fin. sect. 2. & in præud. prax. privil. Miserab. person. n. 5. & 6. cum Villag. de Extens. legum sub Rubrica de Extens. legum non correctivarum, & Farinac. in fragmentis criminalibus v. extensionis materia n. 51. pag. 115. a tergo*, qui *n. 52.* notat, quod ubi eadem est ratio, non dicatur fieri extensio, sed intentio, seu declaratio. Quæ sane intentio, seu declaratio, Judicis arbitrio facienda, relinquitur, ut docet *Guido Papæ decis. 566. Menoch. de Arbitr. Judic. cas. 66. in addit. Marc. ubi supra. Trentacinq. variar. resol. lib. 2. resol. 2. n. 25. de citat. & alii apud laudatum Novarium in præud. prax. n. 6.* Et sane cum personæ miserabiles sub certa regula claudi omnes non possint, adeoque determinata regula nequeat assignari, unde personæ dicantur Miserabiles; id declarare, Judicis arbitrio ritè commissum est: quemadmodum committuntur alia, quæ sub certa regula claudi non possunt, & de quibus regula determinata nequit assignari, ut optime tradunt Doctores, quos citat *Novar. in præud. n. 8.*

Ubi notandum cum *Cespede c. 16. n. 13. ex Peyrino, & aliis*, recensitas personas, si divites sint, nullo pacto dici, & æstimari debere Miserabiles: quod convincit erudite *Peyr.* Senecæ, & aliorum auctoritatibus. Quamobrem in proposito si Regularis debitor esset alicui ex recensitis personis, sed diviti, non posset ex vi Concilii, coram Episcopo conveniri.

Dicuntur vero Regulares extra claustra dege- 117
se in sensu *Trident.* ut notat *Mirand. concl. 3. cit.* & alii passim, non qui Prædicationis, vel Confessionis, seu Eleemosynæ petendæ causa, vel alterius rei similis, ad tempus, & non permanentes extra Monasteria commorantur. Neque qui secundum propria Regularia instituta alicui beneficio inserviunt, aut sunt addicti alicui Monasterio Monialium cum subjectione ad proprios Regulares Prælatos. Neque qui de Superiorum licentia in aliquo Membro, vel Grangia sui Monasterii pro Religionis servitio habitant, & sub Regulari Observantia, quia cum Superior possit eam licentiam dare, ut habetur in cit. *Trid. c. 4. sess. 25. de Regul.* & dicta loca sint Membra, & dependentia a suis Monasteriis, censentur eodem Jure, suorumque Monasteriorum privilegiis gaudent, *cap. Recolentes §. ceterum de stat. Monach. Riccius in decis. Cur. Archiep. Neapol. decis. 281. n. 4. p. 4. Ciarlin. Contr. Forens. lib. 1. c. 30. a n. 2. Diana Coord. tom. 7. tr. 1. res. 41. n. 5. Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg. 105. n. 7.* & alii. Sed 118
qui

qui absque licentia vivunt extra claustra; vel, si enim licentia, sunt tamen in loco ita distanti, ut per suos Superiores visitati non possint, *Cespd. de Exempt. dub.* 207. *n.* 13. Vel qui ex speciali Apostolicæ Sedis facultate, vel privilegio extra Monasterium permanentes commorantur, ipsimet Apostolicæ Sedi immediate subjecti: pro quibus consuevere semper constitui, & deputari Judices Conservatores, qui de omnibus eorum causis, tam Civilibus, quam Criminalibus; & Mistis, judicialem etiam indaginem exposcentibus cognoscerent, utraque dempta causa Mercedum, & Miserabilium personarum, utpote quam, vult *Tridentinum* posse ab Ordinariis locorum cognosci, tamquam in hoc ab ipsa Apostolica Sede delegatis.

RESOLUTIO XXII.

An valeat locationes ultra triennium, a Commendatariis Sancti Joannis Hierosolymitani factas absque debitis Solemnitatibus nullas declarare.

119 Potestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad locationes ultra triennium, seu ultra terminos Paulinæ factas per Commendatores Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, sive alienationes rerum Commendæ, seu bonorum commendatorum, absque solemnitatibus, & causis in alienatione rerum Ecclesiasticarum requisitis, virtute facultatis Conservatoribus Religionum concessæ reducendas, & bona sic alienata ad dictam mensam revocanda. Ita *Rodriq. lib.* 1. *quæst. Regul. q.* 27. *art.* 12. *in fine*, cui subscribit *Riccius in praxi tom.* 1.
120 *resol.* 72. *n.* 5. Enim vero licet Commendatarii perpetui Ordinum Militarium Prælatis æquiparentur; sicque ipsis omnia competant, quæ competunt veris Prælatis, juxta *cap. Is, qui de elect. in* 6. Sicut & Beneficiariis, *Fulg. consil.* 23. *Gemin. consil.* 417. *Natt. cons.* 514. *lib.* 3. *Rota*, *teste Mohedan. decis.* 10. *de causa possess. & propriet.* Et quamvis præfatæ Commendæ, seu Præceptoriæ Sancti Joannis Hierosolymitani non veniant in generali reservatione, de qua *in c.* 2. *de præbend. in* 6. & fuit per *Rotam* decisum, ut refert *Achill. de Graff. decis.* 9. *eod. tit.* Non tamen eis competit alienandi facultas: unde in specie docet *Calder. cons.* 8. *locat.* quod hujusmodi Commendatarii possint quidem ad instar Prælatorum, & Beneficiariorum in plures annos locare, dummodo locatio triennium non excedat, juxta terminos Paulinæ: quia secus alienatio foret, & ut talis impotens subsistere absque solemnitatibus, & causis, de quibus *in Clem.* 1. *de. reb. Eccles. non alien. Jas. cons.* 94. *vol.* 2. *Rain. cons.* 137. *& seq. lib.* 8. *Gomez de reg. triensn. q.* 5. *pag.* 195. *Medina in dic. Clem.* 1. *Decius cons.* 204. *n.* 2. *vol.* 1. *Covarr. lib.* 2. *variar. resol. c.* 16. *n.* 3. *& alii.* Quamobrem, si ultra triennium locationes prædictas fecerint laudati Commendatores, sine causa, & conditionibus requisitis, eas poterunt vigore facultatis, sibi concessæ, nullas declarare Conservatores Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, reducendo, & revocando bona sic alienata ad dictam mensam.
121 Quod de Conservatoribus præfati Ordinis dictum est, locum etiam habet in aliis aliorum Ordinum Religiosorum Conservatoribus.

RESOLUTIO XXIII.

An procedat adversus Monasterium, recusans alimenta præstare sui Religiosi dyscoli alteri Monasterio diversi Ordinis, in quo Religiosus ille ad agendam pœnitentiam est relegatus. Et quodnam Monasterium solvere debeat alimenta præfata.

Potestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus Monasterium Ordinis, ceteroqui capacis bonorum in communi, cui suam hæreditatem contulit Religiosus dyscolus, ob sua flagitia alibi patrata dein in aliud Monasterium Ordinis diversi, ad pœnitentiam ibi faciendam relegatus, si huic Monasterio illud deneget alimenta. Cum ex una parte causa hæc ad Judicem pertineat Conservatorem, cujus est juxta prædicta, causas civiles inter Monasteria diversorum Ordinum cognoscere, & debitorem ad solvenda Creditori debita compellere. Et ex altera, ut fert vulgatum Civilistarum, & Canonistarum proloqu 1, & docent *Pelliz. tom.* 1. *man. tr.* 3. *c.* 6. *sect.* 1. *n.* 25. ac Doctores passim, Qui sentit commodum, debet & onus ipse sentire. 122

Quod si præfatus Religiosus nullam in Monasterium hæreditatem transmiserit; tenetur alimenta præstare Monasterium illud, in cujusloco Religiosus deliquit: sicque adversus hoc, ut solvat, potestas Judicis illius Monasterii Conservatoris extenditur. 123

Dixi: *Ordinis ceteroqui capacis bonorum*: si enim Religiosus, de quo loquimur, professus est in Ordine incapaci bonorum, tam in communi, quam in particulari; non ab hoc, neque ab illo, in quo deliquit, sed a Monasterio diversi Ordinis, in quod relegatur, ali debet, ut contra *Abbatem* absolute asserentem, Religiosum præfatum alendum esse expensis illius Monasterii, in quo deliquit, sentit cum *Rodriq. tom.* 2. *quæst. Regul. q.* 24. *Pelliz. n.* 25. notans, quod talis videatur esse consuetudo hujusmodi Religionum. 124

RESOLUTIO XXIV.

An procedere valeat adversus Monasterium, recusans solvere debita, a suo Religioso facta ex delicto, vel contractu, propria auctoritate inito.

Potestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus Monasterium, recusans solvere debita, a suo Religioso subdito facta ex delicto, aut ex contractu, propria ipsiusmet Religiosi subditi auctoritate inito; ex quibus idem Monasterium factum est locupletius: vel saltem hæres est Religiosi præfati. Cum ex utroque titulo Monasterium ea debita Creditoribus solvere teneatur: & quia factum est ditius, & ex vi hæreditatis; & recusans, a Judice suo Conservatore ad solvendum coerceri. 125

Profecto quamvis non teneatur Monasterium, solvere debita sui Religiosi, absque legitima Prælati Regularis facultate contracta, ut cum non paucis Doctoribus asserit *Sanchez lib.* 7. *Mor. cap.* 31. *num.* 9. ex eo, quod delictum personæ convertendum non sit in Ecclesiæ damnum, *Can. Si Episcopum* 16. *q.* 6. & aliunde Patet, aut Dominus non obligentur ex Contractibus, initis per filiosfamilias, (quibus Religiosi æquiparantur) vel servos, absque ipsorum 126

rum licentia, *l. 1. §. Si cum impubere ff. de peculio:* tenetur tamen Monasterium, solvere debita sui Religiosi, ex ipsius Delicto, vel Contractu sine legitima facultate inito, si ex Delicto factum sit ditius, & in sui utilitatem cesserit Contractus, ut docent *Molina tom. 1. de Just. disp. 140. col. 5. Lessius lib. 2. c. 45. n. 90.* aliique complures apud *Sanchez supra n. 51.* Qui tamen notat *n. 12. ex Gloss. Navarr. & communi aliorum sententia*, quod cum delictum Prælati noceat Ecclesiæ, *c. 2. de Ordin. Cognit. & reg. 76. de reg. Jur. in 6.* Monasterium tunc teneatur ex delicto, cum delictum fuerit admissum, communicato consilio cum Prælato, & Capitulo: quod est bene advertendum, inquit *Pelliz. n. 37.*

127 Item quamvis Monasterium non teneatur solvere debita, a suo Religioso propria auctoritate contracta, ex quibus ipsummet in nullo factum est ditius; obligatur tamen, si aliunde hæres sit sui Religiosi, ut omnes fatentur, teste *Sanchez loc. cit. n. 2.* Cum cuicumque bonorum successori commune sit, quod ære alieno ejus, cui succedit, astringatur. Sed proportionaliter ad vires hæreditatis, ut *ex leg. fin. c. de Jure deliberandi*, docent *Rosella, v. Abbas, Lezana tom. 1. c. 24. n. 38. & alii*, contra *Palud. in 4. d. 38. q. 4. num. 16.* contendentem, Monasterium ex vi hæreditatis teneri solvere præfati sui Religiosi debita, quantumvis excedant bona, in quibus illud successit. Et sane cum Monasterium ejusmodi obligationem subeat ratione bonorum, quæ a Religioso subdito acquisivit; æquum non est, ut talis obligatio supra illorum quantitatem extendatur.

RESOLUTIO XXV.

An procedere valeat adversus Religiosum Prælatum, nolentem solvere debita a suo Religioso subdito contracta, dum iter faceret ex Obedientia, casuque ægrotaret, & moreretur extra Conventum.

128 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus Religiosum Prælatum, nolentem solvere debita, a suo Religioso subdito contracta, dum iter faceret ex obedientia, casuque ægrotaret in itinere, indeque moreretur extra Conventum &c. a pio Creditore coram Judice Prælati renuentis exacta. Cum teneatur Religio, nedum ex charitate, vel fidelitate, verum etiam ex Justitia, ad alimenta Religiosis suis suppeditanda, necessaria videlicet ad victum, vestitum, habitationem, medicinas, sepulturam &c. & consequenter ad debita Creditoribus, necessariorum ratione, extra Monasterium a Religioso contracta, utpote in utilitatem ipsius Monasterii; quatenus creditor præstitit, quod præstare debuerat Monasterium; & ad quod censetur Religio tacite consensisse, ut sustinent Doctores unanimiter.

129 Quod autem teneatur Religio Religiosis suis alimenta subministrare, seu necessaria ad eorumdem victum, vestitum, & habitationem, nedum ex charitate, vel fidelitate, sed etiam ex Justitia; docent ex *Navarro, & Fagundez Pey. de relig. Prælato q. 1. c. 5. num. 58. Pelliz. in man. regul. tom. 1. tr. 3. cap. 6. num. 56.* & alii passim: quia, ut probat *loc. cit. Pelliz.* [Qui in Sacrario operantur, quæ de Sacrario sunt edunt; & qui Altari deserviunt, cum Altari participant: ita & Dominus ordinavit, eos, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere,] ut dicitur *1. ad Cor. 9.* Religiosi autem operantur in Sacrario, Altari deserviunt, & Evangelium annuntiant.

Tum quia, ut notat *Fagundez in 7. præc. Decal. lib. 7. c. 5. n. 1. ex Navarr. Sanchez, & Rebell.* ac nos paulo ante insinuavimus, Religiosi in Jure inter filios respectu suorum Monasteriorum computantur. Filiis autem debentur alimenta, proprio statui congruentia. Tum quia, per Religiosam Professionem tacitus contractus initur inter Religiosum profitentem, & Religionem, ejus Professionem acceptantem, quo ille se obligat ad inserviendum Religioni; sicque eidem per omnia sese subjicit in perpetuum; Religio vero obligat se ad illum alendum, regendum, & tractandum tamquam Filium. Sed omnis contractus est ultro, citroque obligatorius ex Justitia. ergo &c. Tum denique, quia bona Monasteriorum dantur a Fidelibus in sustentationem Religiosorum, qui degunt in illis: unde jus habent ad præfata bona, quemadmodum obligationem ex Justitia habet Monasterium ad illa Religiosis suis distribuenda, juxta propria statuta, & communem Ordinis, Provinciarum; & domorum consuetudinem, itaut, nisi distribuat; vel, si distribuat, ita tamen parce, ut vix sufficiant, violet jus, quod Religiosi habent in illa; sicque strictam injuriam irroget Religiosis; eumque a gravi peccato non excuset *Peyr. ubi supra.* 130

Unde inferunt *Petrus Navarrus lib. 3. de Rest. c. 1. n. 201. Sayr. in Clavi Reg. lib. 9. c. 16. n. 20. Fagund. supra n. 38. Rodriq. t. 3. quæst. Regul. q. 29. art. 10. & in Summ. p. 2. c. 32. Val. tom. 3. disp. 10. q. 4. p. 3. Coroll. 4. Bartholom. a S. Fausto tr. de vitio propriet. q. 10. n. 31. Sanchez lib. 7. Mor. cap. 19. n. 34. Ledesma de stat. Relig. in comm. c. 4. concl. 3. dub. 5. Peyr. de Relig. Subdito q. 2. §. 4. & de relig. Prælato q. 5. c. 5. §. 5. n. 59.* & alii, quod si Religiosus vere indigeat aliqua re circa victum, vestitum, habitationem &c. suamque indigentiam exponat Superiori; qui tamen nolit, ei providere, possit Religiosus, rem illam occulte sibi accipere, aut pecuniam ex propriis Monasterii reditibus, qua rem illam sibi necessariam emat. Quia, cum res illæ deputentur ad usum communem, redituſque Monasterii ad hoc collati sint, ut ex eis consulatur occurrenti necessitati Religiosorum: cumque Superior non sit eorum Dominus, sed merus dispensator; rem illam Religioso indigenti denegando, injuste denegat: unde potest Religiosus indigens, utendo jure suo, illam accipere: cum accipiat in hoc casu, quod suum est, non alienum; nec actum exerceat dominii, sed usum rei ceteroqui necessariæ, qui voto paupertatis non contradicit, assumat, ut discurrunt laudati Doctores. Quod confirmant ex *Suarez tom. 3. de Relig. lib. 6. c. 9. n. 28.* ubi docet, quod perinde sit, habere Prælatum, abutentem in hoc sua potestate, ac illum non habere. Ergo sicuti, absente Prælato, posset Religiosus subditus propriæ necessitati consulere ex communibus bonis, & reditibus Monasterii; pariformiter & eo præsente. Cavendum tamen, advertit, & bene laudatus *Peyr.* & cum eo *Pelliz. loc. cit.* ne ultra præcisam necessitatem quidquam sumatur. 131

Addunt *Peyr. de relig. Prælato q. 5. c. 5. §. 1. n. 58. Pelliz. loc. sup. cit. & alii* passim, debere Religionem Religiosis suis alimenta subministrare large potius, & abundanter, quam parce, ac diminute: quia [Ubi non est abundantia, non est Observantia,] ut dicere solebat Divus Bernardus, 13

dus, relatus a *Perez in Reg. S. Benedicti c.32.a.7.* & [Si non fuerint saturati, murmurabunt], ut habetur *Psalm. 58.* Atque, ut ait *Humber. in spec. relig. p. 2. lib. 5. c. 7.* [Per hoc, quod necessaria Conventui non provideantur, multa mala proveniunt: provenit inde murmur; sequitur etiam evagatio Conventus; aliquando enim pro defectu, qui pro modico posset suppleri, Refectorium evacuatur; & cum magnis expensis, & cum magno detrimento Religionis Fratres per Cameras disperguntur; & etiam datur eis occasio, ut proprietarii esse velint]. Utque addit *Divus Gregor. 2. p. past. c. 7.* [Qui (Prælati) necessaria vitæ præsentis non tribuunt, nequaquam libenter audiuntur.] Unde, ut refert *Pelliz. n. 28.* cum quidam localis Superior apud suum Generalem gloriaretur, se in suo gubernio nullum debitum contraxisse; immo ex redditibus Monasterii ipsimet superfuisse aliquot aureorum centanaria; prudentissime respondit Sapientissimus æque, ac piissimus Generalis illius Ordinis: [Quin Ego mallem, ut potius gravasses Monasterium ære alieno aliquot centenariorum aureorum, quam quod tuis subditis ansam præbuisses, tot, & tantarum querimoniarum, ac detractionum.]

133 Quod etiam teneatur Religio, Religiosis suis medicinas necessarias suppeditare, & quidem nedum ex Charitate, aut Fidelitate, sed etiam ex Justitia; est communissima Doctorum opinio: quia Medicinæ sub nomine alimentorum continentur, ut optime notant Doctores apud *Azor. p. 3. lib. 2. c. 4. p. 5. ex l. Verbo victus ff. de verb. signific.* Quare ut Religio nedum ex Charitate, vel Fidelitate, sed etiam ex Justitia tenetur Religiosis suis alimenta necessaria subministrare; ita & necessarias medicinas.

134 Cum hoc tamen stat, ait *Pelliz. n. 32.* quod regulariter non teneatur Religio medicinas extraordinarias, & pretiosissimas suppeditare; cum Religiosi paupertatem profiteantur; & pauperes non faciant expensas extraordinarias ad sanitatem recuperandam, emendo medicamenta pretiosissima, sed dumtaxat Ordinaria: quin ex adverso effectus paupertatis suæ etiam in infirmitate experiantur. Quamvis hac in re debeant Prælati magis abundare, quam deficere, juxta dictamen Prudentiæ, & Charitatis, & prout Monasterii vires patientur, imitantes Prudentiam, & Charitatem Sancti Francisci de Paula, qui prætarquam, quod in sua Regula illud unice præceperit sub mortali, ut omnibus necessariis Superiores sui Ordinis pro salute celerius restauranda providerent infirmis; interrogatus, quid foret agendum, cum in pauperrimo aliquo Conventu non adesset facultas, infirmis providendi de necessariis? respondit: [Eo casu vendendas esse Campanas, & Calices, & infirmo succurrendum.]

135 Dixi quod *regulariter* non teneatur Religio medicinas extraordinarias, & pretiosissimas suppeditare: quia, ut notat laudatus *Pelliz.* Si forte Religiosus ægrotans valde foret ipsi Religioni necessarius, ita ut judicio prudentum censerentur illæ expensæ extraordinariæ cedere in majus bonum Religionis; in hoc utique casu faciendum esset ultimum de potentia: cum malum, inde proveniens Religioni, modicum deberet reputari respectu boni, quod illinc Religio foret reportatura.

136 Quod tandem obligetur Religio sepulturam dare Religiosis suis, adhuc extra Conventum decedentibus, adeoque necessarias ad id expensas persolvere, docent unanimiter Doctores ex eo, quod etiam sepultura sub nomine alimentorum comprehendatur. Quare sicuti defunctum sepeliens, potest expensas funeris ab hærede repetere *l. Siquis ff. de relig. & sumpt. fun.* ita & Regularem, extra Conventum in itinere ex obedientia defunctum, sepulturæ tradens, potest expensas factas exigere a Monasterio. Atque ita *Sanchez lib. 6. Mor. c. 14. n. 5. Rodriq. tom. 3. q. 60. art. 3. Pelliz. supra n. 34. & alii.*

RESOLUTIO XXVI.

Num adversus Apostatas, vel Fugitivos, alimenta prætendentes a sua Religione, an adversus Religionem, illa denegantem, procedere debeat.

Potestas Judicis Regularium Conservatoris, 137
attento Jure novissimo, extendit se adversus Apostatas, vel Fugitivos, alimenta prætendentes a sua Religione apud ipsummet ejusdem Conservatorem. Cum ad illa Religio neutiquam obligetur. Ita *Sanchez lib. 6. Mor. c. 9. n. 21. San-Barell. de Apostas. c. 3. n. 22. Bonac. q. 2. de Claus. pun. 11. §. 3. n. 4. Peyr. de Religios. Prælato q. 1. c. 5. n. 60. & alii.* Tum ex eo, quod frangenti fidem, fides frangi possit, *l. Convenerit ff. pro Socio, l. Cum proponas c. de pactis. Barbos. in loco Comm. lit. F. n. 41.* Religiosus autem Apostata, vel Fugitivus Religioni suæ fidem confregit, qua illi obedientiam spoponderat, & obsequium. Tum ex eo, quod eatenus obligetur Religio Religiosum suum alere, quatenus hic inserviat Religioni: in sua autem Apostasia, vel fuga Religiosus nullum suæ Religioni servitium exhibet. Tum denique ex eo, quia non tenetur Pater alere filium, sua culpa discedentem. Ergo nec Religio Religiosum suum apostatantem, aut fugitivum. Ex his

Inferunt præcitati Doctores, Monasterium non 138
teneri solvere expensas, factas a Religioso Apostata, vel fugitivo ad sui sustentationem, ut E. G. si mutuo acceperit pecuniam, aut credito cibos habuerit a Caupone, vel alio, eos bona fide præstantibus. Monasterium etenim non tenetur ex contractu, vel debito Monachi, nisi in quantum ex delicto factum est ditius, ut supra insinuavimus, aut contractus cessit in ejus utilitatem. Sed Monasterium ex una parte non tenetur alere suum Religiosum Apostatam, vel fugitivum: & ex altera parte ab ea alimentorum administratione potius damnum reportavit; cum, iis non suppeditatis, fortasse Monachus resipuisset citius, vexatione dante intellectum. Ergo &c.

Non negaverim tamen, Religionem teneri ad expensas, & alimenta.

Primo, si Religiosus Apostata, vel fugitivus 139
ab aliquo caperetur, revocandus ad Monasterium: cum in hoc casu capiens utiliter gereret negotium Religionis, faciens id, quod ipsa Religio teneretur efficere.

Secundo, si ipsemet Apostata, vel fugitivus, 140
pœnitentia ductus, redeat: cum obligationem præveniat Religionis, quæ ipsum revocare tenebatur, *Sanchez sup. n. 22.*

Tertio, si Monachus fugitivus licet fugiat, 141
& ex justa causa, ut nimirum se præsentet Superiori: cum Monasterium teneatur dare Monacho expensas necessarias ad litem, teste laudato

dato *Sanchez n. 8. & 22.* & juxta *cap. Ex parte de Accusat.* debeantur alimenta Monacho, Abbatem suum accusanti, *Sylv. Verb. Apostasia q. 10. & alii.*

142 Quarto demum, si Monachus Apostata, vel fugitivus, ratione morbi, aut senectutis, nequeat alimenta sibi aliunde comparare. Sed tunc non obligatur Religio ex Justitia; cum non teneatur ea Justitia alere in senectute, aut morbo Religiosum suum, qui diu apostataravit, pluraque cum Religionis dedecore perpetravit scandala; verum ex charitate, quæ non quærit, quæ sua sunt, & operit multitudinem peccatorum, ut opinatur *Peyr. de relig. Prælat. q. 1. c. 5. n. 60.*

RESOLUTIO XXVII.

Num adversus legitime Ejectos alimenta prætendentes a sua Religione, an adversus Religionem ipsam illa denegantem procedere valeat. Et num debeat ad assignationem Beneficii, vel Patrimonii Clericis Ejectis Religionem compellere.

143 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus Religiosos legitime Ejectos, sive ad tempus, sive in perpetuum, alimenta prætendentes a Religione, a qua fuerant ejecti. Cum ad ea subministranda nullatenus Religio teneatur, ut docent *Fagundez in 7. præcep. decal. lib. 7. c. 6. n. 5. Pelliz. in Man. tom. 1. tr. 3. c. 6. sect. 1. n. 20. & alii.* Et liquet tum ex inveterata omnium Religionum consuetudine, hujusmodi Ejectis nihil alimenti suppeditantium, teste *Pelliz. loc. supra cit.*

144 Tum ex eo, quia cum ejiciantur in punitionem suorum criminum; Judex, quos punit, alere non solet. Tum ex eo, quia injustum videtur, quod Religio, quæ maximos impendit sumptus in Religiosis alendis, formandis, atque in studiis erudiendis, debeat illos etiam alere post legitimam eorumdem expulsionem. Tum ex eo, quia secus, cum præfati in pœnam suorum delictorum ejiciantur, commodum ex delicto reportarent, fruentes alimentis Religionis, & libertate sæculi gaudentes. Tum denique ex decisione Parlamenti Tolosani in causa Claudii Bernardi, e nostra Societate dimissi, & postea coram Judice alimenta prætendentis, ut refertur in *Decretis 7. Congregationis Generalis can. 3. n. 7.*

145 Atque hæc nedum locum habent adversus ejectos Laicos, verum etiam Clericos, immo & in Sacris Ordinibus constitutos, ut proinde non teneatur Religio eis alimenta præstare, seu Patrimonii, vel Beneficii assignationem facere pro congrua eorumdem sustentatione; ut pluries declaravit Sacr. Congreg. Concil. in favorem Societatis Jesu, præsertim in *una Limana* in universum adversus omnes Sacerdotes pauperes, a Religione dimissos, *die 11. Februarii* 1662. *in una Gerundensi* contra Martinianum Battle Sacerdotem Gerundensem pauperem, ejectum e Societate 4. *Junii* 1672. & in *una Panormitana* contra Gregorium Vaccarinum Sacerdotem Siculum Caccabensem *die* 28. *Maji* 1695. approbante Sanctissimo Domino Papa Innocentio XII. *die* 4. *Junii eodem anno*. Et tandem Benedictus Papa XIII. sua Constitutione 45. incip. [Injuncti] 24 *Junii* 1728. statuit, ac declaravit, eos, qui post vota simplicia, ante solemnem Professionem a Societate Jesu per ejusdem Præpositum Generalem, juxta facultatem sibi a Sede Apostolica concessam, dimittuntur, nulla ab eadem Societate deberi alimenta, aut congruam sustentationem, licet dum in ea viverent, titulo Religiosæ paupertatis ad Sacros, etiam Presbyteratus, Ordines promoti fuerint.

RESOLUTIO XXVIII.

An cognoscat de causa successionis Monasterii in bona Novitii, in articulo mortis profitentis.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad causam successionis Monasterii in bona Novitii, in articulo mortis Solemnem Professionem emittentis, vigore privilegii, a Sancto Pio V. per Bullam concessi Monialibus Sancti Dominici, quod refert *Rodriq. in Bullar. Constit. Pii V. in ordine 11.* & est commune per viam communicationis Religiosis utriusque sexus, etiam aliorum Ordinum, de privilegiis Ordinis Sancti Dominici communicantibus, ut monet *Pellizz. in Man. tr. 3. c. 2. n. 7.* Et sane quamvis, decedente Novitio in statu Novitii, & intestato, Monasterium ipsi non succedat; secus tamen, decedente in statu professionis, & jam professo, nec amplius Novitio; cum Monasterium succedat in bona Novitii hoc ipso, quod profiteatur. Sed in casu nostro Novitius, professionem emittens, vi laudatæ concessionis in articulo mortis, vere fit professus, gaudetque privilegiis professorum, ita ut si convalescat, non indigeat nova professione, ut docent *Sanchez lib. 5. Moral. c. 4. n. 6. Peyr. tom. 2. Privil. Constit. 8. Pii V. q. 2. n. 2. Confrerius in Comp. tit. 23. c. 13. Diana p. 5. tr. 3. resol. 139. Lezana tom. 1. c. 25. n. 39. Pelliz. supra n. 8. & alii.* Ea decedens, decedit non Novitius, sed Professus. Ergo in ejus bona succedit Monasterium, illaque fiunt Monasterii; & ut talia, non secus, ac alia bona, per Judicem Monasterii Conservatorem defendenda sunt. 146

147 (margin, beside "Et sane quamvis, decedente Novitio in")

RESOLUTIO XXIX.

Cujnam bona Religiosi, ad aliam Religionem transeuntis, sed in Priori Religione acquisita concedere debeat, primæ Religioni ne, an secundæ.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus Religiosum, legitime ad aliam Religionem transeuntem, qui secum deferre contendit bona, in priori Religione acquisita; seu de cetero talia bona acquisierit donatione alterius, sive industria sua, sive alio quovis titulo; & hujusmodi translatio fiat ad Monasterium arctius, sive ad alia: atque ad petitionem Religiosi transeuntis per modum dispensationis, sive ex alia causa necessaria: sive per modum coactionis ob culpas, sive propter exonerationem, ac utilitatem Monasterii, cum ipsius Religiosi transeuntis consensu, & dispensatione, seu privilegio Superioris. Cum enim bona, quocumque modo a Religioso acquisita, Monasterio, cujus est Religiosus, acquirantur juxta tritissimam Regulam: [Quidquid acquirit Monachus, acquirit Monasterio]: cumque Religiosus transiens ad alium Ordinem, quamdiu non profitetur in Ordine, ad quem transit, sit Religiosus prioris Religionis, ex qua transit; quidquid bonorum acquirit usque ad emissionem secundæ professionis in posteriori Religione, acquirit priori, ex qua transit. Una 148

semel

semel autem, quod talia bona priori Religioni fuerint acquisita, nequit ea Religiosus præfatus ad aliam Religionem deferre, ut recte docent *Suar. tom. 2. de Relig. lib. 6. c. 13. n. 3. Sanchez lib. 7. Moral. c. 32. n. 8. Bonac. q. 2. de clauf. p. 9. §. 4. diffic. 2. Nav. Comm. 4. de Regul. n. 24. Molin. tom. 1. de Just. disp. 140. Col. 10. Portel in dub. Regul. v. Bona transeuntium n. 2. Rodriq. Quæst. Regul. tom. 3. q. 5. art. 5. & alii penes ipsos*; contra *Nattam Panormitanum, & alios apud Bonac. supra*, opinantes, bona supradicta transmitti ad posteriorem Religionem, exceptis tamen iis, quæ Religiosus tempore ingressus expresse priori Religioni donavit, aut certe intuitu ingressus. Et contra *Socinum tom. 4. cons. 52. n. 18.* aliosque arbitrantes, dominium præfatorum bonorum ad priorem Religionem pertinere, usum tamen fructum ad posteriorem, quamdiu vixerit Religiosus translatus. Si autem nequit præfatus Religiosus bona, de quibus loquimur, ad aliam Religionem asportare, utpote acquisita priori, Conservator prioris Religionis, cujus est, illius Jura tueri, debet adversus Religiosum, transeuntem ad aliam Religionem, sive adversus hanc, & hujus Conservatorem, præteosa bona priori Religioni conservare.

150 Et sane beneficium, quod per legem conceditur, sine præjudicio tertii concessum intelligitur. Ergo jus, concedens transitum Religioso ad aliam Religionem; sine præjudicio prioris Religionis quoad alia omnia intelligendum est. Hoc autem minime verificaretur, si posset Religiosus, transiens ad aliam Religionem, secum deferre bona in priori Religione acquisita, & per eum ipsimet Religioni priori. Ergo &c. Item bona præfata absolute fuerunt acquisita priori Religioni, non autem sub conditione: sed bona, uni absolute acquisita, ad alium devolvi non debent. Ergo &c.

RESOLUTIO XXX.

An sit Judex competens in causa feudali.

151 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad causam feudalem, ubi nimirum agatur de reparatione, & satisfactione facienda Domino feudi a Regularibus feudatariis: utpote quæ coram Judice Ecclesiastico, adeoque coram eorumdem Regularium Conservatore agitanda est, non coram Judice Laico, ut docent *Palans tr. 12. disp. un. p. 7.*
152 *n. 3. & alii*. Secus tamen, ubi de petitorio agatur, id est de proprietate feudi, vel de possessione, id est de sola possessione feudi: quia tunc coram Judice Laico discutienda venit causa; & coram eo conveniendus Regularis, ut docet communior Canonistarum, pluriumque Theologorum sententia apud *Bonac. disp. 10. de Legib. q. 2. p. 1. §. 4. n. 6.* & bene, cum Regularis hoc modo subjiciatur Judicio Domini feudi, non ut persona Ecclesiastica, sed ut Princeps, Marchio, &c. Unde libertati Ecclesiasticæ nullatenus derogatur.

RESOLUTIO XXXI.

Num executio publici Instrumenti, quo se Religiosus obligavit, dum esset Laicus, ad ejus Conservatorem pertineat, an ad Judicem Laicum.

153 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad executionem publici instrumenti, quo se obligavit, dum esset Laicus, Regularis; & in præsentiarum solvere non vult. Hæc enim causa non coram Judice Laico, sed coram Ecclesiastico, adeoque Conservatore ejusdem agitanda est, ut docent *Diana p. 4. tr. 1. resol. 23. Carolus de Graffis de Effect. Cleric. effect. 1. n. 1251. Genuensis in praxi c. 16. n. 2. Ant. de Marinis resol. quotidian. c. 189. n. 8.* ubi testatur, ita fuisse decisum in Sacro Concil. Neapolit. anno 1625. subdens: [Hæc decisio quamvis contra Clientem, mihi melius demum re considerata, admodum placuit, tamquam favens Ecclesiasticæ libertati, Jurique magis consona, & tuta, ita ut amplius ab ea non recederem. Et licet Doctores, supra per me relati, oppositum firmaverint, nulla eis hac in re adhibenda fides; cum eorum opinio nullo nitatur fundamento; ac proinde eam penitus abolendam esse, arbitramur.] Hactenus *de Marinis*.

RESOLUTIO XXXII.

An causa Regularis, succedentis in bonis Laici, ante ejus mortem ab ipso Laico incepta coram Judice Sæculari, coram Conservatore agitanda sit.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo extendit se ad cognoscendam causam Regularis, succedentis in bonis Laici, ante ejus mortem inceptam a Laico coram Judice Sæculari; cum hæc coram Ecclesiastico cognosci debeat. Ita *Bonac. de legib. disp. 10. q. 2. pun. 1. §. 1. n. 23. Ambrosinus de Immunit. Ecclesiast. c. 20. n. 45. Marc. Anton. lib. 1. res. 49. n. 2. Diana p. 1. tr. 2. res. 24. n. 2. & alii*, contendentes, quod Clericus, adeoque Regularis, hæres Laici, non teneatur coram Judice Sæculari prosequi litem, jam inceptam coram eo adversus Laicum, cui successit: sed denuo erit super eadem re, vel actione coram Ecclesiastico conveniendus. Siquidem concurrit eadem ratio exemptionis, sive lis sit inchoata, sive non. Et præventio Judicis Sæcularis non tribuit ei potestatem contra Ecclesiasticos, nec potest immunitati Ecclesiasticæ derogare. Quidquid dixerint alii Doctores, quos citat *Diana n. 1. & sequitur Carolus de Graffis de Effect. Cleric. ac Reginald. tom. 1. lib. 9. n. 352.* ubi sic: [Clericus ratione hæreditatis, quam accipit a Laico, subjicitur foro Sæculari: & ideo omnes lites, quæ inceptæ fuerunt vivente Laico, eo defuncto ipse Clericus hæres coram eodem Sæculari Judice prosequi debet. Aliæ autem lites circa bona defuncti, vel actiones venire debent ad Judicem Ecclesiasticum.] 154

RESOLUTIO XXXIII.

An ab ipso citandi sint Regulares Creditores, aut Legatarii pro Confectione Inventarii.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad citandum Regulares Creditores, aut Legatarios in casu, quo confici debeat Inventarium. Cum hujusmodi citatio fieri non possit a Judice Sæculari, ut docent *Martha de Jurisdict. p. 4. cent. 1. casu 38. n. 8. Bonac. de legib. d. 10. q. 2. pun. 1. §. 1. n. 17. Ambrosinus de Immunit. Ecclesiast. c. 22. n. 73. Diana p. 1. tr. 2. resol. 20. Pellizz. tr. 8. c. 6. sect. 2. q. 21. n. 123.* quibus patrocinatur *Duardus in Bull. Cœn. lib. 2. Can. 14. q. 21. num. 50.* ubi sic habet: 155

[Ecclesiastici non possunt trahi ad Curias Sæculares pro confectione Inventarii. Hinc Hæres cum vult hæreditatem adire cum beneficio Legis, & Inventarii, quamvis super illins confectione citandi sint omnes Creditores, & Legatarii; nihilominus si Clerici sunt, non possunt citari per Judicem Sæcularem illius loci, ubi bona hæreditaria sunt, vel ubi hæres domicilium habet; sed debent moneri per Judicem Ecclesiasticum: quia Clerici non possunt compelli ad comparendum coram Judice Laico vigore generalis Edicti: *Si sua putaverint interesse*; quoniam istæ citationes Edictionales a Jure communi sunt exorbitantes.] Hæc *Duardus*; contra non paucos Jurisconsultos, quos citat, & sequitur *Cevallos de Cognit. per viam violentiæ p. 2. q. 78. a n. 3.* & alios, contendentes, Judicem Sæcularem in proposito posse per Edictum, aut etiam specialiter citare Ecclesiasticos Creditores; modo expresse non citentur ad comparendum, sed tantum cum ea conditione, & qualitate, *Si sua putaverint interesse*; cum talis citatio non sit vera, & simplex citatio, sed potius admonitio, ut compareant, si voluerint: quæ de Jure non supponit Jurisdictionem, & Superioritatem, & sic non arctat citatum ad necessario comparendum.

RESOLUTIO XXXIV.

An sit Judex competens adversus Regulares, institutos hæredes a Laico, pro solvendis debitis Testatoris defuncti.

156 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus Regulares, institutos hæredes a Laico, pro solvendis debitis Testatoris defuncti. Et sane cum Regulares præfati conveniri non possint, pro solvendis debitis Laici Testatoris defuncti, coram Judice Laico, etiamsi Laicus testator esset obligatus in forma Cameræ cum renuntiatione privilegii fori, ut firmat communis Doctorum opinio apud *Bellet. in disquisit. Cleric. p. 1. de favore Cleric. reali §. 1. n. 5.* tum ex eo, quia ex persona Successionis mutatur forum, *Gloss. in c. unic. de semestre de Jur. Patr. in 6.* tum etiam ex eo, quia Sæcularis Judex nullo modo potest Ecclesiasticos Judicare, neque civiliter, neque criminaliter; conveniendi proinde sunt coram Ecclesiastico, seu proprio Conservatore; sicque ab eodem, pro solvendis Debitis Testatoris defuncti, compellendi.

RESOLUTIO XXXV.

An sit Judex competens ad executionem faciendam contra Regulares, Laico succedentes, etsi obligatio defuncti vim habeat rei judicatæ.

157 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad executionem faciendam contra Regulares, Laico succedentes, etsi obligatio defuncti habeat vim rei Judicatæ. Cum enim, ut optime notant *Pellız. q. 22. num. 124. & alii ex Bellett. ubi supra*, talis executio adversus hæredes fieri nequeat, nisi per vocationem, & cognitionem aliquam causæ: & aliunde cognitio causæ præmitti non possit contra Personas Ecclesiasticas a Judice Sæculari, sed ab Ecclesiastico dumtaxat; ab hoc, adeoque a Conservatore, præfata executio adversus Regulares facienda est.

RESOLUTIO XXXVI.

An sit Judex competens in causa evictionis, pro qua conveniatur Regularis.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad causam evictionis, pro qua conveniatus Regularis, qui E. G. vendidit agrum. Cum in hoc casu, quo Regularis convenitur, coram Judice Ecclesiastico, adeoque coram Conservatore debeat conveniri. Secus tamen, si lis mota fuerit contra Laicum, qui agrum emit a Regulari, & Regularis defensioni Emptoris resistat: tunc enim coram Judice Laico conveniendus est Regularis; quia agitur contra Laicum, non contra Regularem, utpote qui in tali casu assisteret in Judicio non nomine proprio, sed Emptoris, proque illius defensione. Atque ita *Tambur. de Jur. Abb. tom. 1. d. 15. q. 19. n. 25. Diana p. 3. tr. 1. resol. 22. n. 1. & alii apud ipsum n. 2.* 158

RESOLUTIO XXXVII.

An procedere valeat contra Judicem Laicum, citantem Monasterium ad exhibenda Jura sua coram ipso, petente Debitore dilationem ex Consensu majoris partis Creditorum, aut beneficium cessionis bonorum.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus Judicem Laicum, citantem Monasterium ad exhibenda jura sua coram ipso, quando ejus debitor petiit dilationem ex consensu majoris partis Creditorum; aut si velit beneficium Cessionis bonorum obtinere. Ita *Marthæ de Jurisdict. p. 4. cent. 2. cas. 23. a n. 9. Duard. in Bull. Cœn. lib. 2. Can. 15. q. 55. num. 53.* obi sic habet: [Debitor Laicus, petens admitti ad miserabile beneficium cessionis bonorum, vel ad remissionem partis suorum Creditorum, non potest trahere Clericum ad forum Sæculare; sed debet adire Judicem Ecclesiasticum: nisi debitor detineretur in carceribus ad instantiam Clerici creditoris: nam tunc per viam reconventionis potest petere contra Clericum admitti ad beneficium cessionis.] Ita *Duard. Contra Cevallos tr. de cognitione per viam violentiæ, de Afflictis decis. 280. n. 7. Mastrillum decis. 79. n. 5. & alios*, quorum sententia probabilis est: quia Monasterium in tali casu non convenitur, ut reus; sed provocatur ut Actos, ad comparendum, & docendum de suo Jore. Idque Jurisdictioni non præjodicat Ecclesiasticæ, neque sit in damnum, & præjudicium Monasterii, sed in ejus utilitatem: cum, si reliqui Creditores recuperent sua debita, & Monasteriom non pareat, ostendatque sua debita, remaneat sine debito, & teneatur postea contra reliqoos Creditores litigare, intentando revocatoriam coram Judice Laico. 159

RESOLUTIO XXXVIII.

An procedat adversus Judicem Sæcularem, cogentem Monasterium, quia spoliavit Laicum sua possessione, ad illam restituendam.

POtestas Judicis regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus Judicem sæcularem, cogentem Monasterium, quia spolia- 160

spoliavit Laicum sua possessione, ad illam restituendam: quia Monasterium spoliator si est a possessione ejiciendum, ejici debet auctoritate Judicis, & sic tamquam reus; sed Judex competens Monasterii rei non est Judex laicus, sed Ecclesiasticus, sive Conservat. ergo &c. Atque ita *Squillante de privil. Cleric. c. 7. dub. 1. n. 73. de Afflict. decis. 85. de Grassis de effectib. Cleric. effect. 1. n. 1035. & alii* contra *Bobadillam in polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 193.* & ante ipsum *Marantam in pract. p. 4. dist. 11. n. 63.*

RESOLUTIO XXXIX.

An procedere valeat adversus Judicem Saecularem, aut Ordinarium loci, capientem Religiosum in flagranti delicto, eumque ad suum Praelatum Regularem ducentem, non purificatis conditionibus debitis.

161 POtestas Judicis regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus eumdem Judicem saecularem, vel Ordinarium loci, capientem religiosum in flagranti delicto; eumque ad Praelatum regularem ducentem; Cum id non possit Laicus Judex, neque Ecclesiasticus, nisi hae purificentur conditiones: scilicet prima, quod crimen, a religioso patratum, sit reipublicae perniciosum, ut furtum. Secunda, quod extet praesumptio valde probabilis, religiosum meditari tale facinus. Tertia, quod necessitas capiendi urgeat; cum, si religiosus oblato idoneo fidejussore, promittat, se Praelato suo sistere, capi non debeat. Quarta demum, quod Minister non excedat modum, percutiendo nimirum pugnis religiosum, qui alias paratus est ire. Atque ita *Laym. lib. 4. tr. 9. c. 4. n. 6.* cui patrocinantur *Abbas, Navarr. Sylv. Sà, Mol. & Avila.* contra *Host. & alios*, quos citat, & sequitur *Marthade Jurisdict. p. 4. centur. 2. c. 42. n. 11.*

162 Quod si, recensitis conditionibus purificatis, capi debeat praefatus religiosus, & ad suum Superiorem duci; recta via deferendus est, & intra terminum saltem 20 horarum: secus uterque Judex erit excommunicatus. Atque ita *Aldrete de discipl. religios. tuend. lib. 1. c. 3.* ubi *n. 40.* declarationem affert Sacrae Congregationis. *Diana cum aliis tom. 3. tr. 2. resol. 132 Peyr. in Formul. Praelat. Regul. lit. P. c. 7. n. 2.* Et multo magis erit excommunicatus, si ad petitionem Regularium non restituat. Hinc, ut refert *Peyr.* laudatus, anno 1630 die 20 *Augusti* cum in Provincia Messanensi fuerint capti a Ministris Curiae Archiepiscopalis Messanae quidam cuiusdam Religionis religiosi in flagranti delicto Homicidii, & ad carceres Archiepiscopatus ducti; eosque repetiisset propria Religio, nec vellet illos Archiepiscopus remittere; pro parte illius Religionis ad regiam Monarchiam appellatum est, praesidente in ea Illustrissimo, & Reverendissimo Domino D. Petro de Neyla: quae tandem, re bene discussa, in favorem Religionis sententiavit: religiosos praefatos quantocius esse religioni suae restituendos, quae ipsos puniret ad formam *Concilii Tridentini Sess. 25. de regul. c. 14.* Et statim restituti fuere. Ubi advertit *Peyr.*, quod si illa Religio iniuriam prosequuta fuisset, Archiepiscopus ille debuisset excommunicatus denuntiari.

RESOLUTIO XL.

An adversus eumdem Judicem saecularem, capientem religiosum, noctu inventum cum armis prohibitis, aut etiam mutato habitu, illumque dictis armis spoliantem, procedere valeat.

POtestas Judicis regularium Conservatoris, at- 163
tento Jure novissimo, extendit se adversus
eumdem Laicum Judicem, capientem religiosum,
noctu inventum cum armis prohibitis aut etiam
mutato habitu: eumque dictis armis spoliantem;
Cum neutrum possit propria auctoritate laicus Ju-
dex. Et quidem nequit primum; nam in Bulla
Coenae Domini excommunicantur Magistratus, alię-
que id genus personae, quae circa Clericorum, a-
deoque Religiosorum capturam quomodolibet se in-
terponunt, absque licentia Apostolicae Sedis, ut
docent *Megal. p. 3. lib. 3. c. 11. art. 7. Diana p. 1. tr. 2.*
resol. 11. & alii, notantes per *licentiam Apostolicę*
Sedis hic intelligi etiam licentiam proprii Praelati,
seu Saecularis, sive regularis. Nequit etiam Lai-
cus Judex secundum; id-est spoliare religiosum ar-
mis prohibitis, auctoritate propria, & sine consen-
su Judicis Regularis, aut licentia Papae, vel alte-
rius legitimi Regularium Superioris, ut optime
docent *Pellizz. tr. 8. c. 6. sect. 2. q. 13. n. 112., & alii,*
ex Laym. lib. 4. tr. 9. c. 4. n. 7. qui citat pro se Sua- 164
rez, & Vasquez: quia dato, quod Ecclesiastici
subdantur legibus Civilibus, ob publicam Civitatis
quietem latis, quoad vim directivam; non tamen
quo ad vim coactivam, ita ut puniri valeant a
Judice Saeculari. Quamobrem etsi spoliare regula-
res, aliosque Ecclesiasticos armis, citra eorum
percussionem, spectet ad necessariam defensionem,
sicque censeri possit Judici saeculari concessum;
spoliare tamen cum violentia, & in poenam, fieri
nullo modo potest a Judice saeculari, auctoritate
propria.

RESOLUTIO XLI.

An procedere queat adversus Judicem Laicum, processantem occulte Regularem, qui deliquit, animo mittendi postea religioso superiori processum.

POtestas Judicis regularium Conservatoris, at- 165
tento Jure novissimo, extendit se adversus
Judicem Laicum, processantem occulte regularem,
qui deliquit, animo mittendi postea suo religioso
Superiori processum. Cum id non possit Laicus
Judex: quia processum instituere, est actus Juris-
dictionis, quam sane in regulares, aliosque Eccle-
siasticos non habet Laicus Judex. Excipe tamen 166
casum, quo regularis Praelatus abiit, ideoque ne-
queat juridice se de delicto commisso informare;
& in eodem delicto continuetur, sitque pericu-
lum in mora. Atque ita *Sousa in Bull. Coen. c. 20.*
disp. 95. Diana p. 1. tr. 2. resol. 52. & alii:
idque ex vi ratihabitionis Praelati regularis, qui in
illis circumstantiis non praesumitur aegre laturus
usurpationem talis Jurisdictionis.

Addit *Filliuc. tr. 16. n. 312.*, Judicem saecularem, 167
neque extrajudicialiter, inquirere posse de delictis
Ecclesiasticorum: quia talis inquisitio est quidam
processus, licet carens consueta forma Judicii: pos-
se tamen generaliter inquirere super crimine inco-
gnito; aut etiam specialiter super aliquo iam
commisso, sed incerto delinquente, & quidem
etiamsi in cursu Inquisitionis reperiatur, delinquen-
tem esse Ecclesiasticum; modo tamen non adsit

animus procedendi post processum ad punitionem.
Sed in hoc casu, ubi repertum est, delinquentem
esse Ecclesiasticum, melius erit desistere: non ta-
men necessarium, cum possit ulterius procedi in
tribus casibus: primo nimirum, si etiam Laici fue-
rint Socii criminis: secundo, ne vexentur Laici
pro eodem crimine, si solus Ecclesiasticus invenia-
tur delinquens: & tertio demum, quia cum cer-
tum sit delictum, omnes Judices debent inquirere
de delinquentibus, ut sic eorum quilibet possit
subditum suum punire.

RESOLUTIO XLII.

*An procedere valeat adversus eumdem Judicem Lai-
cum, supplentem negligentiam Prælati Regularis
in punitione subditi sui delinquentis.*

168 POtestas Judicis regularium Conservatoris, at-
tento Jure novissimo, extendit se adversus
eumdem Judicem laicum, supplentem negligen-
tiam Prælati regularis in punitione subditi sui de-
linquentis. Cum major minoris, non autem mi-
nor majoris negligentiam, seu defectum suppleat:
Ecclesiasticus autem Judex, cujusmodi est Præla-
tus regularis, major est Judice Sæculari; cum spi-
ritualia sint potiora temporalibus, *Can. Denique*,
Can. Duo dist. 96. Atque ita docet communis Do-
169 ctorum sententia apud *Palaum tr. 12. d. un. pun. 6.
nu.* 13. Hinc ubi negligens fuerit Ecclesiasticus
Judex, recurrendum ad alium Judicem Ecclesia-
sticum, eius superiorem; & ubi omnes negligen-
tes fuerint, ad Papam, *Cap. Qualiter, & Quan-
do, de Judiciis, & Can. Placuit* 11. *q.* 1. Non
tamen ad Principem sæcularem, etiam ipsomet
negligente Papa, nisi talis recursus necessarius es-
set in justam defensionem. Sed in hoc casu non
recurreretur ad Principem Laicum, ut ad Judi-
cem, sed tamquam ad Protectorem, & defenso-
rem, ut advertit *Palaus supra*. Nec officit *Can.
Filiis* 16. *q.* 7., ubi dicitur: si Prælatus sit negli-
gens, implorari posse Regem: nam, ut monet
Diana p. 1. *tr.* 2. *res.* 14., dictus Canon fuit corre-
ctus per *Cap. Qualiter, & quando de Judic.*

RESOLUTIO XLIII.

*An procedere valeat adversus Judicem Laicum, aut
Ordinarium loci, punire contendentem delicta No-
vitiorum, nedum Civilia, sed Criminalia quoque,
immo & Capitalia, in Religione commissa.*

170 POtestas Judicis regularium Conservatoris, at-
tento Jure novissimo, extendit se adversus
eumdem Judicem Laicum, aut loci Ordinarium,
punire contendentem delicta Novitiorum, seu Ci-
vilia, sive Criminalia, etiam Capitalia, in Religione
commissa, prætextu quod Religiosi non sint. Cum
talis potestas competat, non Judici Laico, neque
Ordinario loci, a quorum Jurisdictione Novitii
sunt exempti, sed soli Prælato regulari, cujus Ju-
risdictioni dumtaxat subduntur, & quidem nedum
interiori quoad forum conscientiæ, sed etiam ex-
teriori, ac contentiosæ, ut optime docent *Navarr.
lib. 3. Consil. de regul. cons.* 58. n. 4 *Sanchez lib. 6. Mo-
ral. c.* 10. *n.* 11. *Molin. tom. 3. disp.* 671. *n. n. Azor. p.* 1.
lib. 12. *c.* 2. *q.* 11. *Suarez tom. 3. de rel. lib.* 5. *c.* 16.
171 *n.* 18. *Lezana tom. 1. c. 24. n. 4. & alii.* Et sane No-
vitii favore religionis eximuntur a Jurisdictione
Judicis sæcularis, & Ordinarii loci, adeoque co-
ram ipsis pro nullo delicto seu civili, sive crimi-
nali, etiam capitali queunt in Judicio conveniri,
nec ab iisdem puniri. Ergo, ne delicta maneant
impunita, neque alii Novitii occasionem inde su-
mant liberius delinquendi, non sine gravi regula-
ris disciplinæ, quin & ipsorum Novitiorum præ-
judicio, delinquentes coram Prælato regulari con-
veniendi sunt, ab eoque puniendi; etiam per car-
cerem perpetuum, si illum exigeret qualitas deli-
cti, ut notant *Anchar; Lupus, & alii apud Sanchez
n.* 13. immo & torturæ per eumdem subjiciendi
sunt, ut addit laudatus *Sanchez n.* 52. *cum Navarr.*
si tortura necessaria videatur ad comprobandum
delictum.
Quod autem Novitii eximantur a Jurisdictione 172
Judicis Sæcularis; adeoque pro nullo delicto seu
civili, sive criminali, etiam capitali, coram ipso
conveniri queant; sed coram suo Prælato, ab eo-
que puniri, docent præcitati Doctores. Et inde
patet, quia Novitius ex vi ingressus in religio-
nem, reputatur persona Ecclesiastica; & conse-
quenter fruitur privilegiis personarum ecclesiastica-
rum, inter quæ extat immunitas a Jurisdictione
Judicis Sæcularis. Item Sixtus V. in sua Constit.
[Ad Romanum] cum declarasset, receptionem
quorumdam criminosorum irritam esse, declarat
insimul, Sæculares Judices in eos potestatem reti-
nere. Ergo a contrario sensu, ut optime reflectit
Suar. tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 12. *n.* 12., si eorum
receptio non esset irrita, sed valida; dicti Judices
per Pontificem talem in eos potestatem non ha-
berent. Tandem *in l. Statuliber. ff. de Quæstioni-
bus*, sancitur, statuliberum in delicto repertum,
non ut servum ob ambiguum conditionis statum,
sed ut liberum puniendum esse. Ergo a pari No-
vitius, cujus status dubius est, num futurus sit
religiosus, an Laicus, deserto Monasterio; non ut
Laicus coram Judice sæculari, sed ut religiosus
coram suo Prælato conveniendus est, ab eoque
dumtaxat, non a Judice etiam Sæculari punien-
dus.
Quod etiam Novitii eximantur a Jurisdictione 173
Ordinarii loci, docent *Molina tom.* 1. *disp.* 139.
Azor. p. 1. *lib.* 12. *c. n. q.* 11. *Sanchez ubi supra,
Lezana loc. cit. & alii communissime:* patetque ex
eo, quia ut favore religionis Novitii, instar pro-
fessorum, sunt exempti a civili Judicis Sæcularis
jurisdictione; ita & ab Ecclesiastica, instar profes-
sorum, Ordinarii loci jurisdictione.
Hæc non adeo controvertuntur, si Novitii ve- 174
lint in religione permanere; ut non levis contro-
versia est, si velint ab ea recedere, abeantque
impuniti. In qua controversia docent complures,
Novitii in religione delinquentes, si velint ab ea
recedere, ut per recessum subtrahunt se a jurisdi-
ctione Prælati regularis, & sese contrahunt sub
Jurisdictione Judicis sæcularis, si tonsuram non
habeant; vel Ordinarii loci, si illam habeant; sic-
que pro delicto, in Religione patrato, non coram
religioso Prælato, sed coram Judice Sæculari, aut
Ordinario loci conveniendi sunt, ab eoque pu-
niendi. Et hujusmodi sunt *Sanchez ubi supra n.* 14.
Joan de Hevia in Curia Philippica p. 3. §. 1. *n.* 12.,
*citans Bobadillam, Bart. de Vecchis in prax. Novi-
tior. disp.* 11. *n.* 6. *Peregrin. in Commeat. p.* 2. *c.* 5.
lit. R. §. 1. *Molina de Justitia tom. 4. tr. 3. disp.* 49.
n. 24; ubi idem etiam docet de religiosis non
professis nostræ Societatis, a religione dimissis.
Oppositum sentiunt *Bonac. de legib. disp.* 10. *q.* 2.
punt. 1. §. 2. *n.* 5, *citans Sayr. Abbatem, Clarum,
& alios, Laym. lib. 4. Theolog. Moral. tr. 9. c. 8. n. 5.
Diana p. 3. tr. 1. res. 34. & alii*: inde moti, quia
tempus delicti suspiciendum est, adeoque Novi-
tius, sicut & religiosus Societatis Jesu post vota
bien-

bieunii, *ante* professionem quatuor votorum, e religione dimissus propter delicta in religioue patrata, non coram fæculari Judice, vel Ordinario loci, ad quos pertinere incipiunt, conveniendi sunt, & puniendi; sed coram regulari Prælato; Hinc.

175 Suarez *de relig. tom. 3. lib. 5. c. 16. n. 8.* contendit, quod si Novitius delinquens vellet a religione discedere; posset in eadem detineri, usque dum sufficienter puniatur, & postea dimitti, si ipsa dimissio, attenta qualitato delicti non judicetur punitio sufficiens. Quod tamen negatur a *Bart. de Vecchis in prax. Novitior. disp. 11. a. 5. & Diana ubi supra n. 4.* Addit *Palaus tr. 16. d. 1. p. 8. & Suarez loc. cit.* posse regularem Prælatum Novitium delinquentem, etiam recedere volentem punire, & quidam pœna exequenda post recessum, si ea judicialiter injuncta sit; eum sic illa vim habeat præcepti, & sententiæ datæ subdito, qui proinde illam acceptatam nequit effugere propria auctoritate: secus vero, si pœna inflicta sit absqua strepitu judiciario; quia tunc censetur imposita Novitio, ut membro religionis, & quamdiu tala sit.

RESOLUTIO XLIV.

An adversus utramque procedere valeat, punire contendentes Novitium, qui cum esset in sæculo laicus, vel Clericus delictum commisit, & re integra in fraudem potestatis sæcularis, nut Episcopalis habitum religiosum assumpsit.

176 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus Judicem Sæcularem, vel ordinarium loci, punire contendantem Novitium, qui cum esset in sæculo laicus, aut Claricus perpetravit ibi delictum; & re integra habitum religiosum induit in fraudem potestatis sæcularis, vel Episcopalis: eum dalicti Judicium, pœnaque imponenda, ubi res sit integra, Prælato regulari tribuatur a Sixto V. in præcit. Coust. [Ad Romanum] §. 17., ut notat
177 *Portel in dub. regul. V. Novitius n. 13.* Secus tamen, si res integra non sit, eo quia Judex ante ingressum Novitii in religionem cœpit cognoscera de ejusdem delicto in sæculo patrato, sau via accusationis, siva inquisitionis; cum in hoe easu ubi cœptum est judicium, ibi debeat tarminari: sicque potest Novitios per Judicem laicum, vel Ordinarium loci ab ordine extrahi, judicari, & puniri, etiam Novitiatu durante. Atque ita docent communitar Doctores cum *Bartholomæo de Vecchis in prax. Novitior. d. 12. per tot. & Martha de jurisdict. p. 4. cent. 1. cas. 121.*

RESOLUTIO XLV.

An contra eumdem Judicem laicum procedere valeat, eo quia demandavit carcerationem Coloni religiosorum ratione damni, ab animalibus in pascuis alienis facti.

178 POtestas Judicis regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus eumdem laicum Judicem, demandantem capturam, & carcerationem Coloni religiosorum, seu Custodis animalium eorumdem ratione damui, ab ipsis animalibus in pascuis alienis facti, seu absque dolo, sive etiam eum dolo, & studio ipsius Coloni. Ita ex *Raynald. tom. 2. Observ. crim. c. 15., §. 4., 5., & 6. n. 91. & 92. Monacell. p. 3. Formular. tit. 1. in adnot. ad form. 52. n. 20.* Quia ut non debet, neque potest laicus Judex pro damno, ab animalibus Ecclesiasticorum illato in pascuis alienis, prædicta animalia retinere, ut videbimus Resulutione sequenti; ita nequa capere, & earcerare eorumdem Colonum, seu Custodem; ne saltem indirecte, Immunitas lædatur Ecclesiastica, & præjudicium inferatur bonis monasterii, propter nimirum absentiam Coloni. Quamobrem pro immunitatis defensione, & pro tali vitando bonorum monasterii præjudicio, Conservatoris potestas extendit sa ad vindicandum præfatum religiosorum Colonum da manu Judicis laici.

Non potest tamen, se extendere ad illum vin- 179
dicandum de manu Judicis Ecclesiastici; utpoto qui posset illum in hoc casu detinere, & carceribus mancipare; cum, ut docet *Monacell. loc. cit. ex eodem Raynald. ibid., & ex Zacch. ad Stat. Fuvent. tom. 2. rubr. 8. n. 12.,* Colonus non sit bonum mobile monasterii, quemadmodum sunt ejus animalia; & causa damni illati, præsertim si damnum fuerit doloso, ac studiose illatum, cognosci privativa debeat a Judice Ordinario Ecclesiastico, juxta generale decretum Sacr. Congreg. Immunitatis apud *Monacell. laudatum tom. 2. Formul. tit. 15. in adnot. ad Form. 4. n. 10.* & præjudicium, monasterio inde proveniens, causetur non facto Judicis rite procedentis, sed culpa, & delicto ipsius Coloni.

Nec officit doctrina *Paulmoll. decis. 12. adnot. 8.* 180
n. 11., contendentis pro damno, ab animalibus illato, non statim ad Custodis capturam devenieodum esse; sed prius experienda alia Juris remedia. Pro qua adducit *Surdum cons. 561. n. 27. lib. 4. & Gratianum discep. 83. n. 3.* Ut enim ait, & bene *Monacellus p. 3. cit. tit. 1. in adnot. ad form. 49. n. 22.*, intelligendus est hic Auctor juxta terminos auctoritatum, quas allegat *Rota decis. 602. n. 7. coram Cerro, & coram Dunoz. jun. decis. 498. n. 22. & sæpe alibi. Surdus* autem, & *Gratianus loc. cit.* nobis non opponuntur; cum solum velint, quod pro damno illato non detur animalium retentio, quando adast notitia ejus, cujus sunt animalia, quæ damnum intulerunt. Et quod multo minus liceat retinere personas, & Dominos animalium: tum quia hoc esset, propria auctoritate sibi jus dicere; quod non permittitur: tum etiam, ne jurisdictio jus dicentis violetur; eum, pignora eapere, sit jurisdictionis species: tum denique, quia Domino prædii damnificati consultum est per aliam actionem, quam per retentionem; nisi adsit statutum, vel consuetudo contraria, ut videre est apud *Surd. & Gratian. cit. discept. 80. n. 4. 5. & 6.*

RESOLUTIO XLVI.

An procedere valeat adversus detentores in carceribus animalium Monasterii propter damnum, ab iisdem in pascuis alienis illatum.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, at- 181
tento Jura novissimo, extendit se adversus animalium Monasterii detentores in carceribus propter damnum, ab iisdem animalibus illatum in pascuis alienis, vel alibi, si rationa damni illati Regulares conveniantur coram Ordinario loci, aut Judice laico, non taman coram Conservatore, vel regulari Prælato. Vel si detentio animalium sit omnino injusta, quia nimirum nullum damnum intulerunt; vel, si justa, cum religiosi se paratos exhibeant ad satisfaciendum pro damnis, & standum Justitiæ, sufficienti præstita cautione, noliet illa regularibus dimittere, nisi prius fiat realis satisfa-

tisfa-

tisfactio. Ita *Rodriq. art. 84. Miranda art. 11. Hieron. Rodriq. in Compend. reſol. 33. n. 19. Portel V. Conſervatores n. 9. Sanchez in opuſc. tom. 2. lib. 3. cap. unic. dub. 31. q. 2. Diana 3. p. tr. 1. reſol. 20. fin. Novar. p. 2. Summ. Bull. de Conſervat. n. 11. Lezana p. 2. c. 10. eod. tit. n. 67. Donat. tom. 1. tr. 17. q. 13. & alii.*

182 Et quoad primam partem evincitur: quia eum regulares ſint a Juriſdictione Judicis laici, & Ordinarii loci exempti, ſoliſque Prælatis Ordinis, & Conſervatoribus ſubjecti; ſi ad illos, non tamen ad hos trahantur, cum ſunt Rei; manifeſta in hoc iiſdem, ſicut & Regulari Prælato, ac Conſervatori violentia infertur, manifeſtaque irrogatur injuria; quam evitare, ſive non permittere, ad Judicem pertinet Conſervatorem juxta *Cap. 1. de offic. Judic. deleg. in 6.* Quoad ſecundam probatur: quia in caſu poſito gravis, atque notoria Regularibus irrogaretur injuria, nedum ipſi Prælato, & Conſervatori; tum propter ipſam animalium detentionem, tum etiam propter ſuam exemptionem; cum per regularium privilegia nedum perſonæ regulares, earumque bona immobilia, verum etiam bona mobilia (inter quæ prædicta enumerantur animalia) ſint a dictis Judicibus exempta, ſoliſque Ordinum Prælatis, & Conſervatoribus ſubjecta.

183 An autem propter meram, & præciſam detentionem animalium extendatur Conſervatoris poteſtas adverſus detentores, ita ut poſſit, illos cenſuris ligare, ea ſola ratione, quia præfata animalia detinent?

Negant *Rodriq. cit. art. 84. Miranda art. 11. cit. & alii*, ex eo moti, quia hujuſmodi animalia ſunt res non eccleſiaſticæ, ſed ſæculares; licet quoad dominium ad Eccleſiaſticos, ſeu regulares pertineant, teſte *Bald. in l. de iis c. de Epiſcop. & Cleric.* ubi ait, quod quando tributum eſt appropriatum ipſi rei, Judex Sæcularis poteſt manumittere ad rem ipſam, quamvis ſit Clerici, aut Religioſi, & tributum recipere: quia eſt de ſua Juriſdictione tam univerſali, quam particulari: ſed non poterit aliquid facere contra Perſonam Clerici, aut religioſi; alias incidet in pœnam Canonis.

184 Affirmant ex adverſo *Donat. q. 13. cit. n. 4.* inquiens: [Satis eſſe, quod dicta animalia ſint in dominio regularium, & quod ad eorum Eccleſiam ſpectent, ad hoc, ut ſint immunia, & exempta ab omni juriſdictione laicali, *ex cap. Cum ſit generale, de for. Compet.*]

185 *Matthæucc. in offic. Cur. Epiſc. c. 15. n. 21.* ubi quærens: [An Conſervatores poſſint ad cenſuras procedere contra arreſtantes animalia Monaſteriorum pro damno, dato in paſcuis Domini Territorii, vel Communitatis?] ait; Religioſos teneri ad ſolvendum pretium pro reparando damno illato, quando alias eorum animalia paſcua damnificaverint. Deinde: [Hinc difficultas non levis inter Eccleſiaſticos, & laicos eſſe ſolet, non circa ſubſtantiam, ſed circa modum, & competentiam fori, ac facultatem arreſtandi ipſa animalia, *num id laicali auctoritate fieri poſſit?* Ad quod videtur, per laicorum executores poſſe arreſtari, ut impediatur ulterior damnificatio, ſtatim reducenda tamen ad ipſos regulares. Verum damnificatio impediri poteſt per expulſionem animalium a loco paſturæ, teſtibus adhibitis de damno illato. Quatenus vero regulares damnum renuant reparare, recurrendum eſt ad Judicem Conſervatorem, ſi adſit, vel Epiſcopum, ut ad ſolutionem eos obliget.

Non enim poteſt ad Judicem laicum recurri, utpote incompetentem pro Eccleſiaſticis. Et hinc ad dubium affirmative.] Hactenus Matthæuccius.

Affirmat etiam *Pelizz. tom. 2. Man. tr. 8. c. 7.* 186
ſect. 3. q. 9. n. 127. ex eo, quia non poteſt contra animalia regularium procedi, niſi contra eorumdem perſonas procedatur; cum animalia ſint de rebus regularium, & bona ſint acceſſoria perſonæ: præterquam, quod animalia non ſint capacia, ut conveniantur, & condemnentur; ſicque conventio, & condemnatio cadit indirecte in perſonam regularium.

Affirmat tandem *Diana p. 4. tr. 5. reſol. 72. cum* 187
Sanchez in Opuſc. tom. 2. lib. 3. c. unic. dub. 31. n. 2. & alii: quamvis dubitaverit *p. 8. tr. 2. reſol. 81. alias* 80., ubi citat *Barboſ. in Collect. tom. 1. lib. 1. tit. 2. c. 10. n. 6.* docentem: [Statuta laicorum, pœnarum condemnationem, & exactionem imponentia adverſus eos, quorum pecora damnum dederunt; aut in fructibus, vel in paſtibus vetitis fuerunt inventa, non ligant Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas: quia indiſtincte Sæcularibus prohibetur, Clericos diſtringere, aut condemnare, *cap. 2. de for. compet.* Item quia cauſa, quamvis ſua natura mere temporalis ſit, tamen ratione perſonæ Clerici, contra quem movetur, manet Eccleſiaſtica, quidquid in contrarium reſolvant aliqui: idque ſuadere conantur ex eo, quia quando onus impoſitum eſt rei, poteſt ſæcularis jubere, ut executio fiat in re, quæ in ſuo territorio, & juriſdictione eſt, non habito reſpectu, an perſona, cujus res eſt, pertineat ad ſuum forum, vel juriſdi-
ctionem. Confirmatur hæc ratio: quia hoc pacto 188
perſona Clerici non condemnatur a Judice ſæculari, nec ejus ſtatuto ligatur: quia in perſonam Clerici nulla dirigitur executio. Sed onus reale, sei impoſitum, a Clerico exigitur, ſicut aliud quodcumque tributum reale. Sed hæc ratio non evincit: omnino oporteat ſententiam ferri, & condemnationem pœnarum fieri in perſonam: quia animalia minime ſunt capacia, quod conveniantur, vel condemnentur, *arg. cap.* 2. ubi rem, quæ culpa caret in damnum vocari non convenit, *Can. Mulier V. Quæritur 15. q. 5.* ibi: [Nec ullo modo capax legis ſit] bonus text. *in l. 1. poſt princ.* [Si quadrupes pauperiem feciſſe, dicatur.] ergo fundamentum primum contrariæ opinionis, ſecundum Juris rigorem ſtare non poteſt]. Hactenus *Barbos.* Cum Doctoribus affirmantibus noſtra ſententia eſt affirmativa, quæ ſatis, ſuperque remanet ex illorum argumentis comprobata.

RESOLUTIO XLVII.

An procedere queat adverſus Principem Laicum, ejicientem e proprio Territorio Religioſum eo, quod non obediat mandatis ejus.

POteſtas Judicis Regularium Conſervatoris, 189
attento Jure noviſſimo, extendit ſe adverſus Principem Laicum, ejicientem e proprio Territorio Religioſum, eo quod non obediat mandatis ejus. Cum talis ejectio citra incurſionem excommunicationis, in Bulla Cœnæ Domini contentæ, fieri nequeat a Principe Laico, qui nullam prorſus juriſdictionem habet in Regulares; ut contra non paucos firmat communiſſima Doctorum ſententia cum *Molina tr. 2. de Juſt. diſp. 31. Becano p. 2. Summ. tr. 3. q. 11. n. 3. Pelliz. q. 27. n. 129. & aliis*: tum ex eo, quia, ut arguit *Pelliz.* Regulares in Civitatibus, & Regnis conſtituuntur a Papa in ſervitium Fidelium: ſicque jus habent commorandi in illis, non ſolum ut cives, ſed etiam ut perſonæ, a Romano Pontifice conſtitutæ, potente id facere pleno Jure:

unde

unde nequeunt a Principibus Laicis expelli. Tum ex eo etiam, quia cum non teneantur Regulares legibus civilibus quoad vim coactivam, sed mere quoad directivam; licet illis controveniant, puniri non possunt a potestate Sæcnlari. Tum denique ex eo, quia, ur notat *Diana p. 4. tr. 1. resolut.* 81. in Bulla Cœnæ Domini excommunicantur quomodolibet mulctantes personas Ecclesiasticas, una cum Executoribus, & Subexecutoribus talis mulctæ: adeoqne ex quacumque causa Princeps sæcularis e proprio Territorio Religiosum ejiciat, hac excommunicatione ligatnr.

190 Notat tamen *Pelliz. ubi supra*, per modum justæ defensionis, & servato moderamine inculpatæ tutelæ, posse Laicum Principem, e suis Territoriis expellere Religiosos inobedientes, ad evertendum grave damnum, alias imminens Reipublicæ; aut ad tollendum scandalum, cui aliter occurri non posset. Verum, ut air *Pelliz.* iste casus vix videtur posse contingere; cum facile aditi queat Papa, vel alius legitimus Superior Ecclesiasticus, qui dictis malis occurrat; & plerumque nullum subit periculum in mora: in quo eventu cettum est, non posse Laicos Principes propria auctoritate punire Regulares; cum sic non serverut debitum moderamen inculpatæ tutelæ. Hæc *Pelliz.*

191 Addit *Diana loc. cit.* cum pluribus, qnos ibi laudar, neque Ecclesiasticum, eo quod seditiosus, & perturbaror sir Reipublicæ, posse a Principe Laico e suis Territoriis expelli. Conrra plures, quos inter *Tuschus de Visit. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 25. ubi refert, quod Dux de Alcalà, Regni Neapolitani Prorex, Equitem quemdam Sancti Joannis Hierosolymitani, qui continuo erat seditiosus, & Civitatem turbabar, constito de excessibus continnis, mandavit ejici e Territorio Regio sub prætextu, quod Rex possit, ut, quem velit, maneat in domo sua.

192 Movetus autem *Diana* ex eo, quia Ecclesiastici omnes de Jure divino habent, ut libere possint in qualibet Mundi parte habitare, & Ecclesiastica officia exercere; cum illis Christus Dominus in personam Apostolorum dixerit *Marc.* 16. [Euntes in Mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ.] Sicut ergo non potest Marirus, tamquam Paterfamilias, expellere e domo uxorem inobedientem, & perniciosam, eo quod ex matrimoniali vinculo illa habeat jus cohabitandi una cum Marito; Ita nec potest Princeps, tamquam Paterfamilias, expellere e Dominio suo Ecclesiasticos inobedientes, & perniciosos; cum de Jure divino habeant, nt libere possint ubilibet habirare. Pro quo affert *Diana* laudatus decisionem Friderici Imperatoris in *tit.* 1. §. *Si Clericus de pace, tuend. in usib. feud.* ubi decernitur, coram Episcopo suo conveniendum, & adducendum esse Clericum, pacis violatorem, ab eoque puniendum.

193 Et in excommunicationem Bullæ cœnæ præfatum Principem Laicnm incidere una cum executoribus, & subexecutoribus suis, ut supra, docet *cit. Diana*: concludens, recurrendnm esse a Principibus, eornmque Ministris ad proprios Ecclesiasticorum Judices, occurrente casu: & ab illis, qui in Ecclesiasticos Jurisdictionem habent, Ecclesiastici ipsi sunr in exilium ejiciendi: non quidem simpliciter, advertit, & bene *Diana*, sed causa cognita; quia alias committerent injustitiam, condemnando pœna exilii reum non auditum. Immo non excusat ab hac censura Prælatos illos, qni, ad instantiam, & requisitionem Principum Sæcnlarium, oretenus, & causa non cognita, præcipesent alicui Ecclesiastico subdito, aut illum cogerent, ut a suæ diœcescos finibus discederet: quia *talis est Principis, & mea voluntas*. Nam cnm hujusmodi præceprum, seu preces ad instantiam fierent Principis Sæcnlaris; essent in hoc Prælati Ecclesiastici quodammodo executores Principum Laicorum: maxime quia tunc id non facerent, ut Prælati, sed tamqnam privati: unde etiam ipsi excommunicationem incurrerent, ut etiam expresse tenent *Martha de Jurisdict. p. 4. Cent. 2. cas.* 140. *n.* 8. *Megalius in 3. p. lib. 3. c. 11. n. 14. & 34. & alii.*

Addit etiam *Diana p. 1. tr. 2. res. 19. & p. 3. tr. 1. res.* 30. eum Theologis, & Jurisperitis passim, conrta nonnullos, quos ipse citat, neque posse a Principe Laico puniri Ecclesiasticum, eo quod commiserit crimen læsæ Majestatis; sed a suo Ecclesiastico Judice. Pro quo adducit, quod refert *Antonius Bovius in responsione contra N. p. 4. arg. 10. pag.* 75. scilicet eum in Hispania anno 1520. conjurationem adversus Carolum V. ejusque Matrem excitassent Laici quidam insimul, & Ecclesiastici; contra Laicos jussit Imperator, ur a Judicibus Sæcularibus procederetur: Ecclesiastici tamen propriis Prælatis, & Papæ remitterentur. Item in Britannia cum adversus Enricum VII. seditionem commovisset quidam Sacerdos, unde Bella, & innumeræ hominum neces subsecutæ sunt: in Laicos complices seditiosos animadvertit quidem Rex; at Sacerdotem suo Ecclesiastico Judici remisit. 194

Tandem declarationem affert Clementis VIII. apud *Genuens. in prax. c. 72. per totam* in casu attrocissimæ rebellionis cujusdam Religiosi, qui anno 1600. aliquas terras Regni Neapolitani in manibus Turcarum tradere meditabatur: nam cum Fiscus allegaret, pro tali delicto Clericum quemdam Neapolitanum fuisse olim decapitatum; dictum fuit: *Male judicatum*: ande talis causa fuit a Clemente VIII. commissa Nuntio Neapolitano, adjunctu alio Consiliario Clerico, ita tamen, ut in illo Judicio interveniret tamquam delegatus a Sede Apostolica. Ideoque ait *Genuensis*: [Hæc disputatio in hoc Regno finem accepit, ut cognitio talis criminis perrineat ad Ecclesiasticum, nisi causa delegetur a Summo Pontifice: quia delegatio, facta a Clemente VIII. demonstravit, apud Judices Laicos circa tale crimen nnllam extare jurisdictionem.] 195

Immo, subjungit memotatus *Diana p. 3. tr. 1. res.* 16. Ecclesiasticum propter crimen læsæ Majestatis minime degradandum esse, & Curiæ Sæculari tradendum. Pro quo citat *Salsedum in pract. crim. Bernardi Diaz c. 119. lit. C. Burbatium lib. 3. cons. 22. Curtium cons. 154. & Barbosam in Collect. tom. 4. p. 2. causa 22. q. 5. c. Si quis Laicus a n. 2.* Contra plures contendentes, propter gravitatem criminis, etiamsi in jure expressum non sit, adhuc tamen Clericum, læsæ Majestatis Reum, degradandnm esse, & Curiæ Sæculari tradendum, quamvis non proponatur incorrigibilis. Et *p. 1. tr. 2. res. 129. n.* 11. docet, Religiosum Professum, qni miscuit se criminibus enormibus, neque a suo Religioso Prælato degradandum esse, & Curiæ Sæculari tradendum; cum plures Doctores contendant, Clericum non esse degradandum, nisi in casibus dumtaxat exceptis, hæresis videlicet, falsi commissi in literis Apostolicis, & conspirationis in proprium Episcopum: & hujusmodi sunt *Aretinus, Albertinus, Decius, Covar.* 196

lib. 2.

lib. 2. var. c. 20. n. 7. Facchineus in controv. lib. 8. c. 30. Sousa in Bull. Cœnæ c. 16. disp. 82. num. 2. Julius Clarus in pract. crim. lib. 5. q. 36. n. 36. Modius de Sacris Ordin. c. 32. n. 7. Alterius de Conf. tom. 2. disp. 2. c. 2. §. 7. & alii. Contra plures alios, quos ipse laudat *n.* 10. opinantes, Clericum propter homicidia, & alia crimina qualificata degradandum esse, & Curiæ Sæculari tradendum. Et deinde concludit laudatus *Diana* [Stante contrarietate dictarum opinionum, existimo, dictam degradationem minime a Superiore Regulari faciendam esse, nec dictum Religiosum Curiæ Sæculari tradendum; nisi prius consulto Romano Pontifice, ut volunt ipsimet Adversarii, *Farinac. de Inquisit. q. 8. n. 81. Felicianus Episcopus Scalensis tr. de Conf. c. 14. & Albertinus in cap. Quamquam de hæret. in 6. q. 11. n. 45.*]

RESOLUTIO XLVIII.

An procedere valeant adversus Judicem Laicum, cognoscentem de delicto Equitem Sancti Joannis Hierosolymitani, Sancti Benedicti, Sancti Jacobi &c. commisso etiam in officio Sæculari, illis a Sæculari Principe collato.

197 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus Judicem Laicum, cognoscentem de delicto, etsi gravi, & atroci, commisso ab Equitibus, sive professis sive Novitiis, Sancti Joannis Hierosolymitani, Sancti Benedicti, Sancti Jacobi, Sancti Augustini, Sancti Lazari, Sancti Stephani, Alcantaræ, Calatravæ, & similibus, etiam in officio Sæculari, quod a Principe Sæculari collatum exercent: utpote qui sunt veri Religiosi, & inter personas Ecclesiasticas recensiti; & qua tales, ut a gabellis, & tributis immunes sunt, ita & a Jurisdictione Principum Sæcularium quoad forum judiciale: gaudentes proinde privilegio exemptionis, gabellarum, Canonis, & Fori. Ita *Bellet. disq. Cleric. p. 1. tit. 3. §. 1. n. 16. Caballus cent. 1. cas. 64. Narbona in recopil. Leg. Hispan. L. 20. Gloss. 20. n. 34. Diana p. 4. tr. 1. resol. 86. & alibi, quibus subscribit del Bene de Immunit. p. 1. c. 1. dub. 11. sect. 1. n. 13. & 14.* ubi sic habet: [Itaque hi etiam, & multo magis Equites Sancti Joannis [Sive professi, sive Novitii sint] gaudent privilegio gabellarum Exemptionis, Canonis, & Fori, ita ut si committant crimen [licet atrox, & grave], non possint criminaliter, & in causis civilibus civiliter, sine contractione censuræ in Bulla Cœnæ, cognosci a Judice Sæculari: adversus quem eorum Judices Conservatores poterunt etiam excommunicationem fulminare &c. Et hoc verum est, etiamsi crimen committant in officio Sæculari, quod a Principe Sæculari collatum exercent, sicuti *libro de Parlamentis dubit. 4. sect. 20. Subsect. 2.* ex proba-
198 biliori Doctorum sententia dicebam &c.] Hactenus *del Bene*, & quidem juxta communia Theologorum, & Canonistarum principia, contendentium, Clericos trahi non posse ad forum Laicale, etiam ratione Officii, sibi a Laico Principe concessi, et in eo delinquant; nec etiam rationo cujuscumque artificii, si quam artem exerceant, quæ Consules habeat, ac Primates, apud quos illius artificis jurisdictio resideat. Atque ita disertis verbis *Duard. in Bull. Cœnæ lib. 2. Can. 15. q. 21. n. 273. Megala in 3. p. lib. 3. c. 11. n. 26. & 36. Bonac. de leg. disp. 10. p. 2. punt. 1. §. 2. n. 24. Ambrosin. de Immunit. Eccles. c. 20. n. 54. Corbier de Jurisdict. tom. 2. p. 3. q. ult. n. 1 & 2. Pignatell. tom. 2. consf. 27. Gras. de effect. Clerici effect. 1. n. 851.* asserens, in
nostro Siciliæ Regno ita observatum fuisse in 199
causa cujusdam Equitis Hierosolymitani, qui officium Capitaneatus in civitate Calatayeronis exercuit, & alia vice in Patrimonio.

Atque hic notat *Bonac. in Bull. Cœn. disp. 1. q. 16.* 200
punct. 5. n. 17. Judicem Laicum vinculo excommunicationis irretiri, trahendo Clericum ad suum Tribunal, etiamsi eum transferre intendat prætextu officiorum Sæcularium, quæ Clericus exercet. Et ratio est, tum quia Bulla universaliter loquitur, & solum excipit casus, in Jure expressos: exceptio autem firmat regulam in casibus non exceptis. Tum quia, licet Clericus nequeat officia Sæcularia absque Superioris dispensationo suscipere, *cap. Sacerdos Ne Cleric. vel Monac.*, nihilominus privilegium Clericale retinet, & exemptus est a Laica potestate, ex *cap. fin. de vit. & honest. Cler.* Quamobrem Clericus, qui officium Tutoris, vel Curatoris, vel Administratoris bonorum exercuit, & in eo deliquit; non potest in judicium a Laico ad reddendam rationem vocari: quamvis enim delinquat, assumendo hujusmodi officium, non tamen amittit privilegium fori. Hactenus *Bonacina*. Quod procedit, etiamsi in tali casu puniretur Clericus a Judice Sæculari pœna pecuniaria, ut præter alios sustinet *Sanchez tom. 1. Consil. lib. 3. t. unic. dub. 21. n. 11.*

RESOLUTIO XLIX.

An compellere valeat Ecclesiasticis Censuris Judicem Sæcularem ad non detinendum, sed remittendum Superiori suo Religiosum illum, qui sine habitu, & tonsura miscuit se delictis enormibus.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, 201
attento Jure novissimo, extendit se ad cogendum Ecclesiasticis Censuris Judicem Sæcularem, detinentem, & non remittentem ad suum Superiorem Religiosum illum, qui habitu dimisso, & sine Tonsura miscuit se rapinis, homicidiis, aliisque delictis enormibus. Ita *Peyr. in Formul. lit. P. c. 7. n. 5.* ubi plura notat: &

Primo, non posse a Judice Sæculari præfatum 202
Religiosum captum puniri sine metu Censurarum, nisi prius talis Religiosus fuerit monitus desistere: quia privilegium non amisit, *Navar. lib. 1. Consil. cons. 25. de privil. Diana tom. 1. tr. 2. resol. 129.* ubi complures allegat Doctores.

Secundo, quamvis possit Regularium Conser- 203
vator, Judicem Sæcularem cogere Ecclesiasticis Censuris, ut præfatum Religiosum ad suum Superiorem remittat; non tamen tenetur hoc facere. Unde Prælati, qui nollent de tali sic capto se impedire, nullam pœnam incurrerent, *per cap. 1. de Apost.*

Tertio, si hujusmodi Religiosus raptor non 204
fuisset captus a Judice Sæculari, sed a suo Prælato; hic per quamcumque instantiam, sibi a dicto Judice Sæculari factam, non posset illi memoratum Reum tradere, sine consensu Romani Pontifici. *Diana loc. cit. in fin.*

RESOLUTIO L.

An procedere valeat adversus Magistratum saecularem, declarantem Religiosos in poenam incursos, eamque ab illis exigentem, ob transgressionem Statuti generalis, de non introducendo, extrahendove ab Urbe, venditionis causa, Frumento, Vino &c.

205 POtestas Judicis regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus Magistratum saecularem, declarantem regulares in poenam incursos, illamque ab iisdem exigentem, eo quod transgressi sint statutum generale, in publicam, communemque utilitatem latum, de non introducendo in civitate, vel ab ea non extrahendo, venditionis causa, frumento, vino &c. Cum laicorum Statuta, etiam generaliter lata, & absque expressione regularium, ac Ecclesiasticorum, minime regulares, aliosque Ecclesiasticos comprehendant, quoad vim coactivam ex defectu potestatis in statuente, & consequenter ex defectu voluntatis in eodem, ut docent innumeri fere Doctores cum *Rota*, quos citatos sequitur *Diana p. 6. tr. 8. & Misc. 3. resol. 3. a n. 3.* Et statutibus de quo loquimur, neque quoad vim directivam, ut contendunt *Joan. Beltrain de Guevara in propugnac. libert. Ecclesiast. asser. 1. §. 3. n. 11. Sperellus decis. 11. n. 45 Carpanus ad statuta Mediolanens. in praelud. n. 103. Montanarus in Pragmaticis de Administrat. Civit. n. 86., & 87. Genuensis in prax. c. 74. n. 4. Clarin. in Controv. forens. lib. 1. c. 32. per tot. Diana ubi supra n. 7. & alii.*

206 Et sane statuta Laicorum, etiam generaliter lata, quoad vim coactivam regulares, aliosque Ecclesiasticos, ex defectu potestatis in statuente, non comprehendunt: quia potestas condendi statuta, Ecclesiasticos obligantia, non est laici Magistratibus attributa, *Can. Bene quidem dist. 96. Can. laicis 16. q. 7. cap. Ecclesia S. Mariae de Constit. cap. Cum laicis de reb. Eccles. non alien. ibique Hostiens. n. 10. Abbas n. 3. & Zabarell. in Cap. Perpendimus n. 13. de sent. Excomm. Barbatia in rubr. de reb. Eccles. non alien. Socin. cons. 14. n. 1. & cons. 71. n. 10. & 15. lib. 4. Mandell. lib. 1. cons. 8.* Quemadmodum non est laicis Magistratibus attributa jurisdictio in regulares, aliosque Ecclesiasticos, a qua derivatur potestas; & cujus sane Jurisdictionis actus est statuere. *Bart. in l. omnes populi n. 3. ff. de Just. & Jur. ibique Jason n. 22. Romanus Con. 218. n. 2. & alii.* Jam si ex defectu potestatis in laicis Magistratibus eorum statuta quoad vim coactivam regulares minime comprehendunt;

207 Ex defectu etiam voluntatis, quae regulatur a potestate in Magistratu statuente, statuta praedicta quoad vim coactivam regulares, aliosque Ecclesiasticos non comprehendunt. Comprehendere siquidem in propriis statutis, generaliter editis, regulares, ceterosque Ecclesiasticos, ubi adsit potestatis defectus, est impossibile statuentibus. Ergo ad id non debet eorum voluntas extendi; cum impossibilium nulla sit dispositio, *l. Confessionibus ff. de interrogat. action.* & nemo videatur, manum imponere ad sibi illicita, & impossibilia, *l. Miles §. ream ubi Angelus ff. ad l. Juliam de Adult. & Anchar. in repetit c. 1. n. 29. de constit.* & in dubio non praesumatur, voluisse in sua dispositione comprehendere ea, de quibus expresse disponere non potest, *l. Laicus ff. ult. ff. ad Municipal. c. A nobis il 2. de sent. excomm.*

Quod si etiam Regulares, ceterosque Ecclesia- 208
sticos praefata statuta, generaliter lata, vere intenderent comprehendere; licet respectu laicorum valida forent, ut docet communis opinio cum *Alberico tr. de stat. p. 2. q. 2. n. 10. Curtio Seniore cons. 27. n. 8. Jasone l. Filius familias §. Divi n. 106. ff. de legat. & ibi Ripa n. 74. & aliis passim*: respectu tamen Ecclesiasticorum invalida, & nulla essent, juxta veriorem, magisque receptam Canonistarum sententiam *in cap. fin. de Immunit. Eccles. in 6. ubi Joa: Andr. a n. 1. Anchar. n. item 1. Gemin. n. 1. & 3. Franc. n. 2. Bart. dic. l. Filius familias §. Divi n. 11. & 12. ubi* Ripa *n. 81.* dicens, hanc esse communem tam Civilistarum, quam Canonistarum opinionem, *Jason in dic. §. Divi n. 72.* ubi ait, neminem scribentem discrepare ab hac sententia, *& alii.*

Quoad vim etiam directivam statutum, de 209
quo loquimur, generaliter latum, regulares, aliasque personas Ecclesiasticas non comprehendit. Siquidem tunc statura laicorum, etiam ob bonum publicum, publicamque utilitatem edita, quoad vim directivam regulares comprehendunt, aliasq; personas Ecclesiasticas, cum neque directe, neque indirecte sunt Ecclesiasticae Immunitatis laesiva, ut docent *Salas de legib. disp. 14. sect. 8. n. 92. & 93. Baldell. lib. 5. disp. 33. Bonac. in Bull. Coen. disp. 1. q. 16. sect. 2. p. 2. n. 12. Molin. de Just. tom. 1. tr. 2. disp. 31. n. 15. A ponte in respons. sup. censur. Pauli V. pag. mihi 15. Collegium Bononiense in respons. pro libert. Eccles. n. 24. Squillante de privil. cler. c. 7. dub. 3. n. 94. & alii.* Et rite quidem; secus Ecclesiastici omnes quoad vim directivam tenerentur ad omnes leges Justiniani, & aliorum Imperatorum; cum semper pro communi bono, publicaque utilitate latae sint, & ferantur, & sine quo hujusmodi leges non essent justae. Sed statutum non introducendi in civitatem, vel ab ea non extrahendi Frumentum, Vinum &c., est laesivum Immunitatis Ecclesiasticae; ergo quoad vim directivam, regulares, aliosque Ecclesiasticos non comprehendit.

Minor probatur: Siquidem statutum prohibens, 210
vel praecipiens regularibus, aliisque Ecclesiasticis id, quod eis neque jure Divino, neque jure Humano prohibitum, aut praeceptum est, est laesivum Immunitatis Ecclesiasticae, ut docent *Sousa in Bull. Coen. c. 16. disp. 84. concl. 3. Mascard. de interpret. statut. concl. 1. n. 88. Filliuc. tom. 1. tr. 16. c. 10. n. 270. Reginald. tom. 1. lib. 9. c. 23. n. 358. Duard. in Bull. Coen. lib. 2. Can. 15. q. 19. n. 1. Sayr. de Cens. lib. 3. c. 19. n. 9. Bonac. in Bull. Coen. disp. 1. q. 16. sect. 12. punt. 2. n. 51. & alii.* Patetque ex text. in *cap. fin. de Immunit. Eccles. in 6.* ubi Bonifacius VIII. in derogationem libertatis Ecclesiasticae declaravit esse statuta laicorum, prohibentia subditis suis, ne Praelatis, aut Clericis, seu personis Ecclesiasticis quidquam vendant, aut ab iisdem emant; cum hujusmodi venditionis, aut emptionis contractus nemini sint prohibiti Jure communi; quin potius unicuique permissi. Item ex *cap. 1. de Immunit. Eccles. in 6.*, ubi Alexander IV. graviter arguit Magistratus saeculares, qui libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam laedere, ac minuere molientes, Ecclesias, & Ecclesiasticas personas coarctare nitebantur, ut rationem bonorum, quae acquisierant, tributa persolverent, vel bona acquisita extra suam manum ponerent; cum id nullo Jure praeceptum sit, imo prohibitum jure Canonico ex *cap. Cum Terra de elect.* ubi Caelestinus III. in perniciem, & gravamen Ecclesiasticae libertatis esse dixit, electionem contra ordinem,

dinem, & dispositionem Juris communis celebratam. Et *ex decis. Rotæ in una Salmonensi 7. Junii anno 1627. & in Hydrantina pecuniaria 26. Junii 1641. coram Merlino.* Sed neque Jure divino, neque Jure humano regularibus, ceterisque personis Ecclesiasticis prohibetur, vendere res suas, ubicumque voluerint: imo id ipsis concessum est; cum jura cuilibet indulgeant, licere vendere, & emere, nec ulli posse ad id impedimentum præstari, ut ex *Rota* tradit *Novar. de gravam. Vassall. tom. 2. gravam. 62. n. 2.* ac ex textu in *l. libertas negotiationis ff. de Jurepatr.* & aliis Juribus, ac Doctoribus, quos affert, & sequitur *Montaramus in Pragmat. de administr. Civit. n. 87. & 88. Menochius cons. 626. n. 14. vol. 7. Sperell. decis. 12 n. 40. & decis. 13. n. 6.* Ergo &c.

211 Cum his tamen stat, quod tempore gravis necessitatis, quando nimirum adesset magna penusia in civitate, indeque generale statutum ederet Magistratus de non extrahendo frumento &c., teneantur regulares, aliique Ecclesiastici, frumentum non extrahere. Vt enim docent *Martha p. 4. art. 1. cons. 1. n. 48. & c. 2. n. 5. ac 10. Clarlin. in Controv. forens. lib. 1. c. 31. n. 10. & alii*, tenentur Ecclesiastici, urgente gravi prædicta necessitate, servare statutum laici Magistratus in subsidium, ex text. *in cap. Non minus de Immunit. Eccles. & cap. 1. eod. tit. in 6.* At non ex vi edicti Magistratus sæcularis, sed rationis naturalis, dictantis, eos velut partem Reipublicæ in tali gravi necessitate cum toto corpore, quod etiam suum frumentum non extrahit, concordare debere: ac ex debito Charitatis, ut docent *Surdus cons. 301, & Sperell. decis.* 13. ita tamen, ut ad illud servandum, non per Judicem laicum compellendi sint, sed per Ecclesiasticum, seu de cetero talis Judex sit Papa, sive Legatus de Latere, vel Nuntius Apostolicus, aut Episcopus, sive Conservator, ipsismet regularibus Apostolica auctoritate designatus, ut docent *Molina tr. 2. disp. 672. n. 4. Diana resol.* 8. *Pellizz. tr. 8. c. 7. sect. 3. q. 7. n. 125. & sect. 4. q. 5. n. 236.* cum laicus Magistratus nullam habeat jurisdictionem, in Ecclesiasticos; neque publica necessitas, aut utilitas eam illi tri-
212 buat, *Gaball. cent. 1. cas. 9. n. 10. Ripoll. variar. resol. c. 11. de Empt. & Vendit. n. 91. Guazzinus de defens. reor. tom. 2. defens. 20. c. 9. n. 10. & alii cum Diana p. 1. tr. 2. resol. 8. & p. 4. tr. 4. resol.* 87. qui addit, & bene, nisi tamen necessitas urgeat, ita ut adiri non possit Ecclesiasticus Judex, adeoque periculum sit in mora, ut etiam notat *Pellizz. cit. sect. 3. q. 7. n. 125.* quia in tali casu Princeps sæcularis potest frumentum sequestrare, immo & ab horreis Ecclesiasticorum etiam regularium extrahere, non quidem vi Jurisdictionis, quæ Principi Sæculari non competit quo ad regulares, ceterosque Ecclesiasticos, nec ei confertur ratione cujuscumque utilitatis, aut necessitatis; sed ratione instantis periculi, cui aliter occurri non possit, & quasi per modum defensionis. Atque hinc est, quod in simili necessitate ad prospiciendum bono communi, publicæq. utilitati, illæsamque item servandam Ecclesiasticam Immunitatem, soleant Episcopi coadiuvare propriis Edictis Principum sæcularium Proclamata, ut fecit S. Carolus Borromæus prohibens, ne Oriza seminaretur: aliiq. ne Linum prope Urbem madesieret, ob periculum aeris inficiendi. Et pluries ordinavit Sacra Congregatio, præsertim rescribendo Nuntio Neapolitano *die 7. Septembris* 1591. & 23 *Augusti* 1593. ac Episcopo Parmensi *anno* 1599.

Quæ cum ita sint; statutum Magistratus Sæ- 213
cularis, etiam generaliter, & absque expressione Regularium, aliorumque Ecclesiasticorum, de non introducendo in civitatem, ab eaque non extrahendo frumento, vino &c., ex defectu potestatis, immo & voluntatis statuentis, quo ad vim coactivam illos neutiquam comprehendit: immo neque quoad vim directivam, utpote Ecclesiasticæ libertatis eversivum: sicque illi contraveniendo Regulares, nequeunt ulli pœnæ, in eo a Magistratu sæculari dispositæ obnoxii esse.

Quandonam autem statuta laicorum censenda sint Ecclesiasticæ immunitatis eversiva, nonnullis veluti generalibus regulis assignatis, præter adductam in probationem Minoris, insinuat *Diana p. 4. tr. 1. res. 55.* &

Prima est, quando Ecclesia, Ecclesiasticæque per- 214
sonæ prohibentur, aut impediuntur uti rebus, aut facultatibus, a Jure communi sibi concessis, *Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ n. 111. de constit. ibique Imola, & Butrius. Alex. lib. 1. cons. 121. & lib. 2. cons. 208. Tuschus tom. 5. concl. 342 n. 13., 19., & 137.* Quod probatur ex *dic. cap. Ecclesia S. Mariæ, ex cap. fin. de Immunitat. Eccles. in 6. & cap. Quanto 26. de privil.*

Secunda, quando diminuuntur, vel tolluntur 215
privilegia, Ecclesiis, & Clericis, a Deo, vel a summis Pontificibus, aut a sæcularibus Principibus concessa. *Cyrius, & Salicet. in auth. Cassa, & irrita, Bald. in l. Cunctos populos, Imola in cap. Novit n. 2. de Jud. ibique Abbas n. item 2. & Alex. lib. 1. cons. 209. n. 3.*

Tertia, quando personas Ecclesiasticas reddunt 216
timidiores, & laicos ad iis nocendum audaciores, *Angel. de Perusio in l. 1. §. Quæ oneranda ff. quarum rerum, & Bart. ibi cum Doctoribus passim in dic. cap. Eccles. S. Mariæ & Tuschus tom. 5. concl. 352. n. 39.*

Quarta, quando Ecclesiastici efficiuntur deterio- 217
ris conditionis, quam laici, *Felin. in dic. cap. Eccles. S. Mariæ n. 111. Pe:bius de Amortizat. c. 6. Zabarell. in cap. Pervenit n. 3. de Immunit.* Probaturque ex *cap. Quanto 26. de privil. & ex cap. fin. de Immunit. Eccles.*

Quinta, illa statuta sunt contra libertatem Ec- 218
clesiasticam, quæ sunt apta afferre Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis semper incommodum, *Felin. in dic. cap. Eccles. S. Mariæ n. 96.* Etiamsi indirecte incommodum afferant; & ipsamet statuta non disponant de iis, super quibus Ecclesia, vel Ecclesiastici specialia haberent privilegia, ut patet *ex c. Quanto 26. de privil.* & probat *Felin. ubi supra n. 104. & Tuschus n. 140.*

Sexta demum, addit *Diana p. 2. tr. 2. res. 65.*, 219
quando sumus in dubio, num aliquod statutum sit contra immunitatem Ecclesiasticam, tenenda est opinio, quæ favet Ecclesiæ: adeoque contra immunitatem censetur Ecclesiasticam statutum illud, quod Ecclesiæ non favet, ubi controversia est, num tale statutum sit, necne Immunitati Ecclesiasticæ contrarium, *cap. Fin. de sent. & re judic. & l. sunt personæ de relig. & sumpt. funer. Felin. in c. 1. n. 104. de const. Decian. lib. 3. cons. 80. n. 22. Bellet. disq. Cleric. p. 1. tit. 6. §. 4. n. 13. & alii.*

R E-

RESOLUTIO LI.

An procedere valeat adversus eumdem Magistratum sæcularem, ejusdemque Ministros, auferentes Frumentum, Vinum &c. regularium, quod contra generale statutum extra Territorium invenitur asportari.

220 POtestas Judicis regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus Principem laicum, ejusve Ministros, auferentes frumentum, vinum &c. Regularium, quod contra eorum statuta extra territorium invenitur asportari. Cum ex una parte talis ablatio, & retentio habeat rationem pœnæ, quam contra Ecclesiasticos nullo modo infligere queunt Judices sæculares, utpote vim coactivam non habentes ex dictis. Et ex alia parte, ut hi nullam habent jurisdictionem in personas Ecclesiasticorum, ita neque in eorum bona; cum bona sequantur personam. Ita *Sperell.* 52. *n.* 59. *& Diana p.* 6. *tr.* 8. *& Misc.* 3. *ref.* 4. *n.* 19. Qui proinde olim respondit, Ædilem Civitatis non potuisse Vinum, quod Clericus recollectum ex suo prædio per alium in Taberna vendebat, quia malum erat, in via publica vertere: sed in tali casu debuisse ad Judicem Ecclesiasticum recurrere, & interim laico Venditori ordinare, ne vinum illud venale haberet; ut refert *loc. mox. cit. Diana.*

RESOLUTIO LII.

An procedere valeat adversus eosdem, eo quod famulos vexent regularium, asportantes de eorum mandato Frumentum, Vinum &c. extra Territorium.

221 POtestas Judicis regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus eumdem Principem Laicum, ejusve Ministros, vexantes Famulos, Colonos, aliosve regularium servos, qui de eorum mandato Frumentum, Vinum, &c. extra Territorium asportant; Cum id, saltem indirecte, sit contra libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam: & in Bulla Cœnæ Domini excommunicentur, etiam agentes indirecte, contra libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam. Atque ita *Clarlin. Controv. Forens. lib.* 5. *c.* 31. *& Sperell. decis.* 12. *n.* 61. *& decis. n.* 7. testans, ita sæpe respondisse Sacram Congregationem Immunitatis. Et sane operarii, obedientes Mandato Conductoris in re, quæ de sui natura non sapit delictum, ad nihil tenentur, juxta *Glossam in l. in rem §. Signum ff. de rei vendic.* cui adhærent omnes, teste *Decio in l. Ville de reg. Jur.* Rursus Ministri Regularium sicut & aliorum Ecclesiasticorum nullum Jus habent in re, quam de suorum Dominorum jussu extrahunt; sed eorum Domini, Ecclesiastici, & regulares. Unde judicium non substantiatur in eis, sed in religiosis, aliisve Ecclesiasticis Dominis, quorum agunt negotium. Ergo causa non ad Judices laicos, sed ad Ecclesiasticos pertinet. Videatur *Sperell. decis. citatis.*

RESUTIO LIII.

An procedere valeat adversus eosdem, exigentes pœnas a Regularibus, eo quod Vinum, Frumentum &c. vendant ultra taxam, statutam a Principe: vel iis vendendis falsis mensuris utantur.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, at-
tento Jure novissimo, extendit se adversus 222
eumdem Principem laicum, ejusdemque Ministros,
exigentes pœnas in lege præscriptas, a Regularibus,
Frumentum, Vinum &c. ultra taxam ab eodem
Principe Statutam, vendentibus: aut iis vendendis,
falsis mensuris utentibus. Cum ad id laici Princi-
pis nequeat se potestas extendere, ut docent pas-
sim Doctores cum *Vigiano de Immunit. Eccles. disp.*
2. *concl.* 5. *Vasquez in* 1. 2. *tom.* 2. *disp.* 167. *c.* 4.
39. *&* 40. *Salas de leg. disp.* 14. *sect.* 9. *n.* 106 *Bar-*
bos. in Collect. tom. 5. *lib.* 3. *Decret. tit.* 17. *cap.*
Ut Mensuræ de Empt. & Vendit. Diana p. 5. *tr.* 2.
resol. 72. *&* 75. *& p.* 4. *tr.* 1. *resol.* 8. *p.* 5. *tr.* 1.
resol. 6. *& alibi.* Quia etsi Regulares, ceterique 223
Ecclesiastici teneantur servare pretia rerum, ut
docent *Salonius tom.* 2. *in* 2. 2. *q.* 77. *art.* 1. *con-*
trov. 10. *Molina* 1. *tr.* 1. *disp.* 31. *n.* 13. *Sotus de*
Justit. lib. 1 *q.* 6. *art.* 7. *Navarr. in Man. c.* 23.
n. 887. *& alii*: sicut & legibus civilibus obedire
in iis, quæ ad regimen Civitatis spectant, & Sa-
cris Canonibus, ac Ecclesiasticæ libertati, & im-
munitati non repugnant: cujusmodi sunt leges
circa pretia rerum, circa mensuras vendendi, &
similia, teste *Villalobos in summ. tom.* 1. *tr.* 2. *dif-*
fic. 31. *Diana p.* 4. *tr.* 5. *resol.* 51. *n.* 3. *& aliis*
passim, ita ut si vendant ultra pretium, juste a
Republica taxatum, aut in vendendo falsis men-
suris utantur, mortaliter peccent, non secus, ac
Laici, & ad restitutionem teneantur, ut docent
Syl. v. Lex q. 15. *Salonius ubi supra, Molina loc. cit.* 224
n. 15. *& alii communius*, quos citat, & sequitur
Diana p. 5. *tr.* 2. *resol.* 8., non tenentur ta-
men vi coactiva, sed mere directiva, non vi le-
gis, quatenus civilis est; cum jus non habeat in
Ecclesiasticos; sed vi juris naturalis, quod dictat,
vendendas fore res justo pretio, cujusmodi est il-
lud, a Principe taxatum: & in rebus vendendis
adhibendas mensuras, a Republica statutas; ideo-
que non possunt a Judice sæculari, ubi regulares
deliquerint, puniri. Unde *Azor. p.* 1. *lib.* 5. *c.* 13. *q.* 4.
[Clericus (ait) suum Vinum, vel frumentum
cogitur jure naturali, non civili Principis lege
tantidem vendere: Laicus vero eodem pretio ven-
dere non solum naturali, sed etiam civili jure
compellitur. Et hinc est, ut si Principis lege pœ-
na statuta sit in eos, qui pluris venderent, ejus
pœnæ laicus sit reus, non Clericus. Quod si Prin-
ceps expresserit, ut ea pœna afficiantur etiam Cleri-
ci, qui pluris vendiderint, nihil valet ex ea parte
lex: quia pœnam statuit in eos, a quibus eam exi-
gere, & sumere non potest.] Hactenus *Azor.* Et 225
nedum a Judice sæculari, sed neque ab Ecclesiasti-
co puniri debent pœna illa, a Judice laico imposita,
utpote lata a non habente potestatem, sed alia ip-
siusmet Ecclesiastici Judicis arbitrio, ut ex *Salas*
disp. 14. *de legib. Sect.* 10. *n.* 112. monet *Diana ref.* 25.

RESOLUTIO LIV.

An procedere queat adversus Magistratum sæcularem, ejusque Gabellarios, Exactores &c., exigentes gabellas, impositiones, contributiones, tributa &c. ex bonis Novitiorum, qui nec Clericali tonsura sunt initiati.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, at- 226
tento Jure novissimo, extendit se adversus

Magiſtratum Sæcularem, ejuſque Gabellarios, Exactores, Officiales &c. exigentes gabellas, impoſitiones, contributiones, tributa, aliaque id genus onera ex bonis Novitiorum, qui nec Clericali tonſura ſunt initiati. Cum Novitii ex vi ſui Novitiatus a prædictorum ſolutione ſint immunes, ut recte docent *Sanchez lib. 6. Mor. c. 10. n. 16. Molin. tom. 3. Diſp. 672. n. 2. Mena lib. 2. var. q. 25. n. 197. Pegr. de Prælato q. 3. c. 1. §. 4. n. 131. Lezana tom. 1. c. 24. Diana p. 1. tr. 2. reſol. 37.* & alii apud ipſos. Contra *Rodriq. tom. 3. q. 74. art. 9. Guttier. de Gabellis*
227 *q. 95. n. 35. & Laſſarte de decim. vendit. c. 19. n. 50.* Et rite quidem; tum quia Novitii, cum ſint pars communitatis Eccleſiæ, tamquam perſonæ Eccleſiaſticæ reputandi ſunt; adeoque immunes a ſolutione gabellarum, & a quibuſcumque aliis impoſitionibus, contributionibus, tributis &c. & quidem nedum mere perſonalibus, ſed quoad bona etiam patrimonialia, quemadmodum reliquæ perſonæ Eccleſiaſticæ. Tum etiam, quia Novitii gaudent privilegio fori, ex dictis *Reſolut. 43. nu. 573.* Item privilegio Canonis ex dicendis *Reſolut. 69. n. 310.* per *cap. Religioſo de ſentent. excomm. in 6. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 17. n. 12. Angel. v. Novitius n. 2. Filliuc. tr. 15. n. 14. Portel v. Novitius n. 35.* Immo & aliis Religioſorum privilegiis gaudent Novitii, ut firmant Doctores paſſim. Ergo & privilegio Exemptionis a gabellis, aliiſque impoſitionibus, contributionibus, & oneribus quibuſcumque.

RESOLUTIO LV.

An tueri queat Regularibus utriuſque ſexus, eorumque Monaſteriis &c. membris, ac dependentiis, terris, poſſeſſionibus, &c. ſicut & laboratoribus, Colonis, Locatariis, Affictuariis &c. immunitatem ab omnibus exactionibus, datiis, Gabellis &c.

228 POteſtas Judicis Regularium Conſervatoris, attento Jure noviſſimo, extendit ſe ad tuendam Regularibus utrinſque ſexus, eorumque Monaſteriis, Cœnobiis, Domibus, Conventibus, Eccleſiis, Capellis, Oratoriis, aliiſque locis, etiam unitis, ac membris, & dependentiis, necnon terris cultis, & incultis, poſſeſſionibus, prædiis, agris, aliiſque omnibus, & ſingulis mobilibus, & immobilibus, ac ſe moventibus, & ubilibet, ac quibuſcumque in rebus conſiſtentibus bonis, nec non eorum in dictis bonis laboratoribus, Colonis, Arrendatariis, Locatariis, & Affictuariis, negotiorumque ſuorum geſtoribus univerſis, quomodolibet nuncupatis in perpetuum immunitatem ab omnibus, & ſingulis Exactionibus, tam Urbanis, quam ruſticis, nec non Datiis, Gabellis, Pedagiis, Vectigalibus, Collectis, Impoſitionibus, & oneribus Ordinariis, & extraordinariis, ac tam realibus, quam perſonalibus, meris, & mixtis, etiam Subſidio triennali, & augmento, ac facultatibus, equorum taxis, militumque hoſpitiis, ac alias quibuſcumque nominibus nuncupatis, quavis auctoritate quomodolibet imponi conſuetis, impoſitis, aut imponendis, ac ratione quarumcumque mercium, & rerum cujuſcumque generis, vel qualitatis exiſtentium, tam per mare, & aquam dulcem, quam per terram, undecumque, & quomodocumque pro tempore delatarum, nec non animalium quorumcumque mortuorum, & vivorum, & quæ alias quomodolibet, & ex quavis cauſa, & ſuper quibuſcumque rebus, tam in Alma Urbe, quam extra eam ubilibet locorum exiguntur, & in futurum exigentur; nec non a Contributionibus, & ſolutionibus in illis faciendis, ac tam pro victo, ac veſtitu, quam quocumque alio uſu ſuo tantum, ac tam emendo, quam vendendo, & alias quomodolibet negotiando: nec non etiam a ſolutione quadrantis pro ſingulis libris carnium, de Animalibus, quæ nunc & pro tempore ex armentis occidi contigerit; nec non etiam, quæ in ſuis ædibus, prædiis, & poſſeſſionibus privatim detinent, ac nutriunt, ac contributione ſumptuum, & expenſarum, quæ aliquando pro pontibus, & viis, aquæductibus, muris, mœnibus, aliiſque machinis ſtruendis, & reparandis, ſeu reficiendis; ac civitatum, terrarum, & locorum quorumcumque fortificationibus &c. ut allatis verbis diſtrictius, etiam in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub Pontificiæ indignationis, ac excommunicationis majoris latæ ſententiæ, ac duorum millium Ducatorum auri de camera, pro una Baſilicæ Sancti Petri de Urbe, & pro altera medietatibus ſingulis Monaſteriis, & locis præfatis, quæ moleſtari, ſeu perturbari contigerit, irremiſſibiliter applicandorum pœnis eo ipſo, & quoties contrafactum fuerit incurrendis præcepit in favorem Mendicantium Sanctus Pius V. in
Bulla, quæ incipit: [Ad Uberes.] *die 29. Julii* 229
1566. Atque addit Clemens VII. in favorem Ordinis Sancti Joannis Hieroſolymitani penes *Compendium privilegiorum noſtræ Societatis v. Exemptio §. 7.* etiamſi forſan eatenus per abuſum, ſeu alterius privilegium, vel negligentiam, etiam per longiſſimum tempus taliter obſervatum non fuiſſet. Idem præſcripſere alii Summi Pontifices in favorem Exemptionis Regularium a recenſitis oneribus, ut videre eſt in laudato *noſtrorum privilegiorum Compendio dic. v. Exemptio §. 4. 5. 6. 7. 8.* & 9. Sed circa relatam Bullam Sancti Pii V.

Sorbus in Compend. pag. 541. notat, quod licet 230
privilegia, a Sancto Pio V. Ordinibus mendicantibus conceſſa, per Gregorium XIII. fuerint revocata in Bulla *incip.* [In tanta.] Et quoad alia privilegia ab aliis Pontificibus conceſſa præfatis Ordinibus facta ſit reductio ad illum ſtatum, in quo erant ante Concilium Tridentinum, exceptis iis, quæ ipſi Concilio manifeſte adverſantur; hæc tamen Piana Conceſſio tam clara, & ampla, nulla ex parte fuit ablata, imminuta, aut alterata; cum in hujuſmodi rebus Epiſcoporum Juriſdictio, cui Gregorius XIII. in illa ſua revocatione voluit conſulere, nedum non tollatur, aut minuatur, ſed potius confirmetur, ac roboretur.

RESOLUTIO LVI.

An teneatur iiſdem Immunitatem a Tributis, aliiſque id genus oneribus, etiam ratione bonorum patrimonialium.

POteſtas Judicis Regularium Conſervatoris, at- 231
tento Jure noviſſimo, extendit ſe adverſus Magiſtratum Sæcularem, exigentem a Regularibus tributa, & alia id genus onera, ſaltem ratione bonorum Patrimonialium, quæ poſſident. Cum ad ea Regulares minime teneantur, ut liquet tum ex deciſione Rotæ facta 1630. *coram Merlino*, tum ex Bullæ Cœnæ excommunicatione, lata *can.* 18. contra eos, qui talleas imponunt, ac onera bonis Clericorum, ac Eccleſiarum, & Beneficiorum: bona ſiquidem Clericorum, ut diſtincta a bonis Eccleſiarum, ſicut & a bonis beneficiorum, nequeunt eſſe alia, niſi bona patrimonialia; ergo bona etiam patrimonialia Regularium gaudent privilegio Immunitatis, quemadmodum

dum bona earumdem Ecclesiarum, & beneficiorum Ecclesiasticorum. Atque ita *Pelliz. tom. 2. Man. tr. 8. c. 7. sect. 3. n. 144.*

RESOLUTIO LVII.

An iisdem Regularibus tueatur immunitatem a gabellis in venditione suorum librorum, propriis eorumdem sumptibus impressorum.

232 POtestas Judicis Regularium, Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus eumdem Magistratum, exigentem gabellas a Regularibus, imprimeotibus libros, a se compositos, propriis sumptibus, illosque veodeotibus: cum Regulares possint libere eos vendere, & asportare vendendos, quocumque voluerint; absque eo, quod alicubi gabellas solvaot, ut docent *Pasqualig. tom. 2. q. 73. Pelliz. supra num. 535. & alii*, ex communi Doctorum sententia. Et saoe dicti libri, quaodiu maneut sub dominio Regularium, sunt bona Ecclesiastica, seu bona Ecclesiasticorum, sive bona eorumdem patrimonialia reductive: &, ut talia, exempti a jurisdictiooe Magistratus Sæcularia, qui illos gravare non potest gabellia, earumque exactione, citra excommunicationem latam in suprad. *Can.* 18. Bullæ Cœnæ.

233 Addit laudatus *Pasqualigus n. 6.* id procedere, etiamsi dicti libri ab Impressoribua propriis expensis editi sint, sed nooonulla eorum eaemplaria Regularibua ab ipsismet Typographia donata: cum hæc etiam, ubi sint Regularibus consignata, inter eorum bona recenseantur.

RESOLUTIO LVIII.

An tueatur iisdem privilegium immunitatis a tributis, exationibus, aliisque gravaminibus, non obstante immemorabili etiam consuetudine in oppositum.

234 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus eumdem Magistratum Sæcularem, exigentem tributa a Regularibus: vel contra eosdem inducentem exactiones, & gravamioa prætextu consuetudinis, etiam immemorialia. Cum ex una parte adversetur privilegium Clementis VII. supra insinuatum in favorem Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, illum eximens a quacumque collecta, seu contributione &c. etiamsi forsan eatenus per abusum, seu alterius privilegium, vel negligentiam, *etiam per longissimum tempus*, taliter observatum non fuisset. Et ex altera parte Regulares sint a tributis, exactionibua, aliisque id geous gravaminibus exempti, & quidem vel jure divino secundum communem Canonistarum, & Civilistarum sententiam, aut saltem jure positivo humano. In iis autem, quæ sunt Juris divini, con-
235 suetudo nullam habet vim. Quemadmodum nec vim ullam habet in proposito, si eaemptio Regularium dicatur taotum esse Juris positivi. Quod sic ostenditur: Consuetudo, cui lex resistit, illam improbando, nullam habet vim, *Fel. in cap. Accedentes de præscript. post Column. 4. Fallent. 3. Abbas in cap. cum ex Officii eod. tit. Franciscus Bald. de præscript. in 5. part. quintæ principalis, q. 9. & alii.* Et rite quidem; cum irrationabilia dicatur illa coosuetudo, quam leges improbant, ut ex variis Juribus convincit *Gloss. in cap. fin. de Consuet. & ibid. Doctores*: Sed lex tam Canonica, quam Civilis improbat consuetudinem adversus libertatem ecclesiasticam: illamque nullam vim habere decernit, quæ Ecclesiis, earumque Ministris gravamen inducit, ut liquet ex *cap. 1. de consuet. arg. cap. Quamquam de Consuet. in 6. cap. 1. de jurejur. eod. lib. & cap. Etsi pignorationes de injuriis ibid. & ex Auth. Cassa Cod. de Sacrosant. Eccles.* Unde *Navarr. in Man. c. 27. n. 72.* 236
notat, censuras Bullæ Cœnæ includere omnes, etiam Imperatores, & Reges, & Universitates, nullamque consuetudinem, etiam immemorabilem, nullamque præscriptionem etiam longissimam contra eas prodesse. Additque *Magala cum aliis in cons. 72. n. 4.* quibus adhæret *Pignatell. tom. 1. cons. 49. n. 17.* quod Bulla Cœnæ Domini nedum tollat quamcumque consuetudioem, etiam immemorabilem, sed etiam clausulam contineat, quæ titulum, & possessionem inficit, & destruit: atque ita decrevisse, concludit, *Rotam Romanam 10. Septembris 1598.*

RESOLUTIO LIX.

An procedere valeat adversus Magistratum Sæcularem, exigentem propria auctoritate a Regularibus gabellas, animo restituendi illas in fine anni.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, at- 237
tento Jure novissimo, extendit se adversus eumdem Magistratum Sæcularem, propria auctoritate exigentem a Regularibus gabellas, animo restituendi illas in fine anni, aut aliquo alio certo tempore; idque servare profitentem ad evitandas fraudes publicaoorum, exigentium ipsas gabellas: Cum talis gabellarum exactio, & post anoum restitutio io non modicum cedat gravameo Ecclesiasticorum, ut facile consideranti patebit; sicque læsiva sit immunitatis Ecclesiasticæ. Ita *Alter. de cens. tom. 1. d. 19. lib. 5. c. 3.* ubi sic habet: [Notandum est, non excusari ab hac censura, qui exigunt, vel maodant, exigi hujusmodi gabellas a Clericis, animo restituendi io fine aoni; quantumvis profiteantur, hunc modum servare, causa evitandi fraudes publicaoorum, exigentium gabellas. Et ratio est, quia coguot antea ad solvendum: & hoc est magnum onus, & incommodum Clericis.] Ita etiam *Duardus in Bull. Cœn. lib. 2. Can. 18. q. 15. n. 7.* ubi addit: [Qui supradicto animo hæc onera a Clericis exiguot, si volunt effugere hujus censuræ vinculum, in fioe anni curent ipsis Clericis restituere aliquid plus supra id, quod exegernot, recompeosatiooem dicti incommodi, & ioteresse.] Ita pariter *Diana p. 1. tr. 2. res. 45, ubi n. 2.* excusans Civitatem Paoormitanorum, io fioe anoi pro victualibus solvens Clericis, ut vulgo dicitur, *lo scasciato*, hæc habet: [At his non obstantibus, puto sine ullo scrupulo nostram Civitatem hanc consuetudinem observare: quia totum hoc factum fuit, & efficitur ex concordatis, factis cum Episcopis, consentientibus, & volentibus ipsis Clericis: non autem renuntiantibus privilegio, sed sustineotibus, ejus effectum differri in tempus, quod proxime sit magis opportunum sine ullo onere, & interesse.] Ita demum *Pelizz. tom. 2. Man. tr. 8. c. 7. sect. 4. q. 15. num. 151. cum doctis recentioribus a se consultis*, respondens in facti contingentia; quam deinde responsionem confirmavit Urbanus VIII. præscribens Communitati Ferrariensi, ne talem modum gabellæ induceret contra Ecclesiasticos, absque ipsorum consensu.

RESOLUTIO LX.

An valeat contra eumdem procedere, tributa, collectas &c. exigentem a Colonis, seu Affictatoribus prædiorum Regularium.

238 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, at-
tento Jure novissimo, extendit se adversus
eumdem Magistratum, exigentem tributa, colle-
ctas, aliaque id genus onera, saltem a Colonis,
seu Affictatoribus prædiorum Regularium; cum
dicti Coloni, seu Affictatores ad eas non tenean-
tur. Atque ita *Abbas lib. 1. Conf. 9. n. 2. & in c. ex
parte il primo n. 4. & 5. de decim. Menocbius lib. 2. de
arbitr. cas. 562. n. 46. Peyr. tom. 1. privil. Minim. Constit.
2. Julii II. §. 33. n. 142. Diana p. 3. tr. 1. res. 19.
Pellizz. tom. 2. Man. tr. 8. c. 7. sect. 3. p. 8. n. 341. Tam-
bur. de Jur. Abb. tom. 1. disp. 15. q. 21. n. 9.* ubi sic
habet: [Privilegia hæc exemptionis a Gabellis,
Datiis &c. cum sint realia, transeunt ad Colonos
eorumdem Regularium: quia eorum bona, &
prædia privilegiata sunt: & exempta ab onere
solvendi gabellas, & similia.] Utque addit *Pellizz.
loc. cit.* vix contingere potest, quod Coloni gra-
ventur oneribus, quin indirecte graventur etiam
239 Domini. Quamobrem S. Pius V. in sua præcit.
Bulla incip. [Ad uberes] eximit nedum Fratres,
Monachos, Moniales, aliasque regulares personas,
eorumque Monasteria, Cœnobia, Conventus, Ec-
clesias, Capellas, Oratoria, & alia loca ac terras,
possessiones, prædia, agros, & bona; verum etiam
laborantes, Colonos, Arrendatarios, Affictuarios,
ac gestores suorum negotiorum, ab omnibus exa-
ctionibus, tam urbanis, quam rusticis, necnon da-
tiis, gabellis, pedagiis, vectigalibus, collectis, im-
positionibus, oneribus ordinariis, & extraordina-
riis, ac tam realibus, quam personalibus, meris,
& mistis &c. tam impositis, quam imponendis &c.
240 Notat tamen *Diana ubi supra cum Filliuc. tom. 1.
tr. 16. c. 11. n. 302.* concedi posse, præfatos re-
gularium Colonus teneri, gabellam solvere ex fru-
ctibus collectis, si eosdem deferant de loco ad lo-
cum, aut illos alienent: cum tunc sint bona lai-
corum, simpliciter loquendo, & non pertineant,
neque indirecte, ad Regulares.

RESOLUTIO LXI.

An valeat contra eumdem procedere, exigentem a Colonis, seu Affictatoribus prædiorum Regularium gabellam fructuum, adhuc ex arboribus pendentium: aut qui dumtaxat sunt in flore.

241 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, at-
tento Jure novissimo, extendit se adversus
eumdem Magistratum Sæcularem, exigentem a
Colonis, seu Affictatoribus prædiorum regularium
gabellam fructuum, adhuc ex Arboribus penden-
tium: aut qui nondum sunt efformati, sed dum-
taxat sunt in flore; quam Siculi *gabellam floris*
nuncupamus. Cum ad eam præfati Coloni mini-
me teneantur, ut contendit *Diana p. 3. tr. 1. resol.
19. n. 4.* Quia quando Gabelloti dictam gabellam
taxant, & pretiant, fructus nondum est a solo
Ecclesiastico, immuni a gabella, separatus. Unde
*Carolus de Grassis de Effectib. Cleric. effect. 3. n. 90.
apud laudatum Dianam* refert, in facti contingentia
fuisse decisum Panormi pro Emptoribus fructuum
pendentium cujusdam viridarii religionis Hieroso-
lymitanæ contra Gabellotos, qui prætendebant jus
Gabellæ ab ipsis Emptoribus: idque quia fructus
nondum erant a solo, tempore venditionis, se-
parati.

RESOLUTIO LXII.

An valeat contra eumdem procedere, tributa, & collectas exigentem ab iis, qui bona Regularium receperunt in Emphyteusim.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, at- 242
tento Jure novissimo, extendit se adversus
eumdem Sæcularem magistratum, exigentem tri-
buta, & collectas ab iis, qui bona regularium
receperunt in Emphyteusim. Cum nullatenus te-
neantur Emphyteutæ, ut contra *Avendanum de
exeq. man. lib. 2. c. 14. n. 33. Thalascum de Jur.
Emphyt. q. 17. a n. 11. Garocium de locato q. 25. a
n. 43. Rolandum lib. 4. Cons. 61. n. 14. & 15. &
alios*, contendunt *Diana p. 4. tr. 1. resol. 24. Pel-
lizz. tr. 8. c. 7. sect. 3. q. 9. n. 143. & alii, quos ci-
tat, & sequitur Felicianus de Solis tract. de cens. tom.
2. in addit. lib. 1. in præfat. a n. 1.*, ubi refert:
[Ita sæpius decisum fuisse Complutii pro Collegio
D. Idelfonsi, & pro monialibus S. Claræ: & ita
(ait) Rectorem Academiæ excommunicationis mu-
crone Emphyteutica Collegii bona defendere, ac
liberare a quacumque impositione; idque vidi fre-
quentissime observatum.] Hæc *Felician.* & rite 243
quidem; nam licet Collectæ exigerentur ab Em-
phyteuta, qui supponitur laicus, adeoque obno-
xius gabellis, & collectis, & ratione dominii uti-
lis, nempe pro fructibus, qui sunt sub dominio
non Ecclesiæ, sed ipsiusmet laici Emphyteutæ;
semper tamen, saltem indirecte, talis exactio in
damnum redundaret Regularium, eo quod cogeren-
tur minori pretio tradere prædium suum in Em-
phyteusim. Quod confirmari potest ex *decis. Rot.
die 28. Maji anno 1631. coram Merlino*, quam per
extensum refert *Antonius de Marinis Quotid. resol. c.
207. a n. 4.* Sacra etenim *Rota* duo inter alia de-
cidit ad rem nostram: primum, ratione connexi-
tatis dominii utilis cum directo, Emphyteutas Ec-
clesiæ non teneri ad Collectas, & onera realia,
per statuta laicorum super rebus, & bonis impo-
sita. Secundum; Judicem Ecclesiasticum esse com-
petentem ad cognoscendum laicum pro re, quam
in Emphyteusim tenet ab Ecclesia. Quam senten-
tiam tenent etiam *Diana p. 4. tr. 1. res. 56.*, &
alii.

Atque hic notat *Diana cit. res. 24. a n. 3. ex Feli- 244
ciano, ubi supra; & tom. 1. lib. 1. c. 10. n. 5. & 15.*,
quæ diximus de Emphyteuta, non procedere in
Censuario, neque circa Emphyteutam redimibi-
lem; cum si Ecclesia, vel persona privilegiata do-
mum, agrum, vel vineam concederet in censum
Emphyteuticum redimibilem, debitor census, præ-
diique possessor non gauderet privilegio: quia in
hac forma conventionis nullum dominium penes
Ecclesiam, aut personam privilegiatam remaneret,
sed solum jus recipiendi pensionem annuam.

RESOLUTIO LXIII.

An procedere valeat adversus eumdem, exigere contendentem suo generali statuto, ad communem laicorum, & regularium utilitatem lato, publicamque Reipublicæ necessitatem, a regularibus ipsis tributa, collectas, exactiones &c.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, at- 245
tento Jure novissimo, extendit se adversus
eumdem Magistratum exigere contendentem suo
gene-

generali statuto, ad commuoem laicorum æque, ac regularium ipsorum otilitatem, sut ob orgentem Reipublicæ oecessitatem edito, a regularibus tributa, collectas, exactiones, vectigalis, gabellas, aliaque id genus ooera, seu ordinaria, sive extraordinaria: Cum ab eorum solutione sint exempti regulares, etiamsi ob publicam Reipublicæ necessitatem, communemque Laicorum, & regularium ipsorum utilitatem imponatur, ita ot quaeumque necessitate, etiam belli, famis, pestis emergente, nihil ab eis, vel bonis ipsorom exigi queat, nisi tandem aliqoando certæ, a Sacris Canonibus conditiones oecessitatis requisitæ purifieeotur. Est senteotia *Canonistarum* communissima ex compluribus Sacrorum Crnonum testimoniis, præsertim ex *cap. Non minus 4. hoc tit. cap. Adversus 7. eod. & Extravag. Quod olim eod.* ubi nonnullæ conditiones præseribuntur ad hoc, ut Ecclesiastiei ad sublevandas communes necessitates cootriboere teneantur. Et sane, nt bene advertit *Guttierez de Gabell. q. 87. per tot.*, si Regulares, aliæque personæ Ecclesiasticæ, ipsorumque bona, immonitate reali, & Personali taotnm extra casnm oecessitatis communis, publicæque utilitatis, fruereotur; prrum ipsis prodesset laudata immuoitas; cum tributa, collectæ, exactiones &c. nonnisi ob bonum commune, publicamque utilitatem imponi valeant; & Principes Sæculares in quovis casn commune bonum, publicamque utilitatem faeile allegatent.

246 Sunt nntem hujusmodi eonditiones, a Sacris Canonibus requisitæ. Prima, necessitar, vel utilitas, non qualiscumque, sed gravis, *Fagnan. in c. Non minus n. 25. de Immunit. Ecclef. Butr. ibid. n. 8.*, dieens *Maximam* requiri necessitatem, aut utilitatem. *Pirbing. eod. n. 72., aliique communiter ex cit. cap. Non minus & cap. Adversus*, ibi: [Nisi tantam necessitatem, vel utilitatem perspexerint.]

247 Secnnda, gravis necessitas, vel utilitas, laicis æque, ac Ecclesiasticis communis, utrosque proinde, non solos laicos, concernens, *Abb. in c. fin. de Vita, & honest. & in c. Non minus 4. hoc. tit. n. 18.* testans, ita sentire ntriusque Juris illuminatores, *Fagnan. ibid. arg. cit. duobus cap. 4. & 7.* ibi: [Commnnes necessitates, & utilitates.]

248 Tertia, ut ad sublevandrm præsrtam gravem, commnnemque necessitatem, Laicorum facultates satis non sint, *dic. cap. Non minus*, ibi: [Ubi laicorum non suppetunt facultates.] *Et cap. Adversus, ac Extravag. Quod olim de Immunit. Eccles.* Unde advertit *Diana p. 5. tract. 1. resol. 11.* priusquam ad Ecclesiastica deveniatur, nedum bona communia Reipublicæ, ac Communitrtum laicalium etnnt discutienda; sed singulorum etiam civium, non quidem physice, sed moralitet. Quod idem advertit *Pignatell. tom. 3. consul. 15. n. 33.* id eonvineens ex variis Pontificum indultis, ad instantiam Sæcolarinm, pro eorumdem favore concessis tempore neeessitatis, seilieet Urbani VIII. pro Dueatu Mediolanensi apud *Marchin. de Peste p. 4. c. 4. n. 29.* & pro Civitate Panormitana apud *del Bene de Immunit. c. 5. dub. 20. n. 7.* sicut & Clementis VIII. pro Florentinis apud *Martham de Jurisdict. p. 4. centur. 2. cauf. 1. n. 49.* in quibus Summi Pontifices Nuotiis, & Ordinariis mandant: [Ut discussis prius facultatibus Communitatum, ac Universitatum, & hominum, sive Laicorum, & his inventis noo sufficere, eogant Ecclesias, & Ecclesiasticos ad contributionem faciendam.] Quamobrem minus bene *Palaus p. 5. tom. 2. disp. unic. pun. 9. n. 9. & Pirbing n. 72.* contendunt, attendendas, & discutiendas esse communes dumtaxat Civitatum, & locorum facultstes, non etiam partieulsres siogulorum Civium; illisque non sufficientibus, ad Ecclesiastieos devenieodum. Ut enim bene advertit *Pignatell.*, eum plerumque Communia Civitatum, aliorumque locorum æraria, non tam pinguia sint, ut ad sublevandas extraordinarias, gravesque necessitates belli, vel alterius easus suppetant; si vera esset *Palai*, & *Pirinphi* sententia, faeile privilegium Clericorum frustraretur. Legatur *Pignatell. loc. cit.* sicut & *Nicolaus Botr. decif. 133. 534. 135. & 536.*, ubi late de hae conditione differit.

Quarta, ot Episcopus simul eum Clero prius conferat, deliberet, exrminet, ae jndicet, num ex parte Reipublicæ tanta sit communis necessitas, & utilitas; ac ex parte laicorum tantus faeultatum defectus, ut de bonis quoque Ecelesiarum, & Ecclesiasticorum personarum succurrendum videatur, *cit. cap. Non minus*, ibi: [Nisi Episcopus, & Clerus tantam necessitatem, vel utilitatem aspexerint, & ubi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per Ecclesias existiment conferenda] Et *dic. c. Adversus*, ibi: [Si Episcopus simul cum Clero tantam perspexerint necessitatem &c.] Atque hic duo notanda: 249

Primum, cognita tali necessitste, non esse amplius in arbitrio Episcopi, & Cleri, ad contribuendum consentire, vel dissentire, sed consentire tenentur; eum, ut bene notat *Pignatell.* supra, per allegata Jura non tribuatur eis potestas consentiendi, vel dissentiendi; sed dumtaxat cognoscendi, ac judicandi, an revera gravis, communisque necessitas tanta adsit, ut laicorum facultates non suppetant. Quamvis possint, habita tali necessitate, immo debeant, actualem contributionem differre, donee Romanus consulatur Pontifex, juxta mox dicenda. 250

Secundum; Nomine *Cleri* venire non solum Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, sed totum Dioeceseos Clerum, ut volunt *Panormit. in dic. cap. Non minus n. 5. Fagnan. n. 23. Barb. n. 7. Bellet. disquisit. Cleric. p. 1. tit. exempt. Cler. §. 2. n. 5. Pignatell. n. 34.*, afferens decisionem Rotæ, *Pelizz. tr. 8. c. 7. sect. 3. n. 136. fin. & Doctores communiter*, ex eo moti, quod ex una parte concursus Cleri hie pro Forma requiratur: & ex altera quod omnes tangit, ab omnibur debeat approbari, *cap. Quod omnes 29. de Reg. Jur. in 6. Contra Suarez lib. 4. de Immunit. Eccles. c. 26. n. 16. Palaum p. 2. tr. 12. disp. unic. p. 9. n. 8.* contendentes, sufficere deliberationem Episcopi eum Capitulo dumtaxat Cathedralis: quia nomine *Cleri* etiam Capitulum Cathedralis solet intelligi, *arg. cap. 5. de censib. ibique Gloss. in casu* & multarum dioecesum consuetudo integrom Clerum in hoc negotio non audit, sed solum deliberationem Episcopi eum Capitulo. 251

Quinta conditio a Sacris Canonibus requisita est, ut [propter imprudentiam quorumdam, Romanus Pontifex prius consulatur, eujus interest, communibur utilitatibus providere.] *dic. cap. Adversus cit. Extravag. Bull. Cœnæ §. 18. & Constit. 559. Urbani VIII. incip.* [*Romanus Pontifex*] *tom. 4. Bullar. Cherubini.* Et Doctores communiter, notantes *cum Abb. in cit. cap. Adversus n. 6. Pirbing. n. 72. Pignatell. tom. 3. cons. 55. n. 35. & aliis*, nedum laieos exigendo, sed Clericos etiam, sponte solvendo exactiones quascumque, sicut & Episcopos eoncedendo, ant eonsentiendo, ut solvantor, illicite, & invalide agere, nisi adsit consensus Papæ, *arg. Extravag. unic. de Immunit. Eccles.* Et merito quidem, cum nequeant Clerici privilegio rennntiare, in favorem totius Ordinis, & Status Clericalis concesso, *arg. cap. si diligenti 12. de for. compet.* Quemadmodum nequit Episcopus 252

pus eidem derogare, aut præjudicare cum nullam inferior in lege Superioris habeat potestatem, *arg. Clem. Ne Romani.*

253 Limitant tamen hanc conditionem *Abb. in dic. cap. Non minus n. 19. Sylvester verb. Immunitas 1. n. 20. Palans supra n. 7. Diana p. 5. tr. 1. resol. 11. Pirhing. n. 72. Pignatell. n. 73. & alii passim*, nisi periculum sit in mora, & Pontifex tam cito adiri non possit: quia tunc, si reliquæ conditiones adessent, sufficeret consensus Episcopi cum Clero, *arg. l. Tutor qui repertorum ff. de Administr. Tutor.* cum [Necessitas legem non habeat]: & [Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum.] Cap. Quod non est de reg. Jur. Sed quamvis hujusmodi necessitas facile contingere possit in exactione ad unum, vel alterum actum, aut ad breve tempus; si tamen longiori tempore perseveret, diutiusque contributio fuerit continuanda, Papa debet adiri, non obstante, quod sine consensu Papæ, urgente in mora periculo, fuerit incepta: cum enim quoad continuationem lex, non obstante necessitate, valeat adimpleri, ut supponitur; servanda est, eo quod causa excusans deficiat, ut optime advertunt Doctores citati.

254 Sexta demum, ut Contributio ab Ecclesiis, personisque Ecclesiasticis facienda, sponte, & sine ulla exactione, seu compulsione laicali fiat, *arg. cit. c. Non minus*, ibi [absque ulla coactione] & *dic. c. Adversus*, ibi [Absque ulla exactione prædicti laici humiliter, & devote recipiant, cum gratiarum actione.] *Fagnan. in cap. Non minus n. 31.*

255 *Pirhing. n. 72. & alii.* Quod si aliqua compulsione opus fuerit, eo quod personæ Ecclesiasticæ, urgente necessitate, & verificatis omnibus recensitis conditionibus, nollent contribuere; ea per eorumdem Ecclesiasticum Judicem facienda est, sive is sit Papa, sive Legatus de latere, sive Nuntius Apostolicus, sive Episcopus, sive Conservator Apostolica auctoritate designatus, ut notat *Molina tr.*

256 *2. disp. 672. n. 4. & ex eo Pellizz. tr. 8. c. 7. sect. 3. q. 5. n. 136.* addens *n. 137. ex Bonacina disp. 2. de Censuris in particulari q. 15. p. 4. n. 11. & aliis*, quod si ob temporis angustias, vel loci distantiam adiri non possit pro Ecclesiasticorum compulsione Ecclesiasticus Judex; tunc possit Judex sæcularis facere totum illud, quod recta ratio dictabit hic, & nunc esse faciendum, non quidem per modum jurisdictionis, ac superioritatis, quam habeat, vel acquirat in Ecclesiasticos ratione necessitatis occurrentis; sed per modum justæ, ac rationabilis defensionis, quæ potest unicuique privato competere. Quod enim jure naturæ cuicumque viro privato licitum est, ut possit se contra aggressores tueri, servato tamen moderamine inculpatæ tutelæ; negari non debet reipublicæ, ac laico Principi, modo adsit sufficiens necessitas, & debitum non excedatur moderamen. *Pellizzario* consentit *Pignatell. loc. cit. n. 37.* & una simul *Reiffenst. lib. 3. Decretal. tit. 49. §. 10. n. 261* quia necessitas non habet legem dic. *Cap. Quod non est de reg. Jur.* Immo tunc censetur adesse voluntas Papæ: subintratque jus naturale, quo Republica jus habet, ad se protegendum, etiam contra Ecclesiasticos, ubi hi nolint suis partibus satisfacere. Et sicut quivis privatus in casu extremæ necessitatis invadere potest, & accipere bona Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum, quæ sibi ad sublevandam necessitatem sunt necessaria; ita pariformiter Respublica.

Hæ sunt conditiones, a Sacris Canonibus ne-
258 cessario requisitæ ad hoc, ut ob communem necessitatem, & publicam utilitatem possint Ecclesiæ, Ecclesiasticæque personæ, & bona earum ad Tributa, Collectas, Exactiones, Contributiones, etiam extraordinarias, Vectigalia, Gabellas &c. obligari: sed ita conjunctim omnes concurrere debent, ut, si aliqua ex illis deficiat, nequeant Ecclesiæ, Ecclesiasticæque personæ, ac earumdem bona in casu communis necessitatis, publicæque utilitatis, de quo loquimur, ad prædicta Tributa, Collectas, Exactiones, Contributiones &c. obligari.

RESOLUTIO LXIV.

An denunciare valeat in pœnas Censurarum incursos exigentes a Regularibus, eorumque bonis, Tributa Collectas &c., aut ab iisdem, sponte dantibus recipientes: sicut & Regulares ipsos, sponte dantes, & concedentes.

Potestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se, ad denun- 259
tiandum in pœnas Censurarum incursos, quoquot a Regularibus, eorumque bonis exiguut; aut ab iisdem, etiam sponte dantibus, recipiunt: sicut & Regulares ipsos, sponte dantes, & concedentes, Tributa, Collectas, aliaq; id genus onera.

Et sane Concilium Lateranense sub Alexandro 260
Tertio in *cap. Non minus de Immunit. Eccles.* Excommunicationem fulminat adversus eos, qui Collectas imponunt, aliave onera Ecclesiis, aut Ecclesiasticis Personis [quorum nomine veniunt etiam Regulares:] sicut & adversus eorum Fautores, si moniti non desistant: a qua absolvi non poterunt, donec competentem satisfactionem præstiterint. Atque hanc Excommunicationem nedum adversus eosdem, imponentes Collectas & onera, eorumque Fautores intentat alterum Lateranense Concilium sub Innocentio Tertio in cap. *Adversus de Immunit.* innovando dispositionem *cap. Non minus*, verum etiam adversus eorumdem Successores in officio, nisi satisfecerint infra mensem; cum succedat in onera, qui succedit in honorem. Quamvis utrumq; Concilium nemini præfatam Excommunicationem reservet.

Bonifacius Octavus in *cap. Clericis de Immun.* 261
Eccles. in 6. eamdem Excommunicationem, sed Papæ reservatam intorquet adversus eusdem, imponentes Ecclesiis, & Ecclesiasticis Collectas, Tallias, & alia onera, eaque etiam a sponte dantibus recipientes: non secus, ac in prædictis consilium, auxilium, vel favorem præstantes: quemadmodum Communitates, si in hoc culpabiles sint, subjicit Interdicto. Et in *cap. Quamquam de Censib.* Excommunicatione percutit exigentes, vel extorquentes per se, aut per alium, suo, vel alieno nomine Pedagia, vel Guidagia ex rebus quæ non deferuntur causa negotiationis: ac Ecclesiastico supponit Interdicto Universitatem, vel Collegium, si in hoc delinquat, quavis consuetudine non obstante. Addens, absolutionem Excommunicationis, aut Interdicti impendi non posse, nondum facta restitutione, & competenti præstita satisfactione. In enjus profecto confirmationem, & Censurarum executionem in eo *cap. Quamquam* editarum, novam Constitutionem evulgavit Clemens Quintus in *clem. præsenti de Censib.* ubi locorum Ordinariis præcipit, ut postquam sciverint, aliquos in Excommunicationem, vel Interdictum incidisse ob transgressionem *cap. Quamquam de Censib.*, omnino publicent, vel publicari faciant Censuram contra prædictos latam.

Aliud Lateranense Concilium sub Leone Decimo

mo *sess.* 9. in Bulla reformationis Curiæ prope finem innovat censuras omnes excommunicationis, Interdicti, & Depositionis, editas contra imponentes Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis Collectas, & onera, & Exigentes etiam a sponte dantibus, & consentientibus: delinquentes ulterius in prædictis intestabiles reddit, & ad omnes Actus legitimos inhabiles facit.

260 Bulla Cœnæ Domini §. 18 excommunicatione, reservata Papæ, eos omnes percellit. [Qui Collectas, Decimas, Tallias, præstationes, & alia onera Clericis, Prælatis, & aliis personis Ecclesiastis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus hujusmodi imponunt, & diversis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita etiam a sponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Nec non qui per se, vel alios, directe vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare; aut in eisdem Auxilium, Consilium, vel favorem præstare non verentur, cujuscumque sint præeminentiæ, dignitatis, Ordinis, Conditionis, aut status. Etiamsi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & alii potentatus; quicumque etiam Regnis, Provinciis, Civitatibus & Terris, quoquomodo Præsidentes, Consiliarii, & Senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti: Innovando decreta super his per Sacros Canones, tam in Lateranensi novissime celebrato, quam aliis Conciliis generalibus edita, etiam cum Censuris, & pœnis in eis contentis.

Concilium Tridentinum *Sess.* 25. *c.* 20. omnes Sacros Canones innovat, & confirmat, sicut & generalia Concilia omnia, aliasque Apostolicas Sanctiones in favorem Ecclesiasticorum, & Libertatis Ecclesiasticæ, ac contra ejus violatores edita: nullam tamen infert peculiarem Censuram.

Sanctus Pius Quintus in supra laudata *Constit.* [Ad uberes] contra præfatos imponentes onera Ordinibus Mendicantibus, eorumque Fratribus, & Monachis, ac Monialibus etiam, sub eorum cura degentibus &c. nec non Monasteriis, Cœnobiis, Ecclesiis eorumdem &c. Excommunicationem tulit latæ Sententiæ, una cum pœna duorum millium Ducatorum auri de Camera pro una Basilicæ Sancti Petri de Urbe, & pro altera medietatibus singulis Monasteriis &c., quæ molestari contigerit, irremissibiliter applicandorum.

261 Bonifacius tandem Octavus in præcit. *Cap. Clericis* de *Immunit. Eccles. in* 6. eamdem Excommunicationem, Papæ reservatam, extendit, adversus Ecclesiasticos ipsos, imposita sibi Datia, Collectas, aliaque id genus onera solventes, promittentes, aut solvere consentientes, sub quovis prætextu, titulo, aut colore. Et quamvis excommunicationem hanc contra solventes &c. Benedictus Undecimus sustulerit in *extravag. Quod olim de Immun.* sicut & Clemens Quintus in *Clem. Quoniam de Immun.* ubi ad dirimendas controversias, ortas occasione *cap. Clericis, & extravag. Quod olim,* prædictam abstulit dispositionem, omnia ad terminos Conciliorum Lateranensium in *cap. Non minus, & cap. Adversus* reducendo; voluit tamen excommunicatione dumtaxat ligari exigentes ab Ecclesiis & Ecclesiasticis personis Datia, Collectas, seu alia onera; atque ad id auxilium dantes, Consilium, vel favorem: nihilominus eamdem excommunicationem in solventes innovavit Tridentinum *citata sess.* 25. *cap.* 20. ut contendunt nonnulli Doctores; quemadmodum innovavit Bulla Cœnæ *dic.* §. 18. ut docent *Filliucius tr.* 16. *c.* 11. *quæsito* 5. *n.* 303. *ad finem*, Ugolinus, & Duardus apud Bonacinam *disp.* 1. *q.* 19. *pun.* 2. *n.* 9. nec non Toletus *lib.* 1. *c.* 30. *n.* 5. *fin*; & Alterius *de Censuris disp.* 19. *c.* 5. *col.* 5. *vers. His omnibus* penes laudatum Bonac. *pun.* 3. *n.* 18. existimantes, Decretum Bonifacii locum habere, ac si in Bulla Cœnæ Domini relatum esset. Quibus adhæsimus in Tertia nostri Juris Canonici parte, ubi de Pœnis Ecclesiasticis *disp.* 50. *de Censuris art.* 3. *de excommunicatione*, contra Antonium de Sousa *cap.* 19. *disp.* 94. *n.* 4. Bonac. *locis citatis*, & alios.

Cum autem hujusmodi pœnæ adversus imponentes Ecclesiis, Ecclesiasticisque personis, & consequenter Regularibus, Collectas, Tallias, Datis, aliaque id genus onera, ab iisque etiam sponte dantibus exigentes; atque contra ipsosmet Ecclesiasticos, seu Regulares sponte dantes, solventes, aut promittentes, solvere consentientes inflictæ sint; poterit utique in eas incursos denuntiare laudatos imponentes, & exigentes, quemadmodum Regulares dantes, aut solvere promittentes &c. Judex eorumdem Conservator, cum ad id facultatem habeat ex Conservatoriis Summorum Pontificum pro Religiosis Ordinibus, præsertim & illa Sancti Pii Quinti [Ad hoc nos Deus] in favorem Prædicatorum, ubi §. 14. sic habet Sanctus Papa: [Adversus inferentes eis molestias, seu perturbationes aliquas vel damna in personis, rebus, vel bonis, seu exigendo ab eis Vectigalia, Datia, Pedagia, Gabellas, Collectas, aut alia onera: defendere, præservare, ac omnem eorum jurisdictionem exercere: nec non sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas contra rebelles, & inobedientes cum effectu promulgare &c. debeatis, & debeant.] Ac §. 16. [Et nihilominus super his, per vos habendis servatis processibus, illos, quos censuras, & pœnas præfatas, ac alias per vos pro tempore latas, incurrisse vobis constiterit, eas incurrisse declaretis &c.] Verum circa facultatem ferendi censuras, sicut & censuratos denuntiandi, Conservatoribus Regularium impertitam nonnulla sparsim insinuavimus in Tractationis discursu, plura inferius daturi *art.* 26. ubi de ea sermo erit ex professo. Interim

Tria hic adnotanda sunt & primum est, quod 262
licet variis Juribus Pontificiis statuta sit excommunicatio contra imponentes tributa Ecclesiasticis; non proinde multiplicem illi excommunicationem incurrant, sed unicam dumtaxat, ut docent *Suarez disp.* 5. *de censur. sect.* 2. *Bonac. disp.* 1. *de Cens. in comm. q.* 1. *punct.* 5. *n.* 11. *& alii cum Pelliz. q.* 16. *cit. n.* 155. quia, ut arguit ex iisdem *Pelliz.* sicut unica incurritur censura, quando ea fertur ab unico Superiore, quantumvis sæpe fuerit innovata; ita & in proposito unica incurretur excommunicatio, cum Conditores illius sint plures tantum materialiter, & formaliter unus in potestate, adeoque præsumuntur voluisse, ferre per plura præcepta, formaliter distincta: quod utique non eveniret, si præfata excommunicatio lata esset a pluribus Superioribus, diversam potestatem habentibus. Ita *Pelliz.*

Secundum quod adnotari debet, est, imponen- 263
tes, aut exigentes minimum tributum ab Ecclesiasticis, præfatas pœnas non incurrere, nisi postquam devenerint ad quantitatem notabilem; quantumvis intendant etiam exigere ab aliis Ecclesiasticis, ut docent *Bonac. disp.* 1. *de Cens. in part. q.* 19. *p.* 5. *n.* 12. *& alii*, cum quibus *Pelliz. supr. n.* 156. inde motus, quia ex una parte actus pravæ hujus intentionis satis non est ad incurrendas dictas pœnas, quæ actum exteriorem præsupponunt: & ex altera levitas materiæ, sicut excusat a mortali, ita & a

præfatis pœnis, quæ peccatum mortale præsupponuat.

264 Tertium denique adnotandum, est, non incurrere recenlitas pœnas, qui cum possiut, & debeant impositionem onerum, Regularibus faciendam prohibere, & impedire; illam uihilominus non prohibent, nec impediunt. Ita *Bonac. sup. pun. 2. n. 19. Pelliz. q. 19. n. 262.* contra alios: eum censura, lata adversus facientes, non liget omittentes facere; utpute odiosa, ac proinde ultra casus expressos non extendenda.

RESOLUTIO LXV.

An valeat Regularium immunitatem tueri ab hospitio Militum.

265 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure auvissimo, extendit se ad Regularium sibi commissorum immuuitatem tuendam ab hospitio Militum, juxta privilegium ipsis concessum in *l. 1. cod. de Episc. Cleric.* ubi *Gloss. & Doctores communiter*, & præcit. *Bulla Sancti Pii V.* [Dum ad uberes] ibi: [Ac etiam Monasteria, Cœnobia, aliaque omnia Regularia loca prædicta *pro quorumcumque Militum, tam equitum, quam peditum hospitiis*, quemadmodum magno cum nostro dolore, huc usque in plerisque locis factum comperimus, nequaquam assignentur, nec assignari debeant.] &c. Urbani VIII. incip. [Romanus Pontifex] §. 6. ibi: [Nec non quascumque contributiones, collectas, gabellas, *Militum hospitationes &c.* super Ecclesiis, *Monasteriis*, & locis Piis &c. Personis Ecclesiasticis, earumque bonis &c. per Laicos, & quoscumque alios, alias quomodolibet qualificatos, absque sufficienti facultate Apo-
266 stolica, impositas &c.] Quod sane privilegium nedum Regularibus personis, sed etiam Clericis Sæcularibus, licet in Minoribus dumtaxat constitutis, immo & eorum patribus, ac fratribus cum iisdem habitantibus in indiviso competere, docent *Riccius p. 3. resol. 28. n. 1. & 2. Carolus de Grassis de effect. Cleric. eff. 3. n. 122. Pignatell. tom. 2. cons. 32. nu. 22. & alii penes ipsum*; quibus adhæret *Diana p. 4. tr. 1. resol. 32. n. 4.* addens *n. 5.* Sacram Congregationem Episcop. & Regul. in una *Novariensi die 9. Junii anno 1617.* declarasse, milites hospitari facere non posse Magistratus Sæculares in domibus Ecclesiasticarum personarum, quamvis Laicis locatis; cum per indirectum in bonorum Ecclesiasticorum præjudicium redundet.

RESOLUTIO LXVI.

An procedere queat adversus Dominos Oppidorum, seu Communitates, & Universitates Laicorum, erigentes in Oppido unam tantum Tabernam ad comestibilia vendenda cum prohibitione ne aliæ, etiam Regularium, aperiantur Tabernæ.

267 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus Oppidorum Dominos, seu Communitates, & Universitates Laicorum, erigentes in oppido unam tantum Tabernam, vulgo *Zagatam*, in qua comestibilia vendantur; impedientes proinde Monasteria, ne suas tabernas aperiant, ubi vinum, nivem, & alia in eorum prædiis recollecta vendere queant. Cum id Oppidorum Barones, seu Communitates, & Universitates Laicorum nequeant perpetrare, ut firmant *Diana p. 5. tr. 2. resol. 20.* & alii. Quia ex una parte Regulares, aliique Ecclesiastici possunt tabernas aperire; & per famulos suos vinum, nivem, aliaque id genus in eorum prædiis recollecta vendere, non solum in mensura magna, & ut dicitur, ad grossum, sed etiam ad minutum, seu ad mensuras minutas, absque ulla prohibitæ negotiationis umbra, ut docent *Gloss. 2. in Can. Negotiatorem dist. 88. Abb. in c. 2. n. 2. Ne Cleric. vel Monach. Gemin. & Francus in cap. unic. de vit. & Honest. Cleric. in 6. Bertachinus de Gabell. p. 2. q. 7. Roland. vol. 4. cons. 72. n. 9. Bellet. disquis. Cleric. tit. 2. §. 21. n. 18. Genuens. in praxi Archiep. c. 62. n. 7. Prosper de August. in Addit. ad Summ. Quarantæ v. Vectigal. Squillante de privil. Cleric. c. 8. n. 38. Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. Alleg. 13. Mastha p. 4. casu 3. n. 13.* quos citatos
sequitur *Diana p. 4. tr. 1. res. 52. & alii*: Etiamsi ape- 268
riretur Taberna in domibus Ecclesiæ, seu in ipsomet Monasterio, ut notant *Gemin. & Francus in dic. cap. unic. de vit. & honest. Cleric. in 6. Lambert. de de Jurepatron. lib. 2. p. 2. art. 26. q. 9. n. 4. Genuens. in dic. prax. Episc. cit. cap. 62. n. 7. & Prosper de August. supra*: adeo, ut Laicum Magistratum statuere, quod venditores vini &c. non possint illud vendere, nisi in quarta domo, distante ab Ecclesia, sit contra Immunitatem Ecclesiasticam, quippe non sine Ecclesiasticorum, præsertim Regularium detrimento, ut optime convincit *Diana p. 4. tr. 2. resol. 52. n. 7.* Et ex altera parte Regulares, aliique Ecclesiastici de Jure possunt habere liberam contractionem cum Laicis, ut notat *A ponte in resp. sup. cens. Veneta apud laudatum Dian. p. 5. tr. 1. resol. 20. n. 1.* Ergo non obstante in dictis locis res vendantur per unum Tabernarium Baronis, possunt adhuc Regulares, aliique Ecclesiastici in propriis Tabernis res suas vendere; nec potest Baro eis arctare privilegium, quod de jure communi habeat, absque eo, quod in Censuras Bullæ Cœnæ incurrat, ut concludit *Diana resol. 52. cit.*

Confirmatur: Statutum, quod non tendit ad 269
utilitatem, & commodum Ecclesiasticorum æque, ac Laicorum, non comprehendit Ecclesiasticos: sed statutum, ne vendantur comestibilia, nisi in Taberna Baronis, non tendit ad utilitatem, & commodum Ecclesiasticorum æque, ac Laicorum; cum potius tendat ad utilitatem solius Baronis: Ergo &c.

Sic non potest Baro, seu Communitas, & Uni- 270
versitas Laicorum, novum Furnum aperire, in quo panis coquatur omnium, in suo Oppido commorantium: Sicque Regularibus, ceterisque Ecclesiasticis personis prohibere, ne alibi, quam in ipso Furno Baronis, seu Communitatis panem suum coquant; etiamsi habeat Baro, & Universitas ab immemorabili, & ex concordia, cum Regularibus, aliisque Ecclesiasticis inita, jus prohibendi. Cum possint Regulares præfati, præfatique Ecclesiastici, Furnum aperire: sitque jus prohibendi, & prohibitio Baronis contra libertatem Ecclesiasticam; contra quam nulla induci potest consuetudo, ut non semel diximus; & concordia nec supponatur a Sede Apostolica approbata, & adversetur *Cap. Non minus, & cap. Adversus de Immun. & cap. Quamquam de Censib. in 6.* Atque ita *Pignatell. tom. 7. cons. 30.* & alii, quibus patrocinatur Sacra Congregatio Immunitatis, præsertim

In *Urbinatensi die 14. Novembris 1649.* In *Nuce-* 271
rina 25. Januarii 1650. In *Forosemproniensi 23. Augusti 1633.* statuens: [Episcopus potest aperire Furnum, ad effectum vendendi suum Frumentum.]

In *Faventi 13. Julii 1637.* in qua censuit: [Ecclesiastici non possunt cogi, ire ad certum Furnum.]

In

In *Eugubina* 9. *Martii* 1632. ubi decidit: [Clerus potest habere Furnum proprium: eoque uti, seu locare personæ sibi bene visæ.]

In *Nuscana* 20. Martii 1630. ibi: [Furnus Ecclesiasticorum gaudet exemptione.]

Et in *Neapolitana* 4 *Septembris* 1628., ubi decrevit: [Nuntius Neapolitanus provideat circa Furnos Regularium, ut illis utantur, pro suo usu tantum.]

Sic etiam nequit Baro, seu Communitas, & Universitas Laicorum impedire Regulares, ceterasque Ecclesiasticas personas, ne propriis utantur Molendinis, quæ domi habent, aut extra domum, immo extra Territorium quoque ad macinandum proprium Frumentum, illosque cogere, ut Molendino Baronis, seu Communitatis, & Universitatis utantur, Atque ita Doctores passim cum *Anchar. cons.* 155. *n.* 12. & *cons.* 487. quibus subscribit *Pignatell. tom.* 2. *cons.* 49. & pluries declaravit Sacra Congregatio Immunitatis, præsertim

273 In una *Firmana die* 2. *Julii* 1630. sic: [Molendinum mensæ Archiepiscopalis non comprehendi sub prohibitione, per Communitatem facta; ideoque Archiepiscopus utatur jure suo, & remediis Sacrorum Canonum.]

In alia *Firmana die* 19. *Novembris* 1630., ubi censuit: [Communitatem Montis Georgii teneri facere declarationem, quod prohibitio emanata eundi ad alia Molendina, quam ad Molendina ipsius Communitatis, non comprehendit Molendina Archiepiscopi, Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, quamvis extra Territorium ejusdem loci existentia: ipsaque Communitate renuente, procedi posse remediis Sacrorum Canonum.]

In una *Aesina die* 8. *Aprilis* 1631. in qua declaravit: [Standum esse in decretis, scilicet sub decreto Gubernatoris comprehendi non potuisse Molendina Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum: nec suffragari concordiam a Sede Apostolica confirmatam; cum sit inita inter mere laicos. Ideoque Gubernatorem teneri facere declarationem, & consulere propriæ conscientiæ.]

In una *Cephalunen. die* 11. *Augusti* 1631. tenoris sequentis: [Episcopus procedat, servatis servandis, ad censuras contra Marchionem, & alios impedientes, olivas macinare in Molendinis ipsorum Ecclesiasticorum.]

In una *Maceraten. die* 27. *Septembris* 1632. per hæc verba: [Episcopus (puta ubi non adsit Conservator, aut saltem non privative quoad Conservatorem) tueatur Immunitatem, Collegio Societatis Jesu competentem respectu Molendini, existentis in Territorio Maceratæ.]

In una *Ugentina die* 25. *Februarii* 1633. decernens Ecclesiasticos non posse cogi, ire ad certum molendinum juxta Edictum Baronis, vel Communitatis, illosque Episcopum tueri remediis Sacrorum Canonum, eisdemque Ecclesiasticis servandam esse solitam franchigiam.]

In una *Baren. die* 21. *Septembris* 1634. qua declaratur: [edictum Universitatis Terræ Modugni, prohibens macinare frumentum, nisi in certis Molendinis, esse contra libertatem & immunitatem Ecclesiasticam, ideoque Archiepiscopus curet revocari.]

In alia *Baren. die* 27. *Aprilis* 1638. &

In una *Licien. die* 20. *Septembris* 1650. quibus deciditur [Personis Ecclesiasticis esse permissum, retinere Molendina, vulgo nuncupata *Centomole*, in propriis domibus pro eorum usu, & familiæ: ideoque injungendum Episcopo, ut immunitatem Ecclesiasticam tueatur.]

Et in una *Ulicen. die* 30. *Septembris* 1636. sic: [Molendina mensæ Episcopalis, & aliorum Ecclesiasticorum non comprehendi, nec posse comprehendi in baudimentis, & edictis Laicorum: & propterea cogendos eosdem remediis Sacrorum Canonum ad hoc declarandum, ne libertas Ecclesiastica impediatur.]

Et non modo Baro, seu Communitas, & Uni- 274
versitas laicorum impedire nequit Regularibus, ceterisque Ecclesiasticis Personis Molendina; sed nec illa visitare potest, ne quidem sub prætextu, quod a Molendinariis laicis fraudes committantur, nec sine damno, & præjuditio Baronis, Communitatis, & Universitatis: cum talis visitatio, inspectio, punitio &c. ad Judicem laicum nullatenus spectet, sed ad solum Ecclesiasticum, juxta superius dicta *Resol.* 53. *a n.* 222. Atque ita *Pignatell. laudatus n.* 16., id efficaciter probans *n.* 19. cui favet Sacra Congreg. Immunitatis in una *An-* 275
nimana 23. *Julii* 1647., ubi decrevit: [Utraque parte informante, Appaltatoribus non licere, perquisitionem facere in Molendinis, & aliis in bonis, seu locis Commendæ S. Philippi Religionis Hierosolymitanæ, nisi mediante ministerio Curiæ Ecclesiasticæ, cui dentur litteræ pro hujusmodi perquisitione.]

In una *Viterbien.* 13. *Augusti* ejusdem anni, in qua cum Commissarius sæcularis Vetrallæ prætenderet auctoritate propria ingredi Molendina Ecclesiastica, ad effectum revidendi mensuras, rescripsit, [Hoc non esse permissum in Molendinis Ecclesiasticorum, etiamsi Molendinarii sint laici; sed inspectionem, cognitionem, ac punitionem delinquentium circa mensuram spectare ad Ecclesiasticum.]

Et demum in una *Veliterna die* 22. *Januarii* 1649. declarans: [Mensuras, vulgo nuncupatas *le Scodelle*, ablatas a Moleudinis Ecclesiasticorum de ordine Gubernatoris dictæ Civitatis, esse restituendas Curiæ Episcopali, & eamdem Curiam esse adeundam super cognitione fraudum, ut prætenditur, in dictis Molendinis commissarum.]

Nec ullius est relevantiæ schema illud, quo 276
fere semper utuntur magistratus sæculares, dum manus in Sanctuarium injiciunt, nimirum damni, ac præjudicii publici, & fraudum, quos dicunt Exemptos committere; ait *Pignatell. n.* 18. Responderi enim potest id, quod *Rota* in *Barchinonen. exemptionis die* 13. *Junii* 1645. *coram Card. Corrado §. Neque obstat*, respondit: Verum quidem esse, quod obstandum sit fraudibus; sed in primis, ac super omnia cavendum est, ne donec sæculares aliorum fraudibus remedium adhibere velint, ipsi fraudem majorem non committant, excedendo limites propriæ jurisdictionis in præjudicium Immunitatis Ecclesiasticæ: At satius est, respondere cum Sacra Congregatione ejusdem Immunitatis: quod scilicet si Communitates, vel earum Ministri prætendant ab Ecclesiasticis, eorumve Conductoribus fraudes committi, recurrant ad locorum Ordinarios, qui eas recognoscant summarie puniantque rigorose. Interim observent exemptiones, & franchigias, quæ iis debentur; cum non deceat, propter fraudes, a paucis commissas, privilegiis omnes privare; aut propter quorumdam abusus in observantia Sacrorum Canonum, vel Legum introductos, ceteros in exilium ejicere.] Hactenus *Pignatell.*, omnino videndus in utraque citata consultatione, præsertim in 49., ubi plura congerit scitu digna, immo necessaria in proposito.

RESOLUTIO LXVII.

An procedere queat adversus Principes laicos statuentes, ne Regularibus laici vendant, molant, coquant panem, aliave obsequia præstent.

277 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento jure novissimo, extendit se adversus Principes laicos statuentes, ne regularibus laici subditi sui vendant, molant, vel coquant panem; vel ne iisdem alia servitia, & obsequia exhibeant; cum tale statutum sit contra libertatem Ecclesiasticam, & excommunicationem afferat statuentibus, ex *c. In coe de Immunit. Eccles. in 6.* ibi: [In eos, qui temporalem dominium obtinentes, suis subditis, ne Prælatis, aut Clericis, seu personis Ecclesiasticis quidquam vendant, molant, coquant panem aut alia obsequia exhibere præsumant, aliquando interdicunt; cum talia in derogationem libertatis Ecclesiasticę pręsumantur, eo ipso excommunicationis sententiam decernimus.] Et nedum hanc, sed excommunicationem Bullæ Cœnæ etiam incurrunt præfati Principes, ita statuentes, ut docent communiter Doctores cum *Suar. de Cens. disp. 21. sect. 2. n. 93. Reginaldo tom. 1. lib. 9. c. 24. n. 358. Gambacarta de Cas. reserv. c. 30. n. 30. Coriolan. in Bull. Cœn. excomm. 15. Filliuc. tom. 1. tr. 16. c. 30. n. 271. & aliis.*

278 Neque dicas, hujusmodi statuta potius esse contra libertatem politici Convictus, quam contra libertatem Ecclesiasticam. Responsio siquidem manifesta est, tum ex eo, quia saltem indirecte illa sunt contra libertatem Ecclesiasticam; sed in Bulla Cœnæ Domini excommunicantur etiam, qui aliquid statuunt indirecte contra dictam libertatem. Ergo &c. Tum ex eo, quia durius, & incommodius Regulares, aliique Ecclesiastici vexantur in illis, quæ pertinent ad Convictum politicum, quam in aliis, quæ ad Ecclesiam, ut Ecclesia est, pertinent. Tum denique ex eo, quia contra libertatem Ecclesiasticam est, denegare regularibus, aliisque Ecclesiasticis ea, quæ de Jure communi competunt illis, propter grave præjudicium, quod ordini infertur Clericali: immo & tanto gravius, quanto difficilius tolluntur, quæ Jure communi competunt, quam quæ jure speciali. *Auth. de reb. Eccles. non alienan. §. Quia non verisimile. l. ejus milites §. militia minus ff. de milit. testam. Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ n. 69. de Constit. ibique Decius n. 7. post Batr.* dicens, magis esse contra libertatem Ecclesiasticam ea, quæ tollunt Juris communis beneficium, quam quæ privilegium auferunt, *Bald. cons. 300. n. 4. lib. 1. Socinus cons. 56. n. 2. lib. 2. Alciatus cons. 30. n. 6. lib. 2. & alii apud Covarr. in Regul. possess. p. 2. §. 4. n. 8.* Atqui jure communi potest quilibet alteri ea obsequia præstare, ergo &c.

Atque hic pro coronide hujus materiæ de Immunitate Ecclesiastica ab omnibus, præsertim Sæcularibus Principibus, Dominis, Territorialibus, & laicis Judicibus duo animadvertenda serio vellem:

279 Primum, ipsis non suffragari quoad gravandas Ecclesias, Monasteria, ceteraque loca pia; vel personas Ecclesiasticas, earumque bona, præsertim de novo acquisita, & patrimonialia, collectis, exactionibus, tributis, contributionibus, gabellis, aliisque ordinariis, aut etiam extraordinariis oneribus, citra restitutionis onus, & incursionem censurarum, præsertim post laudatam Bullam Urbani VIII. [Romanus Pontifex], qua omnes omnino excogitabiles prætextus, ac tituli, quibus ipsi se tutos in conscientia inutiliter persuadent, jam pridem sublati, iterum clarius tolluntur, ac nulli efficacius declarantur: non suffragari, inquam, inanes & frivolas excusationes, petitas vel a dispositione legis civilis, vel a consuetudine, saltem immemoriali; vel a privilegio Apostolico; vel ab eo, quod Leges Ecclesiasticæ, pro immunitate facientes, alicubi receptæ non fuerint, aut non sufficienter promulgatæ; vel demum ab eo, quod per longissimum tempus, plurium etiam sæculorum, personæ Ecclesiasticæ sponte solverint, & contribuerint. Et sane

Leges civiles non suffragantur: quia ex una parte licet earum nonnullæ videantur Immunitati contrariæ, aliæ tamen pro Immunitate manifeste disponunt, ut liquet ex *Auth. Item nulla c. de Episcop. & Cleric.* Ut igitur Legum evitetur contradictio, cum his illæ concordandæ, ac explicandæ sunt, præsertim, quod odia restringi, & favores conveniat ampliari, *Reg. 15. Jur. in 6.* Atque in dubiis, vel obscuris, & opinionum conflictu, pro Immunitate sentiendum, ut sustinet communissima Doctorum opinio. Et ex altera parte in materia Immunitatis Ecclesiasticæ dispositio Canonica, non Civilis, attendenda est; immo hæc omnino nulla, & irrita censenda, *arg. c. Ecclesia S. Mariæ.* 280

Consuetudo etiam immemorialis non suffragatur, utpote quæ adversus Immunitatem Ecclesiasticam, etiam quoad bona propria Clericorum, vocatur *Corruptela in c. Quamquam de Censib.* & singulis annis annullatur in Bulla Cœnæ Domini. 281

Privilegium Apostolicum neque suffragatur, utpote quod compluribus non est concessum: & siquod aliquibus concessum fuerit, non subsistit amplius; cum omnia, & singula privilegia, Immunitati Ecclesiasticæ contraria, etiam Imperatoribus, & Regibus concessa, jam sint revocata, præsertim per laudatam Bullam Urbani VIII. [Romanus Pontifex]; & singulis annis per Bullam Cœnæ Domini §. 24. revocantur. 282

Defectus sufficientis promulgationis, & acceptationis legum Ecclesiasticarum in favorem Immunitatis, nec suffragatur: quia ex una parte Jus Canonicum per omnes ubique existimatur sufficientes promulgatum: & Bulla Cœnæ Domini, antiquos Canones renovans, singulis annis solemnissime, & sufficientissime promulgatur: eamque non acceptare, non est in potestate ullius; cum teneatur quivis, sub gravi peccato, legem justam acceptare, ut liquet ex propositione 28., inter profligatas ab Alexandro VII. *die 24. Septembris 1665.*, tenoris sequentis: [Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem, a principe promulgatam.] Ex altera parte in citata Bulla Urbani VIII. nedum confirmatur, & innovatur, quidquid in favorem Immunitatis Realis, & Personalis per Sacros Canones, generalia Concilia, & Constitutiones Apostolicas, etiam Cœnæ Domini, dispositum reperitur; verum etiam omnia in contrarium indulta, privilegia, consuetudines, aliique prætextus, & tituli sub efficacissimis clausulis annullantur, irritantur, & in futurum prohibentur: & ita quidem, ut illicitum, invalidum, ac censuris, & restitutioni obnoxium declaretur, [quidquid agitur contra Immunitatem Realem, ac Personalem], etsi id agatur [sub prætextu, quod Bullæ, seu Constitutiones Apostolicæ non fuerint publicatæ, vel usu receptæ, aut contrario usu, quantumlibet longissimo, abrogatæ &c.], addito 283

ad

ad finem Bullæ, quod post ejusdem promulgationem in locis solitis [omnes, & singulos arctet, & afficiat perinde, ac si illorum unicuique personaliter intimata, & notificata fuisset.]

184 Tandem eoque suffragatur, quod Personæ Ecclesiasticæ per longissimum tempus, etiam plurium sæculorum, sponte solverint, & contribuerint: quia ex una parte [Clericus non potest fulvere collectas absque incursu censurarum], ut declaravit Sacra Congregatio Immunitatis in *Volaterrana* 18. *Septembris* 1629. *apud Pignatell. tom.* 2. *consf.* 54. *n.* 62. Et [Non est permittendum, ut pro Universitatum oneribus quidquam Ecclesiastici contribuant, nec sub Eleemosynæ nomine], ut decrevit Sacra Congregatio Episcop. in *Spalluccen.* 21. *Maji* 1594. *apud eumdem Pignatellum n.* 68. & [Non potest Clericus, sponte solvere gabellas, a laicis impositas] ut rescripsit Sacra Congregatio in *Adrien.* 27. *Septembris* 1632. & *in Vicen.* 1638. *apud eumdem ibid.* & [Clerici non tenentur solvere onera, imposita per Communitatem super eorum bonis patrimonialibus, & dumibus, ubi habitant, etiam quod antea solverint,] ut per eamdem Sacram Immunitatis Congregationem fuit resolutum 7. *Decembris* 1632., & refert idem *Pignatell. ibid.* Et ex altera parte præfata Constitutio Urbani VIII. §. 6. illicitas, & invalidas, ac restitutioni obnoxias declarat [omnes, ac singulas contributiones quascumque, collectas, gabellas, militum hospitationes, aliaque onera, & gravamina quæcumque super Ecclesiis, Monasteriis, & locis piis &c., earumque vel eorum bonis, seu fructibus, per laicos quoscumque, quomodolibet qualificatos, absque sufficiente facultate Apostolica imposita, exactasque, *etiam a sponte dantibus, vel contribuentibus.*] Et Bulla Cœnæ Domini Excommunicationem fulminat §. 18. adversus illos, etiam laicos, qui collectas, exactiones, aliave onera clericis, aut locis piis, vel eorumdem bonis imposita, *etiam a sponte dantibus, & concedentibus* absque speciali, & expressa licentia Sedis Apostolicæ recipiunt.

185 Secundum, quod ab omnibus, præsertim sæcularibus Principibus, Dominis Territorialibus, & laicis Judicibus sedulo animadvertendum est, nedum gravissimam excommunicationis pœnam incurrere illius violatores; sed alias etiam, longeque gravissimas, & persæpe universales, quas Deus rigidissimus vindex infligere solet, ut misera testatur experientia, quod non semel adnotarunt Doctores, quos inter *Diana p.* 5. *tr.* 1. *resol.* 23. §. *Et tandem docet*, ubi sic habet [Vellem, unum ab ipsis (a laicis nimirum Judicibus) considerari, videlicet Calamitates, bella, fames, pestilentias, & alia id genus in regnis evenire ex statutis contra libertatem Ecclesiasticam. Testis hujusce veritatis sit Basilius Imperator, Nicephori Phocæ Successor, cui contra ejusdem Nicephori statutum in hæc verba faocivit: Divinitus constituta Majestas nostra eum & a Monachis, quorum testata pietas, atque virtus est, & ab aliis multis cognoverit, Legem a Domino Nicephoro, qui ad imperium pervenit, de Ecclesiis Dei, Religiosisque latam, tum præsentium malorum, tum universalis hujus eversionis, atque confusionis causam, & radicem extitisse: nam ex quo lex illa robur habuit, nihil boni penitus in hodiernum usque diem vitæ nostræ contigit, sed potius contrario nullum omnino genus calamitatis intermisit; statuit per auream hanc bullam, cui subscripsit, indicatam ab hoc præsenti die, cessare debere, ac deinceps irritam, ac nullius momenti manere; conditis ante illam legibus, tam de Ecclesiis, quam de religiosis domibus vim, roburque suum obtinentibus. Hactenus Basilius Imperator, ut patet apud *Bestamonem in Nomocanone Photi, & Leunclavium tom.* 1. *l.* 1. *Jur. Orient.*] Et cum *Basilio Diana.*

Notat etiam *Cardinalis Baronius anno Domini* 701., *& ex eo Acunna in Decret. Gratian. Can. Si gens Anglorum n.* 5. *dist.* 56. *Barbos. lib.* 1. *Jur. Eccles. c.* 36. §. 2. *n.* 200. *Franciscus Longus in Breviar. Chron. anno Domini* 704. *Cochier in Vindiciis. libert. Eccles. p.* 1. *c.* 33. *n.* 23. *& alii*, Deum O. M. olim florentissimum Hispaniæ regnum Mahometanis & Mauris tradidisse: non quia Hispani unquam vacillarint in fide; cum semper in ea constantes fuerint: sed quia in jurisdictione a S. Sede Apostolica defecerant: Unde intelligant Principes, (subdit Baronius, quam male sibi, suisque regnis consulant, qui Ecclesiæ Jura tollere, vel imminuere conantur. Quod ipsum repetit *anno* 1100. *n.* 34., *anno* 1104. *n.* 24., & 1158. *n.* 47. ubi ostendit, Principes opprimendo Ecclesiasticam jurisdictionem, regnorum suorum interitum, & amissionem accersere. 186

Igitur (concludit *Reiffenst. lib.* 3. *Decretal. tit.* 49. *n.* 295. *fin.*) Principum Consiliarii, si desiderant regna stabilire, & ab eis calamitates arcere, consulant regibus, ut imitentur Basilium; nihilque contra libertatem Ecclesiasticam constituant: sed siquæ constituta sunt, abrogent omnino; & in conflictu opinionum, illam sequantur, quæ magis favet Ecclesiæ. 187

RESOLUTIO LXVIII.

An tueri valeat Regularibus privilegium exemptionis a solutione Decimarum.

Potestas Judicis regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad tuendum Regularibus privilegium exemptionis a solutione Decimarum. Regulares siquidem a solvendis decimis eximuntur, tum de jure communi, seu per privilegium corporis juris insertum, tum de jure peculiari, sive per privilegium speciale. 188

De jure communi Regulares omnes, non secus, ac Clericali, in communi viventes, a solvendis decimis Personalibus omnibus sunt immunes: a Realibus vero, seu Prædialibus solis illorum fructuum, quos de hortis suis, ac de nutrimentis animalium percipiunt; sicut & illorum, qui ex Novalibus, quos propriis manibus, vel sumptibus excolunt, proveniunt; *arg. Can. Decimas* 47. *caus.* 16. *q.* 1. *c.* 3. *de decim. & c. ex parte* 10. *eod.*, ubi Alexander III. Regularibus indulsit, [Ut de Novalibus suis, quæ propriis manibus, vel sumptibus excolunt; & de nutrimentis animalium suorum, & de hortis suis decimas non persolvant: de aliis vero rebus decimas non possint subtrahere;] 189

Atque ita docet communis Doctorum opinio cum *Anchar. in c. ex parte il* 2. *de Decim. n.* 3. *Rebuff. de Decimis q.* 14. *n.* 45. *Barbos. de Offic. & pot. Parochi p.* 3. *c.* 28. §. 3. *n.* 27. *& aliis*, notantibus ex *Alciato de verb. signific.* Novalem dici agrum nunc 1. coli cœptum, cum prius esset sylva, vel aliter incultus.

Cistercienses vero, Templarii, & Hospitalarii nedum a Decimis prædialibus Novalium, sed omnium quoque aliorum prædiorum, quæ propriis manibus, vel sumptibus excolunt, liberantur in *cit. c. Ex parte* 10. Quemadmodum *in Cap. Ad audientiam* 10. *de Decim.* Quamvis deinde hoc privilegium in Concilio Generali fuerit ipsis restrictum; 190

sanci-

ſancitumque, ut de prædiis, & terris non Novalibus, noviter acquirendis, etiamſi ea propriis manibus, vel ſumptibus colerent, Decimas perſolverent, ſi de talibus prædiis, ac fundis, antequam ad ipſos pervenerunt, Decimæ ſolvebantur: ſic enim habetur in *cap. pen. de Decim.* ibi: [Decernimus, ut (Ciſtercienſes) de alienis terris, & amodo acquirendis, etiamſi eas propriis manibus, aut ſumptibus excolant, Decimas perſolvant Eccleſiis, quibus antea ſolvebantur, niſi cum ipſis Eccleſiis aliter duxerint componendum. Et hoc ipſum ad alios regulares, qui gaudent ſimilibus privilegiis, extendi volumus, & mandamus.] Ad Templarios nimirum, & Hoſpitalarios, qui ſimilibus fruuntur privilegiis ex *cit. c. Ex parte* 10. nonnulloſque alios, ſpecialia privilegia extra corpus Juris habentes.

291 De jure peculiari, ſive per privilegia ſpecialia, corpori Juris non inſerta, fere omnes regulares hodie ſunt exempti a ſolutione Decimarum prædialium, de prædiis, & fundis omnibus, ſeu ante, ſive poſt Concilium generale acquiſitis, quæ propriis manibus, aut ſaltem ſumptibus excolunt, ut teſtatur *Barboſ. de offic. & poſt Parochi p. 3. c. 28. §. 3. n. 20.* quorum plures recenſent *Miranda tom. 2. q. 39. art. 12. Lezana in Summ. vol. 2. v. Decima quoad regulares n. 2. 3. & 4. Novar. in Lucerna Regul. v. Decimæ, Caſarub. in Compend. eod. verb. Rodriq. tom. 2. q. 44. art. 4. & 5. & alii*; una cum Pontificibus, hujuſmodi privilegia concedentibus, & Bullis, quibus illa concedunt.

292 Præter alios autem, immunes ſunt a ſolutione Decimarum prædialium

I. Monachi Cæleſtini, & Cluniacenſes, ut teſtatur *Renat. Chopin. Monaſticon. lib. 2. tit. 1. n. 5.*

II. Monachi Congregationis Caſinenſis, alias S. Juſtinæ de Padua, per privilegium Eugenii IV. *ſub dat. Kal. Martii* 1434., ut refert *Emmanuel Rodriq. in collect. Bullar. dicti Pontificis Bulla 7.*

III. Monachi Congregationis S. Benedicti Valliſoleti, per privilegium Clementis VII. *ſub dat. 8. Decembris* 1530., *teſte Barboſa de offic. & poſt Parochi p. 3. c. 28. §. 3. n. 23.*

IV. Monachi Eremi Camaldulenſis, & Congregationis S. Michaelis de Murano, per privilegium Leonis X. *ſub dat. 4. Non. Julii* 1513. §. 29., *ut refert laudatus Barboſ. ibid. n. 24.*

V. Monachi S. Mariæ Montis Virginis, per privilegium Cæleſtini III. *ſub dat. 4. Novembris* 1097. *apud eumdem Barboſam ibid. n. 25.*

VI. Fratres S. Mariæ de Mercede per privilegium Gregorii XI. *ſub dat. 6. Kal. Julii* 1373., *ut habet idem ibid. n. 27.*

VII. Ordo S. Antonii Viennenſis, vigore privilegii Clementis VII. *ſub dat. 6. Kal. Decembris* 1523., *quod refert Barboſ. ibid. n. 28.*

VIII. Cruciferi vigore privilegii Urbani III. *ſub dat. 7. Kal. Aprilis* 1187. *apud cit. Barboſ. n. 29.*

IX. Fratres Prædicatores, vigore privilegii Gregorii XI. *ſub dat. 12. Non. Martii Pontificatus ſui anno 4. penes eumdem n. 30.*

X. Fratres Conventuales S. Franciſci vi privilegii Sixti IV. *ſub dat. prid. Kal. Decembris* 1474. *penes eumdem Barboſ. n. 35.*

XI. Canonici Regulares S. Salvatoris, vi privilegii Julii II. *ſub dat. 4. Non. Aprilis* 1512., *quod loco cit. refert Barboſ. n. 32.*

XII. Monachi S. Baſilii, vi privilegii Gregorii XIII. *ſub dat. Kal. Julii* 1567., *quod inſinuat Barboſ. ſupra n. 33.*

XIII. Minimi S. Franciſci de Paula, ex privilegio Julii II. *ſub dat. 5. Kal. Auguſti* 1506. *apud Peyrinum tom. 1. privil. Minim. Bulla 2. ejuſdem Pontificis* §. 19.

XIV. Carthuſiani ex privilegio Martini V. *ſub dat. 8. Kal. Octobris* 1420. *apud Barboſam n. 35.*

XV. Silveſtrini vigore privilegii Innocentii IV. *ſub dat. 5. Kal. Julii* 1247. ut refert idem *ibid. n. 26.*

XVI. Fratres S. Joannis Hieroſolymitani ex privilegio Lucii III., ac Bonifacii VIII. apud *Caſarub. in Compend. verb. Decimæ.*

XVII. Minores ex privil. Clementis IV. apud *eumdem ibid. ſicut* &

XVIII. Moniales S. Claræ, & Prædicatorum per privil. Eugenii IV.

Tandem Jeſuitæ ex privilegio Pauli III., Pii IV., & Gregorii XIII. quod in Bullario Societatis refertur, & variis Sacræ Rotæ deciſionibus, quas affert *Pellizz. tr. 8. c. 7. ſect. 4. n.* 170. explicatur, & ad praxim reducitur. Verum cum hujuſmodi privilegium inſigne ſit, & Societati factum abſque nota incommunicabilitatis reſtrictiva; in gratiam illorum regularium, qui de privilegiis Societatis participant, in eo aliquantum immorari, deſtinatum in animo eſt. 293

Paulus igitur III. in ſua Conſtit. *incip.* [Licet debitum] ſub dat. 15. *Kal. Novembris anno* 1549. Societati, ejuſque ſociis conceſſit, ut [de Domibus, & Collegiis, ac eorum prædiis, hortis, aliiſque locis eiſdem Sociis, juxta eorum vivendi inſtitutum, haberi conceſſis, aut de iis, quæ ſibi pro hujuſmodi rebus, Domibus, Collegiis, prædiis, locis, & hortis emendis per quaſcumque perſonas pro tempore legari, aut relinqui contigerit, & aliis bonis quibuſcumque per dictam Societatem, & ipſius Collegia poſſeſſis, & obtentis, aliquam Decimam etiam Papalem ſolvere; ſeu Canonicam portionem exhibere, ſeu ad præſtationem procurationum Legatorum prædictæ Sedis, vel Nuntiorum ipſius, aut ordinariorum locorum, aut exactionum, Collectarum, ſeu Subſidiorum, vel proviſionum quarumcumque minime teneantur, nec ad id per litteras ejuſdem Sedis, aut Legatorum, vel Nuntiorum, ſeu Diœceſanorum prædictorum, cujuſcumque tenoris fuerint, ullo unquam tempore compelli poſſint, niſi ipſæ litteræ Apoſtolicæ plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto, & conceſſione hujuſmodi, ac de eorum ordine mentionem fecerint. Et ſi forte per dictam Apoſtolicam Sedem de piis legatis, diſpoſitis, & relictis in genere, vel ſpecie decima, vel altera portio, ſeu quarta alteri piæ, vel non piæ cauſæ quomodolibet eatenus conceſſa fuerit, vel illam impoſterum concedi, ſeu ſolvi, aut dari, mandari contigerit, Socios prædictos, aut illorum Domus, & bona quæcumque, ac eis legata, & relicta, aut alias in eorum favorem diſpoſita in Conceſſionibus, & Mandatis hujuſmodi minime comprehendi voluit, & decrevit, niſi de ipſis, ac præſenti Decreto, & voluntate ſua, non per clauſulas generales, idem importantes, ſed vera, expreſſa, & ſpecifica mentio fiat in eiſdem.] 294

Pius IV. in ſua Conſtit. *incip.* [Exponi nobis] *die 19. Auguſti* 1561. privilegium Pauli III., mox adductum, auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmans, & approbans, ac etiam plenarie innovans, & de novo, quatenus ſit opus, concedens &c. cum ſpecifica mentione Domuum probationis, ait: [Et nihilominus pro potiori cautela univerſam Societatem, omniaque, & ſingula illius Domos probationis, & Collegia, ubilibet conſiſtentia, præſentia, & futura, eorumque perſonas, fructus, reditus, proventus, etiam bonorum Eccleſiaſticorum, Sæcularium, & regularium 295

quo-

quorumcumque, illis pro tempore unitorum, aliasque res, & bona quæcumque a quibusvis Decimis, etiam Papalibus, prædialibus, personalibus, quartis, medietatibus, & aliis fructuum partibus, subsidiis etiam charitativis, & aliis ordinariis oneribus, etiam pro expeditione contra Infideles, defensione patriæ & alias quomodolibet, etiam ad Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum instantiam, pro tempore impositis, etiamsi in illorum impositione caveatur, quod nulla prorsus exemptio cuiquam adversus illa suffragetur, ita quod Societas, ejusque Domus, Collegia, fructus, res, & bona præfata, semper ab illis, absque declaratione desuper facienda, excepta sint, & esse censeantur, perpetuo liberamus, & eximimus.] Ita Pius IV.

296 Gregorius tandem XIII. in Bulla [Pastoralis Officii] *die 5. Januarii 1578.* utriusque memorati Pontificis privilegium, Societati concessum, per omnia confirmans, dispositioni derogat *Capituli Nuper de Decimis*, sic: [Volumus, ac Societati, illiusque Domibus, etiam Probationum, Collegiis, & Personis prædictis eadem auctoritate concedimus, quod singulæ litteræ prædictæ, cum exemptionibus, ceterisque omnibus, & singulis, in eis contentis clausulis, & decretis; processusque habiti per easdem, ac inde sequuta quæcumque valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant; & eis, quibus concessæ existunt, perpetuo suffragentur in omnibus, & per omnia; perinde ac si illis de Constitutione Innocentii Prædecessoris, & seu Concilii Generalis hujusmodi specifica, & expressa mentio facta, eique specialiter, & expresse derogatum fuisset, prout Nos eidem Constitutioni, ad effectum præmissorum, specialiter, & expresse harum serie derogamus &c. Non obstantibus litis pendentiis, siquæ sint, & aliis præmissis, ac Innocentii Prædecessoris, & seu Generalis Concilii hujusmodi, aliisque Apostolicis, nec non in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac omnibus illis quæ in singulis litteris prædictis expressum fuit non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.] Huc usque Gregorius XIII. Circa quod privilegium

297 Notandum primo, illud locum habere non solum in decima agri Novalis, qui nunc primum proscinditur, ad culturam redactus, ex quo antea Decima non solvebatur; verum etiam in Decima prædiali, quæ antea Parocho solvebatur, ut docet communior, & probabilior Doctorum opinio cum *Abbate in c. Dudum de privil. & Azorio Instit. mor. lib. 7. c. 37. q. 6.* contra *Oldradum cons.* 268. cum hujusmodi privilegium liberet a Decima, nedum personas, sed bona etiam quæcumque; atque adeo non solum agros, qui coli non solebant, sed etiam eos, qui erant sub hominum cultura.

298 Notandum secundo, privilegium præfatum liberare Religiosos, quibus concessum est, non modo a Decimis personalibus, verum etiam prædialibus. Atque ita *Azor. loc. cit.* inde motus, quia privilegium generatim habet: *A quibusvis decimis*: quæ verba, universim prolata, nihil excipiunt. Addit deinde: *A Decimis prædialibus*. Et quamvis in privilegio dicatur: *A quibusvis Decimis, etiam Papalibus, Prædialibus, Personalibus*; non proinde verba illa *Prædialibus*, & *Personalibus* referuntur ad proxime præcedens Verbum *Papalibus*, ita ut sensus sit, eximi Religiosos a Decimis Prædialibus, sive Personalibus, quæ debentur Pontifici, non tamen ab iis, quæ debentur Parochis: cum tale privilegium, citra dubium, simpliciter esse intelligendum, contendat *Azor. ubi supra*: ejus siquidem verba sic habent: *A quibusvis Decimis, etiam Papalibus*, quæ nimirum esse solent extraordinariæ: ac ne quis dubitaret de his, additum est: *etiam Papalibus*: & deinde subjungitur: *Prædialibus, Personalibus, & aliis Ordinariis oneribus*: quibus verbis privilegium ad omnem Decimam extenditur, Prædialem, inquam, Personalem, & Ordinariam.

Notandum tertio, Privilegium, de quo loquimur, protendi ad quæcumque prædia, tam ante concessionem ejusdem acquisita, quam post acquirenda, sic *Azor. loc. cit. Palaus tract. 10. disp. unic. pun. 12. num. 6. & alii passim*. Quod probatur *ex cap. Quia circa 22. de privil.* ubi cum dicatur, privilegium indefinite concessum Monachis ab Episcopo, de non solvendis Decimis Episcopalibus, intelligi non solum de Decimis possessionum illius temporis, sed etiam futuri; intelligitur, si remissio fuit facta secundum Canonicas Sanctiones. Sed privilegium, de quo loquimur, præsumi debet concessum juxta Canonicas Sanctiones, & indefinite procedit. Ergo ad quæcumque prædia, tum ante concessionem acquisita, tum post acquirenda protenditur: cum propositio indefinita æquivaleat universali, quando eadem est ratio de omnibus, ut in proposito. Nec officit, quod res transeat cum suo onere: id enim dumtaxat intelligendum, ubi sola persona sit privilegiata, non etiam ejus Res: tunc etenim res transire nequit cum suo onere, utpote ab illo vi privilegii liberata. 299

Notandum quarto recensitum Privilegium extendi ad prædia, quæ Regulares habent locata, conducta, aut in Emphyteusim. Atque ita cum quibusdam *Azor. ubi supra, & Pellizz. q. 10. n. 175.* quia laudatum privilegium a solutione decimarum, liberat in universum quæcumque prædia, & bona, quæ Religiosi habent, juxta eorum vivendi institutum: sed quæ in Emphyteusim accepere, sicut & locata, ac conducta, vere & proprie dicuntur haberi a Regularibus. ergo &c. Et sane si prædia, in Emphyteusim accepta a Regularibus, inter bona ab ipsis habita enumerantur; & ut talia, a solutione Decimarum immunia sunt, ut concedit *Suarez tom. 2. de Relig. tract. 2. lib. 5. cap. 19. num. 21.* cum hæc sit quædam ad longum tempus locatio, atque conductio; etiam prædia ad breve tempus a Regularibus locata, & conducta, inter bona ab ipsis habita, sunt enumeranda; sicque a solutione Decimarum immunia reputanda: cum locatio ad longum, vel breve tempus, rei substantiam non mutet. Nec dictis obstat, quod prædia conductitia non sint propria: nam privilegium non solum liberat a solutione Decimarum prædia Religiosorum propria, sed etiam, quæ ipsi juxta eorum vivendi institutum habent. Sed æque de propriis, ac de conductitiis verificatur, quod utraque prædia habeant Religiosi. Ergo &c. 300

Notandum quinto laudatum privilegium eximere a solutione Decimarum Colonos prædia Religiosorum conducentes, ut ea excolant; vel eo pacto, quod sibi dimidiam partem fructuum acquirant, & alteram dimidiam relinquant Monasterio; quomodo tunc dicuntur Coloni partiarii: vel illo pacto, ut quotannis eidem Monasterio certa, & taxata pars fructuum in omnem eventum reddatur, & reliquum sibi Conductores acquirant; qui tunc proinde dicuntur Coloni, 301

vel

vel conductores Censuales: vel alio id genus pacto. Et ratio est; quia privilegium, de quo sermonem facimus, nedum est personsle, eximens nimirum Religiosorum personas a solutione Decimarum, sed etiam reale, eximens videlicet eorum res, seu bonn, prædia, agros &c. ut suprn innuimus; & liquet ex *Constit. supra cit. Pauli III.* ibi: [de Domibus, & Collegiis, ac eorum prædiis, hortis, aliisque locis &c. & aliis bonis quibuscumque, aliquam Decimam etiam Papalem solvere &c. minime teneantur &c. Et si forte per Nos, vel dictam Sedem de piis legatis, dispositis, & relictis Decima, vel alin portio solvi, aut dari, mandari contigerit, Socios præfatos, & illorum Domos & bona quæcumque, ac eis legata, & relicta &c. in Concessionibus, & Mandatis hujusmodi decernimus, & volumus minime comprehendi.] & ex *Const. Pii IV.* ubi sic: [Universam Societatem, omninque, & singula illius, Domos probationis, & Collegia &c. eorumque personas, fructus, reditus, proventus etiam bonorum Ecclesiasticorum &c. aliasque res, & bona quæcumque, n quibusvis Decimis, etiam Papalibus, prædialibus, personalibus &c.] Sed quamvis privilegium personale non eximat a solutione Decimarum Colonos, conducentes prædia a personis privilegiatis; liberat tamen privilegium reale: cum, si res immunis sit a tali onere, etiam Coloni, seu conductores illius rei immunes sint. Ergo &c. Atque ita *Gloss. in Clem. 1. de Decimis v. Excolendas, Auchar. Imola Cardin. ibid. q. 22. Abb. in cap. Ex parte de decim. 1. n. 5. Azor. loc. cit. Pellizz. tr. 8. c. 7. sect. 5. p. 11. n. 176.* ubi notat ex *Suar. supr. n. 53.* eximi quidem Colonos vi specialium privilegiorum, Regularibus concessorum ad talem effectum, non quidem, quod Coloni ipsi aliqua ex parte dictis privilegiis fruantur: Sed quia Religiosi possunt sibi vendicare illam Decimam, sive ob hanc causnm augendo quantitatem pentionis, sive distincte exigendo tantum pro pensione, & tantum pro Decima: cum enim ipsi simpliciter sint exempti à decima, illam sibi possunt usurpare. Sic *Pelliz.*

302 Nec officit *c. licet de Decimis*, ubi videtur plane constitutum, privilegium Monachis, aut Regularibus concessum; ut a solutione Decimæ immunes sint, non trahi ad eos, qui eorumdem prædia excolenda conduxerint. Non officit, inquam: quia ibi sermo, est de privilegio Cisterciensibus, Templariis, & Hospitalariis concesso, ne Decimam solverent ex prædiis, quæ propriis manibus, vel sumptibus colerent; quod proinde ad Conductores, qui sibi fructus vel ex toto, vel ex parte acquirunt, minime trahendum fuit: privilegium nutem, de quo loquimur, generalius est; cum in universum indulgeat, nt prædia Jesuitarum, aliorumque Regularium, illud participantium, n solutione Decimæ sint immunia. Dixi *illud participantium.* Enimvero

303 Notandum sexto, privilegium hoc communicari ab aliis Regularibus, qui privilegium habent communicandi. Sic *Pellizz. q. 6. n. 170. Cesped. de Exempt. dub. 365. Lezana in summ. vol. 2. v. Decima quoad Regulares n. 8. & alii:* ex eo moti, quia, ut supra innuimus, nulla est in eo incommunicabilitatis nota restrictiva. Contra *Rotam in una Valentina anno* 1603. cum aliis decidentem, privilegium eximens a solutione Decimarum non comprehendi in generali communicntione privilegiorum nnius Religionis, aliis facta, nisi expresse fiat mentio talis privilegii, etiamsi inter privilegia communicata aliqnod adsit, qnod non contineat nliud, quam exemptionem a Decimis solvendis. Quod probat tum ex eo, quia in gnnerali concessionn non veniunt en, quæ vel concedi non solent, vel cum magnn difficultate conceduntur. Tum etiam ex eo, quia hujusmodi privilegia, cum sint in præjudicium tertii, habentis intentionem fundatam in Jnre, non sunt amplianda, sed stricte accipienda.

304 Sed neutra ratio videtur ndmodum efficax: non prima; quia privilegium hujus exemptionis, nec raro, nec magna eum difficultate, sed sæpe sæpius, & facillime concedi solet; ut liquet ex tot, tantisque privilegiis, Religionibus fere omnibus n Sede Apostolica concessis, quæ supra recensuimus. Neque secunda, cum doctrina illa debeat intelligi, quando recta ratio non dictat oppositum, ut quando agitur de causa pia, & Religiosa, præsertim utilitatem totius Religionis, aut Monasterii concernente, ut in proposito. Quia tunc ampliari debent privilegia, quantumvis contra Jus commune, & in præjudicium tertii: nam, ut bene firmat *Jurisconsultus in l. Sunt personæ ff. de Religiosis, & sumpt. funer. Suarez de legib. lib. 8. c. 27. n. 7. Sanchez de Matrim. disp. 1. n. 13.* summa ratio est, quæ pro Religiosis facit.

305 Notandum denique, privilegium hoc, aliaque id genus alicui Monasterio non deperdi per non usum illorum in ipso, si in aliis Monasteriis ejusdem Ordinis, cui illa concessa sunt, in usu fuerint. Cum per usum aliorum Monasteriorum Jus illius Monasterii præservatum censeatur: non secus, ac Juspatronatus, quod per exercitium unius ex Compatronis aliis reservatur, ut firmat *Tambur. de Jur. Abb. tom. 1. disp. 15. q. 18. n. 37. ex Abbate, & variis Rotæ decisionibus.*

RESOLUTIO LXIX.

An tueri valeat Regularibus privilegium Canonis.

306 POtestas Judicis Regnlarium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se nd tuendum Regularibus omnibus privileginm Canonis, ab Innocentio II. Ecclesiasticis concessum, vi cujus eorum personæ servantur immunes a quacumque injuriosa percussione: idque media excommunicatione adversus eorumdem percussores, lata in *Can. Si quis suadente 17. q. 4.* sic: [Si quis, suadente Diabolo, manus violentas in Clericum, vel monachum injecerit, anathematis vinculo subjaceat; & nullus Episcoporum illud præsnmat absolvere, nisi mortis urgente periculo, donec Apostolico conspectui præsentetur, & ejus mandata recipiat.] Et in Decreto Clementis VIII. *edito die 29. Septembris* 1602. Etiamsi Regulares præfati sint

307 Primo, Apostaræ, habitum Religiosum etinm dimittentes, Ejecti, ac Hæretici manifesti, qui licet privari mereantur tali privilegio, de facto tamen nullo jure privantur, cum hi sub nomine *Monachi* in memorato *Can. Si quis suadente* comprehendantur, *Molina tr. 3. d. 54. n. 2. Portel in dub. Regul. v. Manus violentæ n. 3. Nald. v. Hæreses n. 23. & alii*, quos citat, & sequitur *Pellizz. tr. 8. c. 6. sect. 3. q. 3. n. 145.*

308 Secundo, Bigami, sicut & Religiosi dispensati ad matrimonium inenndum, secuta jam professione: cum nullo jnre constet, hujusmodi privilegium Bigamos privari, nt docet *Palans disp. 3. de cens. p. 23. §. 1. num. 13.* citans pro se *Sayrum*,

Sylv.

Sylv. & Bonac. testantes, sic Doctores communiter sentire: & dispensati ad Matrimonium, post professionem, adhuc maneant veri religiosi, licet interim suspendatur ea parte obligatio Votorum substantialium, in religiosa professione emissorum: sicque privilegio Canonis fruantur, ut firmat laudatus *Pellizz. q. 8. n. 151. cum viris doctis a se consultis.*

329 Tertio Religiosi pugnantes in bello, habitu religioso non dimisso, aut etiam dimisso, sed ante trinam monitionem, ut ab actibus militaribus desistant: cum hi non secus, ac Clerici Sæculares privilegio Canonis fruantur. Secus tamen, si dimisso habitu religioso, & ter moniti ab actibus militaribus non abstineant. *Pellizz. q. 9. n. 152. Reginal. l. 1. n. 234. & alii.*

310 Quarto, Novitii, utpote qui, licet adhuc professionem non fecerint, censentur tamen religiosi fictione Juris, quatenus in favorabilibus veniunt nomine religiosi. Quamobrem in *c. Religioso de sent. Excomm. in 6.* expresse statuitur, Novitios gaudere privilegio Canonis. Et Doctores passim cum *Suar. tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 11. n. 12. Angel. v. Novitius* n. 35. *Lezana tom. 1. c. 24. Filliuc. tr. 15. n. 14. Portel. v. Novitius n. 35. & aliis*, firmant, eodem modo Canonis excommunicationem incurrere, qui, suadente Diabolo, percutit Novitium, ac qui percutit Professum. Etiamsi præfati Novitii sint unius diei, ut notat *Cortol. de Cas. reser. p. 2. c. 10. de Judic. regul. §. 10. n. 19.* sicut & ad Novitiatum ante pubertatem admissi; utpote, qui, licet veri Novitii non sint, vere tamen fuerunt ad habitum religiosum admissi; sicque vere Deo dicati, vocanturque Novitii, sub obedientia vivunt, validusq; est eorumdem ingressus. Atque ita *Diana p. 6. tr. 8. resol. 7. ex Marchino, Bonac., Sanchez, & Peregrino*, quibus subscribunt *Pasqualig. tom. 2. resol. 96. a. 7. ac Pellizz. q. 3. cit. a. 145.* Et licet post pubertatem ad Novitiatum admissi, nondum tamen induti habitu religioso; cujusmodi sunt, qui in nostra Societate dicuntur esse in prima probatione: hi siquidem vere, & proprie sunt Novitii; cum a prima illa probatione inchoent Novitiatum, *Pellizz. supra.*

311 Quinto, Tertiarii, & Tertiariæ, ac oblati, seu Donati, & Oblatæ. Etenim Tertiarii, si collegialiter vivant, id est, ut explicat *Lezana tom. 2. c. 14. n. 30.*, in aliqua communi domo, sub habitu, ac regula tertii Ordinis vivant, non tamen ut religiosi: aut cum claustralibus habitent, seu sub habitu, & regule tertii Ordinis degant cum religiosis sui Ordinis, ut explicat *Idem ibid.*, participes sunt status religiosi; &, ut tales, gaudent privilegio Canonis: cum quoad hoc *Monachi* nomen non solum pro religiosis professis, sed etiam pro iis personis, quæ participes sunt status religiosi, ut præfati Tertiarii, accipiatur. Quod palam fiet tum ex declaratione *Sacr. Congr. apud Filliuc. tr. 15. n. 14.* tum ex consuetudine, ac stylo Curiæ, quin & ex Jure communi, ut notat *Suar. disp. 22. de cens. sect. 1. n. 20. & Navarr. c. 27 n. 79.* Idem dicendum de Tertiariis feminis, si virginalem, Cælibem, vel castam vidualem vitam ducant, expresso voto, & sub habitu item religioso, docet *Pellizz. q. 4. n. 147.*

312 Oblati, seu Donati, si veram professionem trium Votorum emiserint; quomodo sunt veri religiosi, & coincidunt cum iis, qui dicuntur Conversi; vel si illam non emiserint, sin tamen, suaque omnia Monasterio tradiderint, nulla protsus, nec minima eorum portione sibi reservata, neque in proprietatem, neque in usum fructum, idque irrevocabiliter, plene, & cum effectu, habitumque aliquo modo mutaverint, gaudent privilegio Canonis, non secus, ac Oblatæ ex indulto Bullato *Sixti IV. pro Carmelitarum oblatis apud Casarub. in compend. v. Oblati n. 2.*, ubi sic: [Sixtus IV. concessit, quod Oblati, & Oblatæ Fratrum Carmelitarum gaudeant privilegiis, & gratiis dicti Ordinis, sicut gaudere possunt Mulieres Mantellatæ, & Pinzocheræ, sub dicto Ordine viventes, quibus concessum est, posse gaudere privilegiis Fratrum.]

Bonacina de Cens. in partic. q. 16. sect. 1. p. 3. n. 10. addit gaudere etiam privilegio Canonis eos, qui assumpto habitu religioso adhibentur ad servitia Monialium, & ad petendas eleemosynas pro ipsis. 313

Sexto, Moniales, sive eæ sint Professæ, sive Conversæ, sive Novitiæ: cum hæ omnes conveniant sub nomine *Monachi in dic. cap. Siquis suadente*, juxta communem Doctorum sententiam. 314

Septimo tandem, Equites Militares, ut S. Joannis Hierosolymitani, S. Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, Ordinis Christi, S. Stephani &c., utpote veri religiosi, aut saltem personæ Ecclesiasticæ, tria vota Religionis suo modo servantes, ex dispensatione Apostolica; &, ut tales, privilegio Canonis fruentes, prout docent *Molin. tr. 3. disp. 50. Bonac. supra* n. 9. *Pellizz. q. 5. n. 148. & alii.* 315

Tuetur autem religiosis enumeratis privilegium, de quo loquimur, Conservator, percussores præveniendo; sicque percussionem impediendo, cohærenter ad ea, quæ superius dicta sunt *art. 1. asser. 2. §. Dicitur 6. a n. 48. & art. 2. asser. 5. & 2. §. Dicitur 9. n. 24.* Vel, si percussio non potuerit impediri, denuntiando in excommunicationem majorem incursos quoscumque, & qualescumque regularium præfatorum, suadente Diabolo, percussores; seu de cetero Mares, sive Feminas, seu laicos, sive religiosos, & Clericos, in Pontificali etiam, & majori dignitate constitutos (excepto tamen Papa), ut firmat communis opinio, ex particule generalis *Siquis*, in memorato Canone posita, quæ omnes, & singulos quoscumque, & qualescumque insinuatos percussores includit. Immo & Mandantes, ac Consulentes, si Mandatum, seu expressum, sive tacitum, & consilium revera in percussionem influxerint; at non ex vi Canonis *Siquis suadente*, qui loquitur de iis, qui per se percusserint; &, utpote odiosus, non est extendendus ad eos, qui percussionem fecerint per alium, cujusmodi sunt Mandentes, & Consulentes: sed vigore *cap. Quantæ de sent. Excomm.*, ubi prædictæ excommunicationi subduntur, non modo qui percutiunt, sed etiam qui consentiunt: qui autem Mandatum, vel consilium dat ad percutiendum, vere est, & dicitur consentiens, ut docent *Suar. supra n. 55.*, *Molina disp. 55. n. 8. & alii apud Bonac. supra cit. sect. 1. §. 2. n. 1.* 316

RESOLUTIO LXX.

An procedere valeat adversus Episcopum, absolvere contendentem a Canonis excommunicatione Regularem, percussorem alterius Regularis, vel Clerici Sæcularis.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus Episcopum, absolvere contendentem ab excommunicatione præfata religiosum, percussorem alius religiosi ejusdem, vel alterius ordinis, aut Clerici Sæcularis; prætendentem hujusmodi absolutionem conferre regulari Prælato religiosi percutientis; ut 317

quidem potest ex variis indultis Bullatis, concessis Vicariis, & Custodibus Fratrum Minorum; necnon Generalibus, ac Provincialibus Fratrum Prędicatorum, & omnibus illis, quibus ii id commiserint; per quæ conferrur recensitis Prælatis poeestas absolvendi proprios subditos ab ista excommunicatinne, contracta ex percussione etiam enormi, ut videre est *in Compend. privil. mendic. verb. Absolut. ordin. quoad Fratres* §. 23. & 38. Quę sane indulta Superioribus aliarnm religionum per viam communicationis communia sunt, ut notat *Palaus disp. 3. de censur. p. 23. §. 3. n. 10.* Atque ita docent *Sorb. loc. cit. pag. 19. Rodriq. tom. 1. quæst. regul. q. 20. art. 2a. Peyr. tom. 2. privil. Constit. 2. Julii II. §. 29. n. 119. Pellizz. q. 27. n. 191. & alii*, qui tria notant: &

318 Primum est, religiosum, percussorem religiosi Ordinis, debere quidem a suo Superiore absolvi, sed concurrente etiam Prælato Religiosi percussi: idque ut condonet injuriam, & pœnam in satisfactionem definiae, *c. Cum illorum §. Si vero claustralis de sent. excomm. ibique Host. n. 24. Abb. n. 13. & alii.* Quamvis Prælatus religiosi percussi possit se remittere Prælato percutientis, ut percussorem absolvae, ipso non pręsente, ut notat *Laym. lib. 1. tr. 5. p. 11. c. 5. n. 10.*

319 Secundum est, posse quidem religiosum percussorem alterius, sed de licentia proprii Regularis Prælati, absolvi a præfata excommunicatione per Episcopum; quod etiam notant *Sanchez lib. 4. Mor. c. 39. n. 32. Molina tom. 3. disp. 61. n. 4. Suarez de pænit. disp. 30. sect. 2. n. 3. & alii plures*, qua Theologi, qua Cannnistæ, quos sequitur *Pellizzarius tr. 8. c. 6. sect. 2. q. 48. n. 80.* tum ex eo, quia exemptio Regularium potissimum inducta est in favorem religionis, ut nimirum religiosi quietius, Deo famulentur, & ne passim ab ordinariis perturbentur: unde in iis, quę Religionis quietem, & favorem concernunt, esse non debent pejoris conditionis, quam sint non exempti. Tum etiam ex eo, quia non consonae rationi, ut privilegium exemptionis in hoc casu contra finem illius operetur, impediendo talem regularium subjectionem Episcopo, ad effectum, ut absolvi valeant ab illo.

320 Tertium denique, sine tali licentia non posse religiosum percussorem subjicere se Episcopo, ut absolutionem per eum recipiat a censure. Ee ratio hujus est, quia cum Prælatus regularis sit Ordinarius religinsorum, sibi subditorum; nequeunt hi absque illius injuria, Episcopo, qui revera non est Ordinarius eorumdem, se subjicere.

321 Non extenditur tamen Judicis Regularium Conservatoris potestas adversus eumdem Episcopum, absolventem ab excommunicatione Clericum, vel Laicum Subditum suum, qui leviter ex adverso percussit regularem; intendente præfatam absolutionem impertiri Religioso Pręlato regularis percussi. Cum enim neque de Jure, neque vigore alicujus privilegii competat Pręlatis regularibus hujusmodi potestas, absolvendi Sęculares percussores suorum religiosorum; nulla ipsis ab Episcopo irrogatur injuria, præfatam absolutionem impertiente. Ee sic ut non apparet, unde possit prętendere regularis Superior, absolutionem dare Clerico, vel Laico percussori subditi sui; ita neque, unde possit illum defendere regularium Conservator, adversus Episcopum procedens, eo quod absolvat Subditum suum, qui leviter virum Religiosum percussit. Quod autem neque de Jure, neque vigore alicujus privilegii competat Pręlatis regularibus potestas absolvendi ab excommunicatione Sęculares seu Clericos, sive laicos, percussores religiosorum suorum, testatur *Campanile in divers. Jur. Can. rubr. 12. c. 13. n. 136.* sic: [Complures Canones perlegi, multosque Doctores, de hac re fuse tractantes, neque ullum invenire potui, qui insinuaret, hanc illos de Jure potestatem habere, aut saltem vigore privilegiorum; & tamen multorum scripta perlegi de privilegiis regularium (etiam in hac specie percussionis) tractantia:] Idem testatur *Peyrinus tom. 3. Privil. regul. Additam. ad Const. Julii II. cap. 3. n. 33.* Ideoque hanc sententiam propugnant locis citatis, scilicet non posse Pręlatum regularem absolvere Clericum Sęcularem, aut Laicum, qui subditum suum religiosum percussisset; sed pertinere ad ordinarium percussoris. Quibus adhęrent *Barbosa de offic. & pot. Episc. alleg. 105. n. 54. Squillante de privil. Cleric. c. 6. n. 204. Bordonus de percussione in religiosos resol. 28. n. 59. Cespedes de exempt. Regul. c. 29. dub. 305. n. 4.* Patrocinatur *Jo: Aloysius Riccius in prax. aur. 1. p. resol. 449.*, testans ita resolutum fuisse in Curia Archiepiscopi Neapolitani.

Non negaverim tamen, non posse Episcopum absolutionem ab excommunicatione præfato Clerico, vel Laico Subdito suo percussori regularis impertiri, nisi percussor debitam satisfactionem præmiserit; scilicet eam, quæ Judicio Prudentum videbitur necessaria, eamque exhibuerit, ut debet, Religioni, seu Monasterio, sive Prælato ipsius religionis, & Monasterii, in quo degebat, aut degit religiosus percussus, ut docet *Bonacina de Cens. in parc. disp. 2. q. 3. p. 6. sect. 5. n. 24. Pellizz. q. 28. n. 193.* citans *Filliucium*, afferentem praxim Sacræ Pœnitentiarię, *& alii*: cum enim, ut arguit *Pellizz.*, bona religiosorum Monasterio acquirantur, & damnum illorum in damnum religionis redundet; par est, ut etiam satisfactio inde debita præstetur religioni. 322

Donatus, nostræ sententiæ patronus, *in praxi tom. 3. variar. resol. tr. 12. q. 79. & 80. nr. & 82., addit*, satisfactionem prædictam ita impertiendam esse Religioni, seu Monasterio, & Prælato ipsius Monasterii, ut satis non sit, quod impertiatur religioso percusso, ipseque remittat injuriam: quemadmodum satis superque est, quod Religioni, seu Monasterio, sive Monasterii Prælato exhibeatur, quantumvis offensus nolit remittere injuriam. Ee nomine satisfactionis venire non solum petitionem veniæ, & satisfactionem pecuniariam pro damnis, expensis, & interesse; sed etiam pecuniariam satisfactionem pro existimatione injuriæ. Legatur hic Doctor locis citatis, ubi fuse de hac materia differit.

Quæ hactenus de absolutione a censura, per Episcopum impertienda laico, vel Clerico percussori regularis; aut per regularem Pręlatum religioso subdito, percussori regularis alterius Ordinis, vel Clerici dicta sunt; intelligenda veniunt in casu, quo regularis percussus, vel percussus Clericus ad Conservatorem recursum non habuerit, pro denuntiando in censuram incursum percussorem. Quod si recursum fecerit percussus, percussoremque declararit, ut potest, Conservator in excommunicationem Canonis incursum; in hoc casu (a nemine, quod sciam, exagitato; & a *Raymundo Nido de Conserv. regul. c. 20. partic. 21.* leviter insinuato, non tamen pro dignitate discusso, & resoluto) probabiliter autumo, censuratum ab ipsomet Conservatore debere absolutionem exspectare. 323

Et sane potest regularium Conservator, percutiente religioso Clericum Sęcularem; aut inversa vice Clerico sęculari, vel laico percutiente religiosum,

giosum, ad instantiam partis offensæ declarare excommunicatum a Jure percussorem, ut docet *Moneta de Conserv. c. 7. n. 184.* sic: [Ceterum si ad privatam utilitatem, puta satisfactionem, petatur denuntiatio, quod fieri potest, *argum. cap. Parochianos*, & *cap. Conquesti de sent. Excomm. Clem. 1. de pæn.* & *Clem. fin. de censur.* tunc probabiliter puto, posse Conservatorem, allumve delegatum Apostolicum, denuntiare excommunicatum a Jure; maxime cum denuntiatio novum vinculum non injiciat, sed injectum declaret, ut in simili arguit *Ugolin. de censur. tab. 1. c. 10. n. 3. per text. in cap. Pastoralis §. fin. de Appell.* Et ab eo fieri debeat, qui potest causam cognoscere.] *Monetæ* subscribit *Passerin. in Hanc Constitutione nu. 125. his verbis*: [Si pars coram Conservatore instet, ut declaret aliquem excommunicatum, tamquam Clerici percussorem; quod Conservator id facere possit, probabile putat Moneta.] Adhæret etiam *Nidus de Conserv. Regul. c. 4. partic. 11. a n. 9.* concludens *n. 16.* [Quare si quis extraneus manum violentam in Regularem injiciat, seu re injuriam ipsi faciat, & iste pro sui utilitate, defensioneque instet; Conservator poterit declarare excommunicatum percussorem.] Et *n. 18.* [Similiter Clericus Sæcularis, qui realem injuriam passus fuerit a Regulari per manum violentam, instare potest coram Conservatore, & iste contra Regularem percussorem procedere poterit. Nam in Gregoriana Constitutione *Sanctissimus* habetur: *Ad hæc statuit Sanctitas sua, ut coram ipsis Conservatoribus Regulares, ac personæ supradictæ conveniri quidem, ac trahi debeant.* Nec video, cur excipiendus sit casus iste percussionis.] Ita laudatus *Nidus*, & alii.

325 Si autem potest Judex Regularium Conservator, excommunicatum a Jure denuntiare Laicum, vel Clericum percussorem Religiosi; sicut & Religiosum ipsum percussorem Clerici; poterit etiam (probabiliter tamen, & salvo meliori judicio,) illum, a se denuntiatum, ab eadem excommunicatione Juris absolvere. Profecto si Judex Regularium Conservator denuntiare potest; &, a se denuntiatos, absolvere ab excommunicatione incursa, violentos Extractores reorum ab Ecclesia, vel Monasterio Regularium, propter manifestam injuriam, quam in ipsa extractione inferunt Ecclesiæ, ut supra diximus *art. 19. asser. 2. §. 14. Extenditur num. 42.* Sicut & denuntiare potest, atque denuntiatos a se ab incursa excommunicatione absolvere infringentes ausu temerario Ecclesias, aliave loca Regularia, aut in illis violentiam damnabilem exercentes, propter manifestam injuriam, quam irrogant Ecclesiæ, ex dictis *asser. 2. Resol. 3. n. 34.* multo magis videtur quod valeat Judex præfatus Conservator denuntiare in excommunicationem Canonis incursos, & a se denuntiatos absolvere ab excommunicatione incursa percussores Religiosorum, vel Sæcularium Clericorum, propter manifestam injuriam, quam sua percussione inferunt nedum Ecclesiæ, sed (quod pejus est) ipsis etiam Ecclesiasticorum personis. Nostræ huic opinioni patrocinatur *Raymundus Nidus supra n. 28.* ubi quærens: [Numquid Regularis iste, Clerici percussor Sæcularis, sicuti a suo Prælato, ita etiam a Conservatore absolvi poterit?] Respondet: [Salvo meliori judicio, dicerem, posse casu, quo Clericus Sæcularis percussus, privatam ad utilitatem, Regularem coram Conservatore traxisset.] & *n. 29.* [Si petas: a quo absolvendus sit Regularis, qui alterius Ordinis Religiosum percussit?] Respondet: [posse absolvi a proprio Prælato &c. præsente Superiore percussi &c.] & deinde *n. 31.* [Censeo, Conservatorem posse etiam de percussione ista cognoscere privatam ad utilitatem.]

RESOLUTIO LXXI.

An procedere valeat adversus eumdem, absolvere contendentem a Canonis excommunicatione Novitium, vel Scholarem Jesuitam, qui post percussionem, in sæculo patratam Monaci, vel Clerici Sæcularis, Religionem ingreditur, vel post eamdem percussionem, in Religione commissam, revertatur ad sæculum.

Potestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus eumdem Episcopum, absolvere contendentem a præfata excommunicatione Novitium, aut Scholarem Jesuitam, qui post commissam percussionem Monaci, vel Clerici in sæculo, religionem ingreditur: vel post eamdem percussionem, in Religione commissam, dimisso habitu, recedit ab illa. Cum teneatur in utroque casu absolvi a suo Regulari Prælato, ut docent *Pelliz. tr. 8. c. 6. sect. 3. n. 192. Cespied. de Exempt. c. 19. dub. 310.* & *alii*, contra *Alfonsum de Leone de Censur. Recoll. 5. a n. 616.* & *alios*. Et sane, ut arguit *Pelliz.* cum Novitii fruantur privilegiis suarum Religionum, quæ illimitate Religionibus ipsis concessa sunt; non est, cur ea modo debeamus restringere ad solos Professos, non etiam ad Novitios extendere; vel ad hos in Religione manentes, & pro delictis in Religione commissis, non extra Religionem; vel a Religione discedentes. Utque pro secundo casu probat *Cespied.* commisso delicto reus statim manet obligatus illi Curiæ, sub cujus Jurisdictione est tempore delicti, ergo a Prælato talis curiæ, adeoque a Regulari absolvi debet Novitius, & præfatus Scholaris, non ab Episcopo. Confirmatur: Clericus, delinquens tempore Clericatus, si post commissum delictum, habitum Clericalem dimittat, a Judice Ecclesiastico, non a Sæculari puniri debet, ut est communis Doctorum opinio. Cum ergo hæc doctrina procedat de Novitio, & Scholari Jesuita, idem de utroque est sustinendum, & quidem non solum ad ligandum, sed etiam ad solvendum; cum eadem sit ligandi, ac solvendi potestas. 326

Neque dicas cum Alphonso de Leone, quod eatenus Novitius, & Scholaris Jesuita sit subditus Prælato Regulari, quatenus manet in Religione: & jurisdictio Regularis Prælati non solum pro foro externo, sed etiam pro interno duret tantum pro tempore, quo actu est in Novitiatu, & Religione. Ne, inquam, id dicas, aliter idem dici poterit de Jurisdictione, quam habet Episcopus in Clericum, quod nimirum tantum duret pro tempore, quo ille actu Clericus est: quod si habitum dimittat, non erit amplius subditus Episcopo. 327

Neque instes cum eodem: Si Novitius, vel Scholaris Jesuita tempore Novitiatus, & Religionis incidat in Casus reservatos Episcopo, & postea egrediatur; absolvi non potest a Prælato Regulari, sub cujus jurisdictione erat, quando peccatum reservatum commisit, sed ab Episcopo, aliove facultatem habente absolvendi a reservatis. Ergo a pari in casu nostro. Non instes, inquam, nam primo, ait *Cespedes* antecedens 328

R 2 non

non est ita certum, ut sibi persuadet Alphonsus *de Leone*. Et deinde lata est disparitas inter absolutionem a censura, & absolutionem a reservatis: nam ab his nequit absolvi tunc novitius, vel Jesuita Scholaris, nisi ab Episcopo, vel ejus delegato: quia in foro pœnitentiali tantum habetur respectus ad tempus sententiæ: non ita tamen in aliis foris, in quibus habetur respectus etiam ad tempus commissi delicti.

359 Neque tandem urgeas: Si Novitius, vel Scholaris Jesuita, percutiens Clericum, vel Monacum in Religione; ab eaque per suum Regularem Prælatum non absolutus egrediens, egressus absolvi deberet a suo Regulari Prælato, non ab Episcopo: eo quia, commisso delicto, reus statim manet obligatus illi Curiæ, sub cujus Jurisdictione est, quando committit delictum, ob eamdem rationem absolvi deberet ab Episcopo, non a Regulari Prælato idem Novirius, qui ante Novitiatum, & in sæculo Clericum, vel Monachum percutiens, non absolurus ab Episcopo, Religionem intraret. Non urgeas, inquam: nam hoc est privilegium Religionibus illimitate concessum, ut valeant nimirum Prælati Regulares absolvere subditos suos ab excommunicatione, incursa propter percussionem ubilibet, seu in Religione, sive in sæculo patratam. Cum autem simile privilegium non habeanr Episcopi, absolvendi subditos suos ab excommunicatione propter delictum in Religione patratum; quoad hos tempus inspicitur delicti; quoad illos vero tempus subjectionis, & sententiæ. Unde licet Novitius ante Novitiatum, & in sæculo excommunicationem incurrerit; ab ea in Religione per Regularem Prælatum, cui subditur, non per Episcopum, cui non subditur, est absolvendus: quemadmodum Religionem dimittens ab eodem absolvi debet, cujus tempore commissum est delictum, seu a Prælato Religionis, sub cujus jurisdictione erat tempore delicti; non autem ab Episcopo, sub cujus Jurisdictione non erat, quando commisit delictum.

RESOLUTIO LXXII.

An procedere valeat adversus publicas Universitates, impedientes Regularibus publicas Scholas, Auditorumque promotiones ad gradus; & jam promotis usum privilegiorum, etiam sub prætextu, quod ab immemorabili jus habeant prohibendi.

330 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus publicas Universitates, seu earumdem Rectores, impedire cuntendentes Regularibus publicas Scholas; Auditorumque accurrentium promotiones ad literarios gradus Doctoris, Magistri, Licentiati, Baccalaurei &c. & jam promotis privilegiorum usum, etiam sub prætextu, quod ab immemorabili tempore jus habeant prohibendi. Possunt etenim Regulares publicas Scholas aperire, ibique legere, etiam ubi extant Universitates; & ad eas quicumque Scholastici accurrere ex privilegio Bullato, concesso Societati Jesn a S. P.o V. penes *Bullarium Soc. pag.* 107. ubi sic: [Auctoritate Apostolica decernimus, & declaramus, quod Præceptores hujusmodi Societatis tam litterarum humanarum, quam liberalium Artium, Theologiæ, vel cujusvis earum facultatum in suis Collegiis etiam in locis, ubi Universitates extiterint, suas lectiones etiam publicas legere, (dummodo per duas horas de mane, & per unam de sero cum Lectoribus Universitatis non concurrant) libere, ac licite possint: quodque quibuscumque Scholasticis liceat in hujusmodi Collegiis lectiones, & alias Scholasticas exercitationes frequentare.] Quod sane privilegium, advertit *Novarius in lucerna Regul. v. privilegia n.* 17. procedit, quantumvis aliqua Civitas se opponat, prætendens ab immemorabili tempore jus prohibendi habere: pro quo etiam affert *Novar.* decisionem *Rotæ Romanæ anno* 1627. Et quoad limitationem temporis duarum horarum de mane, & unius de sero quo tempore non deberent concurrere Præceptores Regulares cum Lectoribus Universitatis, fuit restrictum a Gregorio XIII. in sua Constit. *Quanta in vinea* ad unam horam de mane, & unam de sero.

Possunt etiam ad præfatos gradus promovere 331
Auditores, ad eorum Scholas accurrentes ex indulto Bullato Pii IV. quod refert *Bullarium Societ. fol.* 85. sic: [Præpositus Generalis per se, vel aliquem ex Præpositis, vel Rectoribus Collegiorum, tam in Universitatibus studiorum generalium, quam extra illas existentium, in quibus ordinarie studiorum artium liberalium, & Theologiæ lectiones habebuntur, Cursusque Ordinarii peragentur, nostræ Societatis Scholares, & pauperes externos, qui dictas lectiones frequentaverint; & etiam divites, si Universitatum Officiales eos promovere recusaverint, cum per examinatores nostræ Societatis idonei sint inventi (solutis tamen per divites suis Juribus Universitatibus) in nostris Collegiis quarumcumque Universitatum, & in aliis extra Universitates consistentibus quoslibet alios Scholares, qui sub eorumdem Collegiorum Obedientia, directione, vel disciplina studuerint, ad prædictos gradus, ac alias in reliquis juxta tenorem litterarum Julii III. (de quibus mox) promovere possunt].

Promoti vero ad literarios gradus vi dictorum 332
privilegiorum gaudent omnibus illis privilegiis, quibus fruuntur ii, qui in aliis Universitatibus promoventur, ut probat *Rodriq. tom. 2. Quæst. Regul. q. 74. art. 5.* ex concessione bullata Julii III. facta nostræ Societati, & in ipsius Bullario relata *pag.* 69. in hæc verba: [Eisdem Scholaribus, ut postquam promoti fuerint &c. omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, antelationibus, favoribus, gratiis, & indultis, ac omnibus, & singulis aliis, quibus alii in quibusvis Studiorum hujusmodi &c. pro tempore promoti de Jure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt, pariformiter, & æque principaliter, absque ulla penitus differentia perinde, ac si gradus hujusmodi in eisdem Universitatibus, & non eorum Collegiis hujusmodi accepissent.] Quæ sane concessio, & si lata fuerit pro Religiosis Scholaribus, ad literarios gradus Doctoris, Magistri &c. promotis, fuit nihilominus pro Scholaribus etiam Laicis, ad recensitos gradus promotis, per Pium IV. extensa, atque expresse pro eisdem confirmata. Immo & per S. Pium V. qui districtius Rectoribus Universitatum, & aliis quibuscumque inhibet sub pœna excommunicationis infligendæ, ne Collegiorum nostrorum Rectores, aut Scholares in præmissis, per Pium IV. concessis, molestare audeant, ut liquet ex Bullar. Soc. *fol.* 108.

Ubi notandum, recensita privilegia, nostræ 333
Societati concessa, communia esse ceteris Regularibus Ordinibus, qui de privilegiis Societatis com-

communicant: cum nulla habeatur ratio unde illa excludi debeant a generali communicatione privilegiorum, ut optime contendit *Pellizz. tr. 8. c. 4. sect. 2. q. 3. num. 45. q. 8. n. 51. & q. 9. num. 54.* Quamvis quoad privilegium promovendi Scholasticos extraneos ad recensitos litterarios gradus, opponatur *Bordon. tom. 2. resol. 52. n. 83.* ex eo quod præfatum Indultum, ex specialissima ratione Societati concessum sit, quia nimirum habet ex instituto debitum docendi, & legendi publice, adeoque in remunerationem laborum in Studiis, ac meritorum collarum; quæ ratio non militat pro aliis Religionibus, debitum publice docendi, legendique non habentibus.

RESOLUTIO LXXIII.

An expellere valeat Artifices, aliosque id genus Molestatores Scholarum Regularium a domo, Scholis vicina.

334 Potestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad expellendum Fabrum ferrarium, aliumve id genus artificem e domo, vicina Scholis, in quibus Regulares docent, & quibus proprio quotidiano labore, & strepitu molestiæ non vulgaris sunt præfati Artifices. Cum id posse Regulares, contendat *Pellizz. supra q. 17. n. 66.* attenta doctrina, quam adducit *Bartolus ex Jacobo de Arena penes Azorium p. 3. l. 8. de Locato, & Conducto. c. 3. q. 11.* pro solutione hujus, haud dissimilis quæstionis: An nimirum Doctor possit Fabrum expellere, habitantem in ædibus, Scholæ vicinis: distinguit enim *Bartolus* hoc pacto: aut Doctor prævenit Fabrum; & tunc potest illum expellere, aut Faber prævenit Doctorem; & tunc vel Doctor potest Scholam alibi commode regere; & ei præfertur Faber: vel non potest; & partes Doctoris sunt potiores. Quod si ambo simul concurrant, jus Doctoris prævalet. Quamvis, ut notat *Bartolus*, id potius pendeat ex Officio, & arbitrio Judicis, habita ratione locorum, personarum, consuetudinis, ac temporis, præferendo tamen in ambiguis jus Doctoris ob commune bonum. Item contendit laudatus *Bartolus* apud *Azorium loc. cit.* quod si Faber habiter prope domum plurium, aut etiam unius tantum Scholaris, inde potest expelli. Ergo a pari in casu nostro. Hinc Gelasius Papa *in Can. Pridem 18. q. 2.* Episcopo volenti Baptisterium erigere juxta quoddam Monasterium, id prohibuit, ne Monachi a divinis Officiis impedirentur.

335 Quæ de expulsione Fabrorum ab officina, contigua Scholis Regularium, dicta sunt, ratione perturbationis, & molestiæ, quam suo continuo strepitu illis inferunt; intelligenda pariter de eorumdem expulsione ab officina, contigua Monasteriis: & a fortiori de eorumdem, & turpium feminarum expulsione ab officina, & domo, contigua Ecclesiis; de qua fuse, & erudite *Pignatell. tom. 4. consf. 77.*

RESOLUTIO LXXIV.

An procedere valeat adversus locorum Ordinarios, contendentes Jurisdictionem habere in Regulares, eo quod sint in possessione judicandi illos.

336 Potestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus locorum Ordinarios, contendentes jurisdictionem habere, illamque proinde exercere volentes in Religiosos exemptos, eo quod jam sint in possessione judicandi illos; unde apparet, eos privilegio exemptionis suæ renuntiasse. Cum vere Ordinarii locorum jurisdictionem non habeant in Religiosos exemptos; neque in hoc casu, ut docent *Diana p. 3. tr. 2. resol. 134. Rodriq. in Compend. Quæst. regul. ref. 63. num. 23. & alii*: contra *Trevisanum, Cuccum, Capram penes laudatum Dianam*. Et recte; cum exempti sine licentia Papæ nequeant expresse privilegio exemptionis renuntiare; & consequenter multo minus tacite; quod tamen accideret in proposito. Et sane cum Exemptio Regularium a Jurisdictione Ordinariorum, reddat illos immediate subditos Apostolicæ Sedi; si tale privilegium renuntiarent, sese Ordinariis subjiciendo, hoc ipso subtraherent se ab immediata subjectione Pontificis; quod ut norant *Pet. tom. 1. Privil. Constit. 2. Sixti IV. n. 6. & alii*, in injuriam, & damnum cederet Apostolicæ Sedis. Item cum privilegium talis Exemptionis per se, & principaliter sit toti Ordini Religioso concessum; si Regulares illud renuntiarent; id in præjudicium vergeret etiam totius Ordinis Religiosi. 337

338 Arque ita fuisse resolutum in una *Ulyssipponensi Monasterii die 19. Septembris 1625. coram illustrissimo Coccino, testatur Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. alleg. 105. n. 76.* Et decisum a Sacr. Congreg. Concil. *die 26. Januarii 1619. referunt Pet. ad Constit. 2. Sixti IV. n. 18. & Cesped. de Exempt. c. 22. dub. 321. n. 12.* Cum enim Archiepiscopus Genuensis pretenderet, posse Tabernaculum, seu Pixidem, in qua Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asservatur, visitare ratione possessionis, eo quia ejus Antecessor aliquas Ecclesias regularium visitaverat; deductum est negotium ad Sacram Congregationem Concilii, quæ præfato Archiepiscopo in hæc verba rescripsit: [Perillustris, ac Reverendissime Domine, uti Frater. Cum actum fuerit in Sacra Congregatione Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum, an liceat Amplitudini tuæ pergere in quasi possessione visitandi Ecclesias Regularium; Illustrissimi Patres, perspectis Scripturis, hac ab Amplitudine tua non ita pridem delatis, censuerunt, debere eam abstinere ab hujusmodi visitatione Monasteriorum, atque Ecclesiarum Regularium Exemptorum, quibus cura animarum Sæcularium non imminet. Itemque Monialium, eisdem Regularibus subjectarum in his, quæ ad ipsarum clausuram non pertinent. Reliquum est, ut Amplitudo tua Sacræ Congregationis responso prompte, quod suis literis pollicetur, adhæreat. Et diu valebit in Domino, quem illi propitium ex animo cupimus. Romæ &c.]

RESOLUTIO LXXV.

An procedere valeat adversus eosdem Ordinarios, corrigere volentes Regulares, eo quod a Papa delegentur Judices, ad corrigendos Clericos: nulla facta mentione Clericorum Exemptorum.

Potestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus eosdem Ordinarios locorum, procedere volentes contra Regulares, eo quod a Papa delegentur Judices, ad corrigendos Clericos, nulla mentione facta de Exemptione. Cum procedere neutiquam valeant, ut docent *Sanchez lib. 6. Consf. c. 9. d. 3. n. 2. ex Felin. & Navarr.* Contra *Abbat. in c. Gravi n. 5. de* 339

ad rem facientibus delibare, molestiæ regularibus nullatenus sit.

348 Sciendum itaque primo est, Superiores locales cujuscumque Monasterii, Conventus, seu domus religiosæ, teneri sub quibusdam pœnis, ipso facto incurrendis curare, & efficere, ut quotannis aliquot Clementis VIII., & Sacræ Congregationis Concilii, ac Sancti Officii Inquisitionis Decreta, ad regulares spectantia perlegantur, & quidem statutis temporibus, in aliqua publica Congregatione, seu Capitulo, ad hoc specialiter convocato, vel saltem in publica mensa. Quæ sane Decreta, pro majori regularium commodo, & facilitate, per extensum adducit *Pellizz. ad calcem Ma-*
349 *nualis Regularium tom.* 2. Suntque

Primo, Constitutio Clementis VIII. *de largitione munerum* una cum ejus confirmatione, facta ab Urbano VIII., sub pœna privationis officii, vocisque activæ, & passivæ, ipso Jure incurrendis, mense Januario legenda.

350 Secundo, Decreta Sacræ Congregationis Sancti Officii, jussu Urbani VIII. edita, *de Observantia Constitutionum Apostolicarum, & Decretorum, pertinentium ad Sanctum Officium*, sub pœna privationis offici, ac vocis activæ, & passivæ ipso facto, aliisque pœnis arbitrio Sanctitatis suæ infligendis legenda, a feria sexta post octavam Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, usque ad finem mensis Augusti.

351 Tertio, Decreta Clementis VIII. *de Reformatione Regularium, de Receptione, Professione, ac Institutione Novitiorum*, sub pœna privationis omnium officiorum, vocisque activæ, & passivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa impostesum obtinenda, bis in anno legenda, diebus a Superiore designandis.

352 Quarto, Decreta Sacræ Congregationis Concilii, jussu Urbani VIII. edita, *de regularibus Apostatis, & Ejectis*, sub pœnis mox relatis legenda bis in anno, diebus, a Superiore præscribendis. Quamvis *Bordonus in decis. Miscellan.* 500. *dubiorum decis.* 103. contendat, hujusmodi Decreta *de regularibus Apostatis, & Ejectis* nullam pœnam continere adversus Superiorem, legere negligentem, contra communem Doctorum sententiam cum *Pellizz. loc. cit.*, & suam *decis.* 102. ibi: [Qui autem omisit lectionem Decretorum de celebratione Missarum; item Bullarum Sanctæ Inquisitionis, item Decretorum de Ejectis, & Apostatis, item Bullæ, & Decreti de largitione munerum, non solum est privatus ipso Jure sui officii, sed etiam voce activa, & passiva, & inhabilis, ut expresse dicitur in illis.]

353 Quinto, Decreta ejusdem Sacræ Congregationis Concilii, Urbani VIII. auctoritate emanata, *de Celebratione Missarum*, sub pœnis privationis officii, vocisque activæ, & passivæ, ipso facto incurrendis legenda sexto quoque mense, id est feria secunda post primam Dominicam Adventus, & feria sexta post octavam Corporis Christi. Super quibus duæ emanarunt gratiæ a Sacra Congregatione Cardinalium, negotiis Regularium præposita, quas refert *Peyr. tom.* 3. *privil. Minim.* in Decretis novissimis Sacræ Congregationis, Decreto 54. scilicet.

354 Prima pro Augustinianis sub his verbis: [Sacra Congregatio Cardinalium, negotiis Regularium præposita, præfatis precibus benigne annuendo, gratiose condonavit supradictis Superioribus localibus Ordinis Eremitarum S. Augustini, omnes, & quascumque pœnas, de præterito incursas, ob inobservantiam Decreti de publicandis ordinationibus Sacræ Congregationis Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum *de Celebratione Missarum*. Et iisdem Superioribus permisit, ut in posterum facere possent, dictas ordinationes perlegi, vel in die, in ipsis ordinationibus præscripta, vel intra terminum decem dierum immediate subsequentium. Romæ die 21. Martii 1618.]

Secunda, pro Canonicis regularibus tenoris se- 355
quentis; [Sacra Congregatio Cardinalium, negotiis Regularium præposita &c. iisdem Superioribus permisit, ut in posterum facere possint, dictas Ordinationes perlegi, vel in die, in ipsis Ordinationibus præscripta, vel intra terminum unius mensis, immediate subsequentis. Romæ die 16. Aprilis 1618.]

Sciendum secundo, Decreta prædicta legi posse 356
in compendium redacta: atque obligationi suæ a Superioribus localibus per hujusmodi lectionem fieri satis. Tum quia ratio, quare legantur in Congregatione, seu Capitulo, vel publica Mensa est, ut memoria retineantur, & observentur: melius autem ediscuntur, ac memoria retinentur in compendium redacta, quam per extensum, ut jacent, lecta. Tum quia Compendium est breve Summarium, continens totam substantiam ejus, cujus est Compendium. Ergo legens totum Compendium, legere dicitur totam Bullam, etsi compendiatam. Tum denique, quia legens Decreta *de Celebratione Missarum* E. G. usque ad §. *Porro ne ullo umquam tempore*, suo muneri facit satis, ut omnibus certum est: cum, quæ sequuntur ab illo §., Decreta non sint, sed clausulę generales, Bullis omnibus communes. Atque ita docet, & probat *Bordonus in decis. Miscell.* 500. *dubiorum decis.* 64.

Opponitur tamen novissime *Donat. in prax. tom.* 357
3. *tr.* 7. *q.* 73. *n.* 2., motus tum ex eo, quia Decreta Romanorum Pontificum non possunt a Ministris pro arbitrio omitti, aut mutari. Tum etiam, quia Constitutio Apostolica nihil debet obscurum, vel ambiguum continere, ut expresse dicitur in *cap. Quoniam* 13. *de Constit.* Quod vix, aut numquam evitatur in Compendiis legum, secundum illud Horatii: [Dum brevis esse laboro, obscurus fio &c. Tum item, quia videtur loqui contra mentem Sacræ Congregationis, expressam in Decretis *de Celebratione Missarum* §. 55. ibi: [Et ne præmissarum ignorantia a quoquam prætendi possit, voluit eadem Sacra Congregatio, ut præsentes Ordinationes in valvis Basilicarum &c.] Et merito hoc fieri jussit, quia leges, & Decreta debent publicari, & notificari, ut jacent per extensum, non autem per Summarium, seu Compendium ipsarum; secus non intelliguntur perfecte publicatæ. Hactenus *Donatus*, sed immerito: non 358
enim omitterentur, aut substantialiter mutarentur Summorum Pontificum Decreta, si in Compendium redacta legerentur. Neque obscuritatem, vel ambiguitatem ullam continerent, sed potius majorem claritatem, si totam ipsorum substantiam, amputata verborum, & phrasium, curialium præsertim, multiplicitate, paucissimis, sincerisque verbis, omnium captui accommodatis, exprimerent, ut patet experientia: videmus siquidem, facilius percipi brevem, nudamque orationem, quam prolixam, eamque modis loquendi non omnibus perviis contextam. Quidquid autem sit, num Leges, & Decreta, quando primo publicantur, & intimantur, legi debeant, ut jacent, per extensum: non ita tamen, quando jam satis superque sunt publicatæ, & intimatæ, perque tot, tantosque annos lectæ, & repetitæ, omnibusque notæ, ac notissimæ, ita ut in earum ulteriori, & ulteriori lectione nihil aliud intendatur, nisi quod nullo umquam tempore, in oblivionem, seu desue-

suetudinem abeant; ut habet eadem Sacra Congregatio in iisdem Decretis *de Celebratione Missarum* §. 9. Unde præfata Decretorum lectio, in compendium redacta, videtur potius juxta mentem Sacræ Congregationis esse, quam contra mentem, ut perperam arbitratur *Donatus*.

359 Sciendum tertio, Lectionem prædictorum Decretorum, justa occurrente causa, anticipari posse; cum præfinitio temporis, ad earum lectionem apposita, non sit in cultum ipsius temporis: & anticipata solutio non noceat creditori: meliusque sit prævenire, quam præveniri: ac plus solvat, qui solvit ante tempus. Præter quam, quod sic abundanter impleatur mens Legislatoris, & obtineatur finis, ab eo intentus, ut consideranti patebit, & notat *Pellizz. tom. 2. Man. Regul. tr. 7. c. 6. sect. 2. n. 38. & tr. 9. c. 7. q. 19. n. item 19. in fin.* Quemadmodum, justa occurrente causa, postponi potest talis lectio. Unde docet *Lezana in Summ. quæst. regul. tom. 2. p. 2. tit. Lectio quoad regulares n. 10.*, excusabiles esse Superiores, etiam quoad forum externum, quoties propter aliquam rationabilem causam, licet non multum urgentem, aut propter aliquod impedimentum alicujus momenti id fecerint: quia cum pœnæ, impositæ in dictis Decretis, valde graves sint, non debent censeri incursæ, nisi propter malitiam, dolum, negligentiam notabilem, aut dilationem, sine causa factam: & ita præsumendum de benignitate Sacrarum Congregationum, eas imponentium. Idem sentit *Peyr. tom. 3. privil. Minim. in addit. ad Constit. Urbani VIII.*
360 *c. 12. n. 4.* Additque Superiorem non incursurum tales pœnas, etsi consulto justa occurrente causa, per diem differret talem lectionem, putans id sibi in tali causa licere, alioquin legi facturus: ut si die præfixo fieret in Conventu aliquod magnum festum, & in Refectorio adessent devoti Sæculares: vel si religiosi ivissent ad processionem, aut ad sepeliendum mortuum, & non possent omnes adesse &c. qui enim bona fide transgreditur legem humanam, putans se habere justam causam transgrediendi, non peccat; nec incurrit pœnas, transgressoribus impositas, si de justa causa transgressionis constat, ut colligitur ex *Divo Thoma 1. 2. q. 69. art. 6. corp. & 2. 2. q. 147. art. 3.* quem sequuntur cum communi *Navar. in man. c. 23. n. 43. & lib. 2. Consil. de Jurejur. consil. 22. n. 2. Sayr. in decis. de Summ. Trinit. decis. 3. Rodriq. tom. 2. quæst. regul. quæst. 72. artic. 3.* Justa autem causa, ait *Peyr. ex Navar. in man. loc. cit.* est illa, propter quam legislator, si præsens esset, excusaret: vel quæ bona fide pro justa habetur: & ob quam, nisi talem eam judicaret, contra legem non faceret.

361 Quod si sine causa lectio Decretorum ultra diem præfixum differretur, sed nonnisi per unum, vel alterum diem; valde æquum esse, autumat *Pellizz. tr. 6. c. 3. n. 12.*, ut Superior excusetur a præfatis pœnis, etiam in foro interno: cum levitas materiæ, etiam in foro externo excuset in aliis casibus a pœna, Lege taxata: & alioqui durum nimis sit, subjicere virum religiosum pœnis adeo gravibus ob defectum, juxta circumstantias occurrentes, non adeo gravem.

362 Sciendum quarto, Superiorem localem, si ex oblivione, inadvertentia, ignorantia &c. præfatam lectionem omiserit; teneri deinde, post multos etiam dies, immo, & menses, cum primum advertit, & in notitiam suæ obligationis devenerit, statim convocatis Fratribus, vel in publica mensa legere omissa Decreta. Atque ita *Peyr. tom. 3. privil. Minim. Addit. ad Constit. Urbani VIII. c. 12. num. 4. & alii passim*. Cum, ut arguit laudatus Doctor, terminus in præfatis Decretis non ponatur ad finiendam obligationem, sed ne dilatetur executio. Quamobrem, elapso tempore designato, non cessat obligatio, *l. Celsus ff. de recept. Arbitr. cap. Cum dilecti. §. præterea de dol. & contum.*

Sciendum quinto, Ad observantiam hujus præ- 363
cepti de lectione Decretorum opus non esse, ut omnes religiosi Monasterii prædictæ lectioni intersint: sed sufficere, quod ea fiat coram majori parte Religiosorum ejusdem Monasterii, ut declarat quotidianus usus quoad interessentiam Religiosorum tali lectioni, teste *Pellizz. p. 2. Man. tr. 6. c.*
3. n. 11. Qui proinde infert, quod si hæc Decre- 364
ta legantur in mensa, (uti communiter fit), necesse non sit, ea iterum legere ad secundam mensam, etiamsi pauci religiosi Monasterii ad primam mensam convenerint. Præcipitur siquidem dumtaxat, quod ea legantur in publica Congregatione, seu Capitulo, vel in publica mensa: id autem sufficienter impletur, si talis lectio habeatur ad primam mensam, ad quam religiosi majori numero regulariter solent convenire. Lex quippe generaliter loquens, generaliter intelligi debet: & ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus. Quod si nihilominus ea Decreta legantur ad primam, & secundam mensam, (ut legi consuetum est in Collegiis, & domibus Societatis), tunc necessum non est, ea integra legere ad secundam mensam: quæ etenim est ratio totius ad totum, est & partis ad partem: & quæ dicuntur de aliquo toto, & de parte debent intelligi, *l. Quæ de tota ff. de rei vendic.* Unde si ad secundam mensam omitti potest integra præfatorum Decretorum lectio, utique pars illius omitti poterit, ut liquet.

Notat etiam laudatus *Pellizz. tr. 7. c. 6. sect. 2.* 365
n. 38., quod si tempore, ad faciendam hanc lectionem præscripto, major pars religiosorum Monasterii esset ruri, E. G. majorum Vacationum causa; tunc non esset facienda dicta lectio etiam ruri, sed satis foret, illam fieri in Monasterio. Immo & ibi deberet fieri, non autem ruri; cum sic abunde fieret satis menti Decreti, & haberetur finis in eo intentus; maxime cum religiosi graviores, ad quos principaliter spectant talia Decreta, soleant tunc temporis commorari in Monasterio.

Sciendum sexto, Decreta, de quibus sermo est, 366
legi debere a Superiore locali, & quidem vel per se, vel per alium. Et quamvis videantur in iis etiam comprehendi Generales, & Provinciales; nihilominus si contingat die præscripta non legi in aliquo Monasterio, ubi causa visitationis reperiatur Provincialis, vel Generalis; non hi, sed solus Prælatus localis in tali casu est pœnarum reus, utpote specialem, & immediatam habens Monasterii administrationem, ad quam sane pertinet Lectio Decretorum; non tamen Generalis, aut Provincialis, qui solummodo mediatam, & generalem curam habent, ac administrationem, & ad hanc non pertinet hujusmodi lectio: cum præsertim lex respiciat communiter contingentia; & omissio Lectionis præfatæ communiter accidat ex defectu Superioris localis, qui semper degit in suo Monasterio, Generali, ac Provinciali modo ad hoc, modo ad illud Monasterium abeuntibus, ut recte advertit *Pel-*
lizz. tom. 2. man. tr. 7. c. 6. sect. 2. n. 38. addens, 367
id quoque procedere in casu, quo Prælatus localis, puta rector, vel Prior tempore lectionis faciendæ sit ruri, & Vicerector, vel Viceprior, vel Minister,

aut

aut Subprior respective dictam lectinnem facere omittant. Cum enim hi tunc temporis succedant in Jorisdictionem Rectoris, aut Prioris respective, fiantque Superiores in capite, immediatam habentes gubernationem Collegii, vel Conventus, ad eos spectat, facere talem lectionem, ita ut si omittant, præfatas pœnas incurrant. Quod verum etiam est, licet in Collegio, vel Conventu tunc adsit Generalis, aut Provincialis, propter rationem supra datam; quæ hic pariformiter locum habet.

368 Unde audiendus non est *Bordonus decis.* 178., putans neque Rectorem, seu Priorem absentes, neque eorumdem Vicarios reos esse pœnarum. Non illos; quia cum absint, non possunt incumbere lectioni: neque antequam discedant, tenentur admonere Vicarios suos, ut lectionem procurent; cum hæc obligatio non exprimatur in Bullis. Neque hos; cum Vicarii non veniant nomine Superioris, qun tantum intelligitur Superior immediatus Monasterii.

369 Notat *Pellizz. loc. cit.*, si tempore, quo facienda est præfita lectio, & omittatur sint in Collegio, vel Conventu Rector, & Minister, Prior, & Subprior; pœnas prædictas incurri solum a Rectore, & Priore, non etiam a Ministro, & Subpriore; cum onus lectionis præfatæ spectet ad Superiorem majorem localem: & nomine Superioris localis in odiosis veniat tantum Superior in capite.

370 Sciendum septimo, Primam superius insinuatam gratiam *de remissione pænarum*, factam Superioribus localibus Ordinis Eremitarum S. Augustini transgressoribus, non communicari aliis Superioribus reliquorum Ordinum Religiosorum; cum sit factum transiens, & non proprie privilegium, quod ratione sui usus respicit futurum, ut ponderat *Bordon. cit. decis.* 178. Communicari tamen secundam Gratiam factam Canonicis Regularibus *de prorogatione temporis*, quæ proprie privilegium est, & aliunde regulares per communicationem privilegia participant inter se.

371 Hanc autem gratiam prorogationis unius mensis in Lectione Decretorum *de celebratione Missarum*, locum non habere in lectione aliorum Decretorum, pro quibus prolixum tempus præscriptum est: cujusmodi sunt Decretum super Bullas Sanctæ Inquisitionis, quod, ut initio insinuavimus, legi debet a feria sexta post Octavam Ascensionis usq; ad finem mensis Augusti: Bulla *de largitione munerum*, cui præscriptus est totus mensis Januarii; cum prolixitas temporis sufficienter admoneat Superiores, quorum interest tanta obligatio. Quod non accidit respectu aliorum Decretorum, quibus unus tantum dies, qui facile præteriri potest, assignatur: unde in his dumtaxat gratia locum habet: & sic, si horum lectio negligatur in die assignata, fieri potest infra mensem. Nequit tamen illorum lectio, si omittatur in die præfixa, & infra mensem subsequentem, fieri infra alium mensem, qui antecedentem immediate sequatur, ut optime notat *Bordon. cit. decis.* 178.

372 Sciendum octavo, Mensem, de quo fit mentio in Decreto Canonicorum regularium esse non triginta dierum, sed triginta unius diei adeoq; tum pro legendo Decreto *de Celebratone Missarum*, tum pro reliquis, in quibus locum habet gratia, Canonicis regularibus facta, mensem esse triginta unius diei. Et recte quidem: tum quia omnes fere menses, in quibus legi debent hujusmodi Decreta, sunt triginta unius diei; attenditur enim mensis præfixus, & pro lectione designatus, *Arg. Gloss. v. mensis cap. Quam sit 6. de Elect. in 6.* Tum quia favores, & gratiæ sunt ampliandæ: & sicut gratia est prorogativa temporis, ita & intelligitur prolixior mensis. Tum denique, quia quando fit mentio mensis indeterminati, tunc in gratiosis est triginta unius diei; in odiosis vero triginta dierum dumtaxat. Atque ita *Bordon. decis. cit.*

373 Et computari præfatum mensem, non a primo die in prædictis Decretis stabilito, sed a die sequenti, *Bordon. loc. mox cit.* Tum quia, ut habet communis regula ex *l. Ubi lex ff. de Reg. Jur.* [Dies termini non computatur in termino.] Tum etiam, quia favores sunt ampliandi. Et particula *infra* excludit primum diem, qui non computatur in termino, *Cened. singul.* 53. *nu.* 5., cum sit talis naturæ, ut cum assignatur terminus ad aliquid faciendum, puta infra decem dies, infra mensem, quolibet dictorum die poterit illud fieri, *Paris. lib.* 12. *de resignat. Benefic. q.* 8. *n.* 15. *Tuschus lit. D. concl.* 299. *n.* 2.

374 Sciendum nono, Publicum Capitulum, seu Congregationem, ubi legenda sunt prædicta Decreta, non esse Capitula, seu Congregationes Generales, vel Provinciales, ex pluribus Provinciis, vel Conventibus coactas, quæ passim fieri solent occasione electionum, vel negotiorum totius religionis, vel Provinciarum: sed mere particularem Fratrum ejusdem Monasterii congressum, qui extra refectorium, vel ibidem ad hunc effectum congregatur, ad audiendam nimirum lectionem Decretorum, ut manifeste colligitur ex Decreto de *Observatione Bullarum, ad Sanctum Officium Inquisitionis pertinentium*, quod in publica mensa, vel in Capitulo, ad hoc specialiter convocato, legendum est, ut innuimus in principio.

375 Sciendum decimo, Ex pœnis, quæ regularibus inferri possunt, alias esse spirituales, cujusmodi sunt Censuræ, & Irregularitas, immo Privatio Officiorum, vocis activæ, & passivæ, Inhabilitatio ad gradus, dignitates, & beneficia Ecclesiastica &c. Alias vero Corporales: ut sunt Flagellatio, pœna Triremium, Jejunium &c. Alias positivas, quæ malum aliquod inferunt, seu spirituale, sive corporale, quod non habebatur: & ad sui executionem petunt aliquam actionem, faciendam vel ab ipsomet delinquente, vel ab alio tertio; qualis est exilium, Flagellatio &c. *Alias* privativas, quæ nimirum in privatione consistunt alicujus boni, jam a delinquente obtenti, aut obtinendi, seu spiritualis, sive Corporalis: & ad sui Executionem nullam actionem desiderant: ut Censuræ, Inhabilitates, Irritationes actorum &c. Ex his autem pœnis privativis aliquas esse medicinales, ut sunt Censuræ Ecclesiasticæ, & Irregularitas: mere pœnales alias; ut sunt privatio Officiorum, Jurisdictionis, vocis activæ, & passivæ, Inhabilitatio ad gradus &c. Sed relictis aliis pœnis, quæ minus faciunt ad rem nostram;

376 Pœnæ privativę mere pœnales, quæ Superioribus localibus imponuntur, negligentibus lectionem Decretorum statuto tempore, & loco, de quibus hic loquimur, graves sunt, immo una gravior altera. Sic pœna suspensionis ab Officio, & a Jurisdictione communiter gravis existimatur, teste *Baldello lib.* 5. *disp.* 21. *n.* 11. *ex Suarez lib.* 3. *de legib. c.* 26. *n.* 4. Et gravior reputatur pœna privationis omnium officiorum, quæ de facto habentur: & gravissima inhabilitas ad ea imposterum obtinenda, cum sit quædam Irregularitas. Ad privationem autem officii reducitur Privatio Jurisdictionis, quæ est annexa officio & pri-

vatio vocis activæ, quæ est quædam Jurisdictio ad eligendum, ut advertit laudatus *Baldellus*: & ad inhabilitatem officiorum reducitur Privatio vocis passivæ, ut de se liquet.

377 Quamobrem ad hujusmodi pœnas incurrendas præsupponi debet culpa mortalis: cum pœna, ut sit justa, non debeat excedere culpam, & consequenter infligi non possit pœna gravis, nisi præsupposita culpa mortali: Atque ita *Pellizz. in Man. tom. 2. tract. 7. cap. 6. sect. 1. num. 14., addens n. 15. ex Baldello num. 9., Suarez num. 4. A Castro lib. 1. de leg. pœnal. cap. 5. docum. 4.*, nedum graves esse memoratas pœnas privativas, & imponendas pro culpa mortali; sed etiam gravem arguere obligationem legis, quæ sub iis fertur, ita ut transgressio legis censeri debeat mortalis. Quod ex eo patet, quia secus ejusmodi leges essent injustæ, & imprudentes; cum æquum non sit, nec prudens, ut pro culpa levi gravis imponatur pœna. Hinc

378 Sciendum undecimo; Hujusmodi pœnas non incurri in foro interno a Superioribus localibus, omittentibus legere antedicta Decreta, quandocumque omissio provenit ex bona fide, aut ex oblivione, inadvertentia, inconsideratione, negligentia non notabili, vel ex ignorantia, quantumvis vincibili, dummodo non crassa, & supina, ut recte contendunt *Diana part. 5. tract. 14. resol. 24. Pellizz. tract. 6. cap. 3. qu. 3. num. 12. & tr. 7. cap. 6. num. 18. Lezzana in Summ. quæst. regul. tom. 2. p. 2. tit. Lectio quoad regulares num. 10., & alii*: cum ex paulo antedictis omnis pœna præsupponat culpam; & pœna gravis, ac gravissima culpam gravem, & gravissimam. Atqui recensitæ pœnæ sunt graves, immo gravissimæ, & nulla in casu nostro intervenit culpa; ergo &c.

379 Neque in foro externo præfatas pœnas incurri a Superioribus localibus, omittentibus lectionem prædictorum Decretorum ex bona fide, aut ex oblivione, inadvertentia &c., ut recte sustinent *Diana part. 3. tract. 14. resol. 15.* cum doctis recentioribus, ab ipso consultis, *Peyr. tom. 3. privil. Minim. addit. ad constit. 9. Urbani VIII. cap. 12. num. 4. & alii*: cum etiam in foro externo non debeat imponi pœna, ubi non intervenit culpa.

380 Verum tamen est, quod in foro externo, nitente præsumptionibus, nisi probetur bona fides, oblivio, inadvertentia &c., censeantur incursæ a præfatis Superioribus, omittentibus Decretorum lectionem, pœnæ recensitæ: Quod potissimum fit, ubi aliæ probationes deficiant, per juramentum ipsorummet Superiorum localium omittentium, utpote quod est probatio privilegiata, & mere subrogatur in defectum aliarum probationum, teste *Menoc. de arbitr. judic. lib. 2. cent. 2. cas. 186. ex l. 2. ff. Divus il secondo de Jur. Fisc.* Et secundum *Afflictum, & Lucam de Penna apud Diana loc. cit.* excludit etiam præsumptionem Juris in contrarium, qua scilicet quilibet præsumitur scire, quæcumque spectant ad Officium suum; cum præsumptio Juris per Juramentum in contrarium elidatur *ex cap. Cum in tua qui matrim. accus. poss. ac Gloss.* ibi, & docet *Portel. p. 1. resp. mor. casu 27. num. 3. ex Navarr. lib. 1. consil. de const. cons. 1. qu. 2. num. 6. & 7. Afflicto, & Luca supra relatis*, quibus adhærent *Diana, Pellizz. num. 12., & alii*. Et sane cum Bona Fides, inadvertentia, ignorantia &c. consistat in mente, solo testimonio ignorantis probari potest; id est Juramento.

381 Sciendum duodecimo: Pœnas de quibus loquimur, privativas, mere pœnales non incurri ante sententiam declaratoriam Judicis, de earumdem incursione, aut saltem de commissione delicti, cui illæ impositæ sunt, etiamsi eædem dicantur, [ipso facto, sive ipso jure, vel ex ipso] incurrendæ: nisi aliunde constet de mente legislatoris, volentis statim, absque expectatione Sententiæ, præfatas pœnas ipso facto incurri. Ita *Navarr. tom. 3. de Datis num. 31. & 44. Sotus de Just. lib. 1. qu. 6. art. 6. concl. 1. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 13. & lib. 2. Summ. cap. 22. num. 20. & cap. 39. num. ult. ac lib. 6. cap. 15. num. 65. & cap. 17. num. 38. & 39. Lessius lib. 2. de Just. cap. 29. num. 63. & cap. 35. num. 147. Palaus de Lege pœnal. tract. 3. disp. 2. pun. 2. a num. 6. Pellizz. num. 10. & 23. Donat. in prax. tom. 3. tract. 7. qu. 72. Lezana in Summ. tom. 1. cap. 10. n. 30. Bordon. in decis. Miscell. 500. dub. decis. 102. in fine, & alibi. Bordi in Select. qu. ex Universa Morali Theolog. lib. 7. qu. 5. Portel in dub. regul. v. Inhabilitas num. 3. & alibi. Diana part. 2. tract. 17. & Miscell. 3. res. 67. n. 2. & 3.* ubi citat complurimos Doctores, *Salas de legib. disp. 15. sect. 2. num. 38.* ubi pro hac sententia 43. Doctores allegat cum *Molina tom. 1. de Just. tract. 2. disp. 95. num. 14.* qui post laudatos decem Doctores asserit, hanc sententiam esse inter Theologos, & Jurisperitos communem. Contra *Alphonsum de Castro lib. 2. de lege pœnali cap. 8. Felinum in cap. Rodulphus num. 38. de rescript. Tiraquell. in l. si unquam v. revertatur*, pluribus in locis præsertim *num. 275. & 317. & alios apud Sanchez lib. 2. Summæ cap. 22. num. 7.*, contendentes in universum incurri pœnas omnes privativas absque alia sententia, si in lege, quæ illas imponit, sint apposita verba illa, vel æquivalentia: [ipso facto, ipso jure, eo ipso &c.] sive de cetero tales pœnæ sint etiam medicinales, ut censuræ Ecclesiasticæ, & Irregularitas, ut apud omnes ita interpretantes mentem Legislatoris est in confesso, & suadet communis usus; sive privativæ, & mere pœnales, de quibus controvertitur.

Probatur autem communior, nostraque sententia cum ex eo, quia, ut arguunt *Marcell. Megal. in 3. part. lib. 2. cap. 5. qu. 4. num. 50., & Pellizz. tom. 2. Man. tract. 7. cap. 6. sect. 1. num. 23.* sicuti 382
quando aliquis ex legum dispositione est ipso facto bonis, & juribus suis ob excommunicationem privatus; & Fisco bona, ac jura illius sunt applicata, executio de facto fieri non debet, nisi prius super crimine fuerit declaratum, ut evincitur *ex cap. Cum secundum leges de Hæret. in 6.* (quo modo dominium prædictorum bonorum manet apud delinquentem, usque dum fiat præfata declaratio; solumque amittitur secundum quid, videlicet in debito, & sub conditione, si proferatur sententia, ut notat *Sanchez in Decal. lib. 2. cap. 22. num. 4.*) Ita quando Superior est suo Officio ob delictum ratione pœnæ incursæ privatus, non ideo debent Subditi de facto suo jure illum privare, nisi prius super crimine declaratum fuerit, idest nisi prius declaratum fuerit a Judice, ad id auctoritatem habente, Superiorem commisisse tale delictum, & sic in dictam pœnam incidisse, ut notat *Sanchez lib. cit. c. 2. n. 20.*

Tum ex eo, quia usu, & consuetudine, quæ 383
est optima Legum interpres, receptum est, ut nullus privetur re antea obtenta, nisi declaratoria criminis sententia feratur a Judice, ut notat *Molina tom. 1. de Just. tr. 2. disp. 95. in 1. probat.*

Tum ex eo, quia, ut arguit idem *Molina loc.* 384
cit., Lex humana juxta *Isidorum*, (id quod etiam recta ratio, lumenque naturæ docent) ut sit justa, debet esse tolerabilis, hominumque imbecillitati accommodata. Talis autem non esset, quæ delinquentem obligaret per se ipsum exequi eam acerbam, & difficilem pœnam, qualis foret, ut

Præ-

Prælatus Regularis priventur sua prælatia, declareturque voce activa, & passiva destitutus, ac inhabilis ad prælaturas &c. absque sententia: quin potius esset, moraliter loquendo, observatu impossibilis, & absque emolumento hominum conscientias illaquearet &c.

385 Tum ex eo, quia, ut arguit *Bardi loc. sup. cit. num.* 8., in casu nostro de Superiore locali, omittente lectionem Decretorum &c. si nulla esset necessitas, expectandi sententiam ad actualem incursionem harum pœnarum, maxime quia verba illa in lege posita: [ipso facto, ipso jure &c.] statim se ipsis trahunt executionem. Sed hoc est falsum: ergo &c. Minor probatur: quia cum lex pœnalis sit valde odiosa, est restringenda, secundum *Regulam* 15. *Jur. in* 6. [Odia restringi, favores convenit ampliari.] Cum igitur verba illa: [ipso facto, ipso jure &c.] possint habere alios effectus, & secundum illos verificari; non sunt extendenda ad omnem effectum, quem habere possunt; aliter non restringerentur; quod esset contra dictam regulam. Quod autem plures alios habere queant effectus, est manifestum: illosque enumerat *Sanchez lib.* 2. *Summ. cap.* 22. *a num.* 26. *Vasquez part.* 2. *disp.* 170. *cap.* 4. *Antonius Gomez tom.* 3. *Opusc. cap. ult. Palaus loc. cit.* Effectum autem, quem causant, & facit ad rem nostram, est, quod posita sententia declarante, reum patrasse tale crimen, sine sententia condemnatoria sit privatus officio, voce activa, & passiva &c.

386 Tum denique ex eo, quia, ut ex congruitate, valde accommodata humanæ imbecillitati, arguit laudatus *Bardi num.* 9., æquitas non patitur, ut aliquis sit condemnatus ad dimittendum officium, & repellatur a suffragio ferendo, vel ab eodem recipiendo, antequam audiatur: nam possunt tales occurrere circumstantiæ, & conditiones, ut crimen valde extenuetur, ita ut reus vel liberetur, vel cum non tanto rigore puniatur.

387 Notat tamen *Lezana loc. cit. num.* 3., quod licet prædictæ pœnæ privativæ, mere pœnales, non incurrantur ante sententiam Judicis, quando sub illis terminis imponuntur: [*ipso facto, ipso jure, eo ipso &c.*] incurruntur tamen, & obligant in conscientia, non expectata sententia Judicis, quando adduntur ulterius hæc verba: [absque ulla declaratione, ante omnem declarationem, absque ullo Superioris decreto, aut Ministerio, vel sententia], & similia. Quia nihil aliud, nisi hoc videntur intendere Latores harum legum, dum his ulterioribus terminis utuntur; alias superflue illos adderent. Verum, ut addit laudatus Doctor, aliqui Theologi sentiunt oppositum, contendentes, per illas particulas [absque ulla declaratione &c.] solum denotari, non requiri ad hoc, ut tales pœnæ incurrantur, etiam in conscientia, sententiam, aut declarationem talis pœnæ; sed ante illam incurri: non vero denotari, non requiri sententiam, aut declarationem commissi criminis; quia hanc, dicunt, semper esse necessariam. Ideo (concludit Lezana) hoc non videtur improbabile: tum quia hoc modo temperatur rigor istarum legum, scilicet quod reus non teneatur exequi in se pœnam sui delicti: tum quia ita consuli vidit, etiam a Pœnitentiariis Ecclesiæ Sancti Petri, de hoc ab ipsomet *Lezana* requisitis.

388 Sciendum decimotertio, sententiam ferre, declaratoriam criminis, sub præfatis pœnis prohibiti, spectare ad Superiorem Prælati localis delinquentis, scilicet ad Generalem, Provincialem, aut Capitulum, si juxta religionis institutum Superiorem habuerit. Qua facta declaratione, tractatur localis Superior, tamquam pœnarum reus, per remotionem ab officio, privationem vocis activæ, & passivæ, ejectionem a Capitulo &c. Atque ita laudatus *Bardi num.* 12., cui adhæret *Donatus in prax. tom.* 3. *tract.* 7. *qu.* 72., ubi quærens: Prælati regulares, non facientes legi Decreta de celebratione Missarum, in quas pœnas dant; & a quo declarandi? hæc habet *num.* 2. [Hæ autem pœnæ, cum non sint censuræ, ante Judicis declarationem non debentur, secundum probabiliorem opinionem. Hæc autem Judicis declaratoris pertinet ad Superiorem prædictorum: tum quia hoc delictum non spectat ad Sanctum Officium: tum etiam, quia de hac declaratoria in dicta Constitutione Urbani VIII. nihil dicitur: & casus, omissus in aliqua Constitutione particulari, remanet in dispositione Juris communis: de jure autem communi Regulares subditi in casibus non exceptuatis puniendi sunt a suis Superioribus: tum denique, quia Prælati regulares respectu suorum subditorum sunt Episcopi æquipollenter, ad quos spectat executionem Apostolicarum Constitutionum procurare.] Hactenus *Donatus* qui *tract.* 12. *quæst.* 9. quærens etiam; Prælati regulares, non monentes subditos tempore stabilito de observantia, & executione Constitutionum Apostolicarum, spectantium ad SS. Officium, in quas pœnas incidunt, & a quo declarandi? respondet *num.* 2. [Superiores transgressores subjiciuntur Judicio Inquisitorum: qui neque quoad pœnas expressas reum condemnant, inconsulto Papa: & ita in Inquisitione Cremonæ in facti contingentia fuisse practicatum, refert *Carena de Officio Sanctissimæ Inquisitionis part.* 2. *titul.* 17. §. 24. *num.* 99. Et favet *Cesped. de Exempt. cap.* 16. *dub.* 266. *numer.* 6.]

389 Sciendum decimoquarto: Ejusmodi pœnas suspendi per appellationem legitimam subsequentem. Atque ita *Pellizz. ubi supra numer.* 59. Cum omnis Appellatio sententiam, ejusque effectum suspendat, etiamsi trahat secum executionem, juxta *l. Furti Cod. de iis, qui not. infam.* Et quamvis dicatur, Appellationem a suspensione non retardare effectum; id tamen solum intelligitur de suspensione a divinis officiis, vel ab ingressu Ecclesiæ, ut explicat *Abbas in cap. Ad hæc il secundo de Appell. num.* 1. Unde infert *Peyr. de R. S. qu.* 1. *cap.* 20. §. *unic. ex Rodriq. tom.* 1. *quæst. regul. qu.* 29. *artic.* 5. & *Spathar. part.* 4. *tract.* 10. *cap. ult.*, quod siqui Religiosi in Capitulis generalibus, provincialibus, aut etiam localibus suspendantur a voce activa, & passiva; si post appellationem eligantur, & eligant, valida erit electio.

390 Sciendum decimoquinto: Recensitas pœnas privationis Officii, Vocisque activæ, & passivæ, ac inhabilitatis, ipso facto incurrendas a Prælatis Regularibus, non curantibus legere omnia præfata decreta, reservatas non esse; cum in earum impositione nulla reservationis mentio fiat, & cum reservatio sit odiosa, sine sufficienti fundamento induci non debet, ut advertunt *Pellizz. tom.* 2. *Man. tract.* 9. *cap.* 7. *num.* 19. & *Bordon. in decis. Miscell.* 500. *dubior. decis.* 102. *fin.* Si autem reservatæ non sint, potest super iis a Superiore majore Superiori locali inferiori dispensatio conferri, ut recte docet *Bordon. cit. decis.* 102.

391 Sciendum denique, teneri subditos, Inquisitoribus denuntiare Superiorem localem, omittentem legere Decreta de *Observantia*, & *Executione Constitutionum Apostolicarum, ad SS. Officium Inquisitionis pertinentium*. Quemadmodum Superiori Majori, Generali videlicet, aut Provinciali, vel Capitulo denuntiare tenentur eumdem Superiorem localem,

negligeotem legere alia Decreta. Atque ita *Donat. in pran. tom. 3. tr. 12. q. 39. n. 4.* ibi: [Subditi, videntes prædictum Decretum malitiose non legi, tenentur Inquisitoribus denuntiare: & potest colligi ex illis verbis Decreti. *Et insuper iidem Superiores teneantur curare, & efficere, ut hujus Decreti exempla aliquo in loco apud eos publico affigantur, & affixa conserventur, ita ut ab eisdem subditis Religiosis omnibus videri, ac legi commode queant &c.* ad finem scilicet procurandi observantiam, & executionem præfati Decreti.]

392 Hactenus *Donatus*; cujus adnotanda est particula *Malitiose*, quæ importat scientiam obligationis in Superiore, & insimul omissionem Lectionis absque legitima causa. Quod si viderent subditi, præfata Decreta omitti, sed non malitiose, eo quod ipsis non constaret de scientia, & advertentia Superioris; tunc non Inquisitoribus, neque Prælatis Majoribus tenerentur denuntiare Superiorem localem omittentem, sed ipsummet localem Superiorem monere de prædicta Decretorum lectione, quam primum facienda; cum ad hanc monitionem teneatur Subditus sub gravi peccato, & condigna pœna, arbitrio Superioris
393 infligenda, ut docet *Peyr. loc. cit. in fine*, ubi hanc obligationem agnoscit in Subdito ex ratione Justitiæ. Inquirens enim: an Subditus teneatur, monere Superiorem de dictis statutis legendis, & quo jure? Respondet affirmative ratione Justitiæ: eo, quod Prælatus, & Subditus debeant eodem jure censeri: Prælatus autem ratione Justitiæ tenetur adjuvare Subditum suum, quantum potest, ut probavit *tom. 2. privil. minim. q. 1.* Ergo &c. [Unde collige (infert *Peyr.*) quod subditus scienter omittens monere Prælatum suum, ut die statuta legi faciat dicta Decreta, mortaliter peccet, propter grave damnum, quod ex sua omissione malitiosa infert Prælato suo, unde potest, & debet a Superiore puniri.]

Hucusque *Peyrinus*. Cujus auctoritas, & doctrina, specialiter in proposito, magni facienda est a Subditis Religiosis, & maxime a Superioribus: executionique absque ulla remissione mandanda, ut imposterum evitentur incommoda, quæ in dies hactenus Monasteria experta sunt, non sine maximo Fraternæ Charitatis, Religiosæ Concordiæ, totiusque Disciplinæ Regularis exterminio.

RESOLUTIO LXXVIII.

An procedere queat adversus eosdem Ordinarios locorum, impedientes Regularibus Oratoria privata, in suis Monasteriis, Granciis, Hospitiis, Domibus Ruralibus &c.

394 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus laudatos Ordinarios, impedientes Regularibus Oratoria privata, seu in Monasteriis, sive in Granciis, Hospitiis, Infirmariis, Domibus Ruralibus, Villis eorumdem &c. Cum ea Regulares, ubi Missam, aliaque divina Officia celebrant in dictis locis, erigere valeant, absque approbatione Episcopi, modo locus sit a Superiore totius Ordinis, vel provinciæ, aut etiam Domus approbatus, & ad divinum tantum cultum deputatus, ut concessit Paulus III. Societati Jesu in Bulla incip. [Licet debitum] sic: [Liceat Præpositis, & de eorum facultate universis Fratribus, & Sociis, in Presbyteratus Ordine constitutis, in locis, in quibus degunt, & eos pro tempore morari contigerit, habere Oratoria, & in eis, ac quocumque alio loco honesto, & congruenti in Altari portatili Missas, & alia divina Officia celebrare.] Quod sane 395
privilegium est personale; cum ejus verba, ut liquet, ad personas Societatis dirigantur: unde illo solum gaudere possunt Religiosi Societatis, ut notat *Pellizz. tr. 8. c. 2. sect. 2. subsect. 3. q. 5. n. 92.* Immo præmonet *q. 2. n. 88.* neque ipsi Societatis Religiosi tali privilegio frui queunt, utpote quod non refertur in Compendio privilegiorum Societatis, sicque non censetur per Generalem
communicatum. Quod tamen non impedit, quo- 396
minus Religiosi aliorum Ordinum, de privilegiis Societatis communicantes, eo gaudere valeant.

Et Gregorius XIII. pariter indulsit in Bulla, 397
quæ incipit [Decet Romanum Pontificem]; modo tamen locus sit a Provinciali, per se ipsum approbatus, & in perpetuum ad divinum tantum cultum deputatus, adeoque vel a Generali, ejusve Visitatoribus, utpote qui cum Provincialibus concurrunt ratione Officii; immo sunt illis Majores, ut notat *Pellizz. cum aliis supra q. 2. n. 88. & q. 4. n. 91.* Jam ita se habet Concessio Gregoriana: [Volumus, ut in Oratoriis, & Capellis, quæ ipsius Societatis Provinciales per se in Domibus, & Collegiis, & aliis locis, ubi aliqui Societatis residebunt, approbaverint, & ad divinum dumtaxat cultum deputaverint, Missæ, & alia divina Officia, alterius licentia de-
super minime requisita, celebrari possint.] Quod 398
quidem privilegium locale est, ut advertit *Pelliz. ex Suarez de Sacram. disp. 81. sect. 3.* adeoque Sacerdotes, etiam Sæculares, eo gaudere valent, Missam inibi celebrando; sicut & Laici audiendo, & per eam satis præcepto Ecclesiæ de auditione Missæ festis diebus faciendo.

Quod idem concessit Alexander VI. Abbatibus 399
Ordinis Cisterciensis in Bulla, in *Ordine 54.* quam refert in suo *Bullario Rodriquez*, ubi sic: [Ampliantes eisdem Abbatibus, quod in ipsis Granciis, & locis, aliquas Ecclesias, seu Capellas, vel Oratoria, seu Altaria, in quibus, & ad quæ Missæ, & alia divina Officia celebrari possint, sine alterius præjudicio, construendi, & ædificandi, Diœcesani loci, & cujusvis alterius licentia super hoc minime requisita, licentiam concedimus &c. Atque *Laym. lib. 5. tr. 5. c. 5. n. 5. Rodriq. tom. 1. quæst. Regul. q. 43. art. 4. Pellizz. q. 2. n. 88. & q. 4. n. 91. & tr. 8. c. 5. sect. 2. q. 1. n. 65. & alii*, quos citat, & sequitur *Moya in Selectis tom. 1. tr. 2. disp. 3. q. 3. a n. 11.*

Ubi notat *Joan. de la Cruz lib. 2. de stat. Relig. c.* 400
5. d. 7. Sixtum IV. declarasse per *alterius præjudicium* significari præjudicium Parochiæ: & per hoc non aliud, nisi extractionem decimarum, & primitiarum, quæ solent Clericis dari.

Notat etiam *Card. de Lugo in Respons. Moral. lib.* 401
1. dub. 14. quod, ex vi illius particulæ *per se*, non potest Provincialis committere Rectori, ut ipse approbet, deputetque locum: bene tamen committere potest, ut ipse Rector judicet de decentia loci, suumque dein judicium a Provinciali accepto, etiam eo remote agente, poterit per literas ipsemet Provincialis absens approbare. Et *dub. 13.* addit, ex vi illorum Verborum *ad divinum dumtaxat cultum deputaverint*, non potest Provinciali facultatem dare celebrandi in Schola, vel alia quavis aula, ubi E. G. ædificaretur Præsepe Domini nocte sacri ejusdem Natalis, nisi Schola, vel aula in perpetuum deputaretur ad Sacra; cum perpetuam hanc, & non tem-

temporaneam deputationem requirat privilegium, Societati concessum, ex vi præfatorum Verborum.

RESOLUTIO LXXIX.

An procedere valeat adversus eosdem locorum Ordinarios, interdicentes Sacerdotibus suis celebrationem Missæ diebus festis, sicut & auditionem Laicis Diœcesanis in Templis, Oratoriis, & Capellis Regularium, etiam Rusticis.

402 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus eosdem Ordinarios prohibentes, ne Diœcesani Sacerdotes, & Laici diebus Festis Missas celebrent, & audiant in Templis, Oratoriis, & Capellis Regularium, etiam Rusticis, quos nimirum habent ruri: nam id prohibere non posse, docet communis Doctorum opinio apud *Fagnadez præcept. 1. Eccles. lib. 3. c. 8.* usu communi toto orbe inducto, scito, & tolerato ab ipsis Episcopis comprobata, ut notat *Pellizz. q. 27. n. 134.* Et quoad Oratoria & Capellas colligitur ex privilegio supra laudato Gregorii XIII. quod est locale, eoque proinde omnes nedum Jesuitæ, sed etiam Sæculares presbyteri, & Laici frui possunt, ac ex privilegio Alexandri VI.

RESOLUTIO LXXX.

An procedere valeat adversus eosdem Ordinarios, prohibentes Regularibus, ne in privatis Religiosorum ægrotantium cubiculis Missam celebrent, ut illam audiant Regulares infirmi.

403 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus eosdem Ordinarios, prohibentes Regularibus, ne in privatis Religiosorum ægrotantium cubiculis Missam celebrent, ut illam audiant Regulares ægroti. Cum id prohibere minime valeant, si judicio Medici, aut Prælati Regularis, Religiosi ægrotantes exire nequeant e cubiculo; sicque aliter Missam audire non possint; locus sit decens, honestusque; & adsit Altare portatile, ex concessione Pii IV. post Tridentinum facta Canonicis Regularibus Sancti Salvatoris Lateranensibus 18. *Maji 1565. ut habetur in eorum privilegiis pag. mihi 536; & refertur in Compend. privil. Congregationis Sanctæ Mariæ Fulensis verb. Infirmi §. 5.* cum clausula: [Non obstantibus quibusvis Apostolicis, necnon Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, & etiam per nos quomodolibet factis.] Quo modo derogatur Decreto ejusdem Concilii *Trid. sess. 22. de celebrat. Missarum. Atque ita Diana p. 9. tr. 1. resol. 34. Lezana tom. 3. v. Altare n. 15. & 16. Peyr. tom. 1. Privil. Constit. Pyrrhi n. 34.* ubi notat, hujusmodi privilegium competere Regularibus tam viris, quam feminis, extendique ad recipiendam pariter in iisdem privatis cubiculis Eucharistiam.

404 Notat etiam *Pasqualigus decis. 176. n. 5.* usum hujus privilegii non debere restringi ad personas aliquas, aut solum ad morbos graves; cum satis superque sit, Religiosos non posse e cubiculo exire, ut in tenore ipsius privilegii exprimitur. Et *decis. 177.* addit, cum hoc privilegium sit personale, utpote omnibus, & singulis, tam viris, quam feminis religiosis ægrotantibus concessum; & privilegium personale sequatur personam; si Religiosus ægrotet in Domo alicujus viri Sæcularis, ibi in ejus cubiculo poterit celebrari. Non item in cubiculo Monasterii, in quo forte ægrotet aliquis Sæcularis. *Pasqualigo* adhærent *Moya loc. cit. n. 22. & alii.*

405 Neque his privilegiis quidquam derogatur per Decretum Clementis XI. *de celebratione in Oratoriis privatis 15. Septembris 1703. apud la Croix lib. 6. p. 2. n. 258. & Reiffenst. lib. 3. tit. 41. n. 6.* Utpote quod, teste laudato *Reiffenst. num. 20. fin.* solum declarat, & decernit, quæ privilegia in *Trident. sess. 22. in decreto de Observ. & Evit.* sint revocata; nec afficit privilegia concessa post Concilium, hoc ipso, quod ibidem valide supponens, explicet, quomodo aliqua hujusmodi privilegia post Concilium indulta, sint intelligenda, ut legenti patet.

406 Atque hic adnotandum; quamvis in Oratoriis Monasteriorum, si a Provincialibus ad divinum tantum cultum in perpetuum deputentur, possint etiam alii Sacerdotes Sæculares legere, & Laici ex dictis audire Missam, & sic præcepto Ecclesiæ satisfacere; non ita tamen in Cella alicujus Religiosi infirmi, & multo minus in Domo Sæculari, in cujus Camera decumberet Religiosus ægrotus; eo quod illa, non ista loca sufficienter censeantur Sacra hoc ipso, quod dicta Oratoria, non autem Cellæ, & multo minus Camera Sæcularis, ad divinum dumtaxat cultum a Provinciali in perpetuum deputentur, ut ex Doctoribus communiter observat *Reiffenst. lib. 3. tit. 41. n. 21.*

RESOLUTIO LXXXI.

An procedere valeat adversus laudatos Ordinarios, visitare contendentes Ecclesiam, & Monasterium Regularium; aut Oratorium rurale, in fundo eorumdem campestri erectum, infra habitationem Regularium, & ambitum murorum.

407 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus eosdem Ordinarios, prætendentes Ecclesiam, aut Monasterium Regularium sibi commissorum visitare. Ita *Bordon. resol. 95. n. 14.* ubi addit, adversus tales Episcopos posse se, etiam Censuris opponere Judicem Conservatorem; Cum Bordono sentit *Pellizz. q. 27. n. 128.* cum notoria sit Ecclesiæ, & Monasterii Regularium exemptio ab Ordinario: qui proinde, si velit illa visitare, manifestam iisdem injuriam, & violentiam infert; a qua possunt, & debent per suum Conservatorem tueri. Supponitur autem hic, constare, quod Ordinarius nullum habeat jus visitandi: uti si numquam antea visitarit, prout notat *Pellizz.*

408 Et nedum potestas Judicis Regularium Conservatoris adversus Ordinarios locorum, visitare prætendentes Ecclesiam, aut Monasteria se extendit; sed etiam adversus eosdem, visitare contendentes Oratorium rurale, in fundo Campestri Regularium erectum; intra eorumdem habitationem, & ambitum murorum; habens Campanam ad convocandas gentes, quæ Villæ Religiosorum inserviunt; sed ostium privatum infra habitationem, non tamen publicum, seu extra habitationem, & in via publica. Cum hujusmodi Oratorium, utpote privatum, Ordinarii loci jurisdictioni minime subjiciatur; sed Prælati solius Regularis, cujus Monasterii est fundus Campestris, seu Villa; non secus, ac Oratoria Domestica, intra ipsiusmet Monasterii ambitum constructa.

409 structa. Secus tamen, si publicum haberet ostium,
seu extra ambitum murorum, & in via publica:
quia tunc esset Oratorium publicum; sicque,
non obstante, quod foret de pertinentiis Regu-
larium, immo intra Cortile Domus, & alium
aditum haberet privatum, affixum parieti Do-
mus, & intra Domum ipsam Regularium, juris-
dictioni subjiceretur Ordinarii: unde visitari pro
libito posset ab eodem; quemadmodum sine ejus
licentia nec construi, nec in ipso Missa celebrari
valeret. Atque ita Doctores passim *cum Nicol. in
Floscul. Verb. Visitat. ampl. 4. Fagnan. in cap. Cum
Dilectus n. 43. & 46. de relig. domib. Monacell. tom. 1.
Formul. tit. 5. form. 2. n. 5. pag. mihi 127. Riccio decis.
Cur. Archiep. Neap. 78. pag. 5.* ubi sic: [Cum
fuisset dubitatum, si prohibitio Concilii procede-
ret pariter in Oratorio, existente in Cortili;
fuit dictum, quod non: ex quo non potest dici
Oratorium adesse infra domesticos parietes, ma-
xime cum habeat aditum publicum.] Et decla-
ravit Sacr. Congreg. Concil. in *Cæsanaten.* 23.
Septembris 1690. *in Cortonen.* 20. *Aprilis* 1697. *&
Sacr. Congr. Episc. in Ostuen.* 20. *Martii* 1698. Exci-
410 pit tamen Oratorium Sancti Joannis Hierosolymi-
tani a Jurisdictione Episcopi, quantumvis ostium
habeat extra ambitum murorum, & in via pu-
blica, *Sacr. Congr. in Mantuana* 17. *Junii* 1690. *apud
Monacell. laudatum.*
411 Ubi notandum, quod in dubio, num aliquod
Oratorium privatum sit, adeoque jurisdictioni
non subjectum Ordinarii, an vero publicum,
sicque illi subjectum; reputandum publicum, si
Ostium publicum habeat, sive extra ambitum
Palatii, & in via publica: censendum vero pri-
vatum, si Ostium habeat privatum, seu intra
ambitum murorum, seu de cetero habeat cam-
panam, sive non, *Pignatell. tom. 1. consf. 91. la Croix
lib. 6. p. 2. n. 265. & alii.*

RESOLUTIO LXXXII.

*An procedere valeat adversus eosdem Ordinarios,
Regularibus interdicentes, ne priusquam suas
pulset Campanas Cathedralis, sive Matrix Eccle-
sia, Campanas Monasterii pulsent, ad Salutatio-
nem Angelicam ante ortum Solis, in meridie, &
post vesperas: ad Orationem pro Defunctis prima
hora noctis: sicut & ad Missam, Matutinum, &
Horas Canonicas.*

412 POtestas Judicia Regularium Conservatoris,
attento Jure novissimo, extendit se adver-
sus eosdem Ordinarios, Regularibus imponentes,
ne Campanas Monasterii pulsent, ad Salutatio-
nem Angelicam ante ortum solis, & in meri-
die, ac post Vesperas, ad Orationem pro De-
functis prima hora noctis; sicut & ad Missam,
Matutinum, & Horas Canonicas, antequam suas
pulset Campanas Cathedralis in Civitate, aut
Matrix Ecclesia in Diœcesi. Cum nequeat, id
Regularibus Episcopus interdicere, nisi quoad
Gloriam Missæ tantum Sabbati Sancti, ut debi-
tus Ecclesiæ Matri reddatur honor. Atque ita
sustinent Doctores passim cum *Quaranta in Summ.
Bullar. v. Campana pag. mihi* 128. *Lezana in Summ.
Quæst. Regul. tom. 2. c. 11. n. 45. Joa. Maria Novar.*
in *Lucerna Regul. v. Campana n. 3. Pignatell. tom. 5.
consul. 54. n. 4. & 5. Barbos. in Summ. Apostolic. decis.
Collect. 82. v. Campana n. 6.* ubi sic habet: [Cam-
panæ in aliis diebus, præter Sabbatum Sanctum,
pulsari possunt ad Salutationem Angelicam &c.
& indifferenter ante, vel post pulsationem in
Ecclesia Cathedrali, vel Matrice. *Sacr. Rit. Congr.
in Oriolen.* 11. *Aprilis* 1601. Et in hac causa, &
aliis decisum attestatur *Gavantus in Man. Episc.
v. Regularium Jura sub Episcopis n. 45. &c.* Nisi 413
forte adesset consuetudo, ut non pulsentur in
aliqua Ecclesia ante pulsationem in Matrice,
quæ servanda erit. *Ead. Sacr. Congr. in Oriolen.* 21.
Augusti 1601.] Hactenus *Barbosa loc. cit. & in
Collect. Bullar. v. Regulares* ibi [Regularibus ne-
quaquam prohibitum est, Missas celebrare, &
Campanas pulsare in suis Ecclesiis ante celebra-
tionem Missæ, & pulsationem Campanæ in Ec-
clesia Parochiali: ideoque Ordinarius minime
hoc illis prohibere potest.] & quidem ex Bulla
Sancti Pii V. incip. [Etsi Mendicantium Ordi-
nes] ubi Sanctus Pontifex: [Prohibemus insu-
per (ait) eisdem Ordinariis, ac aliis quibus-
cumque personis, ne impediant ipsos Fratres,
quando eis placuerit, tam in diebus Dominicis,
seu festivis, aut aliis totius anni temporibus,
Campanas pulsare; & etiam tempore, quo ipsi
celebraverint, Missas celebrare &c. Ex declara-
tione Sac. Congreg. Concil. 8 *Octobris* 1546. te-
noris sequentis: [Quarto Ordinarii non impe-
diant, Fratres pulsare Campanam ad matutinum,
ad Horas, & ad Missam, antequam pulsetur
Campana Matricis Ecclesiæ, præterquam in die
Sabbati Sancti.] Apud *Quarantam v. Confessor
fol. mihi* 197. Hinc cum anno 1731. visitante
Ecclesiam Acis Regalis Diœceseos Catanensis
Illustrissimo, & Reverendissimo Domino D. Pe-
tro Galletti Episcopo Catanensi, cui Ego a Con-
fessionibus, & Consiliis Theologicis aderam, il-
lius Matricis Ecclesiæ Collegiatæ Canonici acri-
ter id prætenderent, sub prætextu, quod ita ser-
vetur Catanæ ex pervetusta consuetudine, quæ
tamen numquam viguit Aci Regali: Supplicem
libellum porrexerunt Domino Antistiti, qui il-
lum ad me remisit: meumque Votum fuit con-
tra Canonicos; qui proinde ab Episcopo repul-
sam passi sunt.
Quod autem possit Episcopus, imo & debeat, 414
ut Canonicarum Sanctionum Custos vigilantissi-
mus, Regularibus interdicere, ne suas pulsent
Campanas, priusquam Ecclesia Cathedralis in
Civitate, vel Matrix in Diœcesi suam Campa-
nam pulsaverint die Sabbati Sancti; patet tum
ex Constit. Leonis X. quæ incipit [Sacro ap-
probante Concilio], qua cum fuerint moderata
in Concilio Lateranensi privilegia Mendicantium,
inter alia provisum est: [Ut debitus honor Ma-
trici Ecclesiæ reddatur, tam ipsi Fratres, quam
alii Clerici Sæculares, etiam super hoc Apostoli-
cæ Sedis privilegio muniti, die Sabbati Majoris
hebdomadæ, antequam Campana Cathedralis,
vel Matricis Ecclesiæ pulsaverit, Campanas in
Ecclesiis suis pulsare minime possint. Contrafa-
cientes, pœnam centum Ducatorum incurrant.]
Tum etiam ex variis Sacr. Rit. Congr. decisio-
nibus, præsertim in *Oriolen.* 11. *Aprilis* 1601. *in
Marsicens.* 21. *Martii* 1609. *in Vestina* 30. *Septem-
bris* 1614. & 14. *Novembris* 1615. *in Syracusana*
3. *Junii* 1617. *& in alia Syracusana Modicæ* 23.
Februarii 1619. Quod etiam procedit, quantum- 415
vis Ecclesiæ Regularium sint Sancti Joannis
Hierosolymitani, prope, & extra Muros existen-
tes; aut Ecclesiæ Confratrum, ex *decis. Sacr. Rit.
Congreg. in Placent.* 21. *Augusti* 1604. *& in Melitensi*
6. *Septembris* 1621. Et quantumvis Ecclesia Col-
legiata adsit, quæ omnimodam præcedentiam
habeat supra Matricem, ex ead. Sacr. Rit. Con-
greg. in *dicta Syracusana Modicæ* 23. *Febr.* 1619.
Tum

Tum demum ex Cæremoniali Romano, auctoritate Clementis VIII. publicato *lib.* 2. *c.* 27. Quod profecto Cæremoniale, sicut etiam Pontificale, in Cæremoniis Ecclesiasticis habetur ut Lex scripta, & tamquam Jus commune, secundum *Rotam in Elboreasi exemptionis* 3. *Martii* 1600. *coram Cardinali Sacrato*.

416 Nisi tamen immemorabili consuetudine soliti essent regulares, sæcularesve Clerici ad libitum in tali die pulsare Campanas ante Cathedralem; cum immemorabilia consuetudo ablata non fuerit per Leonem X.; neque per Cæremoniale Clementis VIII., ut firmat *Rota in Calaguritana Juris pulsandi Campanas*, & declaravit Sacr. Rit. Congreg., teste *Ascanio Tamburino de Jure Abbatum tom.* 1. *disp.* 15. *Q.* 7.

417 Hinc ubi Ecclesia inferior, etiam regularium, dicto Sabbato citius absolverit Actum solemnem illius diei, citiusque sub Missa *Gloria in excelsis* inceperit, quam Cathedralis, vel Matrix Ecclesiæ illius loci, quamvis poterit pulsare tintinnabulum intra parietes Ecclesiæ, non tamen Campanam majorem; sed debebit expectare, donec Campanæ majoris Ecclesiæ pulsentur; & tunc primum suam poterit, paulo post illas, Campanam pulsare.

RESOLUTIO LXXXIII.

An procedere valent adversus eosdem Ordinarios locorum, prohibentes Regularibus Spirituales Repræsentationes, litterarias Disputationes, Doctoratus, aliorumve graduum receptionem in propriis Ecclesiis.

418 Potestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus eosdem, prohibentes regularibus spirituales Repræsentationes, litterarias Disputationes, Doctoratus, aliorumve graduum Ecclesiasticorum receptionem in propriis Ecclesiis: cum ea Regulares valeant exhibere, tum ex praxi ubique recepta, etiam in ipsa Urbe Romæ, teste *Pellizz. tr.* 8. *c.* 5. *sect.* 2. *n.* 83. Tum ex eo, quod exhibitio talium Repræsentationum, Disputationum, &c. in Ecclesia, de se mala non sit. Tum denique ex eo, quod illi exempti sint ab Ordinario, nedum quoad personas, verum etiam quoad proprias Ecclesias. Atque ita quoad Repræsentationes *Sanchez lib.* 2. *Cons. c.* 8. *dub.* 24. *n.* 23. *Angelus v. Ludus n.* 2. *Tabiena ibi q.* 4. *Sylv. ibid. q.* 2. *& Diana p.* 4. *tr.* 8. *resol.* 184. Contra *Gavantum in Enchir. v. Repræsentationes Sacræ n.* 1. *Barbos. de offic. Episc. alleg.* 24. *n.* 25. *& Zerolam in prax. p.* 2. *v. Repræsentatio*. Quoad litterarias Disputationes *Pellizz. supra*. Quoad receptionem Doctoratus, aliorumve graduum Ecclesiasticorum, *Persicus lib.* 2. *de præcep. Sacerd. offic. c.* 9. *n.* 86. *ex Abbate, Angelo, Sylv. Tabiena, Armilla, Navarr. Sà, Azorio, & Suarez*, quos laudatos sequitur *Pellizz. loc. cit.* ubi addit, cum actus, quibus conferuntur laudati gradus, non sint placitum, nec actus jurisdictionis contentiosæ, neque in propria specie, neque sub aliqua generali ratione vetitis, & alioqui talis sit communis consuetudo, ejusmodique collatio non soleat fieri tempore importuno, ac cum divinorum Officiorum perturbatione, sed in Sacello aliquo remoto, aut quo tempore non celebrantur Divina Officia; possunt utique tales gradus in Ecclesiis propriis Regulares admittere.

RESOLUTIO LXXXIV.

An procedere valeat adversus eosdem, molestantes Religiosos, eo quod absque ipsorum licentia proprias Ecclesias, Oratoria, & Cæmeteria solemniter benedixerint: pollutas Ecclesias reconciliaverint: easque jam benedictas profanaverint, cum illas deseruere.

Potestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus eosdem, molestantes Religiosos, eo quod absque ipsorum licentia proprias Ecclesias, Oratoria, & Cœmeteria solemniter benedixerint: pollutas Ecclesias reconciliaverint: easque jam benedictas profanaverint, cum illas deseruere. Hæc enim omnia vi suorum privilegiorum facere possunt regulares. 419
Et sane possunt Superiores regulares, puta Generalis, Provincialis, Guardianus &c. proprias Ecclesias, Oratoria, & Cœmeteria sine licentia Episcopi solemniter benedicere, ex privilegio Leonis X., concesso Minoribus de Observantia, & relato in *Compend. Mendic. verb. Benedicere n.* 14. quod profecto non constat revocatum fuisse, ut notat *Pellizz. tr.* 8. *c.* 5. *sect.* 2. *q.* 3. *a.* 67. 420

Si ecclesia sit tantum benedicta, quivis simplex Sacerdos potest illam reconciliare aqua a se benedicta cum sale, *ex cap. ult. de Consecr. Altaris*: & multo magis Prælatus Regularis, qui longe majorem habet potestatem, ut notat *Portel in dub. regul. v. Ecclesia, in addit.* 2. Si vero Ecclesia sit consecrata, ex privil. Leonis X. apud *Cæsarub. in Compend. Mendic. v. Benedicere n.* 15. possunt illam reconciliare Superiores regulares cum onere tamen adhibendi aquam, benedictam a proprio Ordinario, si is non distet duabus dietis; vel ab ipsomet Prælato regulari cum vino, ac cinere, si Episcopus distet ultra duas dietas. Atque ita *Laym. lib.* 5. *c.* 5. *n.* 12. *Henriq. lib.* 9. *c.* 27. *n.* 6. *Rodriq. tom.* 1. *q.* 19. *art.* 6. *& alii*. Quod *Miranda tom.* 2. *Man. q.* 39. *art.* 8. contendit, procedere etiam in casu, quo vacet Sedes Episcopalis. 421

Ubi notandum, privilegium hoc, reconciliandi proprias Ecclesias pollutas, competere omnibus Prælatis regularibus, etiam localibus, & quidem independenter a Capitulo Generali: aliis vero religiosis, prælaturam non habentibus, ex facultate Capituli generalis, ut docent *Rodriq. sup. art.* 2. *Miranda q.* 20. *art.* 2. *& Cæsarub. v. Benedicere n.* 14. ubi sic: [Leo X. concessit Generalibus, Provincialibus, Custodibus, & Guardianis Fratrum Minorum Observantiæ, pro tempore existentibus, ut omnia, & singula ejusdem Ordinis, etiam Observantiæ Ecclesias, Cœmeteria &c. solemni benedictione valeant benedicere: & voluit, quod hoc idem possint alii Fratres ejusdem Ordinis, si quo ad hoc in Capitulo generali deputati fuerint.] 422

Notandum etiam, privilegium hoc, licet non se extendat ad reconciliandas alienas Ecclesias pollutas, se tamen extendere ad reconciliandas illas Monialium subjectarum, utpote quæ vere sunt, & dici possunt Ecclesiæ ejusdem Ordinis, & Observantiæ, adeoque comprehenduntur sub præfata concessione Leonis X., dante facultatem benedicendi omnes & singulas Ecclesias ejusdem Ordinis, & Observantiæ. Atq. ita *Pellizz. tr.* 8. *c.* 5. *sect.* 3. *n.* 12. 423

Si ecclesia sit consecrata, licet profanatio fieri debeat ab Episcopo, non tamen a Prælato regulari; si tamen benedicta, fieri potest a regulari Prælato, ut docent *Sylv. v. Ecclesia* 2. *q.* 5. *n.* 7. 424

Ange-

Angelus v. Altare, *Cesped. dub.* 156. & *alii*. Cum, per quas causas nascitur res, per easdem dissolvatur. Cum igitur conseeratio Ecclesiæ fiat ab Episcopo, & non a regulati Prælato; & Ecclesiæ benedictio etiam a Prælato regulari fieri queat; profanatio Ecclesiæ cunsecratæ a solo Episcopo facienda venit, ut etiam clare expressit Urbanus VIII. in Bulla [Cum sicut nobis nuper] apud *Petr. tom.* 3. *privil. c.* 12. *In addit.* Profanatio vero Ecclesiæ Benedictæ fieri quoque potest a Regulari Prælato.

RESOLUTIO LXXXV.

An procedere queat adversus eosdem Ordinarios, molestantes Regulares, eo quod benedicant Pixides, Corporalia, Vestimenta, aliaque Sacris usibus necessaria, seu propria Ecclesiæ, sive alienæ, etiam Sæcularis.

425 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus eosdem, molestantes regulares, eo qnod benedicant Pixides, Corpntalia, Vestimenra, aliaq; Saeris usibus necessaria, seu propriæ Ecclesiæ, sive alienæ, etiam sæeularis. Cum possint regulares Prælati benediccre Piaides, ubi servatur Eucharistia, ob indultnm Leonis X., ut ex *Lezana* docet *Cesped. de Exemp. dub.* 158. *n.* 3. non tamen eas conscerare (ubi extet consuetudo, illas consecrandi, ut extat Romæ); quia talis potestas consecrandi Pixides solum residet apud illos Prælatos, qui possunt consecrare Calices, ex declarat. Sacr.
426 Congreg. penes *Novar. In Lucerna eegul. v. Benedicere n.* 3. Possunt etiam iidem Prælati ex se, alii vero religiosi ex deputatione, iisdem facta in Capitulo generali, ea omnia benedieere, ut doeent *Miranda supra q.* 40. *art.* 2. & *alii*, cum ex privil. Bullato Leonis X., concessa Minoribus, quod refert *Casarub. in Compend. v. Benedicere n.* 14. sic: [Leo X. conceslit Generalibus, & Provineialibus, nec non & Guardianis Fratrum Minorum observantiæ, pro tempore existentibus, ut paramenta, & ornamenta, & alia quæeumque, ad divinum cultum, & usum Fratrum neeessaria, in quibus chrisma non intervenit, pro eorumdem Fratrum usu tantum, solemni benedictione valeant benedicere: & volnit, hoe idem possint alii Fratres ejusdem Ordinis, qui ad hoe in Capitulis Generalibus Deputati fuerint.] Tum ex concessione Innocentii VIII. Prioribus Ordinis S. Hiesonymi, & Vicarii in absentia Prioris, & cuilibet habenti priorale regimen eujuscumque Monasterii, ut possint benedicere Corporalia, vestimenta, ceteraque ornamenta Ecclesiastica, ad divinum eultum pertinentia, tam sui Monasterii, quam etiam undecumque ea sint, ut refert *Mirauda art.* 2.

RESOLUTIO LXXXVI.

An procedere queat adversus eosdem Ordinarios, molestantes Abbates eegulares, eo quod Campanas consecrent, Calices, Pixides, Altaria, sive propriæ, sive alienæ Ecclesiæ.

427 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus eosdem, molestantes Abbates regulares, eo quod consecrent Campanas, Calices, Pixides, Altaria, seu propriæ, sive alienæ Ecclesiæ: cum ea consecrare possint dicti Abbates, ex privilegio Urbani II., concesso Abbati Monasterii SS. Trinitatis Caven., Pauli III. euneesso Abbati Vallischolarium in Gallia, ejusque successoribus; & Innocentii VIII., concesso Joanni Abbati Cistercit, & quatunr aliis Coabbatibus tunc, & pro tempore existentibus, ut refert *Tambur. de Jur. Abb. tom.* 1. *disp.* 23. *quæst.* 2., qui etiam *quæst.* 4. refert Privilegium Pii IV. quoad consecrationem Altarium portatilium, concestum Congregationi Casinensi; sicut & quoad consecrationem Altarium fixorum propriarum Ecclesiarum, declarationem adducit Sacræ Congregationis Concilii ad favorem
Monachorum Casinentium *super Pontificalibus die* 428
10. *Septembris* 1614. Et *quæst.* 3. refert, communem praxim, & consuetudinem, qua Abbates regulares Campanas aliarum Ecclesiarum, undecumque ad eos pro Consecratione delatas, semper consecrant de facto: idque decisum esse, ait *Macerat. in decis. Papiæ* 112. *cas.* 3. quem laudat, & sequitur *Riccius in collect.* 995. licet oppositum dixerit in prax. *For. Eccles.* 539. Refert etiam *eod. quæst. Tambur.* communem praxim, & consuetudinem, qua semper altaria portatilia, undecumque ad eos delata, dicti Abbates Consecrarunt; sicut & Calices, Patenas &c. quod etiam retulerac *quæst.* 5., afferens quoque privilegium Innoeentii VIII.

RESOLUTIO LXXXVII.

An privilegium distantiæ Cannarum a Monasteriis, Ecclesiis, aut Oratoriis regularium, erigendis de novo, tacatur Monasteriis, Ecclesiis, & Oratoriis, jampridem constractis.

POtestas Judicis Regulatium Consetvatoris, at- 429
tento Jure novissimo, extendit se ad servandam in Monasteriis, Ecclesis, aut Oratoriis regularium, erigendis de novo, debitam loci distantiam a Monasteriis, Ecclesiiis, aut Oratoriis, jampridem constructis aliorum Ordinum. Hujusmodi autem distantia

Ab Abbatiis, Monasteriis, Ecclesiis, locisque 430
Ordinis Cistercienfis esse debet unius Milliaris; ut sub pœna excommunieationis in favorem ejusdem Ordinis concessit Urbanus IV., teste *Rodriq. tom.* 3. *Quæst. eegal. q.* 49. *art.* 5.

A Monasteriis, Ecelesis, & Oratoriis Carthu- 431
siensium debet esse dimidiæ saltem leucæ, ut Carthusiensibus indulsit Innocentius IV. per Bullam, quam laudat *Casarab. in Compend. Verb. Ædificare n.* 20.

A Monasteriis vero, Ecclesiis, & Oratoriis 432
Fratrum Minorum sit, oportet, spatium 300. Cannarum; ut per privilegium bullatum iisdem Fratribus præscripsit Clemens IV., quod sic refert *Casarub. n.* 1. [Clemens IV. prohibuir Fratribus Ordinis Prædicatorum, & Pœnitentiæ Jesu Christi, & Carmelitarum, aliorumque Ordinum, in paupertate fundatorum; ac omnibus Mulieribus prædictorum Ordinum, aut aliorum quorumcumque, ne aliquod Monasterium, Ecclesiam, aut Oratorium ædificare, seu consttuere præsumant infra spatium 300. Cannarum ab Ecclesiis Fratrum Minorum, mensurandarum per aerem, etiam ubi alias tecte mensurari loci dispositio, non permittit. Nulli quoque Sæculari, vel religioso eujuscumque professionis, voluit, licere Ecclesiam, vel Monasterium seu Oratorium jam edificatum, in aliquem transferre de Ordinibus memoratis infra spatium prædictarum 300. Cannarum, & quamlibet istarum Cannarum voluit, 8.

pal-

palmorum longitudinem continere; non obstante locorum consuetudine. Præterea statuit, ut quidquid contra hujusmodi ordinationis, & inhibitionis tenorem ædificatum fuerit, diruatur.] Hactenus *Casarub.*

433 A Monasteriis, Ecclesiis, vel Oratoriis Carmelitarum spatium distantiæ debet esse 140. Cannarum, ex indulto Bullato Sixti IV. pro Carmelitis, quod testatur *Casarub. n. 19.*

434 A Monasteriis, Ecclesiis, ceterisque Fratrum Dominicanorum domibus servanda est distantia 140. Cannarum, ut indulsit iisdem Fratribus laudatus Clemens IV. reducens ad talem 140. Cannarum antiquam distantiam Cannarum 300. per Bullam, allegatam a *Casarub. n. 15.*

435 Ut autem distantia a Monasteriis, Ecclesiis, ceterisque locis, utriusque præcedentis Ordinis Dominicanorum, & Carmelitarum; ita & distantia utriusque Religionis Monasteriorum, Ecclesiarum, aliorumque locorum ab aliis cujusvis alterius Ordinis, esse potest similis 140. Cannarum; modo tamen non sint Monasteris, Ecclesiæ &c. Fratrum Minorum, quibus reductio 300. Cannarum nocere non debet, utpote in odium aliorum Religiosorum deducta, ut declaravit per suum privilegium bullatum in favorem prædictorum Fratrum Julius II. & refert *Casarub. num 9.* Qui etiam Pontifex iisdem confirmavit, approbavit, & de novo concessit privilegium 300. Cannarum, a Clemente IV. concessum; revocans proinde reductionem 300. Cannarum ad 140. Cannas, factam in favorem Carmelitarum a Sixto IV. & Dominicanorum a laudato Clemense IV. ut notat *Pellizz. tom. 2. Man. tr. 8. c. 7. n. 101.* sic: [Ut ergo hæc omnia privilegia in unum redigamus, possunt Regulares, tam Mendicantes, quam non Mendicantes, hodie erigere Monasteria, & Ecclesias prope Monasteria, & Ecclesias alterius Ordinis; dummodo ea non erigant intra spatium 300. Cannarum: idque ex privilegio Clementis IV. concesso Ordini Fratrum Minorum, & postea illis confirmato a Julio II. consequenter revocante reductionem 300. Cannarum ad 140. Cannas, factam a præfato Clemente IV. in favorem Fratrum Dominicanorum; ita ut vi talis revocationis non solum Fratres Minores, sed etiam alii omnes Religiosi, de eorum privilegiis participantes, possint impedire, ne Religiosi alterius Ordinis erigant Monasteria sua infra spatium 300. Cannarum a Monasteriis ipsorum: nisi forte aliqui illorum post dictam revocationem obtinuerint quo ad hoc speciale privilegium, sicut vere obtinuerunt Religiosi Societatis Jesu.] Hæc *Pelliz.*

436 Privilegium autem, a Religiosis Societatis obtentum, sic insinuatur in *Compend. nostror. privil. v. Ædificia* §. 2. [Privilegium, præcedenti §. contentum, confirmavit, & de novo concessit Pius IV. etiam intra 140. Cannas a Conventibus aliarum Religionum, etiam Mendicantium, & non obstantibus earum privilegiis. Ac etiam mandavit Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis, in dignitate constitutis, ut per se, vel alium, seu alios, quoties pro parte alicujus ex Societate fuerint requisiti (in Conservatores intellige) privilegii hujusmodi literas solemniter publicantes, faciant Nostros, contentis in iisdem gaudere. Non permittentes, eos super his aut eorum aliquem per quorumvis Ordinum Religiosos, aut alias personas, etiamsi Pontificali, seu Regali Auctoritate fungantur, quovis quæsito colore, quomodolibet molestari.] & §. 3. [Gregorius XIII. privilegia aliorum Ordinum super non ædificatione intra Cannas, quoad Societatem tantum, motu proprio suspendit, revocavit, & invalidavit, ac silentium perpetuum imposuit quibusvis, contra præsentis privilegii tenorem venientibus, vigore cujusvis confirmationis, aut novæ concessionis dictarum Cannarum quomodolibet, & pari motu, etiam consistorialiter, ac quibusvis derogationibus specificatis obtentarum &c.] Hactenus *Compendium privilegiorum Societatis.*

Ubi notandum, privilegium hoc, Societati concessum, ædificandi intra 140. Cannas, incommunicabile esse cuicumque alteri Religioni, & Religiosorum Ordini, ut colligitur ex illis verbis Gregorii XIII. in Constit. [Salvatoris D. N.] edita 30. *Octobris* 1576. qua illud concessum est: [Privilegia dictorum Ordinum super non ædificatione infra dictas Cannas, quoad dictam Societatem tantum suspendentes, revocantes, & invalidantes:] quod est dicere, ut notat, & recte *Pelliz. n. 99.* se nolle privilegium istud ulli alii Ordini Religioso suffragari, quam Societati Jesu: cum ex una parte dictio *tantum* sit exclusiva: & ex altera parte respectu ipsius Societatis magna ex parte cesset finis prohibitionis, de non ædificandis Monasteriis intra Cannas præscriptas, dato quod illius Religiosi non habeant usum Chori; ad funerales associationes non conveniant; non admittant in suis Templis Defunctorum funera, nisi rarissima, non recipiant stipendium pro Missis, Confessionum auditione, Concionibus, aut alio quocumque spirituali ministerio. 437

Addit laudatus *Pellizz. n. 101. fin.* ex una *Januen. Domorum.* 20. *Septembris* 1610. *coram Patriarcha Manzanedo* decisum fuisse, jus competens Regularibus, ne intra 140. Cannas ab eorum Domibus Monasteria construantur, habere locum etiam in conductione domorum ad habitandum, cum militet eadem ratio: adeoque Regulares, domum semel conducentes intra 140. Cannas a Monasteriis, ac domibus aliorum Regularium, acquirere quasi possessionem contra jus præfatum generale, si domum conducant scientibus, ac patientibus aliis Religiosis; & unicus iste actus sit effectuatus, ut decidit *Rota in Assisen. Canonicatus* 14. *Junii* 1600. *coram Cardin. Sacrato*, & notavit *Mantic. decis. 322. n. 8.* 438

RESOLUTIO LXXXVIII.

An procedere valeat adversus Diœcesanum, impedientem Regularibus consecrationem suarum Ecclesiarum ab alio Episcopo, postquam Diœcesanus ipse, debite requisitus, sine causa illas consecrare recusavit.

Potestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus Episcopum Diœcesanum, impedientem Regularibus consecrationem suarum Ecclesiarum ab alio Episcopo, postquam laudatum Diœcesanum cum debita reverentia bis, aut ter requisierint, & ipsemet sine legitima causa semper recusarit. Cum ex concessione Leonis X. etiam in Concilio Lateranensi, pro Fratribus Minoribus; possint Regulares curare, ut ipsorum Ecclesiæ a quolibet Catholico Episcopo consecrentur, sine licentia proprii Ordinarii, ubi hic bis, vel ter, cum debita reverentia requisitus, sine legitima causa renuerit. Nec officit Tridentinum *sess. 6. c.* 439

5. de refor. ibi: [Nulli Episcopo liceat, cujusvis privilegii prætextu, pontificalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de Ordinarii loci expressa licentia.] Nam licet *Tridentinum* id neget prætexto privilegii; non tamen vi Juris communis; hæc autem Leonis concessio privilegium non est, sed Jus commune, ut liquet *ex cap. 1. de Suppl. Neglig. Prælat. & cap. Nihil est §. ult. de Elect.* ac notant *Rodriq. tom. 1. q. 19. art. 4. Miranda in Man. tom. 2. q. 39. & alii*, quidquid dixerit *Peyr. tom. 1. Privil. Const. 1. Julii 2. n. 49.*

RESOLUTIO LXXXIX.

An procedere queat adversus Episcopum, punire contendentem delinquentes in Monasteriis Regularium, ubi actu commorantur.

440 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus eumdem Episcopum, punire contendentem delinquentes in Monasteriis Regularium, ubi actu commorantur: quos tamen ibi punire non potest, ut docent *Pellizz. tr. 8. c. 5. sect. 2. q. 26. n. 100. & alii passim*: tum ex eo, quia locus exemptus, & locus extra Diœcesim æquiparantur, ut tritum est apud Doctores. Sicut ergo nequit Episcopus, punire subditos suos delinquentes, & commorantes extra Diœcesim; ita nequit, illos punire in Monasteriis Regularium delinquentes, & commorantes. Tum etiam ex eo, quia Regulares eximuntur ab Episcopo, etiam quoad loca, ita ut in iis nequeat jurisdictionem contentiosam, cujusmodi actu foret punitio delinquentium, exercere.

441 Dixi: *quos tamen ibi punire non potest*: quia si delictum fuerit contra jus naturale, vel divinum, ut furtum, homicidium &c. licet in Monasteriis Regularium punire non possit Episcopus ibi delinquentes; poterit tamen illos punire, cum ab illis recesserint, & ad locum non exemptum se contulerint: idque, etiamsi delictum non sit expresse a Diœcesano prohibitum. Quamvis punire non possit, cum a loco exempto recesserint, in non exempto, si delictum, in Monasteriis exemptorum commissum, fuerit contra jus positivum, ut E. G. ludus Clericis prohibitus. Atque ita *Avila de Cens. p. 2. disp. 2. c. 3. Suarez de legib. lib. 3. cap. 32. n. 5. Salas item de legib. disp. 24. sect. 5. n. 74. & alii*, quos citatos sequitur *Alfonsus de Leone de censur. recollect. 2. n. 329.* Quia, quando delictum est contra jus naturale, vel divinum, licet committatur extra Territorium; delinquens tamen, & res, circa quam delinquitur, ita sunt intra Territorium Episcopi, ut actus delinquentis habeat rationem delicti, utpote factus contra jus, quod etiam in loco exempto obligat. Secus tamen, quando delictum est contra jus positivum; quia commissum in loco exempto non habet rationem delicti, cessante ibi obligatione dicti Juris.

RESOLUTIO XC.

An tueatur Regularium famulis, habentibus requisita Tridentini sess. 24. de refor. c. 11. *Exemptionem a Jurisdictione Ordinarii quo ad Censuras, Sacramentorum administrationem, etiam in morte, & Sepulturam.*

442 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se ad tuendam Regularium famulis, requisita *Tridentini sess. 24. de refor. c. 11.* habentibus, Exemptionem ab Ordinarii Jurisdictione, tum quoad Censuras, tum quoad Sacramentorum administrationem, etiam in morte, ac Sepulturam. Quia ex una parte nequeunt prædicti Regularium famuli ab Episcopo censurari, seu interdici, aut excommunicari, ex indulto Bullato Alexandri IV. quod refert *Casarub. in Compend. Verb. Familiares n. 11.* & ex altera parte possunt a Regularibus, quibus famulantur, etsi ab Ordinario ad Confessiones excipiendas non approbatis, dummodo approbatis a suis Superioribus, Sacramentalem absolutionem, etiam a Reservatis Episcopo obtinere: & in Paschata divinissimam Eucharistiam, ad faciendum satis præcepto, sicut & in morte per modum Viatici, & Unctionem Extremam accipere, ac demum Sepulturam in Ecclesiis eorumdem habere, nullo desuper Episcopi, vel Parochi consensu requisito, ex variis Summorum Pontificum Concessionibus, mox adducendis.

Et sane quod famuli prædicti Regularium possint Absolutionem Sacramentalem recipere a Regularibus, quibus inserviunt, absque Approbatione, docent *Tambur. de Jur. Abb. tom. 2. disp. 7. q. 3.* laudans privilegia Eugenii IV. Martini V. Clementis IV. & Leonis X. *Joan. de la Cruz lib. 1. de Stat. Relig. c. 6. dub. 1. concl. 1.* ubi multa ad id affert privilegia, *Lezana in Summa tom. 2. c. 16. n. 16.* dicens, hanc sententiam probabilitate non carere; *Barbos. lib. 1. Jur. Eccles. c. 43. n. 204.* ubi alios pro se citat, *Bordon. res. 38. q. 5. Cespedes de Exempt. c. 6. dub. 25. Peyr. tom. 1. privil. Constit. 2. Julii II. n. 12. & alii*. Contra *Suar. tom. 4. de relig. tr. 3. lib. 9. c. 4. n. 18. Rodriq. tom. 2. quæst. regul. p. 67. art. 1. & Pellizz. in man. tom 2. tr. 8. c. 3. sect. 2. Subsect. 1. q. 14. n. 55.* Probatur a *Peyr. ubi proxime* ex privilegio Leonis X. concesso Fratribus Minimis in Bulla, quæ incipit [Iis quæ] §. 3. ubi expresse conceditur, quod iidem Fratres Minimi possint Famulorum, in habitu Sæculari deservientium in Domibus Minimorum, Confessiones excipere: hæc autem verba ita debent explicari, ut aliquid de novo concedant, ne inutiliter, & superflue ponantur. Debent igitur intelligi, quod concedant Minimis, approbatis tantum a suis Superioribus, non etiam ab Ordinario, posse suorum famulorum Confessiones audire. Si enim ad illas audiendas vi talis privilegii opus esset approbatione Ordinarii, prædicta verba essent omnino superflua; cum jus commune omnibus Regularibus Sacerdotibus id concedat in *Clem. Dudum. §. Statuimus de Sepult.* Sicque privilegium foret omnino inutile; cum sine ullo privilegio quivis Regularis Sacerdos, habita approbatione ab Ordinario, possit Confessiones audire omnium, & quorumcumque Sæcularium, non modo eorum, qui Regularium Monasteriis famulantur. 443

Nec officit *Tridentinum sess. 23. de refom. c. 15.* cui innituntur Doctores oppositi, ubi decernitur: [Nullum, etiam Regularem, posse Confessiones Sæcularium, etiam Sacerdotum audire, nisi ab Episcopo ad id idoneus fuerit judicatus.] Intelligendum siquidem est de Sæcularibus extraneis, non de familiaribus, cohærenter ad *Clem. Religiosi §. sane de privil.* ubi familiares excluduntur, cum præsertim *Tridentinum* nihil videatur innovasse, sed jus antiquum explicasse, ut advertit *Navarr. Comment. 2. de regul. n. 14.* vel saltem de illis famulis intelligendum, qui Monasteriis quidem inserviunt, sed in iis non degunt, 444

gunt, neque comeduut, dormiunt &c. ut sunt Artifices, puta Tonsores, Sutores, &c. qui sane familiares large nuncupautur a *Rodriq. tom. 2. quæst. regul. qu. 67. art. 1. & a Sorbo v. Interdictum 3. §. 5. pag. mihi* 388.

445 Non autem intelligendum est Concilium de illis familiaribus, seu famulis, qui ordinarie commorantur in mouasteriis, ibique comeduut, bibunt, & dormiunt, sub Prælati Regularis obedientia, puta non Religiosa, sed servili, cohæreuter ad ea, quæ *Tridentinum* ipsum requirit *sess. 24. de reformat. cap.* 11. Dicunturque proiude a laudatis Doctotibus fimiliares stricte. Data *Tridentini* explicatio satis superque conspicua est ex declaratione Saer. Congreg. ejusdem Concil. *die 14. Augusti anno* 1567., scilicet triennio post ipsum Concilium, utpote absolutum *Anno* 1564., quam adducit *Peyr.* tenoris sequentis: [Prælati Regulares, seu alii Religiosi Confessorer, uon possunt audire Confessiones Sæcularium, qui sunt de familia, & deserviunt ipsorum Mouasteriis absque approbatione, vel licentia Episcopi: secus tamen, si illi sæculares sunt vere de familia, & contiuui commensales.]

446 Nec item officit *Constitutio Urbani VIII. incip.* [Cum sicut accepimus] 9a. Cui etiam innituntur Doctores eontrarii, quaque revocautur omnia, & singula indulta hujusmodi, audieudi Sæcularium Confessiones, absque Ordinarii examine, & approbatione, quibusvis Collegiis, Capitulis, Religionibus &c., quovis privilegio munitis &c. Ut enim ipsemet *Pellizz.*, ceteroqui uobis oppositus, insinuat, in allata Constitutione derogatur solum privilegiis, quæ regularibus concessa suut, quoad Confessioues audiendas quotumcumque sæcularium extraneorum; non tamen famulorum, & aliorum commeusalium. Quod confirmatur ex Bulla *Clementis X. incip.* [Superna] §. 4. ibi: [Ceterum in Monasteriis, ac etiam Collegiis, ubi juxta Regularia instituta vivitur, posse tam Prælatos Regulares, quam Confessores Regularium eorumdem Monasteriorum, seu Collegiorum, audire confessiones illorum sæcularium, qui inibi vere sunt de familia, & continui commensales, uou autem illorum, qui tantum ipsis deserviunt.]

447 Quod iidem famuli valeant a Regularibus præfatis Absolutionem obtinere a reservatis Episcopalibus, absque facultate ipsiusmet Episcopi, propugnatur a *Peyr. ubi supra, Cespede loc. cit. num. 5. Peregrino in compend. 1. p. tit. absolutio quoad sæculares §. 3., & aliis*, quos suppresso uomine citat *Lezana*, nobis eeteroqui contrarius, *tom. 2. cap. 56. numer.* 17. Et liquet tum ex decreto *Urbani VIII.*, quo Carmelitis data est facultas, absulvendi suos familiares ab omnibus casibus: tum ex privilegio, Carthusiensibus concesso a *Clemente VIII.*, & relatu iu *compend. privil. Congregationis Sanctæ Mariæ Fuliensis tit. Casuum reservatio §. 5.* quod sane concessum fuit die 26. *Martii anno* 1602. post decretum, quo idem Clemens VIII. Regularibus sustulit facultatem absolvendi a casibus Episcopo reservatis.

448 Nec officit decretum Urbani VIII. supra relatum; utpote quod non secus, ac alia decreta Pontificia, quæ in oppositum adduci possent, loquitur de Sæcularibus extraneis, nou vero de familiaribus; aut saltem de familiaribus stricte, ut ibi diximus; cum hi, ut notat *Cespedes*, videantur quo ad Pœnitentiæ Sacramentum frui privilegiis Regularium: præsertim quia plus est, Regulares, absque Ordinarii approbatioue, suorum famulorum posse Confessiones audire, ut eoncedunt Doctores supra laudati, & probabile reputat *Lezana*; quam illos posse a reservatis Episcopalibus absolvere.

449 Quod possint laudati famuli divinissimam Eucharistiam iu Paschate ad saciendum satis præcepto, sine licentia Parochi, vel Episcopi, a Regularibus accipere, defenditur a *Peyr. loc. cit. Portel in dub. regul. v. Sacramentorum administratio num. 9. Pellizz. tract. 8. cap. 3. sect. 3. qu. 3. num. 290. & aliis passim*, ex privil. bullato *Leonis X.*, concesso Patribus Minimis, per hæc verba: [Fratres Ordinis Minimorum hujusmodi dictarum domorum famulorum pro tempore in habitu sæculari eis deservientium, quoties opus fuerit, etiam Paschatis tempore, &c. iu eorum domibus, & Ecclesiis &c. ipsisque, & eorum cuilibet Euchsristiæ &c. Sacramenta ministrare.]

450 Addunt hic laudatus *Portel*, *Diana part. 9. tr. 9. & misc. 4. res. 36. fin. & alii*, quos citat, & sequitur *Leander a Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 3. qu. 7.*, idem intelligendum de famulo conjugato, etiamsi nocte dormiat extra Conventum; cum hic sit commensalis contiuuus.

451 Addit etiam *Pellizz. supra ex Fagund. præcep. Eccles. 3. lib. 3. cap. 2. & aliis, penes ipsum Fagundez*, nedum famuli prædicti Regularium possunt, ad satisfacieudum præcepto de Communione Paschali, Eucharistiam a Regularibus accipere; sed etiam Advenæ, Peregrini, & Vagi, quibus nulla est propria Parochia: ex eo, quod isti, saltem tunc, careant Parocho, & Parochia; & quoad ipsos cesset ratio prohibitionis, quæ erat, ut omnes fideles, saltem in Paschate, agnoscerent se teneri, præstare proprio Parocho debitam Obedientiam. Quæ ratio, ait *Pellizz.*, idem evincit tum quoad Mercenarios, & locantes operas suas ad tempus, ideoque in Paschatis solemnitate degentes extra propriam Paræciam, ut docet *Portel numer. 6. ex Sanchez lib. 3. de matrim. disp.* 23. *num.* 18. Tum quoad eos, quorum Parochus instante communicandi præcepto abest, aut renuit Eucharistiam ipsis ministrare. Necnon quoad eos, qui urgente præcepto Commuuionis, non possunt adire propriam Parochiam, nec petere licentiam a Parocho, ut contendit *Peyr. tom. 1. privil. const. 1. Julii II. num.* 91. Quamvis illi teneantur postea, quamprimum significare proprio Parocho, se communicasse: qui tamen non potest ipsos cogere, ad iterum communicandum in Parochia.

452 Quod tandem valeant famuli recensiti, etiam Eucharistiam per modum Viatici, & Unctionem Extremam iu morte, absque Episcopi, vel Parochi licentia, sicut & Sepulturam a Regularibus iu propriis eorumdem Ecclesiis habere; satis superque eonspicuum est ex privilegio *Nicolai V.* pro Benedictinis: *Leonis X.* pro Minimis §. 3. tenoris sequentis: [Ut Fratres Ordiuis Minimorum hujusmodi dictarum domorum famulorum pro tempore iu habitu sæculari eis deservientium, quoties opus fuerit, etiam Paschatis tempore, & in mortis articulo, in eorum domibus, & Ecclesiis hujusmodi Confessioues audire; ipsisque, & eorum cuilibet Eucharistiæ, & Extremæ Unctiouis Sacramenta ministrare; ac illis, & cuilibet eorum inhumationis, & sepulturæ beneficia, cujusvis licentia super hoc minime requisita, impendere liceat. Ita quod singulæ personæ hujusmodi iu eorum mortis articulo frui valeant &c.] Et *Pauli III.* in sua *Const.* [Licet debitum] pro Jesuitis, ibi: [Iis vero, qui in ipsorum Præpositorum, & Sociorum morantur obsequio, cuncta libere possint ministrare Sacramenta, & ipsos, cum decedunt, in eorum Cœmeteriis sepelire.]

453 Circa quam Constitutionem *Pauli III.* notat *Suarez tom. 4. de relig. tract. 10. lib. 9. cap. 4. n. 10.*, quod licet in ea non fiat expressa mentio de Extrema Unctione; hæc tamen dictis verbis comprehenditur: tum quia Papa, concedendo sepulturam, declarat se includere omnia Sacramenta, quæ præparant ad illam: tum quia alias nihil speciale concederet pro his familiaribus; cum exclusa Extrema Unctione, excluderetur etiam Viaticum, ut patet.

454 Addit hic *Pellizz. qu. 9. num. 332.*, posse Regulares una cum Viatico Extremam Unctionem ministrare, etiam Operariis, & Mercenariis, intra ipsorum claustra ægrotantibus, ex Indulto *Sancti Pii V.* pro Theatinis, in ejus Bulla 31., quo uti possunt omnes Religiosi per viam communicationis. Quod idem notat quoad Sepulturam laudatus *Pellizz. cap. 5. sect. 4. subsect. 2. quæst. 2. num. 145.* Sicut & ex *Portel in dub. regul. v. Sepultura num. 2.* monet, ad usum istius privilegii quoad Sepulturam requiri, quod famuli intra Religiosorum domus moriantur.

RESOLUTIO XCI.

An adversus Episcopum exemptionem tueatur Convictorum Seminariorum Regularium ab ordinariis juribus Episcoporum, & Parochorum quoad recipienda Sacramenta in vita, & in morte, una cum Ecclesiastica Sepultura a Regularibus.

455 Potestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus Episcopum, Regulares molestantem, eo quod Confessiones Convictorum Collegii, sive Seminarii, cui ipsi præsunt, excipiant; eosque a reservatis Episcopalibus absolvant, cum approbatione, & facultate solius Prælati regularis, non etiam Ordinarii loci; iisdemque, Parocho irrequisito, Eucharistiam in Paschate ad faciendum satis præcepto; immo & per modum Viatici, una cum Extrema Unctione, intra Collegium, sive Seminarium ipsum ægrotantibus ministrent; & decedentibus tandem in propriis Ecclesiis conferant sepulturam. Cum hæc omnia recensitis Alumnis conferre valeant Regulares. Et sane

456 *Bordonus in suis resolut. part. 1. resolut. 20. quæst. 3.* inquirens, an præfati Regulares possint ministrare Sacramentum Eucharistiæ ex vi sui Officii, non solum suis Religiosis &c., sed etiam aliis collegialiter cum ipsis viventibus &c. non solum ex devotione, sed etiam ex Præcepto Paschali, aut in articulo mortis? affirmative respondet *n. 13.* Quod probat *num. 17.* ex eo, quia præfati, collegialiter viventes cum Religiosis, sunt de eorumdem familia, & familiares: sicque a juribus ordinariis Parochorum, & Episcoporum exempti, subjecti dumtaxat Prælatis Regularibus. Et *resol. 38. qu. 5.*, ubi nominatim inquirit de Scholaribus collegialiter viventibus sub cura, & disciplina Religiosorum exemptorum, ut sunt Nobiles in Collegiis Societatis Jesu, aut aliorum Regularium; affirmative item respondet ex eo, quia præfati Scholares sunt Regularium Commensales, & Familiaritas, ac Commensalitas satis superque est ad hunc effectum, ut contendunt Doctores passim ex privil. *Eugenii IV.*, concesso Fratribus Minoribus, quod habetur in *Mon. Ord.*, & refertur a *Mirand. in Man. Præsat. tom. 1. qu. 49. art. 5.* sic: [Eugenius IV. concessit Fratribus Minoribus Observantibus Provinciarum Regni Castellæ, quatenus singuli Prælati dicti Ordinis, quocumque nomine censeantur, & Confessores per hujusmodi Prælatos deputati, possint &c. quoscumque pro tempore Familiares, Servitores, Officiales, & continue Commensales Domorum, Conventuum &c. ab omnibus, & singulis peccatis, criminibus, excessibus, & delictis (præter quam Sedi Apostolicæ reservatis) casibus &c. absolvere, eisque Eucharistiæ Sacramentum, & Extremæ Unctionis, & alia Eucharistica Sacramenta ministrare toties, quoties necessarium fuerit, vel opportunum; ipsique Prælati omnia, & singula supradicta aliis ipsius Ordinis Presbyteris committere, ac in præmissis omnibus, & singulis cum facultate præmissa Confessores sibi eligere, & electos mutare auctoritate prædicta valeant &c.] Tum ex privilegio *Martini V.* Monachis Sancti Benedicti Observantiæ Hispaniæ concesso: [Et Confessiones quorumcumque familiarium Monasteriorum commorantium audire, & pro eorum commissis debitam eis absolutionem impendere; nec non dictis familiaribus tam intra, quam extra septa præfata commorantibus Ecclesiastica Sacramenta, quoties fuerit opportunum, ministrare valeant &c.] prout refertur in *Compend. mendic. v. Familiares §. 10.*

457 *Cespedes de exempt. cap. 6. dub. 125. numer. 51.* loquens etiam de Alumnis, qui vivunt in Collegiis Regularium, & nominatim Societatis Jesu, censet, eos gaudere omnibus privilegiis, quibus gaudent famuli Religiosorum, & consequenter nedum hoc, quo possint confiteri Regulari, non approbato ab Ordinario, ab eoque absolvi a reservatis Episcopalibus, sine licentia ipsius Episcopi, cum sola approbatione, & licentia Prælati Regularis; verum etiam illo, quo possint ab iisdem Eucharistiam in Paschate, & per modum Viatici in morte, una cum Extrema Unctione, & sepulturam post mortem in Ecclesiis eorumdem habere, quemadmodum Regularium famuli ex dictis *Resolut. præced.*

458 *Mendo in Epitom. v. Societas Jesu n. 15. ex Suarez, Tambur. Quintanadu. & Gobat* ait: [Convictoribus sæcularibus, quorum curam habeat Religiosi Societatis, si annuat Præpositus Generalis, possunt illi ministrare Viaticum, & Extremam Unctionem; cum communicent privilegium *Martini V.* concessum Religiosis, qui similes Convictores habuerint; & privilegium *Pii V.* præstitum Patribus Theatinis, ut ea Sacramenta ministrent mercenariis, operariis, &c., ac quibusvis hospitibus, ægrotantibus intra ipsorum domus. Et *ex Compend. Societatis v. Extrema Unctio*, possunt Nostri Extremam Unctionem ministrare his, qui intra septa domorum Societatis infirmati fuerint, nullius requisita licentia. Quare siquis exercitiis spiritualibus S. P. Ignatii vacans, morbo lethali intra domum Societatis corriperetur, posset ei ministrari Extrema Unctio.] Ita *Mendo*.

459 *Pellizz. in man. regul. tract. 8. cap. 3. sect. 2. subsect. 5. qu. 19.* quærens, an Regulares egeant approbatione Ordinarii ad audiendas Confessiones famulorum, & Alumnorum degentium cum Regularibus, hæc habet *num. 56.* [Quod vero spectat ad Alumnos, degentes in Regularium Monasteriis, putat *Bordonus resol. 38. qu. 5.* eos posse confiteri Religioso, non approbato ab Episcopo, & per eum absolvi a Reservatis Episcopalibus, cum sint regularium Commensales, & commensalitas sufficiat ad hunc effectum. Cum *Bordono* sentit *Cespedes* monens, præfatos Alumnos frui omnibus privilegiis, quibus fruuntur Regularium Famuli; idque ob rationem modo allatam.] Et *sect. 3. quæst. 15. num. 302. fin.* contendit, posse regulares Eucharistiam

sistiam per modum Viatici ministrare Convictoribus Collegii, aut Seminarii, quibus ipsi præsuns, si illi existans in articulo mortis: quod probat ex praxi Religiosorum, qui solens præesse ejusmodi Collegiis, ac Seminariis. Et *sect. 4. qu. 3. nu. 326.* doces, posse Regulares, Sacramentum Extremæ Unctionis Sæcularibus, occasione hospitii, vel studiorum intra ipsorum Monasteria infirmantibus ad mortem, ministrare, sine ulla licentia Episcopi, vel Parochi, ex indulto Nicolai Franci pro Benedictinis, relato in *Compend. privil. Societatis v. Extrema Unctio.*

460 Et hic notat laudatus *Pellizz. ex Suar.* iusta citando *disp. 44. de Sacram. sect. 1. n. 16.* ad usum talis indulti Nicolai Franci nullam familiaritatem, aut famulatum requiri; sed sufficere, ut quis ægrotet intra Monasterium, sive id contingant ratione hospitii, sive aliqua alia occasione, studiorum E. G.

461 Notas etiam *Miranda p. 2. Man. q. 49. art. 1.* hujusmodi indulto frui quoque posse alios regulares per viam communicationis, & quidem in præsentia; cum statuta Legatorum de latere perpetua sint, ut docet *Zerola in prax. p. 2. v. Edicta §. 3.* & colligitur ex *cap. fin. de offic. legat. juncta Gloss. ibi v. statuta.*

462 Addit laudatus *Pellizz. q. 5. n. 328.*, posse regulares Viaticum, & Unctionem Extremam ministrare prædictis Alumnis Collegii, aut Seminarii, quibus ipsis præsunt, quantumvis illi ad mortem infirmentur extra propria Monasteria, vel domos: idque ex privilegio bullato *Martini V.* supra relatu, quod utique potest ipsis deservire quoad præfatos Alumnos, quippe qui revera veniunt nomine familiatium. Non tamen deservire potest in Societate Jesu; cum in *Compend. privil. Societatis*, usus talis indulti *v. Familiares §. 2.* sit restrictus ad illos dumtaxat familiares, qui in Domibus, Collegiis, Residentiis, & aliis Societatis locis habitaverins, cujusmodi non sunt dicti Alumni; cum ii revera dici non possint habitare in locis Societatis, sed extraneis ex hypothesi.

463 . *Gobat in Exper. Theol. tr. 8. sect. 2. n. 864.* [Si quis (ait) in nostris Collegjis vacans octiduania Exercitiis spiritualibus nostri Sancti Fundatoris, corriperetus morbo lethali; posset absque omni dubitatione muniri a nostris Sacro Viatico, Sacraque Unctione; & sine ulteriori interrogatione tumulari in nostra Ecclesia.] Et *n. 866.* [Licet nostra Societas non soleas largiri extrema Sacramenta studiosis, habitantibus in Seminariis, Collegiia, Convictibus, etiam contiguis Collegio; esto, illi Convictores subsint nostræ obedientiæ, qua de re ex instituto disputat *Card. de Lugo in Respons. Moral. lib. 4. dub. 33.* sicut & de Viatico; possunt tamen alii Religiosi, quando tales habent Alumnos, seu Convictores ob privil. Martini V.]

464 *Quintanadvenas tr. 5. singul. 4.* ubi Practicæ Adnotationes circa privilegia, concessa regularibus quoad Extremæ Unctionis, & Eucharistiæ administrationem, hæc habet *n. 4. & 5.* [Notandum est quarto, Privilegium, quod concessit *anno* 1476. Benedictinis de Observantia in Hispania Nicolaus Francus &c. dicens, quod si qui intra septa Monasteriorum ipsorum infirmati fuerint, Extremam Unctionem dare, auctoritate Apostolica, cujus Legationis officio fungimus in hac parte, tenore præsentium plenariam, & liberam concedimus facultatem, Parochialis Presbyteri, vel alterius cujusquam Episcopi, vel Superioris licentia, vel assensu, nullatenus requisitis &c. In quo Indolto notandum est quinto, conferri Extremam Unctionem posse a regularibus &c. omnibus tandem Laicis, quibus contingit intra Conventuum septa repentino casu hoc Sacramentu indigere: Etiam iis, quibus in prædiis, seu Grangiis regularium hoc evenesit; cum hæc sint veluti quædam Conventuum partes. Hæc ex ipso privilegio satis colligitur.] Et *n. 7.* hæc habet: [Notandum est septimo, quod omnibus iis Laicis, quibus pro Viatico, seu in mortis articulo administrare possuns Eucharistiam, possunt & Extremam Unctionem, & e contra: eadem enim est in utroque Sacramento causa, & privilegium, us ex dictis patet.] Hucusque Quintanadvenas, qui generaliter loquens de omnibus, infirmantibus in Monasteriis Regularium, generaliter est intelligendus, & consequenter pro ut includens etiam Convictores, ægrotantes in Collegiis eorumdem.

Antonius a Spiritu Sancto in Direct. regal. p. 5. tr. 2. 465
disp. 3. sect. 5. §. 1. n. 4. & 5., ubi sic: [Regulares cum sola licentia suorum Superiorum possunt, sine licentia Ordinarii, etiam in Paschate, & mortis articulo Sacramentum Pœnitentiæ ministrare suis famulis, commensalibus &c. immo possunt suos Alumnos, degentes in suis Conventibus, etiam a casibus Episcopo reservatis, absolvere; cum sint Regularium commensales. Ita *Cesped.* quem refert *Pellizz. tom. 2. tr. 8. c. 2. sect. 2. n. 56.* qui addit cum eodem *Cespede*, præfatos Alumnos frui omnibus privilegiis, quibus fruuntur Regularium famuli. Ita laudatus Doctor, qui Alumnorum nomine illos intelligit, quos *Cesped. & Pellizz. loc. cit.*, Alumnoa videlicet Seminariorum Regularium.

Emmanuel Rodriq. Quæst. Regul. tom. 2. q. 69. art. 5. 466
loquens de memorata concessione, facta Benedictinis de Observantia Hispaniæ a Nicolao Franco [Hoc (inquit) privilegium si intelligatur de iis, qui infirmantur intra septa Monasteriorum, & suns in actuali servitio Fratrum, non privilegium, sed Jus commune est, cum in Jure communi approbetur. Explicari ergo debes, us aliquid ultra Jus commune operetur, de iis, qui neque sunt famuli, neque familiares, intra septa tamen Monasteriorum infirmari, & curari contingit; pro quibus tamen non recurrendum est ad Parochos, us eis Sacramentum Eucharistiæ possins ministrare.] Unde etiamsi Seminariorum Convictores Familiares non sint, us contendit *de Lugo* infra laudandus; adhuc tamen ex vi privilegii Nicolai Franci eos posse, ultima Sacramenta recipere a Regularibus, Parocho, vel Episcopo irrequisito, nobiscum, & recensitis Doctoribus sustinet *Emmanuel Rodriq.* cui adhærens

Hieronymus Rodriq. resol. 64. n. 5. [Immo (ait) 467
& illis, quibus intra septa Monasterii contigerit infirmari, & curari, licet de numero famulorum, aut familiarium non sint, possunt Fratres ministrare Sacramenta Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis, assensu Parochi, vel Episcopi minime requisito, ex multis privilegiis Pontificum *apud Bullar.* quæ aliquid ultra Jus communa debent operari.]

Samuellius de Sepult. tr. 5. contr. 5. n. 50. utrique 468
Roderico subscribit; & in confirmationem Bullam adducit *Nicolai V.*, ubi privilegium, a variis Summis Pontificibus concessum Fratribus Prædicatoribus, prębendi Sacramenta, & sepulturam [Singulis personis, quæ in eorum obsequiis morarentur,] extendis idem Pontifex ad Personas, cum eis commorantes, etiamsi in eorum servitiis non insistant; quomodo se habent memorati Convictores, sic: [Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, persæpe in diversis Domibus, sive Conventibus dicti Ordinis contingat, nonnullos Christifideles ob devo-

devotionis causam, infra septa domorum hujusmodi, & clausuram cohabitare, quibus dari debent hujusmodi Sacramenta: Nos, nostrorum Prædecessorum in hac parte vestigiis inhærentes, ipsorum Magistri, & Procuratoris supplicationibus inclinati, Magistro, Prioribus, & Fratribus præfatis ubilibet constitutis, omnibus, & singulis personis infra septa, & clausuram prædictam pro tempore commorantibus, quoties opus fuerit, Sacramenta Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis libere, & licite, sicut illis, qui in eorum servitiis insistunt, ministrandi, & eas post earum decessum in eorum Cœmeteriis sepeliendi, Diœcesani loci, aut alterius cujuscumque licentia super hoc minime requisita, plenam, & liberam concedimus, tenore præsentium, Auctoritate Apostolica, facultatem.] Hactenus *privilegium Nicolai V.*

469 Recensitis Doctoribus patrocinatur Eximius *Suarez tom. 4. de Relig. tr. 10. lib. 9. c. 4. a n. 16.*, ubi loquens de præfata concessione, facta Benedictinis Hispanis a Nicolao Franco, ait, eam videri distinctam ab Indulto Pauli III., nostræ Societati concesso: illa siquidem habetur in *Compend. Benedict. v. Extrema Unctio* §. 1. hoc vero *v. Familiares* §. 10. Illa sic refertur *in Compend. nostror. privil. v. Extrema Unctio*: [Possunt nostri iis, qui intra septa Collegiorum, seu Domorum infirmati fuerint, Extremam Unctionem Apostolica Auctoritate libere, & licite, Parochialis Presbyteri, vel alterius cujuscumque Episcopi, vel Superioris licentia, vel assensu nullatenus requisito, Ministrare.] Illud vero Pauli III. refertur in eodem nostro *Compend. v. Familiares* §. 1. his verbis: [Possumus, administrare omnia Sacramenta iis omnibus, qui in nostris morantur obsequiis, eosque in nostris cœmeteriis sepelire.] In illa, inquit *Suar.* nulla *familiaritatis, obsequii, aut servitii* mentio fit, sed solum postulatur ut *intra Monasterium aliquis ægrotet*; quod potest contingere, vel occasione hospitii, vel si contingat aliquos Sæculares *intra Monasterium, vel Collegium studii causa*, vel per aliam similem occasionem diutius commorari &c. Pro hujusmodi ergo casibus (pergit Suarez) utilissimum erit hoc privilegium, hoc modo intellectum; & dum aliud in contrarium non occurrit, is videtur legitimus sensus ejus, immo in hoc sensu videtur pro Societate admissum, & applicatum in dicto *Compend. v. Extrema Unctio*. Ultimo (addit Suarez) circa facultatem hanc ministrandi Sacramenta familiaribus, vel Sæcularibus in domibus nostris commorantibus, dubitari potest, a quibus religiosis possit hæc ministratio fieri, an ab omnibus Sacerdotibus simplicibus, etiamsi ab Episcopo approbati non sint, vel indigeant hujusmodi approbatione? sed hoc nullam fere dubitationem apud me (inquit Suarez) habet. De Sacramentis enim Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis generaliter censeo, nullam approbationem Episcopi necessariam esse ad illa ministranda &c. Hactenus Suarez: in cujus opinione, quantum præcise est ex vi privilegii Nicolai Franci, commorantes ratione studii, etiam in Collegiis regularium, cujusmodi sunt Seminariorum Convictores, possunt de manibus religiosorum in morte ultima Sacramenta recipere, nulla desuper Parochi, vel Episcopi expetita facultate.

470 Quæ cum ita sint; possunt regulares Convictoribus suorum Collegiorum Sacramentalem Absolutionem, etiam a reservatis Episcopalibus, citra approbationem Ordinarii loci, cum sola approbatione Prælati regularis conferre; sicut & absque licentia Parochi, vel Episcopi, Communionem in Paschate, Viaticum, & Extremam Unctionem in morte, ac in propriis Ecclesiis sepulturam post mortem: idque tum auctoritate laudatorum Doctorum; tum ratione Familiaritatis, & Commensalitatis, seu privilegiorum, Familiaribus, ac Commensalibus regularium concessorum; tum ratione habitationis in Monasteriis religiosorum, gravisque infirmitatis, & mortis habitantium in iisdem occurrentis, seu ratione privilegiorum, habitantibus, & ægrotantibus in iisdem indultorum; tum demum ex praxi Seminariorum. Verum huic nostræ Opinioni

Opponitur *Card. de Lugo in responsis Moralib. lib. 4. dub. 33.*, ubi quærens: An Convictores Seminarii reputentur, ut Familiares Societatis in ordine ad recipienda Sacramenta: Negative respondet, multisq; suadere contendit, non omnium, sed aliquorum dumtaxat Seminariorum Convictoribus posse, irrequisito Parocho, vel Episcopo, Extrema dumtaxat Unctio, non omnia Sacramenta, nec sepultura, a regularibus ministrari, ut mox explicabimus. 471

Sed hæc Lugonis opinio, ut singularis deseritur a Doctoribus, qui post ipsum de hoc puncto scripserunt, cujusmodi sunt recensiti, si Doctorem eximium excipiamus, utrumque Rodericum, & Quintanadvenam. Nec ante ipsum ullum sui fautorem agnoscit, sed mox exceptos oppugnatores. Et merito quidem: nam fundamenta, quibus innititur memoratus Cardinalis, non videntur bene subsistere. 472

Non primum, petitum n. 1. ex eo, quia cum in Pontificiis indultis pro familiaribus intelligantur solum nomine *Familiarium* famuli inservientes, & intra septa Monasteriorum habitantes, subque eorumdem obedientia, conformiter ad *Trident. sess. 24. de refor. c. 11.*, non autem meri cohabitantes intra præfata septa, ibique sub obedientia viventes, citra tamen exhibitionem obsequii vel servitii; Convictores Seminariorum regularium, qui mere in illis habitant, & non inserviunt, reputari non possunt, ut religiosorum familiares in ordine ad recipienda Sacramenta. 473

Non videtur, inquam, bene subsistere primum hoc fundamentum: unde enim habet *de Lugo*, quod in Pontificiis Indultis pro familiaribus veniant solum nomine *Familiarium* famuli inservientes, & intra septa sub Obedientia habitantes; non autem meri cohabitantes intra septa sub Obedientia, sed non insimul deservientes? Profecto si Indultum Pii IV. in Bull. *incip.* [Romani Pontificis circumspecta], quo confirmantur privilegia Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, quibus etiam gaudent Mendicantes, attendamus, illud Conservatoris privilegium confirmat [adversus inferentes vim personis ejus Instituti, aut eorum Servitoribus, & Familiaribus injurias, seu gravamina, vel damna in personis, rebus, & bonis &c.] Si Conservatorium Indultum S. Pii V. pro Prædicatoribus in Bulla 41. [Ad hoc nos Deus] inspiciamus, illud adversus inferentes molestias, perturbationes &c. [regularibus, eorumdem Procuratoribus, Agentibus, Servitoribus, Familiaribus &c.] emanatum reperiemus: Sique indultum Eugenii IV. pro Minoribus Observantibus Provinciarum regni Castellæ perpendamus, inveniemus in illo: [Quatenus singuli Prælati dicti Ordinis, & Confessores per hujusmodi Prælatos deputati singulorum Conventuum &c. possint omnes, & singulos Fratres &c. & quoscumque pro tempore Familiares, Servitores, Officiales, & conti-

nue

nue Commensales domorum, Conventuum &c. ab omnibus, & singulis peccatis &c. absolvere,] Idemque deprehendemus in aliis. Si autem in his Indultis nomine *Familiarum* soli recensiti famuli intelligerentur, Servitorum expressio in iisdem supervacanea, & omnino inu-
474 tilis foret; quod non est dicendum. Verba siquidem debent aliquid operari, *l. siquando ff. de legat. 1. & c. Abbate de Verb. signific. vers. contra quos facit*, ibi: [Cum privilegium sit lex privata, nisi aliquid specialiter indulgeret &c.] Et superfluitas in Constitutionibus, & Decretis Pontificiis vitanda est, *c. Si Papa de privil. in 6.* ibi: Cum verba aliquid operari debeant.] Et *l. 3. in princ. ff. de jurejur.* ibi: [Nec frustra adjicitur] Ita ut nec una quidem dictio, immo nec syllaba in rescriptis Pontificiis debeat esse superflua, & sine effectu aliquid operandi, *Gloss. c. Solitæ v. tamquam de Major. & Obed. cum Doctoribus passim*. Item si nomine *Familiarium* venirent soli famuli, intra septa Monasteriorum cohabitantes, & inservientes, quomodo intelligendus esset Martinus V., Benedictinis de Observantia Hispaniæ concedens; [Ut dictis Familiaribus tam intra, quam extra septa Monasterii commorantibus Ecclesiastica Sacramenta, quoties fuerit opportunum, ministrare valeant?]

475 Nomine igitur *Familiarium* in Indultis Pontificiis intelliguntur nedum famuli, intra septa Monasteriorum inservientes, subque eorumdem obedientia habitantes, verum etiam, citra servitium, intra eadem septa continuo commorantes, Prælati Regularis Obedientiæ aliquo modo subjecti. Familiaris siquidem domesticus nuncupatur; cum familiaris & domesticus Synonyma sint, teste *Felino in C. In Literis Extr. de testib. num. 1.* Domesticus autem proprie dicitur ille, qui in eadem domo habitat, & est aliquo modo inferior, vel subjectus capiti familiæ, *text. in l. Respiciendum §. delinquunt ff. de Pœn. Bald. in l. 2. cod. de testib. Archidiac. in c. Regulæ 29. & alii apud Felin. ubi proxime*: [Quibus subscribens *Pignatellus tom. 9. cons. 251. n. 13.* domesticus (inquit) Familiaris dici potest, *cap. 1. §. fin. qual. jur. deb. dom. Vasal. fidel. lib. 2. feud. tit. 5.* Familiaris autem a Familia dictur, non is, qui nobiscum aliquando conversatur; sed qui consuetudine pene continua nobiscum degit. Familia namque a Famulis primum dicta: Famulus autem primum dictus Oscis Servus: dein appellatio prorogata ad Filios, & Amicos, quotidianosque Commensales, & eos, qui in servitio nostro sunt, etiam liberos homines, *l. Pronuntiatio §. familiæ, & l. detestatio §. familiæ ff. de Verbor. signific. l. Ædilis etiam §. familiæ de ædic. Z. Quicumque C. de re milit. l. fin. C. de verbor. signific.* &c. large autem dicuntur Familiares, qui cum aliquo eisdem ædibus commorantur, *Gloss. 2. in cap. In literis de Testib.*

476 Nec officit *Tridentinum sess. 24. de refor. c. 11. cit.* ubi de hujusmodi privilegiis disserens, explicat, solum extendi ad eos, *qui actu serviunt Religiosis, & intra eorum septa, ac domos resident, subque eorum obedientia vivunt*. Unde duas conditiones in his requirit, ut ad effectum fruendi ad hujusmodi privilegiis censeantur familiares: unam, quod intra septa, ac domos Religiosorum commorentur, sub Prælati Religionis Obedientia: alteram, quod actu serviant, ut opinatur de Lugo.

Non officit, inquam: quia *Tridentinum loc. cit.* de Servitoribus dumtaxat loquitur, non de familiaribus Religiosorum in universum: unde vocabulo utitur *Servientium Militiis, seu Monasteriis &c.* non tamen *Familiarium*. Ergo etiamsi utramque conditionem requireret *Tridentinum* in Servitoribus; non ita tamen in omnibus omnino Familiaribus.

Et, adhuc dato, quod de Familiaribus loquatur in universum; non proinde utramque conditionem requirit conjunctim *Tridentinum*, ita ut particula *Et* utatur in sensu copulativo, licet hujusmodi sensum regulariter facere soleat dictio *Et*, ut ex variis Juribus, & Doctoribus firmat *Barbos. tr. de Dictionibus in utroque Jure usufrequent. n. 3.* Sed divisim, & in sensu disjunctivo pro *vel*, significans, utramlibet conditionem ad id per se sufficere: quem profecto sensum disjunctivum interdum facit dicta particula *Et*, teste laudato *Barbos. cum pluribus ubi proxime n. n. 28. & 73.* quibus adhærent *Reiffenst. lib. 3. decreta. t. 28. §. 1. n. 57. in fin. Bardi in Bull. Cruc. p. 2. te. 2. c. 3. sect. 7. n. 71. & alii*: ac si dicat Concilium, quamvis nomen *Familiaris* multiplicem habeat significationem, sicut familia, a qua derivatur: ea siquidem nunc gentem, vel cognationem significat; nunc servos, vel filios; nunc domesticos, aut commensales; nunc plures sub uno convictu degentes, & una domo &c. *L. Justissime §. Familia ff. de edilit. edict. Felin. in c. cum in literis ext. de Testib. n. 1. & alii passim in c. ult. de verb. signific. in 6. & in dic. c. Cum in literis*: attamen non alii familiares uti queunt his privilegiis, nisi qui actu inserviunt Regularibus, intra eorum domus, subque Prælati Regularis obedientia continuo residentes, vel qui etiam sine servitio cum Regularibus in eodem Monasterio sub Prælati Regularis obedientia continuo degunt. 477

Quod autem hæc sit mens Tridentini, firmant expresse *Suar. cit. tom. 4. de Relig. lib. 9. c. 4. §. Circa Extremam Unctionem enucleatur dicta resolutio n. n. 11. Tambur. de Jur. Abb. tom. 2. d. 7. q. 3.* & tacite quotquot sustinent, Convictores esse Regularium familiares, non obstante, quod illis non inserviant, quos inter *Pelliz. te. 8. c. 3. sect. 4. q. 5. n. 3.* inquiens, nomine familiarium revera seminariorum Convictores venire: *Bordonus supr. laudatus p. 1. resol. 20. quæst. 3. num. 23. & 27. ac resol. 38. q. 5. Cesped. de Exempt. c. 6. dub. 125. num. 51. & alii*, Et inde patet, quia cum hujusmodi Conciliare Decretum sit odiosum, utpote privilegiis derogans Regularium, interpretari debet ut minus, quam fieri poterit, illa lædat; ut in simili arguit *Tambur. d. 6. q. 16.* minus autem læderentur privilegia Regularium per sensum Tridentini disjunctivum, quam copulativum, ut est de se perspicuum. 478

Omitto hic, nonnullos Doctores contendere, *Tridentinum loc. cit.* non comprehendere privilegia Regularium quo ad Conservatores pro suis servitoribus, & familiaribus; ut in reliquis locis neutiquam comprehendit, juxta ea, quæ notavimus supra *art. 6. assert. 2. n. 6.* illaque relinquere dispositioni Juris communis, & tenori privilegiorum. Et etiamsi quoad hoc illa Tridentinum comprehendat, concessiones, absolute factas a Summis Pontificibus post *Tridentinum*, eidem quoad præfatas conditiones, copulative requisitas derogare, ut retulimus supra *art. 19. Extrus. 5. n. 13. & 14.* 479

Neque secundum fundamentum Lugonis videtur bene subsistere, petitum *n. 5.* ex eo, quia cum in rigore Convictores dici non possint hospites, privilegium Regularibus concessum, administrandi suis hospitibus Sacramenta, de quo *Resol. seq.* extendi non potest ad ea ministranda Convictoribus. Quod autem Convictores in rigore 480

gore dici non possint hospites, inde convincit *de Lugo*: quia hospes moratur transeunter in domo aliena: Convictores autem sunt in Seminario permanenter, & in domo propria; cum Seminarium non minus sit domus Seminaristarum, quam Patrum, eorum curam habentium.

Neque hoc, inquam, fundamentum, videtur bene subsistere: quia Convictores instar hospitum, non permanenter, sed transeunter, & ad tempus commorantur in Seminario; quod non est domus ipsorum propria, sed aliena; Regularium autem propria, ut mox videbimus: in qua sane ipsimet Regulares, quasi in hospitio, ut loquitur ipse *de Lugo num.* 6. Convictores ad tempus recipiunt. Unde privilegium Sancti Pii V. Theatinis concessum pro ministrandis etiam suis hospitibus Sacramentis, optime extendunt *Mendo, & alii* ad illa ministranda Convictoribus.

481 Neque tertium *Lugonis* fundamentum videtur bene subsistere, petitum *n.* 6. ex eo, quia non omnia omnino Seminaria sunt domus Religiosorum; nonnulla etenim, ait *Cardinalis* laudatus, non pertinent directe, & immediate ad Regulares, utpote erecta primario in Seminarium, vel ex Testamento, vel opera Episcoporum, juxta Decretum *Concilii Tridentini*, ut juvenes aliquot ibi educentur; quorum cura demandatur Regularibus, qui ad hunc finem illuc transferuntur, & ibi degunt; non tamen dominium illorum locorum acquirunt. Unde possunt Episcopi justis de causis Religiosos ab illa cura liberare, aliisque seu Religiosis, sive Sæcularibus, eam committere. Alia vero directe, & immediate pertinent ad Regulares, indirecte vero ad Convictores, utpote fundata, ut Regulares habeant Domum, vel Collegium proprium, in quo postea educationis gratia juvenes aliquos quasi in hospitio ad tempus recipiant, quos literis, & bonis moribus instruant, concurrentibus eorum parentibus ad filiorum expensas: sicque talium locorum dominium habent Regulares, ita nimirum, ut Convictoribus omnibus discedentibus, aliisque non succedentibus, adhuc Regulares perseverent in illis locis, ut in proprio Monasterio commorantes.

Jam Seminaria primi generis domus Religiosæ non sunt, sed dumtaxat Seminaria secundi generis, ait *de Lugo n.* 6. unde infert *n.* 7. & 8. ex vi privilegii Nicolai Franci, quamvis ministrare possint Regulares Unctionem extremam Convictoribus posterioris Seminariis, ægrotantibus in illo, utpote in domo propria Regularium, ac intra septa Collegii, & Monasterii eorumdem; non tamen Sacramentalem Absolutionem, nec Eucharistiam in Paschate, neque in morte per modum Viatici, & post mortem in propriis Ecclesiis sepulturam. Et Convictoribus prioris generis, neque Unctionem Extremam in morte possunt ministrare, utpote non ægrotantibus in domo Regularium, & intra septa Monasteriorum Regularium.

Neque, inquam, tertium hoc *Lugonis* fundamentum videtur bene subsistere: quia Seminaria Societatis (& eadem est ratio de aliis aliarum Religionum Seminariis) absque distinctione, excogitata a *Cardinali de Lugo*, esse omnia simul Collegia, domus, seu habitationes Societatis; atque adeo frui privilegiis omnibus, quibus fruuntur ceteræ domus, & Collegia, sive habitationes nostræ, docet expresse *Quintanadvenas in singul. tr.* 1. *Append. dub.* 5. Idem tacite docent, quotquot ante, & post Lugonem scribentes, absque præfata distinctione Seminariorum, in propria Regularium, & iisdem (ut ita dicam) commendata, quam advertit *de Lugo*, absolute docuerunt, posse Regulares Convictoribus, quibus præsunt, intra Collegiorum septa commorantibus, Sacramenta, & sepulturam ministrare, nullo Parochi, vel Episcopi experito consensu, ex vi privilegiorum, id laudatis Regularibus indulgentium. Ceterum

Etiamsi Seminaria primi generis proprie Domus, Collegia, & habitationes Regularium non sint; ideoque Convictoribus illorum sine licentia Parochi, aut Ordinarii, ministrari non possint Sacramenta a Regularibus, eorumdem curam, & gubernationem habentibus; cum ipse Cardinalis fateatur, Seminaria secundi generis esse proprie Domos, Collegia, & habitationes Religiosorum, negari non potest ab ipso, quod, præter Unctionem Extremam, Sacramentalis Absolutio, quemadmodum Eucharistia in Paschate, & per modum Viatici una cum Sepultura possit Convictoribus præfatorum Seminariorum a Regularibus ministrari. 482

Nec officit, quod in privilegio, Benedictinis Hispanis per Nicolaum Francum concesso, de sola Extrema Unctione mentio fiat, non autem de Eucharistia: quodque in ejusmodi indultis fieri non possit extensio ad alia, præter contenta in concessione, licet in illis eadem militet ratio: quia intentio Papæ determinatur ad ea, quæ concedit, ut arguit memoratus *de Lugo nu.* 4. & 9. 483

Non officit, inquam, quia licet fieri nequeat talis extensio, ubi non eadem causa sit, & privilegium; potest tamen fieri, ubi eadem causa, & privilegium est, ut in utroque Sacramento Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis, sicuti notant *Emmanuel. Rodriq. quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 69. *art.* 1. *Hieronymus Rodriq. resol.* 64. *n.* 1. *Quintanadvennas n.* 7. & *alii*, contendentes proinde cum *Suarez cit. tom.* 4. *de Relig. tr.* 10. *lib.* 9. *c.* 4. *a n.* 16. ex vi privilegii Nicolai Franci posse Regulares suis Seminaristis, ad mortem in Seminariis ægrotantibus, præter Unctionem extremam, Eucharistiam per modum Viatici, nullius desuper experita licentia, ministrare; sicut & Sepulturam in propriis Ecclesiis post mortem: quia, ut in simili arguit *Petr. Const.* 1. *Julii II.* §. 37. *n.* 92. & 94. concesso majori, censetur etiam minus concessum, *cap. Ex parte il terzo de Decim.* & dignius trahit ad se minus dignum, *Gloss. in cap. Quod in dubiis de Consecr. Eccles. v. Consecratum*. Et cui licet, quod est plus, licet utique quod est minus, *reg. cui licet* 53. *de reg. Jur. in* 6. Majus autem, dignius, & plus est, posse Viaticum, & Unctionem Extremam conferre, quam Sepulturam. Ergo &c.

Et, adhuc dato, quod ex prædicto Franci privilegio nequeant Regulares Seminaristis infirmantibus Viaticum ministrare; poterunt tamen ex aliis privilegiis; quemadmodum possunt absolutionem Sacramentalem, etiam a Reservatis Episcopalibus, impendere una cum Eucharistia ad faciendum satis præcepto Paschatis in vita, & Sepulturam in morte, scilicet ex privilegiis pro Familiaribus, Commensalibus, Hospitibus; & ex privil. Nicolai V. pro personis commorantibus in domibus prædictorum, etiamsi in Fratrum servitiis non insistentibus. Quibus consonat, teste *Pellizz. supra*, Praxis Seminariorum, quæ optima est privatarum legum, seu laudatorum privilegiorum interpres. 484

RE-

RESOLUTIO XCII.

An adversus Episcopum tueatur exemptionem a Juribus Ordinariis Episcoporum, & Parochorum, qua fruuntur Hospites sæculares, intra Monasteria Regularium degentes, quoad recipienda Sacramenta in vita, & in morte, una cum Ecclesiastica Sepultura a Regularibus.

485 POtestas Judicis Regularium, Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus eumdem Episcopum, molestantem Regulares, eo quod, sine ipsius, vel Parochi licentia, hospitibus sæcularibus, intra Monasterium degentibus, Eucharistiam in Paschate ad faciendum satis præcepto, & per modum Viatici cum Extrema Unctione iisdem, graviter ægrotantibus intra septa contulerint; sicut & decedentibus Sepulturam: cum ea omnia conferre potuerint Regulares. Atque ita *Emman. Rodriq. tom. 2. quæst. regul. qu. 69. art. 2. Hieron. Rodriq. ref. 64. num. 1. Peyr. tom. 1. privil. constit. 2. Julii II. §. 37. a numer. 92. Graff. part. 2. decis. lib. 3. cap. 23. num. 29. Regin. in prax. lib. 28. num. 107. Lezana v. Eucharistia num. 10. de Lugo in respons. moral. lib. 4. dub. 33. num. 5. & 9. Bordonus resol. 20. qu. 3. num. 18. & qu. 8. num. 23. & resolut. 51. num. 268. ac in decis. Miscellan. 500. dubior. decis. 462. Peregrin. in Compend. part. 1. titul. Communicare num. 3. Cesped. de exempt. cap. 6. dub. 225. & alii passim.* Quibus patrocinatur quoad Eucharistiam per modum Viatici, & Unctionem Extremam *Suar. præcit. tom. 4. de relig. tract. 3. lib. 9. cap. 4. num. 17.*, ubi loquens de concessione, facta Benedictinis de observantia Hispaniæ a Nicolao Franco Legato de latere Sixti IV. per supra adducta verba: [Et siqui intra septa Monasteriorum ipsorum infirmati fuerint, Extremam Unctionem dare &c. Parochialis Presbyteri, vel alterius cujuscumque Episcopi, vel Superioris licentia, vel assensu nullatenus requisitis;] ait: [In hac nulla familiaritatis, Obsequii, aut servitii mentio fit; sed solum postulatur, ut intra Monasterium aliquis ægrotet; quod potest contingere, vel occasione hospitii &c.]

Contra *Monacellum tom. 1. formul. titul. 6. for. 10. num. 16. pag. mihi 235.*, nonnullas afferentem Sacræ Congregationis declarationes, & citantem pro se *Riccium in praxi for. Eccles. part. 2. resol. 210. vers. 12. & Barbos. de Offic. & pot. Episc. allegat. 105. numer. 68.* Sed non bene, cum neuter de hospitibus loquatur.

Multipliciter autem probat nostram hanc opinionem Bordonus,: &

486 Primo de Communione Paschali *dic. resol. 20. qu. 3. num. 18.* tum quia in hujusmodi hospitibus præsumitur tacita licentia suorum Parochorum; qui non debent pati, suos Parochianos, extra existentes, carere hoc Sacramento. Tum quia prohibitio contra Regulares, non ministrandi Sacramentum Eucharistiæ pro obligatione Paschali, est favore Curatorum, ne illis a Regularibus fiat injuria: Sed in proposito nulla fit injuria Parocho loci: quia advena, qui manet intra clausuram pro brevi tempore, sive etiam pro majori parte anni, non acquisivit habitationem in Parochia, sed intra claustra. Ergo Regulares sine injuria Parochi possunt, illis ministrare Communionem Paschalem pro satisfactione præcepti. Tum etiam, quia de Advenis, & Forensibus, quod Communionem possint recipere, satisfaciendo præcepto Paschali, extat privilegium, concessum Monasterio Sanctæ Mariæ de Guadalupe a Nicolao V. 4. *Kal. Octobris* 1458., postea extensum omnibus Ecclesiis ejus Ordinis; & proinde per communicationem omnibus Regularibus, ut refert *Beya p. 4. cas. 4. §. 2.* Tum denique, quia privilegia, concedentia Regularibus facultatem ministrandi hoc Sacramentum laicis, excipiendo diem Paschalem; non significant, Advenas prædictos excludendos esse; sed solum indicant, hoc Sacramentum illo die conferri non posse sæcularibus, incolis, & habitatoribus loci, ubi est Monasterium: nam Papa concedit privilegia respectu quorumcumque fidelium, sive Incolarum, sive Forensium; & sic exceptio refertur ad habitatores, non ad forenses. Nec obstat, quod Advenæ teneantur accedere pro Sacramentis ad Matricem Ecclesiam: quia hoc jus nullibi statutum est pro forensibus, ut aliis citatis docet *Sanchez lib. 3. disp. 23. num. 17.* Hactenus *Bordonus*, *citans in fine Beyam, Sanchez, Portellum v. Administratio Sacram. num. 6. Dianam resol. 12. de regul. Chilinum v. Eucharistia num. 19. Compend. resol. 127. num. 4.*

Secundo de Viatico, & Extrema Unctione *qu. 8.* ubi inquirit *Bordonus*. An hactenus dicta pro, vel contra Regulares, valentes, vel non potentes ministrare Sacramentum Eucharistiæ, procedant tam respectu obligationis Paschalis, quam per modum Viatici infirmis, & habeant etiam locum in Extrema Unctione? Respondet *num. 23.* habere locum, non solum in Communione Paschali, aut Viatica; sed etiam in Extrema Unctione: quia hæc duo Sacramenta in præcedentibus casibus æquiparantur. Ergo idem judicium de ipsis est faciendum. *Portel. v. Sacram. administr. n. 11. & 23.* 487

Tertio de eadem Communione Viatica, Extrema Unctione, & Sepultura *cit. decis. 462.*, ubi inquirens *Bordonus* in facti contingentia, an hospes laicus, infirmatus intra claustra, legitime receperit Sacramenta a Religiosis? respondet: Religiosi N. legitime ministrarunt Sacramenta Viatici, & Extremæ Unctionis, cum Sepultura Advenæ, casu infirmanti in suo Monasterio. Quod probat 488

Primo, quia instabat necessitas recipiendi hujusmodi Sacramenta ex parte laborantis in extremis: id autem Charitatis officium præstari non poterat a Parocho, utpote qui intra clausuram nullum jus habet; *Abb. in c. Dilectus num. 3. & 11. de Capell. Monach. & in c. ad audientiam num. 8. de Eccles. ædific. Calder. cons. 6. n. 2.* ergo id legitime a dictis Regularibus factum fuit. 489

Secundo, dictus hospes nulla ratione est subditus Parocho; quia Advena in tantum fit subditus Parocho, in quantum reperitur in aliqua domo, subjecta suæ Parochiæ, ut notum est: aliter dicere possemus, quod Advena hospitans in una Parochia, sit subditus alteri Parochiæ, quod est falsum. Sed Monasterium non est domus de Parochia, quamvis sit situatum in Parochia, *Graff. part. 2. lib. 3. cap. 27. num. 207.* Ergo, cum iste hospes non dicatur subditus, non potest Sacramenta recipere, nisi a Religiosis, quibus subditur in hoc, quia ibi moratur, & habitat, ut hospes: 490

Tertio Parochus non administrat Sacramenta etiam suis ovibus, extra suam Parochiam infirmis; quia ejus potestas non excedit sphæram suæ activitatis: sed iste hospes, esto alias esset ovis de suo grege, est extra Parochiam: nam locus exemptus, & extra Parochiam æquiparantur, & pro eodem censentur, *Joan. Andr. in Clem. de for. compet. v. quia nomine; Roland. cons. 33. num. 23. lib. 3. Cokier p. 2. de Jurisd. ordin. in exempt. qu. 2. & Canonistæ* 491

passim in c. r. de constit. ergo nullum jus super ipsum habere poterat.

492 Tandem de Sepultura *cit. resol. 51. qu. 52.*, ubi inquirens *Bordonus*; an sæcularis negotii causa hospitans apud Religiosos, si ibi incidens in febrim moriatur, sapultura non electa, sepeliendus sit apud Regulares? Affirmative respondet *num. 568.* quod probat ex *Can. s. 56. qu. 1. in fine*, ibi: [Mortuum non sepeliat, nisi Monachum in Monasterin, secum commnrantem; vel si fortnito quemquam advenientium Fratrum ibi mori contigerit.] Nomine siquidem *Fratrum* ibi non veninnt Monachi conversi; cum sub primo vocabulo *Monachum* contineantur; aliter non possent sepeliri in suis Monssteriis, sed solum Monachi Clerici; ergo sub eo nomine *Fratrum* comprehenduntur sæculares peregrini, sive Clerici, sive Laici: nam omnes fideles ad invicem fratres sunt per lavacrum regenerationis Jesu Christi. Unde Sanctus Chrysostomus *hom. 25. in Epist. ad Hæbreos* hæc habet: [Si enim qnis Frater nominatur in vobis, Fratrem in hoc loco omnem fidelem iotelligite, non Monachum tantum: qnid est autem quod facit fraternitatem, nisi lavacrum regenerationis, qnod facit posse vocari Deum Patrem?] Ergo ex illo Canone habeot Religiosi jus sepeliendi mortuos, apud se defunctos,

493 Confirmstur tum privilegio Nicolai Frsnei prn Benedictinis Hispanis, mox, & *resolutione præcedente* laudato, quod concedens Unctionem Extremam iis, qui occasione Hospitii, vel alia qnacumque in Monasteriis Regulsrium infirmantur, indulget etiam Viaticum, ac Sepulturam ex dictis ibi in responsione ad ultimum fundamentum Cardinalis de Lugo. Tum privilegio Pii IV. pro Theatinis, a S. Pio V. *Idibus Februarii* coofirmato *anno 1567.* in Bulla incip. [Ad immarcescibilem], in qua §. 17. dictis Parribus conceditur: [Ut Euchsristiæ etiam pro Viatico constitutis in arriculo mortis, ac Extremæ Unctionis ceteris clericis, & fratribus Congregarionis hujusmodi, ac etiam Mercenariis, Famulis, Opersriis, & Servis eorumdem Congregationis, ac quibuscumque hospitibus, etiam sæcularibus, & extraneis, quos in locis, vel habitationibus Congregationis hujusmodi, tunc reperiri contigerit, etiam diœcesanorum, & Sacerdotum Curatorum quorumcumque, etiam in quorum Civitatibus, & Diœcesibus, ac Ecclesiarum Parochis respective Ecclesiæ, & loca eorum Congregationis nunc, & prn tempore fuerint, aut aliorum qunrumcumque licentia minime requisita, nec obtenta.] Tum demum Privilegin Nicolai V. pro Prædicatoribus, *resolut. præced.* relato, ubi ait Pontifex: [Omnibus, & singulis personis, intra septa, & clausuram prædictam pro tempore commorantibus, quoties opus fuerit, Sacramenta Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis libere, & licito, sicut illis, qui in eorum servitiis insistunt, ministrandi: & eas, post earum decessum, in eorum cœmeteriis sepeliendi, Diœcesani loci, aut alterius cujuscumquo licentia super hoc minime requisita, plenam, & liberam concedimus tenore præsentium auctoritate Apostolica facultatem.]

494 Noc obstant declarationes Sacræ Congreg. Concil., quas adducit *Monacell. loc. sup. cit.* etiamsi illas fideliter adducat, pro ut nimirum de hospitibus loquentes *in Nullius 19. Septembris 1637. in Cremen. 27. Februarii 1649. in Ripana 3. Februarii 1652. in Gerunden. 13. Febr. 1694. & magis recenter in Neapolitana 5. Junii 1700.*, in qna fuerunt declaratæ validæ Censuræ, publicatæ per Cardin. Archiepiscopum contra Monachum Monasterii Montis Oliveti, qui absque licentia Parochi Sacramentum Extremæ Uoctionis cuidam Josepho Origlia, intra septa Monasterii inhabitanti, ministraverat. Illæ siquidem, etiam dato, quod constent authentice, obligentque instar legis universalia; locum tantum habent in Regularibus, non gaudentibus, ne quidem per communicationem privilegiis recensitis, ministrandi absque licentia Parochi, vel Episcopi suis hospitibus Sacramenta, & Sepulturam; non tamen in Regularibus, qui dictis privilegiis fruuntur; cum auctoritas Sacrarum Congregationum non extendatur ad annullanda privilegia, Regularibus per Apostolicam Sedem concessa, nisi do ipsiusmet Apostolicæ Sedis mandato, approbatione, ac confirmatione ejusdem. Quod autem declarationes, adductæ a *Monacello*, de Apostolicæ Sedis mandato fuerint emanatæ, vel per eamdem approbatæ, & confirmatæ, nec *Monacellus* ipse Innuit, nec constat aliunde.

RESOLUTIO XCIII.

An procedere valeat adversus Episcopum, molestantem Prælatum Regularem, qui suum Religiosum subditum pro Confessionibus excipiendis commiserit extero Sacerdoti, per ipsummet Episcopum non approbato.

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, at- 495
tento Jure novissimo, extendit se adversus Episcopum, molestantem Præsatum Regularem, qui suum Religiosum subditum Sacerdoti sæculari, ab Ordinario non approbato, commiserat pro Confessionibus audiendis. Immo, & eumdem Religiosum subditum molestaotem pluries cum dicto Sacerdote confessum: & ipsummet sæcularem Sacerdotem, sine approbatione, pluries ejusdem Religiosi Confessionem excipientem. Cum possit Regularis Prælatus committere Religiosos subditos Sacerdotibus sæcularibus, etiam ab Ordinario loci non approbatis: sicut & Sacerdotibus Regularibus alterius Ordinis, neque ab eorum Regulari Superiore approbatis, ut valide, & licite audiant Confessiones illorum, prout docent *Suarez disp. 28. de pœnit. sect. 4. num. 5. & alii passim.* Et sane id poterant Regulares Prælati, attento Jure antiquo, ante Concilium Tridentinum *sess. 23. cap. 5. de reform.* ipsimet per se ipsos approbando Sacerdores sæculares, & Regulares, ceteroqui ab Ordinario loci, & Superiore Regulari non approbatos, iisdem suam jurisdictionem conferendo pro audiendis Confessionibus valide, & licita suorum Religiosorum Subditorum. Ergo & modo possuot post Concilium, utpoto quod circa Confessiones Regularium audiendas nihil innovavit; solumque quoad excipiendas Confessiones Sæcularium, etiam Sacerdotum, requisivit in Regularibus approbationem Ordinarii loci: cum standum sit juri antiquo, nec ab eo recedendum, nisi expresse per alind recens emendetur, limitetur, aut revocetur, ut ex *l. Præcipimus c. de appellat.* diximus supra *artic. 10.*
asser. 5. num. 5. Quod tamen locum non habet 496
quoad Moniales, etiam immediate subditas Regularibus; neque quo ad Frarres Jesuatos; cum illarum Confessarius ex *Constit. Gregorii XV. incip.* [Inscrutabili], & horum ex *decreto Pauli V.* seu de cetero Sacerdos sæcularis, siva Regularis, ab Ordinario loci debeat approbari.

RESOLUTIO XCIV.

An procedere valeat adversus eumdem Episcopum, molestantem Regulares, eo quod tempore Interdicti illud quoad multa non observent.

497 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus locorum Ordinarios, molestantes Religiosos, eo quod tempore Interdicti illud quoad multa in propriis Ecclesiis non observent, puta Missam, divinaque celebrando, etiam solemniter in aliquibus diebus, Interdictum suspendendo; atque ad illa determinatas aliquas personas, ut Familiares &c. admittendo: corpora decedentium tumulando &c. Licet enim Regulares teneantur Jure communi Interdicta servare; ut liquet *ex Clem. c. de Sent. excomm.* in qua sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ præcipitur, ut Regulares servent Interdicta, seu valida, sive nulla, quando ea servat Ecclesia matrix: & ex *Trident. sess. 25. de regul. c. 12.* ibi: [Censuræ, & Interdicta, nedum a Sede Apostolica emanata, sed etiam ab Ordinariis promulgata, mandante Episcopo, a Regularibus in eorum Ecclesiis promulgentur, atque serventur.] Vi tamen privilegiorum illud in multis servare non tenentur. Enim vero Regulares

498 Primo, possunt tempore Interdicti generalis Missam in propriis Ecclesiis, ac Monasteriis celebrare; dummodo submissa voce, januis clausis, exclusis excommunicatis, ac Interdictis, & non pulsatis Campanis, *ex Cap. Alma mater de Sent. excomm. in 6. Sorb. in Compend. v. Interdictum 3. §. 6. in adnotat. Peyr. tom. 1. privil. Constit. 2. Sixti IV. n. 53. Lezana tom. 1. c. 21. n. 19. & alii passim.*

499 Secundo, possunt eodem generalis Interdicti tempore, illud suspendendo, solemniter Divina celebrare, apertis januis, pulsatis Campanis, & admissis Interdictis, exclusis tantum iis, qui culpabilem causam Interdicto dedere, aut sunt excommunicati; in festis Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Paschæ Resurrectionis, Pentecostes, & Assumptionis Beatissimæ Virginis, *ex dic. c. Alma matr, Sorb. §. 12.* Quin & in festo Corporis Christi, & per totam illius octavam, *ex Extravag. Martini V. Pellizz. tr. 8. c. 2. sect. 2. subsect. 1. n. 102.* Necnon possunt Regulares eodem Interdicti generalis tempore, sicut & Cessationis a divinis, quacumque auctoritate, etiam Apostolica impositorum, solemniter Divina celebrare modo dicto in festis Conceptionis Integerrimæ semper Virginis, ejusdemque Visitationis, & Nativitatis, sicut & Nativitatis S. Joannis Baptistæ, atque in solemnitatibus Sanctorum respective suarum Religionum, & aliorum Sanctorum, ac Sanctarum, sub quorum invocationibus Ecclesiæ Regularium dedicatæ sunt, seu quorum corpora in ipsis Ecclesiis recondita respective existunt. Item in hebdomada majori, in festis Resurrectionis Dominicæ, & per octavam earumdem omnium Festivitatum. Possunt etiam Regulares eodem Interdicti tempore, illud suspendendo, solemniter Divina celebrare, apertis januis, pulsatis Campanis, & admissis Interdictis, quoties religiosi Professionem religiosam emittunt, primam Missam celebrant, & in propriis Ecclesiis corpora suorum Defunctorum Ecclesiasticæ tradunt Sepulturæ; modo tamen supradicti religiosi culpabilem causam non dederint Interdicto, aut specialiter Interdicti non fuerint, & nominatim Interdictos excludant, atque excommunicatos, ex *privil. Leonis X. Monachis S. Benedicti, Servisque Monasteriorum concesso apud Casarub. in Compend. v. Interdictum 2. n. 10. Lezana supra, Pellizz. loc. cit.*

500 Tertio, eodem Interdicti generalis tempore possunt [In Ecclesiis, & Oratoriis suis, ac in aliis quibuscumque, cum ad loca pervenerint, Ecclesiastico Interdicto supposita, clausis januis, excommunicatis, & interdictis exclusis, non pulsatis Campanis, & submissa voce celebrare Divina, & Ecclesiastica recipere Sacramenta; dummodo culpabilem causam non dederint Interdicto, nec contingat, id eis specialiter interdici; neque Ecclesiæ, & Oratoria eadem fuerint specialiter interdicta.] *Ex Bulla authentica Clementis IV. pro Minorib. Casarub. v. Interdictum 2. n. 2.*

501 Quarto, tempore strictissimi Interdicti (quod nimirum omnes omnino continet effectus, ex Institutione Ecclesiæ annexos Interdicto: cujusmodi sunt privatio Sacramentorum active, & passive sumpta, privatio divinorum Officiorum, tam activa, quam passiva, & privatio sepulturæ Ecclesiasticæ, accepta tum active, tum passive) possunt Ordinis Prædicatorum Fratres in suis dumtaxat domibus, exclusis iis, qui non fuerint de Ordine suo, januis clausis, & non pulsatis Campanis, quotidie unam Missam in communi legendo audire, seu quilibet Sacerdos ejusdem Ordinis cum duobus, aut tribus Ministris modo simili Missam celebrare potest: dummodo in ejusdem Interdicti sententiis de Ordine prædicto, & de hac concessione mentio specialis non fiat, ex *privil. Clementis IV.*, per Bullam Authenticam Fratribus Dominicanis concesso, *Casarub. supra n. 3.*

502 Quinto, Possunt tempore Interdicti seu generalis, sive specialis, sicut & Cessationis a Divinis, inter viros, ac mulieres successive sex personas eligere, quæ in ipsorum Ecclesia admittantur, ad Missam audiendam, divinaque Officia, & ad recipienda Sacramenta; & si eas tunc temporis mori contigerit, Ecclesiastica sepultura donari possint, absque solemnitate tamen; dummodo ipsi Regulares, aut personæ eligendæ, causam non dederint Interdicto, ac Cessationi a Divinis: vel certa Interdictum non fuerit positum, aut confirmatum Auctoritate Apostolica, ex *Concess. Bullata Nicolai V. Casarub. in Compend. v. Interdictum 2. n. 23. Pellizz. tr. 8. c. 5. sect. 2. n. 98.* notans, quod cum ex Indulto bullato Nicolai V. non colligatur, sex illas personas semper esse debere easdem; & aliunde simus in materia favorabili, quæ debet ampliari; utique singulis diebus poterunt variari, electis primis diebus sex determinatis personis, & aliis diebus aliis sex, sicque deinceps.

503 Sexto, possunt tempore Interdicti, ab Ordinario lati, admittere ad Missas, aliaque divina Officia, quindecim personas qualibet die, de iis tamen, quæ non dederint causam Interdicto, ex *privil. Nicolai Franci apud Casarub. supra n. 24. Pellizz. loc. cit.* Ubi notat, quindecim præfatas personas eligi posse nedum successive, uti concesserat *Nicolaus V.* quoad sex personas; sed etiam simul; & una die quindecim hasce determinatas, alia vero die alias quindecim, & sic deinceps, uti de sex personis notavit, juxta Concessionem *Nicolai V.* Cum in hoc privilegio non apponatur clausula *successive*, sicut in Indulto *Nicolai V.* neque ex eo colligatur quod quindecim personæ semper debeant esse eædem; ut id non colligitur ex Indulto præfati Nicolai; & aliunde versemur in materia favorabili, quæ debet ampliari.

503 Septimo, possunt Regulares, admittere ad divina Officia, & Ecclesiastica Sacramenta suos Pro-

curatores, & Syndicos, eorumque Unores, ae Filios, en *privilegio bullato Clementis VII.*, *relato a Casarub. v. Procuratores num.* 12. cum enim per nllatum privilegium dictis personis eoneedatur, posse uti, ac frui omnibus favoribus, & grariis, quæ concessæ sunt ipsis Religiosis; iodulgetur eonsequenter, posse uti, ac frni illis, quæ Religiosis concessæ sunt pro tempore Interdicti, ot optime infert *Rodriquez tom. 2. quæst. regul. quæst.* 114. *num.* 2. Ubi notat, eamdem concessionem suffragari dictis personis, etiam pro tempore Cessationis a divinis.

505 Octnvo, possunt ad divina Officia, ae Ecclesiastica Sacrmmenta etiam Medieum ordinarium Monasterii admirrere pro tempore Interdicti; non samen Cessationis a divinis, en *concess. Alexandri IV. apud Rodriq. supra art.* 3.

506 Nono, possuot ad divinn Officia, & Sacramentorum receptionem admittern famulos omnes, ac familiares sui Monasterii, cootinuos commensales, & quosvis alios, expensis ejusdem Monastesii viventes, una eum eorum familia utriusque sexos, ex *Indulto Benedicti XII. veluto in compend. Fratr. S. Hieron. v. Interdictum §.* 1. Quod sane ait *Pellizz. sup.* magnum est privilegium: at videndum, ne fuerit vivæ vocis oraculo concessnm; qnomodo hodie nullum esset.

507 Decimo, possunt tempore Interdicti generalis, vel specialis, a Jure, vel ab homine quomodoenmque lati, libere in snis domibus, Monastesiis, Eeclesiis, aut capellis recipere ad nudiendam Missam, aliaque divina Officia, qnoscumque familiares, officiales, & Servitores eujuscumque alterius domus, & monasterii sui proprii Ordinis; eisque Eucharistiam, & alia Ecclesiastica Saeramenta ministrare, eorumqne eorpora tomulare, seo tumnlari facere; seereto tamen modo, januis elausis, & non pulsatis enmpanis, si nollus præsarorum eausam dederit Interdictn, ex concessione *bullata Engenii IV.* Monachis Sancti Benedicti in Hispania, ut refertur in *compend. Minor. v. Interdictnm 3. §.* 11.

508 Undecimo, possunt Opersrios, qui in locis ipsornm personaliter constiruti fuerint, admittere ad Divina, officiales videlicer, & laborantes; sed in die, qua ibi laboraverint, quantumvis ipsis solvatur stipendium, & non sint ordinarii laborasores, en Indulto *Bullato Alexand. IV. quod refert Casarub. supra n.* 1.

509 Duodecimo, posunt propsios famulos, aliunde venientes, & mercenarios, in grangiis, ae cellnriis residentes, si non dederint causam Interdicto, admittere ad Divina, en Indulto *Bullato Urbani V.* quod refert *Casarub. supra n.* 13.

510 Decimotertio, posunt ad Divina recipere Tertiarios, & Tertinrias, horumque Procuratores, ne negotia gerentes, en privilegio *Bullato Sixti IV. apud Casarub. supra n.* 7.

511 Decimoquarto, posunt ad Divina recipere etiam Advocatos Fratrum, & Tertiariorum, sicut & Monialium, ae Terriariarum Ordinis Minorum, ex concessione *Sixti IV.*, & consequenter cujusvis nlterius Ordinis, privilegia Ordinis Minorum participantis.

512 Decimoquinto, posunt Regulares in locis, in quibus degunr, eosque pro tempore morari contigerit, tempore Ioterdicti, quavis etiam Apostolica auctoritate appositi, januis elausis, & exeommunieatis, ac Interdictis exclusis, non solum Missas submissa voce, & alia divina Officia eelebrare; sed etiam Saeramenta recipere, & aliis ministrare, dummodo ipsi eausam non dederint Interdicto; nec contingat, id ipsis specialiter interdici, en concessione *bullata Pauli III., facta Jesuitis die 1. Novembris* 1548. de qua per communicationem, alii etiam Religiosi participnnt, *Compend. privil. Societ. v. Interdictum §.* 1.

Decimosexto, posunt in Ecclesiis proptiis tempore Interdicti sepelire, quotqnot in ipsorum morantur obsequiis, ex Indulto *ballato Clementis IV.*, concesso Fratribus Minoribus, quod refert *Casarub. in comprnd. v. Interdictam 3. n.* 2. 513

Item eos Confratres, qui licet maneant in sæculo, & habitum sæcularem non mutens; sunt samen, aut fiunt oblati ipsorum Regularium; quibus faciunt donationem inrer vivos omnium suosum bonorum, sibi tantum usumfructum, quamdiu vinerint, reservando, ex privil. *bullato Joan. XXIII. facto Prædicatoribus*, & cum hae explicatione adducto a *Casarub. sup. n.* 5. 514

Rursus sepelire possunt Regulares in suis Ecclesiis tempore Interdicti Fratres, & Sorores, tertii Ordinis, de pœnitenria nuneupatos, ne suos, & illorum Procuratores, necnon Procuratores Monialinm Sanctæ Claræ, ne negotia gerentes utriusque senus, en eoncessione *bullata Sixti IV. Fratribus Minoribus facta*; Et quoad Frattum, Monialium, ac Tertiariorum Advocatos confirmatn ab eodem *Sixto IV. pro Carmelitis apud laudatum Casarub. num. 7. & 8.* Quæ coocessio, notat *Pellizz. tract. 8. cap. 5. sect. 4. subsect. 2. qu. 15. num. 167.* quamvis dictis personis det santum directe facultarem, ut possint sempore Interdicti in Ecclesiis suornm Regularium respective ad Divina admitti; indirecte tamen, & consequenter indulget, ut ibi etiam defunctæ sepeliantur; eum juxta Avilam, Navarrum, & Coninch, relatos a *Bonac. d. 5. de Cens. in comm. p. 1. num. 6.* probabile sit, laicos, habentes privilegium assistendi divinia Officiis pro tempore Interdicti, eo ipso posse, etiam in loco saero sepeliri, ob rationem a *cit. Bonac.* adductam. 515

Præterea Regulares posunt in propriis Ecclesiis tempore Interdicti, ram generalis, quam specialis, seu n Jure, sive ab homine lari, sepelire januis elausis, & non pulsatia campanis, omnes, & singulos Frarres, Oblaros, Commissos, aus quoseumque, Familisres, Offieiales, & Servos quorumlibet Monasteriorum; modo tamen nullus ipsorum culpabilem dederit eausam Interdicto, ex Indulto *Bullato Eugenii IV. pro Benedictinis apud Casarub. num.* 11. 516

Insuper proprium Syndicum, & Procuratnrem, com utriusque Unore, & Liberis; quippe qui, eom valeant admitti ad Divina in Eeclesiis Regularium sempore Interdicti, & Cessationis a Divinis, en privil. *Clementis IV. Fratribus Minoribus* concesso, teste *Rodriq. tom. 2. quæst. Regul. qu.* 114. *art.* n., fruuntur consequentes privilegio sepulturæ ob doctrinam, paulo ante insinuatam a *Pellizz. ex Bonac.* Quæ etiam locum habet in Medinis Ordinariis Regularium, utpote qui ex Indulto *Alex. IV.* pro tempore Interdicti fruuntur omnibus grariis, quibus pro tali tempore gaudent Regulares: non vero pro tempore Cessationis a Divinis; cum pro tali sempore Medici Regularium Ordinarii præfatis grariis non fruantur, ut advertit *Rodriq. art.* 3. & supra nos insinuavimus ex eodem. 517

Nequeunt tamen Regulares, in propriis Ecclesiis Confratres suarum Confraternitatum dicto Interdicti tempore sepelire, ot contendunt *Bordon. tom. 2. resol. 72. num. 18. & Pellizz. tract. 8. cap. 5. sect. 6. qu. 32. num.* 292. as non ex eo, quod per *Tridentinum sess. 25. cap.* 12. sit derogatum implicite, 518

te, & virtualiter privilegiis, Regularibus ad sem præsentem concessis, inter quæ illud exsat, a nobis supra relatum Joannis XXIII. Fratribus Prædicatoribus indultum, ut arguunt laudati Doctores: cum talem derogationem mordicus pernegent *Henriquez lib. 13. cap. 48. Rodriq. tom. 2. qu. Regul. q. 112. art. 1. Sayr. lib. 5. de Censur. cap. 13. n. 24. De la Cruz lib. 2. cap. 7. disp. 2. Mirand. tom. 2. q. 37. art. 12. & alii*; & insinuatum privilegium loquatur de Confratribus, non Confraternitatum, sed Regularium, ut explicant *Cæsarub. in compend. privil. Mendic. verb. Interdictam 3. num. 5. Bordonus ipse cit. res. 72. num. 27. in fine, & num. 2.* sed ex eo, quia nullum quoad sepulturam Confratrum extet Regularibus concessum privilegium.

519 Tandem quæcumque Regulares facere possunt tempore Interdicti generalis, possunt etiam Interdicti specialis tempore, ex privil. *Julii II.* Augustinianis concesso, ut habetur in privilegiis ejusdem Ordinis *fol. 43.* & in *Compend. privil. Societatis v. Interdictum §. 3.*

520 Atque hic adnotandum, recensita, aliaque id genus privilegia, Regularibus pro tempore Interdicti, aut Cessationis a divinis concessa, revocata non fuisse a *Concil. Trident. sess. 25. cap. 22.* non obstante Constitutione *Gregorii XIII.*, qui ea privilegia annullavit, quatenus contraria erant ipsi Concilio. *Tridentinum* etenim solum intendit revocare ea privilegia, quæ nonnulli Religiosi se habere jactitabant, de quovis Interdicto nullatenus servando, relata n *Sorb. in compend. v. Interdictam 3. in adnotat. §. Sed aliis Doctoribus*: cujusmodi non sunt privilegia, mox a nobis insinuata.

Atque ita notat etiam *Miranda tom. 2. man. qu. 32. art. 2. ex Barthol. Media. Rodriq. Henriq. & Sayr.* quos sequuntur *Sorb. Peregr. & Joan. de la Cruz, apud Peyr. tom. 1. privil. const. 2. Sixti IV. num. 51. contra Navarr. cap. 27. num. 190. Garc. p. 3. de Benefic. c. 2. n. 280. & alios.*

RESOLUTIO XCV.

An procedere valeat adversus Ordinarios locorum molestantes Regulares, eo quod tempore Interdicti Viaticum, & Unctionem Extremam in necessitate Fidelibus administrent; ipsiquemet eadem Sacramenta una cum Sacramento Confirmationis, & Ordinis recipiant, & in morte Ecclesiasticam Sepulturam.

521 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus eosdem locorum Ordinarios, molestantes Regulares, eo quod Ecclesiastica Sacramenta, Pœnitentiam videlicet, Eucharistiam per modum Viatici, & Unctionem Extremam in necessitate aliis a Recensitis Fidelibus *Resol. præced.* eodem Interdicti tempore administreat; ipsiquemet Regulares eadem Sacramenta recipiant, una cum Sacramento Confirmationis, & Ordinis; & decedentes Ecclesiasticam Sepulturam. Cum hæc omnia conferre valeant, & recipere, ut mox explicabimus, distincte per partes procedendo.

522 Et sane possunt Regulares Sacramentum Pœnitentiæ fidelibus administrare, illudque recipere tempore Interdicti, ex *cap. Alma Mater de Sent. Excomm. in 6.* ubi hoc Sacramentum quibuscumque personis interdictis, etiam sanis conceditur ob magnam ejusdem necessitatem; modo tamen persona Interdicta non sit etiam excommunicata (in quo casu admitti non potest ad Sacramentum Pœnitentiæ, nisi in articulo Mortis;) aut specialiter interdicta; vel causam culpabilem dederit Interdicto, & alias nondum convenientem præstiterit satisfactionem, ne quidem per cautionem juratoriam, si aliam non potuerit. Cum in his casibus non possint Regulares Interdicti tempore, Sacramentum Pœnitentiæ administrare, nisi in probabili mortis periculo, qualecumque demum illud sit, ex *citat. cap. Alma Mater, Laym. lib. 1. tract. 5. part. 4. cap. 2. num. 1. cum Sylv. & Suar. Filliuc. tr. 18. cap. 2. qu. 3. Bonac. de Censur. in comm. disp. 5. part. 2. §. 3. num. 1. & 2. Pellizz. in man. tract. 7. capit. 4. sect. 1. qu. 19. numer. 24.* ubi advertit *Laym. supra*, hanc doctrinam locum habere tempore Interdicti tam localis generalis, & localis specialis, quam etiam personalis generalis, non vero sempore Interdicti personalis specialis.

Quod si Confessarius, specialiter interdictus Pœnitentiæ Sacramentum administret; illud, quamvis illicite, validu tamen administrare, contendit *Diana part. 5. tract. 10. resol. 26. cum Cornejo*: ex eo, quia Interdictum non privat potestate Ordinis, & Jurisdictionis: cum id ex jure non habeamus; sed solum impedit usum illius licitum. Dubitat tamen de validitare *Suar. d. 33. de Censur. sect. 1. num. 20.* inquiens: [Res profecto mihi dubia est: & ideo moneo, ut talis absolutio omnino caveatur.] *Faber apud Dianam*, nedum illicita, sed invalide etiam Sacramentum Pœnitentiæ præfatum Confessarium, specialiter Interdictum, administrasse, arbitratur. 523

Possunt quoque Sacramentum Eucharistiæ Fidelibus infirmis, in mortis periculo constitutis, per modum Viatici, cum solita etiam solemnitate administrara; modo tamen Regulares ipsi causam non dederint Interdicto; neque sint specialiter Interdicti, utpote qui ante absolutionem ab hujusmodi ministerio arcentur; si casum necessitatis excipiamus, quo nimirum alius non adesset competens Minister. Quamvis extra talu periculum mortis, illud administrara non valeant; cum Interdictum ex sua institutione tollat usum Sacramentorum activum, & passivum, præter quam in casibus jure exceptis, cujusmodi de facto non est, nisi mortis periculum, *ex cap. Permittimus de sent. excomm.* 524

Et possunt ipsi pariter Regulares Eucharistiæ Sacramentum recipere, ne dum in articulo mortis, si causam non dederint Interdicto; neque sint specialiter Interdicti; quia in hoc casu debent prius convenientem satisfactionem exhibere præstita saltem cautione juratoria, si aliam non possint, verum etiam extra mortis articulum, communicando etiam communione laica, si velint. Profecto *ex cap. Alma Mater* possunt Regulares tempora Interdicti Missam celebrare, aliaque divina Officia, sicut ante Interdictum, peragere. Ergo sicut ante Interdictum possunt Eucharistiam recipere more laicali, si velint; ita & tempore Interdicti, ex vi ejusdem *cap. Alma Mater*. Atque ita *Suar., Sa, Sylv., Ang., Sayr., Coninch, Filliuc., & alii*, quos laudatos sequitur *Diana part. 8. tract. 10. resol. 83. & cum eo Pellizz. quæst. 20. num. 26.* 525

Possunt etiam Sacramentum Extremæ Unctionis sibi invicem Regulares ministrare, illudque recipere tempore Interdicti; non secus, ac propriis familiaribus &c. conferre, ex specialibus Pontificum privilegiis; quamvis de jure communi, seu Interdictum locale foret, sive personale, id non possent, ex *cap. quod in te de pœnit. & remiss.* ubi generaliter interdicitur omnibus omnino fidelibus, etiam Clericis, ac Religiosis, adhuc spe- 526

cia-

cialitar nno interdictis, uterqne usus Extremæ Unctionis, activns nimirum, & passivns.

527 Possuat pariter Regulares Ioterdicti tempore Sacramenrum Ordinis, etiam in loco Interdicto recipere, ascendendo præsertim, si aatea in Miaoribus fuisseat ordinati, ad Ordinem Superiorem; in casu tamen necessitatis, seo penuriæ Sacerdotum, qui eodem tempora Sacramonta cooferreat, *Laym. supea cap. 2. n. 1. Bonacin. loc. cit. n. 3. & alii*. Concesso siquidem uno, concessum etiam ceasetur aliud, sine quo illud executioni mandari non potest; secus coaeessio foret inntilis. Cum ergo tempore Interdicti concedatnr divinorum Officiorum, & aliquorom Sacrameatorum usus; Ordiaatio Sacerdotnm, qui ad talem usum necessarii sunt, censetur quoque concessa.

528 Dixi: [in casu tamen necessitatis, seu pennriæ Sacerdotum:] quia extra talem casum Sacramentum Ordiais recipere neutiquam valent, seu da cetero Intardictum persoaale sit, sive etiam locale: qnia ubi aliquid generaliter prohibetur, quod expressa *non* conceditur, iatelligitur denegatum, coaformiter ad *Clem. Exivi porro de verb. signific.* sed tempora Interdicti generaliter prohibetur Sacramentorum perceptio, demptis aliquibus casibus, in Jure exceptis: ergo cum nullibi Sacra Ordinatio axcipiatur, ea censeoda est simpliciter, ac universim intardicta.

529 Et ita quidem tampore Interdicti prohibita est Sacramenti Ordiois collatio, ut ea neqna in Sabbato Sancto permittarur, quamvis Snlemnitas Paschalis n Missa Sabbati Sancti eaordiatur; & in tali Snlemoitate licita fiat divina officia: cum Sacra Ordinatio non comprehendatur sub nomiao divioit Officii: sicque ad eam non exteadatur concessio divinotum Officiorum, facta *in cap. Alma Mater*. Atque ita *Filliuc. supra n. 50.* qui *n. 49.* præmoaet, Interdictnm locale non obstara, quominus Regulates, taliter ioterdicti, possinr alibi ordinari; modo causam *noa* dederint Intetdicto, quia sic foreat specialiter interdicti, atque adeo nullibi possent ordinari.

530 Possunt quoque regulares, tempore interdicti Sacramentum Confirmationis recipere, si forta ante Religioais ingtessum illud noo susceperint: utpote quod, etiam rempore interdicti, conferri potest omnibus tum adoltis, tum parvulis, noo secus, ac Baptismus, & Catechismns; immo & Matrimonium, absqna tamen solemnitate, *Bonac. d. 5. de Cens. in comm. p. 2. §. 1. n. 1. Palaus d. 5. de Cens. p. 4. §. 1. n. 25. & alii*.

531 Possuat deniqna Regulares tempore ioterdicti localis geaeralis, immo & specialis sepulturæ Ecelesiasticæ rradere suos religiosos defunctos, non specialiter iaterdictos; vel etiam specialiter interdictos, sed cum signis contritionis decedentes; & qnidem solemoiter in aliqna earum Solemnitarnm, in qnibus vi suorum privilegiorum possunt interdictnm suspeodere; vel etiam extta talem solemnitatem.

532 Et sana licet *in cap. Quod in te de pœnit. & remiss.* generaliter omnibus fidalibus, adeoqua etiam iafantibus, & amenribos, tempore interdicti, sepultura iaterdicatur Ecclesiastica; iodulgetur tamen, ut in locali laterdicto genetali, immo etiam speciali, corpora Cleticorum, aliorumque Ecclesiasticorum, & consequeater Regularium, qui specialiter interdicti non fiat; nec illicita divini Officii celebratione Iniardictum ipsum violaveriat, in locis Sacris valeaat sepeliri; sed absquo Campanasum pulsu, aliaque suaebri Solemnitate. Atque ita *Laym. supra n. 3. Coninch disp. 17. de Censur. n. 51. & 52. Filliuc. tr. 18. n. 92. & alii passim*. Notantes, personas Ecclesiasticas non debere in loco specialiter interdicto sepeliri, si commode ad aliam Eclesiam non iaterdictam deserri valeant.

533 Item quamvis Regulares, specialiter interdicti, nequeant in loco Sacro sepeliri, si decedentes signa contritionis non dederint, adeoque neque in foro coascientiæ, nequa io foro exteriori foerint absolnti; possuat tamen sepeliri io loco Sacro, si talia sigaa dedere, & post mortem ab ioterdicto fuerunt absoluti. Atque ita *Pellizz. tr. 7. c. 4. sect. 2. q. 25. n. 48.* ubi id probat cum paritate excommunieati, cui eacommunicatio non miaus tollit jus sepulturæ Ecclesiasticæ, quam Intetdictum persoaæ interdictæ; & tamen sepelitur excommunicatus in loco sacro, si moriens signa dederit contritionis, suetitque post mortam absolutos, ut docent commuaiter Doctores. Tum etiam paritate persoaæ interdictæ ab ingtessu Ecclesiæ, cui Ecclesiastica indulgetur sepultura, si dederir signa contritionis, & fuerit post mortem absoluta, nt docent *Bonac. disp. 5. de censur. in comm. p. 4. n. 55. & alii*. Immo addir *Diana p. 5. tr. 10. resol. 75. cum Cornejo*, in proposito religiosos, specialiter iaterdictos, com signis contritionis decedenres, ut sepeliantor in loco sacro, nulla absolutione iodigere; cum exhibitis talibus signis, ipso Jure maoeanr absoluti. Quod probat *ex cap. Is, qui de sent. excomm. in 6.* ubi hæc habentur: [Talis quoque, si hoc ioterdicto durante decedat, non deber in Ecclesia, vel Cœmeterio Ecclesiastico, oisi pœaituarit, sepeliri.] Unde infert *Diana*: cum ergo tale interdictum quoad huoc effectum fuerit sub conditione, *nisi pœnitenerit*, latum; hoc ipso, quod impletur conditio, manet interdictnm sublatnm.

534 Rursos contenduat *Laym. Coninch. Filluc. loc. supr. cit. & alii*, si contingat, personas Ecclesiasticas, atque adeo regulares, sepeliri in iis Festivitatibns, in quibus possuat solemniter divina Officia celebrari, suspenso iaterdicto; posse aasdem enm omni solemnitate sepeliri. Quibus adhæret *Pellizz. sup. q. 24. n. 45. addens q. 26. n. 50.* videri probabile, quod possint regulares in propriis Ecclesiis personas etiam sæcnlares interdictas sepelire, quantumvis illæ ad hoc nullum habeant privilegium, si contingat, eas sepeliri in aliqua earum Solemnitate, in qnibus fidales possuot divinis Officiis assistere, ex coacessione *cap. Alma Mater*. Quia privilegium assisteadi divinis Officiis, extenditor ad sepulturam. Pro quo citat *Sotam, Henriq., Sà, Navarr., Avilam, Ang., Sylv., Tabien., Megalam, Joannem de la Cruz, & alios*, quos affert, & sequitnr *Diana p. 5. tr. 10. resol. 68.* Quamvis oppositnm seatiaat, & quidem non improbabiliter, nt fatetnr *Pellizzarius ipse, Cornejus, Præpos., Gordon., Hurtad., Saar., Coninch., Filliuc., Alter. apud eumdem Dianam, & Palaus disp. 5. de cens. p. 4. §. 5. n. 5.*

535 Tandem possnat Regulares, etiam extra Solemnitatas præfatas, rempore Ioterdicti solemniter io propriis Ecclesiis sepeliri, ex variis specialibns privilegiis, illo præsertim Leonis X. Benedictinis concasso, quod supra retulimus *Resol. præc.* & Iadulto *Bullato Julii II. pro Featribus Minoribus*, qood sic rafert *Casarub. in Compend. v. Interdictum 1. n. 12.* [Julius II. concessir Fratribus Miaoribus, qnod tempore Interdicti, ordinaria auctoritate appositi, possint sepelire in Ecclesiis suis libere, & licite corpora Fratrum ejosdem Ordinis decedentium: & hoc etiam cum cæremoniis solitis in Ordiaa, ac pulsatis campanis, Missas, & alia divina Officia in similibus celebrari coasueta, in omnibus, & per omnia,

ac si Interdictum hujusmodi appositum non
esset.]

536 Atque hic notat *Portel. in dub.Regul.v. Interdictum*
n. 8. quud si contingat, Religiosum hodie mo-
ri, & ad vesperam sepeliri, ac sequenti mane
fieri Officium pro eo; suspendatur Interdictum
pro eo vespere, dum sepelitur, & etiam pro
mane sequenti, dum fit pro eo Officium, &
Missa.

RESOLUTIO XCVI.

*An procedere valeat adversus Parochum, impedire
contendentem, quominus Religiosus, ægrotans ad
mortem in domo consanguinei, recipiat de manu
proprii Prælati Viaticum, & Unctionem Extre-
mam: ibique decedens ad proprium Monasterium
sepeliendus feratur, ipsomet Parocho irrequisito,
& non soluto Jure parochiali.*

537 POtestas Judicis Regularium Conservatoris,
attento Jure novissimo, extendit se adversus
Parochum, impedire contendentem, quominus
Religiosus, sive Professus, sive Novitius, intra
ipsius parœciæ fines, sed extra Monasterium ægro-
tans ad mortem in domo alicujus consanguinei,
secipiat de manu proprii Regularis Prælati, vel
alterius ab eudem Prælato delegati, non tamen
ab ipsomet Parocho, Sanctissimam Eucharistiam
per modum Viatici, & Unctionem Extremam:
ibique decedens ad proprium Mooasterium defe-
ratur, ut in eo, ipsomet Parocho irrequisito,
& nun soluto jure Parochiali tumuletur. Cum
utrumque Sacramentum de manu proprii Regu-
laris Prælati, vel alterius, ab ipsodelegati, non
autem de mann Porochi, intra cujus parœciæ
fines ægrotat ad mortem extra Monasterium, in
domo Consanguinei Religiosus quicumque, seu
Professus, sive Novitius, recipere debeat. Atque
ita cum aliis *Pellizz. tr.* 8. *c.* 5. *sect.* 4. *subsect.* 1. *q.*
10. *n.* 138. Et merito quidem: nam Sacramenta
recipi debent de manu proprii Parochi, & Pa-
storis: cujusmodi citra dubium est respectu Re-
gularis, seu Professi, sive Novitii, etiam extra
monasterium, & in domo alicujus Sæcularis
ægrotantis, non Parochus Parœciæ, intra quam
infirmatur, sed ejus Regularis Prælatus.

538 Addit hic *Pellizz.* posse in tali casu Sanctissi-
mum Viaticum solemniter ad domum, in qua
est Regularis ægrotans, deferri, sicque fuisse ad
quatuor vices practicatum Ferrariæ, nemine con-
tradicente, ut a Viru fide diguissimo ipse lau-
datus *Pellizz.* accepit. Nec officit Declaratio
Sacr. Congreg. *de anno* 1620. allata a *Bordon. tom.*
2. *resol.* 51. *n.* 170. contendens, Religiosum in
hoc casu debere Sacrameotum Viatici, ac Extre-
mæ Unctionis habere de manu Parochi, intra
cujus Parœciam ægrotat. Cum enim ea non sit
in usu, ait *Pellizz.* dicendum, vel de eadem
Declaratione minus certo constare, vel ipsam
non fuisse usu acceptatam; vel certe non obli-
gare, instar legis universalis.

539 Nec potest a Parocho impediti delatio Regu-
laris præfati, seu de cetero Professi, sive Novi-
vitii, extra Monasterium in domo Consanguinei,
intra fines suæ Parœciæ defuncti, ad proprium
Monasterium, ut inibi, ipsomet Parocho irrequi-
sito, & non soluto Jure Parochiali sepeliatur;
quamtumvis ob defectum Prælati Regularis, ut-
pote distantis, & non statim accurrentis, de
manu ejusdem Parochi ultima Sacramenta Reli-
giosus præfatus recepisset; ut mordicus conten-
dunt *Peyr. resol.* 1. *tom.* 2. *de Prælato c.* 4. §. 5. *n.* 108.
& vol. 2. *privil. Constit.* 7. *Pii V. n.* 11. *Mancinus tr.*
de Infirmis in ordine ad sepulturam d. 31. *Pellizz. cit.*
q. 10. *n.* 137. *Bordon. tom.* 2. *resol.* 51. *num.* 170. *&*
alii.

Dixi: *seu Professi, sive etiam Novitii*: quia No- 540
vitius ob aeris intemperiem tempore Novitiatus
ægrotans, si de medicorum consilio, & sui Su-
perioris licentia, se conferat ad domum pater-
nam, ibique decedat; in Monasteriu est sepe-
liendus, & quidem Parochu irrequisito, illique
non soluto Jure Sepulturæ: cum Novitii gaude-
ant privilegiis Professorum; qui sane professi,
decedentes extra Conventum, in domu Sæcula-
ris, inconsultis Parochis, & non soluto iisdem
Jure parochiali, ad proprias Ecclesias, ut ibi se-
pulturam recipiant, deferendi sunt, ut declara-
vit Sacr. Congreg. 22. *Maji* 1615. *in una Puteolana*
apud Mancinum d. 9. *&* 1620. *apud Bordon. loc. cit.*
& alia apud Peyr. supra.

Atque hic opinatur *Bordonus tom.* 2. *resol.* 51. 545
num. 176. & quidem non improbabiliter, (nisi
obsit contraria consuetudu, ut notat *Pellizz. q.* 11.
n. 139.) posse corpora decedentium intra Mo-
nasterium, honoris causa per publicas vias,
& plateas processionaliter absque interventu Pa-
rochi daferri. Quod si revera id non fit impro- 542
babile; neque erit improbabile ob identitatem
rationis, posse etiam corpora decedentium extra
Monasterium, honoris ergo, sine interventu Pa-
rochi per publicas Vias, & plateas deferri pro-
cessionaliter. Probat intentum *Bordonus*: tum
quia nullum Jus extat in contrarium: tum ex
eo, quia Confraternitates sine licentia Ordinarii
processionaliter Litanias, aliasque preces canen-
do procednut. Ergo a fortiori id facere poterunt
Regulares, qui sunt personæ Ecclesiasticæ. Tum
etiam ex eo, quia processio funeralis est de per-
tinentibus ad jura Sepulturæ, sine qua commode
nequit expleri Jus Sepultnræ cum debita decen-
tia. Sed Regulares habent jus sepeliendi suos
Religiosos. Ergo & deferendi cadaver processio-
naliter. Tum denique ex eo, quia sic nullum
jus Parochiale læditur: non in Quarta; cum cer-
tum sit, illam non deberi: non ratione transi-
tus; cum viæ sint communes, & dicantur viæ,
non Ecclesiæ, sed Civitatis. Nec officit declara- 543
tio Sacræ Congregationis in contrarium adducta
a *Peyr. ubi supra*; quia, ut respoudet *Pellizz.* dici
potest de ea minus sufficienter constare; vel,
(quod certius est), non obligare per modum
legis universalis.

RESOLUTIO XCVII.

*An procedere valeat adversus præsumentes, retra-
here Testatores ab Electione Sepulturæ in Eccle-
siis Regularium; aut ipsorum voluntates revocari,
vel mutari facere. Sicut & contra persuadentes,
ne Regulares vocentur ad associandum corpus
Defuncti. Et contra Regulares, inducentes ad
electionem Sepulturæ in suis Ecclesiis, aut ad
jam electam in iisdem non mutandam.*

POtestas Judicis Regularium Conservatoris, 544
attento Jure novissimo, extendit se adver-
sus Universos, & singulos Rectores, Vicarios,
Beneficiatos, Plebanos, aliosque Clericos, ac
Laicos, cujuscumque status, Ordinis, conditio-
nis, aut præeminentiæ fuerint, etiam per excom-
municationis latæ sententiæ declarationem, alias-
que Censuras Ecclesiasticas, invocato pariter,

qua-

quatenus opus fit, auxilio brachii Sæcularis, qni præfumerent, teftatores, intendentes apud Regularium Ecclefias, fepulturas eligera, ab eorum propofito perfuafionibus retrahere; aut ipforum voluntaies revocari, vel mutari facere juxta Privilegium Minimis Sancti Francifci de Paula conceffum a Leone X. in Bulla incip. [Exponi nobis] *die* 27. *Septembris* 1518.

545 Item adverfus eofdem perfuadentes, ne Defunctorum parentes, vel hæredes, aut etiam executores ultimarum eoromdem voluntatum, vocenc Regulares ad affociaodum corpus Defuncti ad Sepulturam, & quidem ufque ad fupra recenfisas Cenfurarum pœnas deveniendo. Ita *Peyr. in dict. Conftit. Leonis X.* §. 2. Tum propter rationis ideotitatem: tnm quia cooceffo majori, minus etiam conceffum effe videtur; *cap. Ex parte il terzo de decim.* Majus aotem eft, perfuadere, ne quis eligat Sepultoram, quam ne aliqui ad Sepulturam affocient. Tum demum quia, ur habet vulgare Jnriftarum proloquium: quando aliqnid eft prohibitum, cenfetnr etiam piohibitum omne illud, per qnod ad id perveniri poteft; de quo *Menoch. tom.* 2. *de præfumpt. lib.* 6. *præfumpt.* 93. Si ergo prohibitæ fuot receofitæ perfonæ, retrahere a Sepultura eligenda; funt etiam prohibitæ, retrahere a corporum affociatione, qua ad ipfam Sepultnram pervenitur. Puto itaque, concludir *Peyr.* poffe Confervatores, contra prædictos Rectores &c. procedete cenforis Ecclefiafticis, per dictam Conft. Leonis X.

546 Tandem adverfus Regulares, qui aliquem ioduxerunt ad eligendam Sepulturam apud feipfos in propriis Ecelefiis; vel ad non immutandam electam, ad hoc, ut cadaver, & aecepta ratiooe funetis, reftituaot, juxta *cap.* 1. *de Sepult. in* 6. ubi illæ ftatuuntur pœnæ eootra Ecclefiafticos inductores prædictos, fcilicec

547 Prima, Nullitas Electioois. Secunda, qnod non poffir fepeliri eadaver in loco fic electo. Tertia, quod Ecelefiaftiei, five Clerici, five Religiofi, qui fepelierunt, debeant intra decemdium reftituere corpus, fi petatur; ficut & quæcumque receperunt intuitu Sepultnræ. Quarta, quod nifi reftituant, fint ipfo jure interdictæ eorum Ecclefiæ, & Cœmeteria. Quinta demum, excommunicatio cum refervatione, Papæ facta in *Clem. fin. de pœnis* §. *Sane*. Profecto cum Regularium Confervator fit eorumdem Judex in omnibus eaufis, quæ ipfos inter, & extraneos vertuntur: & quoad Judicem, qni debeat hujufmodi reftitutionem præcipere, nihil in præcitatis Juribus difponatur; ipfemet Confervator debec hanc reftitutionem impooere. Uode Extranei pro tali reftitutione obtinenda, non coram Epifcopo, fed coram Coofervatore, eaufam fuam adverfus regulares agete debent. Ita *Bordon. p.* 2. *refol.* 51. *n.* 194.

RESOLUTIO XCVIII.

An procedere valent adverfus Parochum, nolentem corpora Defunctorum levare, nifi vocatis prius omnibus Parochiæ Clericis; aut faltem nifi tot vocentur Clerici, quot Regulares: aut plus exigentem ab iis, qui in Ecclefiis Regularium fepeliendi funt, quam ab illis, qui in Ecclefiis Parochialibus.

548 POteftas Judicis Regularium Confervatoris, attento Jure noviffimo, extendit fe adverfus Parochum, nolentem levare corpota Defnnctorum, nifi vocatis prius omnibns Clericis Parochiæ; aut faltem oifi tot Clerici vocentur, ad affociandum eorpus Defuncti, quot vocantur Regulares: vel plus exigentem ab illis, qui volunt Sepeliri in Ecclefiis Regularium, quam ab iis, qui in Ecclefiis Parochialibus. Cum id videatur primo contra privilegia Regularium, qnibos libera cooceditur Sepultura: non enim libera foset, fi Parentes Defuncti non poffent vocare, quos, & quor vellent Regulares: ficut & contra jus, quod habent Regulares, ut Defuoctorum exequiis affiftere queant. Secundo fpeciem præfefcrat Monopolii, ut firmaot paffim Doctores eum *Peyr. tom.* 2. *privil. regul. Conft. II. Leonis X. incip.* [Exponi] §. 2. *n.* 2. Et tertio limitem ponat liberæ morieotium electioni. Quæ omoia demum etiam pietsti adverfantur. Atque fic *Azor. p.* 2. *lib.* 9. *c.* 21. *in* 6. *privil. Cleric.* §. *Si quæras. Palans tr.* 22. *punct.* 8. *n.* 5. *& alii.*

Atque hie norandum, poffe Regularium Con- 549
fervatorem proclamare Parochum, ad levaoda corpora Defunctorum plus exigentem ab iis, qui Sepulturam elegerunt in Ecclefiis Regularinm, quam ab illis, qui in Ecclefiis Parochialibus; proclamare (inquam) Parochum in exeommonicationem majorem Papæ refervatam incurfum, a Clemente VIII. *in Conft.* [Expofirum Nobis] 21. *Januarii* 1604. latam, & deinde confirmatam ab Urbano item VIII. in *Conftit.* 21. *tom.* 4. *Bullar. pag.* 258. Et quamvis prohibitio, fob præfata exeommunicatione, facta fit Parochis Indiarum Oeeidentalium; tamen cum fit declarativa Juris Canonici, imo & Naturalis, quo nemo eaigere queat plus, quam fibi debeatnr de juftitia, extendenda eft ad omnes Paroehos totius Univerfi, ut notat *Portel in addit. ad dub. Regul. verb. Sepultura.* Cum præfertim in ea pronuntiet Papa, talem fe prohibitionem dare, ad tollendum abufum. Si ergo (addit *Peyr. in addit. ad Conftit. Leonis X. c.* 4. *n.* 8.) talis exactio eft abufus, non apparet, quare extra Indias non debeat effe abufus. Et advertic landatus *Peyr.* talem exeommuoieationem, incurrere Parochos, etiamfi hujufmodi exactionem faeiant, fuffulti fnorom Prælatorum ftatutis: hæe enim ftatuta erαor in Indiis. Et nlterios teneri damnum illatum reftiture Regularibus, aut Defunctorum hæredibus; enm contra juftitiam id facerent, ut optime monet citatus Doctor.

RESOLUTIO XCIX.

An procedere valeat contra præfatum Parochum impedientem, ne cadavera Defunctorum cum habitu patente Fratrum Minorum ad Sepulturam deferantur.

POteftas Judicis Regularium Confervatoris, 550
attento Jure noviffimo, extendit fe adverfus Paiochum impedientem, ne eadavera Defunctorum eum habitu patente Fratrum Minosum fepeliantur in eorum Ecclefiis, eooperiendo videlicet habitum eum aliquo panno, vel lugubri vefte, ita ut habitus non videator, fieque valeat Parochus alio deferre, & fepelire cadavera. Adverfus quem extat excommunicatio, lata a Sixto IV. in *Bulla quæ incipit:* [Apoftolicæ maofuesudinis,] & relata a *Confectio pag.* 81. Ita *Bordon. refol.* 51. *n. item* 52. *& alibi*, ex illa ratione, quia Jus, quod habent Regulares, nullo modo poffunt fibi Parochi ufurpare, prætextu tegumenti; cum Cadaver deferri debeat eum

habitu

habitu discoopertum, nullo pallio, vel segumenso superimposito, ex Bulla Sixti IV. apud laudatum *Censedtium pag.* 71. Præterquamquod non diceretur cadaver cum habitu religioso sepeliri, sed absque illo; quia non apparere, & non esse paria sunt, *l. In lege ff. de contr. exempt.*

551 Notat laudatus *Bordonus n.* 54., debere Conservatorem in faciem Curati monitionem præmittere; neque trinam necessariam esse, sed unicam sufficere in similibus casibus pendentibus, in quibus unica tribus æquivalet, *cap. Constitutionem q. de sent. excomm. in* 6. Et *resol.* 96. *n.* 6. addit, quod si Conservator absit, & Parochus velit ad propriam Ecclesiam deferre cadaver; tunc Religionis Superior, vel alius religiosus coram testibus possit ipse monitionem unicam in faciem Parochi præmittere, prohibendo illi, ne cadaver Ecclesiæ Regulari debitum, ad suam deferri faciat. Nec officit, quod Religiosus non sit Judex contra Parochum; cum id non faciat, ut Judex; sed simpliciter illum admoneat, de excommunicatione incurrenda, si impediat, ne Cadaver ad Ecclesiam Regularem deferatur.

RESOLUTIO C.

An procedere queat adversus Episcopum, punire contendentem Regulares, eo quia in processione Funerali rapuerunt per vim corpus Defuncti, qui in eorum Ecclesia Sepulturam elegerat, Parocho volente in sua Parochia Sepelire.

552 POtestas Judicis Regularium Conservatoris, attento Jure novissimo, extendit se adversus Episcopum, punire contendentem Regulares, eo quia in Processione Funerali rapuerunt per vim corpus Defuncti, qui in eorum Ecclesia Sepulturam elegerat, Parocho volente in sua Parochia sepelire. Ita *Bordon. p.* 2. *resol.* 51. *qu.* 64. *num.* 203. Cum injuria manifesta sit, non delinquentes punire; & multo magis exemptos, cujusmodi sunt Regulares prædicti: a qua profecto injuria debet illos Conservator tueri contra quascumque personas, etiam Episcopali dignitate fulgentes, ut constat ex superius dictis.

553 Quod autem in casu allato Regulares præfati delinquentes non sint, patet ex eo quia, qui utitur jure suo, nulli facit injuriam, ut habet stritissima Regula, Cadaver autem erat Religiosorum proprium, sicque de manibus Parochi illud in suam parochialem afferentis, jure poterant eripere. Rursus defacto procedenti, defacto resistendum est, ut leges permittunt, *l.* 1. *§. Et hoc Edictum ff. Si Mulier vent.* Et docent *Marcus de Mantua sing.* 446. *apud Peyr. tom.* 3. *c.* 2. *num.* 6. *& alii*. Demum potest quivis auctoritate propria, aliquid sibi rapienti resistere, & in tuto ponere, ut fert communissima Doctorum sententia, *in tit. de Raptor. & furtis*. Ergo bene poterant dicti Religiosi Cadaver illud, quod in eorum bonis erat, vindicare &c.

554 Quod etiam in hoc casu dicti Religiosi sint exempti, ita ut nequeant ab Episcopo corrigi; patet inde, quia si tales non forent, maxime ob Decretum *Tridentini sess.* 25. *c.* 14. vi cujus Regulares, extra claustra delinquentes, si a Superiore suo non puniantur, poterunt ab Episcopo puniri. Vel ratione scandali, quod eo facto oriretur, & una simul jus corrigendi in Ordinario; cum scandalum dare, sit conditio conferens jurisdictionem, teste *Sousa Aphorism. Inquisit. lib.* 1. *c.* 31. *num.* 8. Sed *Tridentinum* non facit ad rem præsentem, in qua nullum exstat delictum ex dictis. Et etiamsi extaret, tunc haberet per ipsum corrigendi facultatem Episcopus, cum Superiores Religiosi correctionem negligerent. Scandalum autem in proposito nullum foret; quemadmodum nullum scandalum est in eo, quod Dominus e manibus furis rem suam eripiat. Ceterum siquod Religiosorum Pharisaicum scandalum est, cessaret illico, monitis Sæcularibus, ipso actu, qualiter Defunctus ille Sepulturam elegerat apud Regulares. Scandalum vero Curati, volentis sibi alienum Cadaver usurpare, præter Religiosorum intentionem eveniret; non secus, ac scandalum furis, de cujus manibus rem suam eriperet Dominus, præter hujus intentionem contingeret.

555 Non extenditur tamen Conservatoris potestas adversus Episcopum, avocando ad se causam inceptam coram illo, antequam ipse esset Regularium Conservator, ut cum *Riccio p.* 3. *decis.* 191. sustinet *Donat. q.* 57. Vel antequam Regularis esset exemptus, quia nimirum, dum esset Sæcularis, litem incepit coram Episcopo, & deinde per ingressum in Religionem factus est exemptus &c. ut docent *Cokier p.* 2. *quæst.* 17. *de Jurisdict. Ordin. in Exempt. Cesped. de Exempt. cap.* 2. *dub.* 37. *& alii*. Et recte quidem; quia, ut statuit *l. Ubi ff. de Judic.* ubi cœptum est semel judicium, ibi finem sumere debet: sufficit enim in Judice habilitas tempore coactionis, licet post factum contingat inhabilitas.

556 Neque extenditur adversus eumdem Episcopum, decidentem causam restitutionis cadaverum, quando illa Regulares arripiunt inter se. Cum causa violati Sepulcri inter Regulares, non coram Conservatore, sed coram Ordinario loci; eoque mortuo, coram Capitulo Sed. Vac. agitanda sit, ut recte docet *Bordon. in Decis. Miscellan.* 500. *dub. decis.* 459. Quod liquet tum ex eo, quia hæc causa tangit jura Sepulturæ, & Parochialia; cum de Jure communi quisque sepeliendus sit in Parochiali, nisi aliam elegerit Sepulturam, *Gloss. in quæst.* 2. *causa* 13. *c.* 5. *v. Nunc autem*. Sed causæ Parochiales deciduntur coram Episcopo, qui est Ordinarius in hujusmodi causis, *c. Ubicumque* 6. *c. Quæsta est* 12. *c. Præcipitandum* 55. *c. Qui divina* 28. 13. *quæst.* 2. *Hostiens. in Summ. de Jure patron. §. fin.* ergo & hæc, de qua agitur. Tum etiam ex eo, quia juxta *Rituale in tit. de Exeq. §. Nullum*, Episcopus facultatem concedit transferendi Cadaver de loco ad locum.

557 Neque demum Conservatoris potestas extenditur adversus eumdem Episcopum, compescentem Exemptos, qui construunt Oratoria, vel Capellas in loco exempto sine ejus licentia: aut in sic constructis, vel tempore Interdicti, præter casos exceptos, a Jure, celebrant, vel celebrari faciunt Divina; cum hic non sit casus in commissione Judicis Conservatoris Regularium comprehensus, ut expresse statuitur in *cap. Auctoritate* 4. de *privil. in* 6. ac notat *Moneta c.*9.*q.*3.*n.*93.& alii.

An autem adversus præfatum Episcopum Conservatoris potestas etiam extendatur ad illos casus, in quibus Regulares exempti, nedum extra, sed intra claustra pariter degentes, ex Jure communi, Concilio Tridentino, & Apostolicis Constitutionibus, post illud emanatis, Jurisdictioni subduntur Episcoporum, *seq. art.* decidetur; ubi præcipuorum Casuum Centuriam, in gratiam non modo Episcoporum, sed Conservatorum, etiam, & Regularium ipsorum, adducemus. Si igitur



ARTICULUS VIGESIMUSSECUNDUS.

An ad ea, in quibus Regulares Exempti subjiciuntur Episcopis, extendat se Judicis eorumdem Conservatoris potestas: & quænam illa sint?

Ubi

Centuria Casuum, in quibus Regulares Exempti subjiciuntur Episcopis:

Et

De Dignitate, ac præstantia Episcoporum, deque Regularium bono in Ecclesia Dei, constantique inter ipsos pace, & Charitate fovenda.

1 Dico I. Potestas Judicis Regularium Conservatoris, quæ etiam attento Jure novissimo, ex hactenus stabilitis *art.* 20. & 21. tam ampla, lataque est, ut ad prædicta etiam adversus Episcopos extendatur; restringitur tamen ad casus, in quibus vigore Juris communis, Concilii Tridentini, & Apostolicarum Constitutionum, post Tridentinum emanatarum &c. Regulares Exempti, etiam intra claustra degentes, subjiciuntur Episcopis, ita quod in illis nequeat se immiscere, jurisdictionemque suam ullo modo exercere Judex
2 eorumdem Conservator. Assertio manifesta est ex declaratione Congregationis, specialiter deputatæ ab Innocentio X. in controversia inter Episcopum Angelopolitanum in Indiis Occidentalibus, & Patres Societatis Jesu, inibi degentes, super munere prædicationis Verbi Dei, & Confessionibus Laicorum audiendis apud *Lezanum in Consultis variis Cons.* 40. *n.* 110. *Monacellum tom.* 1. *in Append. Formul. de Elect. Conserv. Adnot. ad Bullam Gregorii XV. n.* 9. & 10. & *Mendo in Statera Opinionum benignarum dissert.* 13. *q.* 19. ubi ex *tomo* 4. *Magni Bullarii Romani in Editione Lugdunensi anno* 1655. *sub tit. Innocentius X. a pag.* 291. processum, & finem Causæ Angelopolitanæ verbatim transcribit. Proposito siquidem in eadem Congregatione ab Episcopo primo dubio: [An in casu, quo Episcopus præcipiat, decreta aliqua Concilii *Tridentini* a Regularibus observari, & executioni demandari; Regulares quicumque, etiam Societatis Jesu, sub prætextu, quod hujusmodi præcepta infringant sua privilegia, possint eligere Conservatores?] Congregatio respondit [Si Episcopus præcipiat Regularibus, etiam Societatis Jesu, ut decreta aliqua Concilii *Tridentini* observent, ac exequantur in illis casibus, in quibus per ipsum Concilium, vel Constitutiones Apostolicas Regulares Exempti subjiciuntur Jurisdictioni, & Correctioni Episcopi, minime licere ipsis Regularibus, ob eam causam Conservatores eligere.] Et proposito ab eodem Episcopo secundo dubio: [An, quando Ordinarius procedit Juris Ordine servato adversus Regulares prædictos in casibus, in quibus per Concilium Tridentinum, vel Constitutiones Apostolicas ipsi subjiciuntur, possint Conservatores Judices assignare?] Congregatio respondit, ut ad proximum: [Non posse.]

Verum hoc intelligendum, ubi Episcopus 3
caute procedat, Juris ordine servato, & intra Cancellos Jurisdictionis sibi traditæ, in casibus de quibus loquimur, se continendo; non autem ubi Juris ordinem non servarit: quia tunc locum habet adversus Episcopum in favorem Regularium Conservatoris jurisdictio, ut declaravit citata Congregatio in dicta causa Angelopolitana *die* 16. *Aprilis* 1648. apud laudatum *Mendo in Statera Opinionum Benignarum dissert.* 13. *q.* 19. sic: [Licet non possint Regulares eligere Conservatores, quando Episcopus procedit, Juris ordine servato in casibus, in quibus per Concilium *Tridentinum*, vel Constitutiones Apostolicas ipsi Episcopo subjiciuntur; possunt autem ad Conservatorem recurrere, Episcopo procedente, Juris ordine non servato.] vel ubi illos prætergreditur, excedatque, abutendo sua jurisdictione: nam per abusum eo ipso ab illa decidit, sicque jurisdictionem non retinet super Regulares exemptos; per excessum vero exemptionem vulnerat Regula-

riun,

rium, eorumque Jura, & Privilegia, super qui-
bus jurisdictionem non habet. Unde ad defensio-
nem exemptionis suæ, suorumque privilegiorum,
& jurium adversus excessum, & abusum Episcopi
optime queunt in præfatis Casibus Regulares Con-
servatorem eligere. Atque ita *Lezana dict. consult.
40. num. 76.* ubi partes Jesuitarum in dicta Con-
troversia erudite non minus, quam solide tuetur.
Quinam autem sint præfati casus, in quibus Re-
gulares exempti, etiam intra elanstra degentes,
subjiciuntur Episcopis, ita ut in iis locum non ha-
beat Conservatoris facultas, *asser. sequenti in fine*
recensebitur. Interim

4 Dico II. Quamvis olim, attento jure commu-
ni, Religiosi omnes non secus, ac Clerici Sæcu-
lares subjicerentur Episcopis, in quorum Diœcesi-
bus Monasteria sita erant, *Can. Abbates, Can. Mo-
nasteria 18. qu. 2. Mandos. de signat. grat. tit. de exempt.
ab Episcop. vers. omnes Ecclesiæ. Cened. pract. & Ca-
non. quæst. lib. 1. qu. 26. num. 1. Ciarlin. discept. fo-
rens. controv. lib. 5. cap. 50. num. 16.* & cum aliis
passim *Vulpe in praxi judic. for. Eccles. cap. 42.* Ipsa-
que cœnobia Episcopo quoad jurisdictionem, &
gubernium Religiosorum subdita forent; quoad
susceptionem vero Sacramentorum Presbytero Pa-
rochiali, quando Regulares nondum Clerici erant,
*Abb. in cap. Dilectus num. 17. de Capell. Monach. Lau-
ret. de Franchis in controv. inter Episcopum, & Regul.*
5 *& inter regul. & sæcul. qu. 2. in princ.* adeo ut E-
piscopi, velut Religionum Generales, quosdam ad
professionem admittere, alios vero repellere; mo-
nasteria visitare, & in iis siquid minus pie, re-
cteque a Religiosis ageretur, corrigere potuissent,
Can. Abbates 18. q. 2. atque, ut cuncta paucis com-
plectar, ea omnia in Religiones, earumque Reli-
giosos exercere, quæ nunc Religiosorum Ordinum
Prælati Generales, *Can. Qui vere 16. qu. 1. Can. Vi-
dultatis 17. qu. 1. Can. Abbates 18. qu. 2. Gloss. verb.
si Prælati in cap. Quanto de offic. Ord. Abb. & DD. fre-
quenter in Cap. Porrectum de Regul. Sylv. verb. Religio
3. §. 4. Navarr. in Can. Non dicatis 12. qu. 2. n. 63.
Campanil. in Diversor. jur. Can. rubr. 12. cap. 53. n. 1.
& alii cum Rodriq. qu. regul. tom. 2. qu. 63. art. 2. & 3.*
6 qui proinde de ipso jure communi Episcopum in-
tentionem fundatam habere, nedum in Civilibus,
sed in Criminalibus etiam, adversus Abbates, ce-
terosque Religiosos contendunt cum *Joan. Andr.
Butr. Decian. in cap. Tua nobis num. 16. de Confirmat.
util. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. Gloss. 23. num. 24. &*
7 *Rota decis. 78. part. 1. divers.* Quoniam vero Episco-
pi hac sua potestate non infrequenter sunt abusi;
ipsorum licentia non semel ab Apostolica Sede re-
pressa fuit per exemptionem nunc unius, nunc
alterius Monasterii, modo hujus, modo illius in-
tegri Ordinis Religiosi; & tandem progressu tem-
porum omnium fere Religionum a sua jurisdictio-
ne, ita nimirum, ut omnes fere Religiones ho-
die pro commodiori ipsorum gubernio, majorique
tranquillitate, & pace, privilegio exemptionis
fruantur a jurisdictione Episcoporum, subjectæ dum-
taxat immediato gubernio Apostolicæ Sedis, &
omnimodæ jurisdictioni Prælatorum Regularium,
8 qui proinde in eas jurisdictionem obtinens pleno
jure quasi Episcopalem, *Gloss. communiter recepta
Verb. proprii in Clem. 1. de reb. Eccles. non alien. Na-
varr. supr. Cochier de jurisdict. Ord. in exempt. part. 1.
qu. 57. num. 9. & 25. Rodriq. cit. qu. 63. artic. 3. &
alii*: omniaque valens exercere Regulares Prælati
in suos Religiosos subditos, quæ possunt Episcopi
in proprios subditos diœcesanos, *Navarr. cons. 23.
de privil. in novis, Sayr in floribus decis. sub eod. tit.
decis. 25. Cochier supr. dict. num. 25. Barbos. de offic.
& potest. Episc. part. 3. num. 3. & 4.* qui a *num. 12.*
erudite satis, ut assolet, enumerat Religiones om-
nes exemptionis privilegio ex speciali Apostolicæ
Sedis gratia, & Summorum Pontificum benigni-
tate donatas, una cum Pontificibus eximentibus,
& anno, quo privilegium exemptionis unicuique
Religiosorum Ordini concessum est: quemadmo-
dum, nec minus erudite, recenset *Pignatell. tom. 7.
consult. 43. a n. 77.*

Verum non ita plenaria, & illimitata de facto 9
est exemptio Regularium a jurisdictione Episcopo-
rum, ut non agnoscatur limitata, & restricta in
permultis specialibus casibus, quorum aliqui con-
tinentur in jure Communi, ut contendit laudatus
Rodriq. tom. 3. quæst. regul. qu. 64. art. 11. complu-
res additi sunt a Sacrosancta Tridentina Synodo:
reliqui vero a Summis Pontificibus per varias Con-
stitutiones Apostolicas post *Tridentinum* emanatas,
perque Declarationes Sacrarum Congregationum;
idque ad præcavendum ulterioribus Exemptorum, 10
sua libertate passim adversus Episcopos, & reli-
giosam disciplinam abutentium, excessibus: [Quo-
niam (ut ait *Tridentinum* laudatum *sess. 24. de ref.
cap. 11.*) privilegia, & exemptiones, quæ variis
titulis plerisque conceduntur, hodie perturbatio-
nem in Episcoporum jurisdictione, & exemptis
occasionem laxioris vitæ præbere dignoscuntur.]

Horum autem casuum Catalogum, in quibus
Regnlares exempti, etiam intra claustra degentes,
jurisdictioni subduntur Episcoporum, adeoque pro
iis nequennt Conservatores Judices assignari, jux-
ta laudatam declarationem Congregationis, ab In-
nocensio X. specialiter deputatæ, nisi ubi Episco-
porum excessus contigerit, & abusus propriæ ju-
risdictionis, quoniam emolumenti non vulgaris
esse potest Conservatoribus Regularium æque, ac
Regularibus ipsis, immo & locorum Ordinariis,
ex *Barbosa, & Pignatello citatis, Tambur. tom. 1.
de Jure Abbatum disp. 15. qu. 7. Reiffenst. lib. 1. de-
cretal. tit. 31. §. 5. & 6. Fagn. in cap. Grave a num. 37.
de offic. Ord. Monacell. in Formulario, Cespede de exempt.*
& aliis exponet sequens

CENTURIA CASUUM,

In quibus Regulares Exempti, etiam intra Claustra degentes, subjiciuntur Episcopo.

CASUS I.

Quoad ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis,

REgulares Exempti, etiam intra claustra de- 11
gentes, subjiciuntur Episcopo quoad ea om-
nia, quæ Ordinis sunt Episcopalis, ut quoad pe-
titionem Chrismatis, Consecrationem Ecclesia-
rum, Ordinum susceptionem &c. *Cap. Veniens 19.
§. Chrisma de præscript.*

Quamobrem nequeunt Regulares Ordines reci- 12
pere, nisi ab Episcopo illius Diœcesis, in qua eo-
rum Monasteria sita sunt, conformiter ad *Triden-
tinum sess. 23. de reform. cap. 10.* & ad Decretum
jussu Clementis VIII. pro Regularibus Ordinan-
dis; & non ab alio, nisi Diœcesanus abfuerit,
vel non esset Ordinationes habiturus, sub pœnis
latæ sententiæ in prædicto decreto contentis, fa- 13
cta tunc in literis Dimissorialibus Superiorum Re-
gularium attestatione de Episcopi absentia, vel
impedimento: quam sane attestationem sufficere, 14

nec requiri fidem absentis, vel impediri Diœcesani contendunt *Marchin. de Sacram. Ord. tract. 1. part. 6. cap. 4. num. 4. Peyr. de Prælata qu. 3. cap. 7. Cesped. cap. 4. dub. 70. Pax Jord. lib. 3. Lucubr. Can. titul. 6. num. 24.* & alii contra *Passer. de stat. hom. tam. 3. qu. 189. art. 10. insp. 10. num. 868.* contendentem id Episcopis arbitrarium esse, & *Monacell. in Append. tom. 1. ad Decret. Clem. VIII. num. 6. pag. 413. & alibi* opinantem, utrumlibet sufficere,
15 sed tutius esse fidem habere Tribunalis Diœcesani. Decretum autem per extensum a Monacello relatum *dic. tom. 1. in Append. pag. mihi 412.* est tenoris sequentis: [De mandato Sanctissimi Domini Nostri Clementis Divina Providentia Papæ VIII. tenore præsentium mandatur omnibus, & singulis quorumcumque Regularium Superioribus, ut de cetero observent, & observari faciant ea, quæ in Decreto Sacr. Congreg. Concilii Trident. continentur, cujus tenor est talis: Congregatio Concilii censuit, Superiores Regulares posse suo subdito itidem Regulari, qui, præditus qualitatibus requisitis, Ordines suscipere voluerit, litteras dimissoriales concedere, ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempe illius Monasterii, in cujus familia ab iis, ad quos pertinet, is Regularis positus fuerit; &, si Diœcesanus absuerit, vel non esset habiturus Ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen ab Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam; & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus, vel absuturus, vel nullas habiturus esset Ordinationes. Verum cum a Superioribus Regularibus, Episcopo Diœcesano absente, vel Ordinationes non habente, litteræ dimissoriæ dabuntur, in eis utique hujusmodi causam absentiæ Diœcesani Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum exprimendam esse; quod qui non fecerint, officii, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis activæ, & passivæ privationis, ac alias arbitrio ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ reservatas pœnas incurrant. Datum Romæ 15. *Martii* 1599.]

16 Sed hoc decretum procedit, ubi Regulares speciale privilegium non habeant a Sede Apostolica, ut a quocumque Catholico Antistite valeant ordinari, ut notat, & bene *Pirbing de offic. judic. Ord. num.* 524. cum aliis, & habet Societas Jesu a Gregorio XIII. in Bulla, quæ incipit: [Pium, & utile] 22. *Decembris* 1582. Quam profecto Bullam una cum privilegiis, in ea contentis, confirmarunt deinde Greg. XIV., Paulus V., & Innocentius XII. 17. *Augusti* 1695. apud la *Croix lib. 6. p. 2. n. 2194.* & *Monacellum tom. 2. Formul. tit. 13. n. 31. pag. mihi 115.*

17 Atque hic duo sunt adnotanda: & primum est, Episcopum non posse Regularem Ordinandum cogere, ut juret voce, vel scriptis, se validam Professionem emisisse; aut alias nullam ratificasse, antequam ipsum promoveat ad Ordines. Atque ita *Pelliz. in man. regul. tr. 8. cap. 6. sect. 1. qu. 25. num. 51.* tum quia nullibi in jure tanta Potestas confertur Episcopis. Tum etiam, quia juramentum deferri non potest, nisi a proprio Judice, cum sit actus jurisdictionis, *Abb. in cap. Si quis testium de Testib. Aretin. cap. 6. eod. tit.* adeoque impotens in non subditum, cujusmodi est Religiosus, exerceri. Tum denique, quia ex dicendis infra nequit Episcopus Prælatum Regularem obligare, ut, quando Religiosum subditum præsentat ad Confessiones Sæcularium approbandum, attestetur sub juramento de ejus sufficientia, idoneitate, morum probitate, certa ætate &c. Ergo neque obligare potest Regularem Ordinandum, ut sub juramento de sua Professione valida attestetur, vel de ejusdem alias invalidæ ratificatione; cum eadem in præsenti casu militet ratio: & ubi eadem militat ratio, eadem militat quoque juris dispositio, *L. 5. §. Interdum ff. de Fonte.*

18 Secundum, quod venit adnotandum, est, non posse Regulares ab alieno Episcopo in propriis domibus, & Ecclesiis ordinari sine licentia Diœcesani, ipsomet Diœcesano, Ordinationem non habente, vel quia non vult, vel quia abest a Diœcesi: aut sine facultate Capituli Sede vacante, eodem Ordinario defuncto, ut sustinent *Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 4. num. 61. Miranda in man. prælat. tam. 1. qu. 38. art. 3.* & alii, moti ex decreto *Tridentini sess. 6. cap. 5. de reform.* ibi: [Nulli Episcopo liceat, cujusvis Privilegii prætextu Pontificalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de Ordinarii loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subjectas tantum.] Et *sess. 23. cap. 8.* ubi sic: [Unusquisque a proprio Episcopo ordinetur. Quod si quis ab alio promoveri petat, nullatenus id ei, etiam cujusvis generalis, aut specialis Rescripti, vel Privilegii prætextu, etiam statutis temporibus permittatur, nisi ejus probitas, ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur.]

19 Contra *Cespedem de exempt. cap. 4. dub. 78., & 90.* id posse probabiliter contendentem: tum ex Privilegio, Benedictinis concesso ab Eugen. IV., ut possint a quocumque Antistite ordinari, etiam intra septa Monasterii, absque alia licentia, & contradictione Diœcesani, & nulla examinatione præmissa. Quo Privilegio per viam communicationis gaudent omnes fere alii Regulares. Tum ex alio, Religioni Sancti Joannis Hierosolymitani a Pio IV. concesso in Bulla, quæ incipit [Circumspecta] ibi: [Nec non exemptionem, & liberationem, ita quod Magistri Bajulivorum, Priorum, & dicti Hospitalis Capellani a quocumque Catholico Antistite, sub Romanæ Sedis Obedientia constituto, Sacros Ordines, etiam extra tempora a jure statuta, tribus diebus festivis suscipere, & in quibusvis tam Sæcularium, quam Regularium Ecclesiis.]

20 Quæ sane Privilegia licet fuerint ante Tridentinum, utpote quod Anno 1545. cœptum est sub Paulo III. continuatum vero sub Julio quoque III. absolutum tandem fuit sub Pio IV., & ab eodem confirmatum anno 1563., innovata tamen fuerunt post Concil. a Sancto Pio V. in Bulla, quæ incipit: [Et si cuncta] 29. *Novembris* 1568., a Greg. XIII. in constit. incip. [Quo magis,] a Sixto V. in ea, quæ incipit: [Et si,] a Greg. XIV. in Bulla [Quanta Christianæ], & a Clem. VIII. in constit. incip. [Pastoralis], & in alia pro Patribus Sancti Joannis Evangelistæ Portugalliæ, ut nimirum possint ordinari extra tempora, & per quemcumque Episcopum die 23 *Novembris* 1596. quam se vidisse, testatur *Portel in dub. regul. verb. Ordines Sacri n. 4.*

21 Et etiamsi supradicta Eugenii IV., & Pii item IV. Privilegia a laudatis Pontificibus innovata non essent; adhuc tamen ea a Tridentino abrogata non fuisse, contendit probabiliter *Cesped. dic. dub. 9. num. 6. & 7.* tum quia verba illa Concilii *cujusvis Privilegii prætextu* intelliguntur de Privilegiis, quæ habent Episcopi ipsi, non vero Regulares, ut liquet ex contextu. Tum etiam, quia quotiescumque Concilium abrogat Privilegia Regularium, solet illa expresse abrogare: sicque quando illa expresse

presse non abrogat, non debent abrogata præsumi, ut docet *Corbier p. 2. qu. 54. num. 2. de jurisd. Ord. in exempt.* sed in utroque *Tridentini* loco non abrogantur expresse Privilegia Regularium. Ergo &c.

22 Probat ulterius *Cespedes* suam opinionem *dub.* 78. ex constit. S. Pii V. [Et si Mendicantium:] ubi §. 7. sic legitur: [*Sess. vero* 24. *cap.* 8. neminem, nisi a proprio Episcopo ordinari posse statuens, in Regularibus locum non habere omnino declaramus. Ita quod Fratres hujusmodi præfatos, etiam Sacros Ordines a quolibet Antistite, Gratiam, & Communionem Apostolicæ Sedis habente, Ordinarii loci minime requisita licentia, in locis, seu domibus Fratrum hujusmodi, aut alibi recipere possint:] Nec talis concessio quoad id, quod in domibus Regularium ordinare possint in dicto casu Episcopi, fuit per Greg. XIII. revocata in constit. [In Tanta ;] cum hæc non abroget absolute præfatam Constitutionem Pianam [Etsi Mendicantium]; sed tantum pro ut Concilio *Tridentino* contradicit, & quidem in illis dumtaxat locis Concilii, ubi adest clausula derogativa Privilegiorum, ut firmat *Lezana tom.* 2. ubi de Confraternitatibus agit.

23 Probat demum sententiam suam *Cesped. dic. dub.* 78. *num.* 3. quia duo in hac re consideranda sunt: & quod Regulares debeant a proprio Diœcesano ordinari: & quod in propriis Cœnobiis ordinari possint. Primum in suo robore perseverat per Decretum de mandato Clem. VIII. editum. Secundum derogatum non est, cum a Concilio *Trid.* id non prohibeatur; & consequenter nec abrogentur Privilegia, quæ circa hoc habent Regulares per laudatam Constitutionem Gregorianam [In Tanta.]

24 Neque dicas: Episcopus alienus nequit Ordines in loco Exempto conferre, sine licentia, nedum Superioris loci exempti, verum etiam Episcopi loci, in quo est locus exemptus, ut docent *Molfes. in Summa Theolog. tr. 2. cap.* 2. *num.* 12. *Riccius in prax. for. Eccles. resol.* 495. *in Notab. de materia Episcopi, Galet. in Margarita Cas. consc. v. Episcopus, Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg.* 6. & alii, qui id testantur decisum. Ergo &c.

25 Ne, inquam, id dicas: dato siquidem antecedente, ubi non obstet Privilegium in contrarium; negatur cum consequentia, ubi illud obstet; ut in proposito: cum habeant Regulares Privilegium, ut possint ordinari in propriis domibus; quod sane adhuc persistit in suo robore: & aliunde decisiones, quod Episcopi ordinare non possint in locis exemptis sine licentia Ordinarii loci, non respiciant, nec considerent Privilegia: unde sententiæ *Cespedis* non adversantur. Ex his

26 Concludit *Cesped. dic. dub.* 78. *num.* 4. *& dub.* 90. *num.* 7. quod quando Diœcesanus Ordinationes non tenet, vel quia absens est, vel quia non vult, vel quia mortuus est; a quolibet Episcopo poterunt absque scrupulo Regulares in suis Ecclesiis, & in alia quavis ordinari, etiam sine licentia Ordinarii loci, seu Capituli Sede vacante, per Privilegia nimirum data ante Concilium *Tridentinum*, & per illa concessa post Concilium.

CASUS II.

Quoad Examen de scientia, ad receptionem Ordinum necessaria.

Regulares Exempti, de quibus loquimur, subjiciuntur Episcopis quoad examen de scientia, ad receptionem Ordinum, juxta *Trident. dict. sess.* 23. *cap.* 4. & præadductum Decretum. Nisi tamen privilegium habeant, ut examini non subjiciantur, quemadmodum habet Societas Jesu in Indulto laudato Gregorii XIII. de cujus intelligentia, ut refert *Monacell. supr. num.* 32. cum dubitasset Archiepiscopus Mechliniensis, oraculum Sacræ Congregationis Concilii exquisivit: & duplici proposito dubio, scilicet 27

Primo, an Clerici Societatis Jesu, Sacros Ordines ab Episcopo Mechliniensi suscepturi, debeant se subjicere examini, pro ut ceteri Regulares? 28

Secundo, an Clerici Societatis Jesu, habitantes in diœcesi Mechliniensi, Archiepiscopo Ordinationem habente, possint extra diœcesim Mechliniensem ordinari ab alio Episcopo in propria Diœcesi? 29

Sacra Congregatio die 5 *Julii* 1681. respondit: Ad primum negative, nisi adsit consuetudo in contrarium. Ad secundum affirmative.

Atque hic notandum, quamvis Episcopus possit examinare de scientia Regulares non privilegiatos ordinandos; non tamen potest de illorum natalibus, ætate, & moribus inquirere, ut advertunt Doctores passim cum *Cespede de exempt. capit.* 4. *dub.* 64. Quibus patrocinantur duo Sapientissimi Antistites, *Campanilis* videlicet, & *Venerus de Leyva* Archiepiscopus Monregalensis. Jam *Campanilis in divers. cap.* 12. *rubr.* 13. sic habet: [Sed cum licentia (intellige Superiorum) ad manus Episcopi pervenit, suum non erit inquirere, si nomine ejusdem Religiosi, ordinari volentis, & desiderium fuerit propositum in Ecclesia, testimoniumque extet de illius natalibus, moribus, & vita a fide dignis, quæ in Ordinandis omnibus inquirenda esse, decernit Tridentina Synodus in *cap.* 5. *sess.* 23. *de reform.* Siquidem Congregatio Concilii censuit, ad Regulares minime extendi dispositionem præfatam. In quibus satis sit Episcopo, testimonium habere ad Ordinandorum Superioribus Regularibus affirmantibus, & attestantibus, prædictos nullo requisitorum indigere; ejusque Fidei standum esse, præter quam circa doctrinam, pro qua subjiciuntur Episcoporum examini. Quod etiam *Henriquez* testatur in sua *Summa lib.* 10. *cap.* 23. §. 4. *littera O.*] Hactenus Episcopus Campanilis. Et Archiepiscopus *Venerus* in suo *Examine lib.* 6. *cap.* 14. de Ordine, a Regularibus suscipiendo *num.* 3. ubi postquam dixerit, Regulares Ordinandos debere omnino ab Episcopis examinari, quia hoc præcepit *Tridentinum sess.* 23. *cap.* 12. *de reform.* inquit: [Reliqua requisita relinquuntur in conscientia sui Superioris, cum Episcopus non possit cognoscere ejus conversationem præteritam, *Bull. Sixti V. in favorem Regularium*, ubi Summus Pontifex declarat, Regulares posse Ordinari a quocumque Antistite cum litteris suorum Superiorum, & *Concil. Trident. sess.* 23. *capit.* 12. *de reform.*] Hæc Doctissimus *Venerus*. 30

CASUS III.

Quo ad dispensationem in Interstitiis.

31 Regulares, de quibus est sermo, subjiciuntur Episcopo quo ad dispensationem in Interstitiis: quam sane dare non possunt Subditis suis Regulares Prælati, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii apud *la Croix lib. 6. p. 2. n. 2300.* per illa verba: [Superiores Regulares non possunt dispensare super Interstitiis Regularium Ordinandorum, sed id pertinet ad Episcopum Ordinantem; qui tamen quo ad causam dispensandi judicium suum formare debet ex attestatione Superiorum
32 Regularium.] Nisi tamen Regulares privilegium habeant, ut a suis Superioribus dispensentur; quemadmodum habet Societas Jesu a Greg. XIII. in præcitata Bulla [Pium, & utile] ut nimirum Jesuitæ prævia suorum Superiorum facultate, ad quoscumque tam Minores, quam Sacros Ordines promoveri queant a quolibet Catholico Episcopo absque ulla inquisitione de requisitis, & absque ulla Interstitiorum Observatione, adeo ut in tribus Dominicis, vel aliis festis diebus, etiam continuis, in Sacris valeant ordinari. Sed circa hanc super Interstitiis dispensationem, quemadmodum circa Examen Ordinandorum, & receptionem Ordinum per Regulares habendam ab Episcopo Diœcesano, nonnulla scitu necessaria congerit *Monacell. p. 2. Formularii cit. tit. 13. a n. 18. pag. Mihi 123. & seq.*

CASUS IV.

Quo ad declarandum in dubio corporis vitiati defectum.

33 Regulares præfati subjiciuntur Episcopo quo ad declarandum in dubio corporis vitiati defectum, ob quem Regularis nequit ad Ordines promoveri. Atque ita *Riccius in praxi variar. resolut. resol. 271. n. 3. Rodriquez in Quæst. Regul. q. 24. art. 4.* & alii.

34 Contra *Angelum verb. Corpore vitiatus, Lezan. verb. Irregularitas n. 12. Suarez tom. 5. in tert. part. disp. 51. Sect. 2. n. 16. Avilam de Censur. disp. 3. dub. 2. p. 7. Layman. c. 7. n. 6.* & alios contendentes, ad solum Regularem Prælatum in dubio præfatam declarationem pertinere: quemadmodum ad eumdem solum pertinet, dispensare cum suis subditis in omnibus Irregularitatibus, tribus exceptis Homicidii voluntarii, Mutilationis membrorum, & Bigamiæ, ut habetur in *Compen. Nostror. Privil. verb. Dispensatio §. 2. & in Monum. Minor. fol. 244. concess. 352.*

35 Moventur laudati *Angelus*, *Lezana*, & cetera ex eo, quod Regulares in hoc subdantur suis Prælatis, a quibus dimissorias accipiunt, quique in eos habent jurisdictionem quasi Episcopalem.

36 Verum respondent *Riccius*, *Rodriquez*, & alii supra laudati, (estque ratio fundamentalis propriæ opinionis) quod licet Regulares Prælati jurisdictionem habeant quasi Episcopalem in suos Subditos, quantum ad absolvendam, & ligandum in utroque foro, non ita tamen respectu Ordinum. Nec videtur consonum, quod qui non habent auctoritatem Ordinandi, habeant potestatem judicandi, an Ordinandus sit Irregularis, ob defectum corporis vitiati, quando res est in dubio: Sic quamvis Regulares Prælatis suis subjiciantur in eo, quod dimissorias ab ipsis accipiant, ipsique Prælati in eosdem Subditos jurisdictionem habeant quasi Episcopalem; non ita tamen respectu dispensationis in Interstitiis; ergo neque in dubio respectu declarationis defectus corporis vitiati.

Sed *Cespedes de Exempt. c. 4. dub. 84.* utram- 37
que opinionem concilians opinatur, & ad Episcopum, & ad Prælatum Regularem insimul pertinere declarationem hujusmodi. Quod probat ex doctrina *Thomæ Sanchez lib. 7. de Dispensat. disp. 6. a. 18.* agentis de dubio in impedimento dirimente, antequam contrahatur Matrimonium, sic: Ut in dubio impedimenti, Matrimonium dirimentis, quod nequit Episcopus dispensare, non est per *Sanchez*, Episcopi solius, declarare dubium, & ponere, vel tollere, ac negare impedimentum; sed hoc spectabit etiam ad quemlibet Virum prudentem: ita & in casu nostro. Unde (ait *Cespedes*) se non videre, qua ratione tanti faciant Doctores propositam difficultatem. Et deinde concludit: Declarare ergo hujusmodi defectum, & poterit Prælatus regularis, qui dat dimissorias: & Episcopus etiam, qui ordinat: nam Prælatus quomodo dabit dimissorias, nisi hoc dubium a se tollat? & Episcopus quomodo ordinabit, si dubium ablatum non judicet? ad utrumque ergo pertinebit talis declaratio; nec ordinabitur Regularis, si discrepant inter se Prælatus, & Episcopus.

CASUS V.

Quo ad Sacramentum Pœnitentiæ.

Regulares Exempti, etiam intra claustra de- 38
gentes, subduntur Episcopo quo ad Sacramentum Pœnitentiæ Sæcularibus, etiam Presbyteris, administrandum. Cum illud administrare non valeant Regulares, nisi beneficium habeant Parochiale, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur necessarium, aut alias idonei judicentur, & approbationem obtineant, ut habet *Tridentinum*
Sess. 23. de refor. c. 15. Quod si citra approbatio- 39
nem Episcopi Sacramentum Pœnitentiæ Regulares administrent, puniri queunt ab illo, ut Sedis Apostolicæ delegato, velut delinquentes in administratione Sacramenti Pœnitentiæ; non tamen in vim locutionis *Tridentini Sess. 23. de refor. cap. 15.* sed Constitutionis Gregorii XV. de *Privil. Exempt.*

Atque hic nonnulla sunt animadvertenda: &

Primo, non posse Episcopum cogere Prælatum 40
Regularem, præsentantem subditum suum ad Confessiones Sæcularium approbandum, ut sub juramento attestetur de illius sufficientia, idoneitate, probitate morum, ac certa quadam ætate &c. cum ab hujusmodi obligatione Regulares sint exempti. Atque ita *Moronus resp. 85. n. 55. Lezana in Mari Magno Eremitarum S. Augustini n. 5. Pelliz. in Man. tr. 8. c. 6. sec. 1. q. 26. n. 51. Bordon. in Decis. Miscellan. 500. dub. decis. 431.* & alii. Tum quia juramentum deferri non potest legitime, nisi a proprio Judice & in subditum proprium, cum sit actus jurisdictionis, *Abbas in cap. Si quis testium 8. de Testib. Aret. c. 6. eod. tit.* sed nec Episcopus est Judex competens Regularium, neque Regulares
sunt subditi proprii Episcopi. Ergo &c. Et quam- 41
vis Regulares subdantur Episcopo quo ad approbationem pro Confessionibus Sæcularium excipiendis, atque adeo quo ad Examen in ordine ad approbationem, jure novo *Tridens. Sess. 23. c. 15.* cum ante *Tridentinum* Episcopi nullum habuerint jus examinandi Regulares pro Confessionibus; non subjiciuntur tamen quo ad hoc: quia id neque exprimitur in *Clem. Dudum de Sepult.*, ubi agitur de mo-

modo, quo Regulares Prælati debent Religiosos suos Ordinariis præsentara; & de modo, quo Ordinarii debent illos admittere: neque exprimitur in *Tridentino*, quemadmodum examen exprimitur, & approbatio: illudque facile exprimi potuisset: quod signum est, id neque laudatam Clementinam voluisse, neque Concilium, juxta famigeratum Ju-
42 ristarum oxioma: Lex si aliud voluisset, expressisset, *l. unic. §. Sin autem C. de Caduc. toll. l. Si servus §. Prætor ait vers. Non dixit ff. de acquir.
43 hæred.* Et a diversis non tenet illatio, præsertim in materia odiosa, ut docent Juristæ omnes, & Cannonistæ; diversa etenim sunt Examen pro Approbatione, & Approbatio ad confessiones audiendas, ac Juramentum de idoneitate; & hic versamur in materia odiosa; cum agatur de restringendo Exemptionis privilegio, quod sine tali restrictione indultum est Regularibus. Ergo &c. Tum
44 quia satis, superque fungitur Episcopus munere suo, approbando per examen; cum ad ipsum non pertineat, inquirere de vita, & moribus præsentatorum, sed dumtaxat ad præsentantem, ut disertis verbis habetur in præcitata Clementina. Tum
45 denique quia privilegia Regularium ita debent explicari, ut quo minus fieri queat, ipsis derogetur, *Henriq. lib. 7. c. 230. in Comment. lit. G.* & alii: non ita tamen explicarentur, si præter approbationem, & Examen in ordine ad Approbationem, hujusmodi juramentum Episcopi possent deferre.

46 Omitto hic, præfatam juramenti delationem, tamquam quid novum, & contra communem antiquam, Episcoporum praxim, nec congruam, nec laudabilem esse, cum novitates soleant discordias generare, *cap. Cum consuetudinis 9. de Consuet.* Et ab antiqua practica recedendum non sit, *Bald. in l. Illud ff. de excusat. Tutor. Anchar. in Consil. 177. & alii.*

47 Secundo animadvertendum est, non posse Episcopum approbationem ad sæcularium Confessiones excipiendas Regularibus sine justa causa, & pro libito denegare, illos ad examen non admittendo, vel admissos reprobando. Est communissima, & certa Doctorum sententia, proqua hæc habet *Cardinalis de Lugo disp. 21. de Pœnit. Sect. 3. n. 49.* [Licet Episcopus possit pro libito dare vel non dare suam jurisdictionem iis, quibus voluerit; non tamen potest pro solo libito negare approbationem personæ dignæ, eam petenti: in hoc enim non videtur procedere per viam Gratiæ, sed magis ut Judex, & per justitiam: nam, sicut habens beneficium, vel electus ad ipsum, habet jus, ut approbetur ab Episcopo, si est sufficiens, nec potest ei approbatio licite denegari; sic omnes alii Sacerdotes, qui ex ipso Sacerdotio eligibiles sunt ad audiendas Confessiones a Parochis, & per Jubilæum, aut Bullam habent jurisdictionem a Summo Pontifice, si approbentur ab Episcopo, videntur habere jus ad petendam approbationem. Quod multo magis locum habet in Religiosis, qui ex Privilegiis Pontificum habent jurisdictionem, si approbentur: atque ideo sicut Parochus ex ipsa electione ad beneficium habet jus ad approbationem; sic Religiosi, qui ex privilegio Sedis Apostolicæ sunt quasi Parochi delegati, habent jus ad illam approbationem petendam, nec potest hæc juste sine sufficienti causa eis negari.] & infra *n. 54.* [Si Episcopus absque causa sufficienti ejusmodi Regulares non approbet, vel nolit ad examen admittere, injuste procedit contra jus, quod prædicti Religiosi habent ad audiendas Confessiones.] Hactenus Cardinalis *de Lugo*.

48 An autem, si absque causa sufficienti, & pro libito negetur approbatio Regularibus, negatio ut est injusta, ita etiam sit invalida, taliter ut perinde se habeat, ac si fuisset concessa;

Affirmant *Cokier de Jurisdict. Ordin. in Exemptos p. 4. Quæst. 77. Laym. in Theol. Mor. lib. 4. tr. 6. c. 11. n. 4. Finell. de Cas. reserv. c. 3. n. 3. Villalob. in Summ. Hom. 1. tr. 1. diffic. 53. n. 3. Leander a Murcia in Reg. Sancti Francisci Q. 8. c. 7. n. 18. Mirand. in Man. Prælat. tom. 1. Q. 15. art. 6. Henriq. lib. 3. de Pœnit. c. 6. n. 4. Joa: de la Cruz de Sacra Relig. lib. 2. c. 6. dub. 1. Rodriq. tom. 1. Quæst. Regul. Q. 59. art. 2. & in addit. ad Bull. Cruc. §. 9. n. 30. Sotus in 4. dist. 18. Q. 4. art. 3. Graffius, Angelus, Vega, Cenedus*, quos citat, & sequitur *Fagundez præcepto 2. lib. 7. c. 2. n. 15. Navarr. in Summ. c. 27. n. 264. & 265. Bauny in Theol. Mor. p. 1. tr. 4. Q. 11. Gammachæus de Sacram. Pœnit. c. 18. Cælestinus in Compend. Theol. Mor. tr. 1. c. 16. n. 1. & c. 24. Q. 2. n. 4. Portel in dub. Regul. verb. Confessor Regularis, ejusque præsentatio n. 2. Leander a Sacram. p. 1. tr. 5. de Sacram. Pœnit. disp. 11. Q. 83.* laudans sex supra viginti Doctores. *Cellotius de Hierarch. l. 5. c. 24.* ubi sic habet: [Si Sacerdotem præsentatum, alias doctrina, moribusque idoneum, aut examinare Prælatus, adeoque approbare; aut etiam examinatum iterum approbare recusaverit, in usu *Tridentini* quid fiet homini indignam passo repulsam? aperta enim legis verba sunt, nullum posse, nisi approbationem obtineat re ipsa, & non privilegio repulsæ obtineat, & accipiat. Distinctione hic utendum arbitror, ut sæcularem a Religioso separemus: nam illum puto interdici a Confessionibus, si vere, & actu approbatione privetur; id enim jus aperte sic decernit: neque habeat in aliquo loco, & lege perfugium. At Regularis Ordinum Prædicatorum, & Minorum longe alia ratione est: cui jus antiquum Extravagantium, & Clementinæ dat, ut si forte Prælati Fratribus electis, & præsentatis licentiam exhibere recusaverint; Pontifices ex tunc eam ipsis gratiose concedant de plenitudine Apostolicæ potestatis; & *Lateranense* sub Leono talibus præsentatis, admissis, vel etiam indebite recusatis. Itaque de Jure isto novo dejectus, ad antiquum recurret, & sibi approbationem, licentiam, & jurisdictionem concessam putabit a Summo Pontifice, quam inferior Pontifex injusto recusavit. At enim illi contrarium, est *Tridentinum*, & cessare in hoc jubet privilegia, & consuetudinem. Equidem sic respondeo: Hac Conciliari Constitutione antiquis non derogari: Lex enim posterior generalis sæpe limitatur per speciale jus antiquum, ut probat *Navarrus*; quod jus illæsum manet, ut evitetur correctio juris quo ad fieri potest. Deroget autem privatis quorumdam privilegiis, extra Corpus juris vagantibus, quæ restringi debent, cum censeantur odia Juris, ut idem *Navarr. Henriq. Rodriq. Laym.* & alii docent. Quoniam igitur expressa illius Juris non est in derogatione facta mentio, nulla ex parte violatum censetur. Neque vim facias in expressis privilegiis: Ego enim sententiam definitivam, qualis ea est, ut initio dicebamus, privilegium esse nego, sed jus Commune, Corpori Juris insertum, habens rationem favoris. Itaque Jus illud, duobus Mendicantium Ordinibus datum, vigere adhuc affirmo, licet aliud generali lege statutum esse, videatur.] Huc usque *Cellotius. Brunne de Privil. Regal. p. 2. tr. 5. c. 2. propos. 3.* ex variis Regularium privilegiis; & ex eo [quod (ait ipse) si quis daret Episcopo hanc facultatem, negandi licentiam Regularibus, hoc esset Tridentinum *c.*

15. Sess.

25. sess. 23. de Refor. decernens, non posse Regulares Sæcularium Confessiones audire, nisi approbationem obtineant, privilegiis &c. non obstantibus. Sed illud non dat ei facultatem hanc; cum nihil penitus ex eo sequatur, possitque legitime pati hanc exceptionem: maxime quod, ut asserit *Navarr. in cap. Placuit de Pœnit.*, lex posterior generalis sæpe limitatur per speciale jus antiquum: & quod jura juribus sunt concordanda, etiam aliquando cum quadam improprietate verborum, ne jus antiquum, nisi ratione urgentissima, & expressione verborum incompatibilium Juris novi cum eo, abrogetur. Et ideo communis Canonistarum sensus semper ad hoc requirit clausulam Juris antiqui expresse derogatoriam. Hoc autem Jus novum *Tridentini* de facili potest cum antiquo concordari, estque Jus commune, & antiquum speciale; nec novum habet debitam clausulam derogatoriam &c. Nec hoc est novum in Jure, quod petita licentia, & injuste, vel injuriose denegata habeatur pro obtenta: nam ita conceditur in hac speciali materia in *Lateranensi* Concilio, ac etiam in certis casibus quo ad ministrationem Sacramentorum, in quibus petita, licet non obtenta, sufficit ad licite, & debite ministranda Sacramenta Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis, ut patet ex *Clem. Dudum*, & *Extravag. Inter cuncta, ex Cap. Licet de Regul.* & *c. 1. de Suppl. neglig. Prælati.*] Hactenus *Bruno.* *Peyr. de Relig. subdita tom. 1. q. 1. c. 21. §. 2.* & *ad Const. 26. Leonis X. §. 6. n. 7.* ubi sic habet: [Si Episcopus Regularem debite præsentatum, & examinatum indebite reprobaverit, poterit nihilominus per hoc privilegium licite, & valide Confessiones audire. Neque hoc est contra *Tridentinum sess. 23. c. 15.* Nam credendum est, Concilium voluisse tantum idoneis Ministris facultatem concedere, Confessiones audiendi per examen Episcoporum, recte, & rationabiliter judicantium; non autem confovere aliquos eorum in suis passionibus, & odiis contra Regulares, & quandoque cum maximo Christifidelium scandalo; cum fraus, & dolus nemini debeant suffragari, *C. Sedes Apostolica de Rescript.* & *Can. firmi de consecr. dist. 1.* Quare si quis Regularis cum licentia sui Prælati examinatus, & judicio examinatorum, vel majoris partis ipsorum fuerit idoneus judicatus, & tamen propter passiones suas fuerit ab Episcopo reprobatus (salvo saniori, & meliori judicio) puto, quod licite, & valide poterit Confessiones audire, si nihil aliud obstet, V. G. quod non sit malæ famæ, nec scandalose vivat; quod tamen præsumendum non est, quando adest legitimi Superioris licentia] Ita *Peyr.*, & alii.

49 Nec officit (inquiunt laudati Doctores) propositio 13 inter damnatas ab Alexandro VII. tenoris sequentis: [Satisfacit præcepto annuæ Confessionis, qui confitetur Regulari, Episcopo præsentato, sed ab eo injuste reprobato.] Respondent siquidem apud *Vivam in Theologica Trutina p. 1. propos. 13.* Alexandri VII. *n. 18.* per damnationem hujus propositionis non damnari, quod Confessiones, factæ Regulari prædicto, injuste reprobato, validæ sint; sed quod per eas præcepto Confessionis annuæ satisfiat. Ad eum modum, quo dum ab Ecclesia damnatur, quod præcepto Communionis Paschalis satisfaciat, recipiens Sacram Synaxim a Regulari, aliove extra Parochiam, non damnatur, quod talis receptio, seu Communio licita, & valida sit, sed quod per eam præcepto Communionis Paschalis fiat satis. Et sane cum in *c. Omnis utriusque sexus* a Concilio *Lateranensi* sub Innocentio III. præscribatur; quod singulis annis Confessio fiat proprio Sacerdoti, seu Parocho; sicut & Paschalis Communio ab eodem proprio Sacerdote, seu Parocho recipiatur; ex profligatione recensitæ propositionis id solum inferri videtur, quod satis non fiat annuæ Confessionis præcepto, si Regularis, Confessionem excipiens, non sit approbatus, & veluti ab Episcopo delegatus: quemadmodum ex Decreto Lateranensis Concilii id solum infertur, quod satis non fiat præcepto Communionis Paschalis, si Regularis, ab Episcopo, vel Parocho ad illam Sæculari ministrandam in Paschate delegatus non sit, absque eo, quod inferatur, quod duo isthæc Sacramenta invalide a præfato Regulari conferantur, & ab eodem Sæculari accipiantur. Et quamvis adversus *Joannem de Poliaco*, & *Henricum quolibeta* 10 docentes apud *Vasquez q. 93. art. 2. dub. 6.* & *di Castilla disp. 10. de Pœnit. n. 472.* Regulares licite quidem, & valide vi suorum privilegiorum excipere Sæcularium Confessiones, illisque Sacramentum Eucharistiæ ministrare, ita tamen, ut sicuti Communio Paschalis a proprio Sacerdote, seu Parocho haberi debeat, aliter satis non fiet præcepto de Communione Paschali, per Communionem a Regularibus acceptam; ita eidem Sacerdoti proprio, seu Parocho fieri debeat Confessio annua; secus fiet non satis annuæ Confessionis præcepto per Confessionem Regularibus factam. Quamvis, inquam, adversus hos Doctores, ita sentientes, Clemens VIII. in Bulla, edita *die* 22 *Decembris* 1592 declaraverit, per Confessiones Regularibus factas fieri satis annuæ Confessionis præcepto, quippe qui, vigore suorum privilegiorum, Parochis quo ad hoc a Sede Apostolica subrogantur: nihilominus in casu nostro dici poterit, quod nolit Pontifex Parochis Regulares eosdem substituere, injuste ab Episcopo reprobatos, taliter ut præcepto Confessionis annuæ satis non faciat, qui illis confiteatur, absque eo, quod sequatur Confessiones illis factas, invalidas esse ex defectu approbationis, requisitæ a *Tridentina*; cum probabiliter dici queat ob rationes allatas, quod si injuste Regulares ab Episcopo reprobentur, illis approbatio concedatur a Pontifice; unde licite, & valide Confessiones excipiant; esto, per hujusmodi Confessiones præcepto Confessionis annuæ non satis fiat. Ita damnationem objectam interpretantur affirmativæ sententiæ Patroni. Nihilominus

Negant, quod si approbatio sine causa sufficienti, & pro libito Regularibus ab Episcopo denegetur, negatio, quantumvis injusta, invalida sit, 50
Suar. in 3. p. tom. 4. disp. 28. sect. 1. n. 5. Vasquez in 3. p. tom. 4. q. 93. art. 3. dub. 3. n. 2. Coninck de Sacram. disp. 8. dub. 7. n 58. Fillinc. tom. 1. tr. 7. c. 9. n. 257. Barbos. in Collect. tom. 3. p. 2. lib. 3. Clem. tit. 7. Clem. Dudum n. 8. Sylvius in Addit. ad 3. p. q. 8. art. 5. Pitigianus in 4. sententiar. tom. 2. dist. 17. q. unic. art. 4. dub. 4. Sanctus in Selectis disp. 48. n. 16. Reginaldus in prax. tom. 1. lib. 7. c. 16. q. 5 n. 192. Fernandez in Exam. Theol. Mor. p. 3. c. 9. §. 8. n. 2. Diana in Opere Coordin. tom. 7. res. 65. res. 66. n. 3. & res. 68. n. 3. Card. de Lugo de Pœnit. disp. 21. sect. 3. n. 52. asserens sententiam affirmativam esse [contra sensum Fidelium, & contra praxim Ecclesiæ, & mentem Concilii *Tridentini*, in quo procul dubio intentio fuit, reformandi has Regularium facultates; & ideo dictum fuit: Nullus Sacerdos sæcularis, vel regularis &c. & postea non obstantibus quibuscumque privilegiis; alioquin nunc liceret adhuc Regularibus audire Confessiones, licet Episcopus ex justa causa approbationem negaret; cum in illo privi-

privilegio solum requiratur, quod se Episeopo preseotet, quod tamen nemo concedit.] Hactenus *de Lugo*, & alii non pauci, quibus adhæsimus in nostra Theologia Speculativa *tr. 7. de Virt. & Sacram. Pænit. disp. 10. art. 5.*

51 Dias: [Non posse Episcopum approbationem &ce. sine justa causa denegare &c.] idest rationabili, & juidiea probata, ut notat *Pignatellus tom. 4. cons. 174. n. 11. ex Palao de Sacram. Pænit. tr. 29. q. unic. pun. 18. §. 4. Moron. resp. 29. a n. 82. Lezana cons. 40. n. 45. & Cesped de Exempt. dub. 150.* & ad Pœnitentiæ Sacramentum pertinens, ex Deereto Sacræ Coogreg. Episc. 30 *Augusti* 1630. Et per *Card. de Lugo* est causa justa, & rationabilis approbationem Regularibus denegandi, illos ad examen non admittendo, vel admissos reprobaodo, defectus ea parte personæ, sive in doctrina, sive in moribus, sive io aliquo alio. Et quidem

Defectus ex parte personæ in doctrina est, si
52 non habeat sufficientem litteraturam, & aliquam saltem Sacramenti Pœnitentiæ peritiam, conformiter ad Constit. 26 Leonis X. §. 6 ibi: [Possintque illi per eosdem Episcopos, & Prælatos super sufficienti litteratura, & aliqua saltem hujus Sacramenti peritia dumtaxat eaaminari.] ubi *Peyr. n. 8.* sic habet: [Hoc eaamen (Confessariorum videlicet pro approbatiooo ad Sæcularium Confessiones ab Episcopo obtinenda) debet solum fieri super sufficienti litteratura, id est an sciant studere libris, de hoc Saeramento tractantibus, sive conscripti sint latine, sive vulgari lingua, hoc nihil refert; & super aliqua saltem hujus Sacramenti peritia. Unde non est necesse, quod habeant exactam, & consummatam peritiam illiot. Nec requiritur, quod sint Theologi, vel Canonistæ. Super vita autem, & bonis moribus examinandi non sunt. Dictio enim illa *dumtaxat* in adducto loco Constitutionis Leonis X. taxativa est, & omnia alia excludit: hanc enim semper præsupponit adesse Papa, quando adest legitimi Superioris licentia, & præsentatio. Quæ non sunt sevocata per *Tridentinum loc. cit.*, cum solum dicat: Regulares esse admittendos per examen: de quibus autem sit examen faciendum, non dicit: unde linquit antiquos Canones, & antiquas Constitutiones Apostolicas in suo vigore. Et usus communis obtinuit, ut Regulares non eaaminentur ab Episeopis, nisi super sufficienti litteratora, & peritia Saeramenti Pœnitentiæ.] Hoc usque *Peyr.* laudatus.

53 Defectus ex parte personæ in moribus est: [Si Regulares cum scandalo, aut alias inhoneste vivant, vel aliquod delictum committaot; per quod rationabili Episcopi judicio videantur a Confessionibus suspendendi &c.] ut habet Clemens X. in Bulla inchoata [Superoa] *n. 6.*

54 Defectus in aliquo alio ex parte personæ foret, si non servasset Interdictum, ab ipsomet Episeopo positum, ut declaravit Sacr. Congreg. 20. *Novembris* 1615. *apud Gauant. in Man. Episc. verb. Confessarius n. 23.*

55 Non tamen, si Superior Regularis vocatus nolit ad processiones accedere: vel si quis prædicet sine benedictione, vel licentia Episcopi; aut si io quovis alio casu nolit Regularis Superior, ot Episcopos aliqua jura exerceat in sua Ecclesia, vel in personas religiosas; cum hæc omnia sint omnino extranea, nec ullam connexionem habeant cum Pœnitentiæ Saeramento, atque adeo ad ipsum nullo modo pertineant, ut notat, & recte *Bordon. res. 36. cit. n. 83.*

56 Neque est causa justa mera, & præcisa superfluitas Confessariorum in Civitate, seu Diœcesi, ut optime docent *Vasquez in 3. p. tom. 4. q. 93. art. 3. dub. 5. n. 5. Card. de Lugo disp. 21. cit. sect. 3. n. 54. Dicastillo de Sacram. tom. 2. tr. 8. disp. 10. dub. 10. n. 28. Diana in opere Coord. res. 71. n. 3. & res. 81. n. 15. Laurentius Longus in Tabulis Sacramentorum p. 2. c. 58. n. 7.* & alii: quibus adhærens *Mendo in Bull. Cruc. disp. 22. c. 2. n. 43.* ait: [Episcopus tamen limitaos, atque negans absque justa causa Mendicantibus approbationem, peccat contra Jus, quod ipsi habent ad audiendas Confessiones: nec causa justa erit reputanda, quod sint io urbe, aut Diœcesi plures alii Confessarii: nam cum ad quemvis eventum Regulares illud jus ea suis privilegiis habeant, debet Episeopus illud ipsis illibatum servare, ea *c. Quando amplius de Privil.*] *Pellizz. in Man. Regul. tom. 2. tr. 8. c. 3. sect. 2. subsect. 1. n. 25.* ubi sic habet: [Episeopos, nolentes approbare, aut admittere ad examen Religiosos, ex eo præcise, quod in propria Diœcesi censeant, adesse nimiam Confessariorum copiam, injuste procedere contra jus, quod ipsi Regulares habent ad audiendas Confessiones, utpote qui per sua Privilegia sunt quasi Parochi fidelium, a Papa delegati, ad tale ministerium. Et hoc non obstante *Clementina dudum*, in qua dicitur: Sed numerus personarum assumendarum ad hujusmodi officium exercendum esse debet prout universitas Cleri, & populi, ac multitudo, vel paucitas exigit eorumdem. Hæc enim limitatio solum procedit quo ad privilegium in dicta *Clem.* concessum, non autem absolute, ut notavit *Joa. de Lugo n. 55.* addens tamen, cot, qui voluerint uti privilegio dictæ *Clementinæ*, teneri illo uti cum præfata limitatione.] Huc usque *Pellizz.*

Tertio animadvertendum est, non posse Epi- 57
scopum sine justa causa, & pro libito approbationem simpliciter, & illimitatam Regularibus denegare, illam ad personas, locum, & tempus restrictam concedendo. Ita *Vega in Summ. tom. 1. c. 62. cas. 7. Portel in Dub. Regul. v. Confessor n. 13. Villalobos item in Summ. tom. 1. tr. 9. diffic. 53. n. 2.* & alii passim, quibus subscribens *Card. de Lugo de Sacram. Pænit. disp. 21. cit. sect. 3. §. 1. n. 60.* hæc habet: [Quando in particulari circa aliquam personam, maxime Religiosam, non procederent prædictæ rationes; sed Episcopus haberet notitiam sufficientem, ut eam absque limitatione approbaset; non videotur posse absque alia justa causa apponi ejusmodi limitationes, ad tempus videlicet, ad personas, ad locum. Nam ille habet jus, ut petat approbationem simpliciter, & absolutam prævio examioe, cui se offert; ergo, supposita plena notitia, quæ de ipso habetur, non potest Episcopus pro suo libito negare approbationem simpliciter, & dare solum semiapprobationem: alioquin liceret illi pro libito dare approbationem pro una hebdomada, vel pro centum personis, quæ omnia essent in fraudem privilegiorum Regularium, ut constat.] Hactenus, & bene *Card. de Lugo* more suo. Quamobrem Clemens X. in Constitutione [Superna] declarans privilegia Regularium quo ad Prædicationem Verbi Dei, & administrationem Sacramenti Pœnitentiæ §. 4. [Illos autem Religiosos, (ait) qui ad Confessiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint ab Episcopis generaliter quoque, & indistincte absque limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis personarum in Diœcesi propria admittendos &c.]

Adduot *Lezana in Summ. quæst. Regul. c. 19. n. 8.* 58
Mirand. in Man. tom. 1. q. 45. n. 10. & *Henriq. lib. 3.*

de Pœnit. c. 6. n. 5. & 9. quod licet approbatio Re-
gularium possit ab Episcopo ex justa, & ratio-
nabili causa restringi, & limitari ad certum
tempus, locum, & personas; si tamen id fieret
sine justa causa, probabilissimum est, re-
strictionem non valere. Idem consequenter faten-
tur, quotquot sustinent, approbationis sine causa
sufficienti, & pro libito denegationem, nedum
injustam, sed invalidam pariter esse. Nos tamen
oppositum sustinuimus in nostra Theologia Spe-
culativa *tract. 7. de Sacram. Pœnit. disp.* 10. *art.* 6.
Ex his

59 Quarto est animadvertendum, non posse Epi-
scopum approbationem dare Regularibus, limita-
tam ad audiendos solos mares, non etiam femi-
nas; donec ætatem habeant quadraginta annorum.
Ita *Vega in Summ. tom. 1. cap. 62. cas. 7. in princ, Pasqualig. decis. 500. n. 12. Cesped. de Exempt. c. 24. dub. 373. n. 3. Brunus de privil. Regul. p. 1. tr. 5. c. 2. propos. 4. Leander a Murcia in Reg. Sancti Francisci q. 8. c. 7. n. 17. Villalobos in Summ. tom. 1. tr. 9. diffic. 53. n. 2. Portel in dub. Regul. v. Confessor. n. 3. Peyr. de Relig. Subd. tom. 1. q. 1. c. 21. §. 2. Zanard. in Direct. Theol. p. 1. de Sacram. Pœnit. c. 24. di Castillo de Sacram. tom. 2. tr. 8. disp. 10. dub. 6. n. 289. Leander a Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 12. q. 85. Martinus de Sancto Joseph in Man. Confess. tom. 1. lib. 1. tr. 24. de Pœnit. n. 15. Cellotius de Hierarch. lib. 5. c. 25. Zambellus in Repert. Mor. verb. Confessor quo ad auctoritatem n. 4. Præpositus in 3. p. de Sacram. Pœnit. q. 8. dubit. 3. n.*
60 17. & alii passim. Et rite quidem, nam Re-
gulares jus habent ad audiendas Confessiones
omnium Christifidelium utriusque sexus, unde-
cumque ad ipsos accedentium, ut expressis ver-
bis concessere Cisterciensibus Eugenius IV. in
Bulla inchoata [Commissum] ibi: [Quorumcum-
que fidelium utriusque sexus confiteri sibi volen-
tium.] Minoribus Sixtus IV. in Bull. incip.
[Sedes Apostolica] per illa verba: [Omnes,
& singulas personas utriusque sexus, ad eas pro
Confessione, & Pœnitentia accedentes.] &
Pius IV. in Bull. [Cum sicut exponi] sic:
[Per totum Orbem omnium utriusque sexus
fidelium.] aliisque Religiosis Ordinibus alii
Summi Pontifices, adeo ut notat *Bordon. in Decis. Miscell. 500. dub. decis. 470. fin.* [In hoc Religiosi
dicuntur Confessarii Papales.] Ergo sine justa
causa, & pro libito nequeunt ab Episcopo pro
solis Viris, non etiam pro feminis approbari,
sicque jurisdictio illis a Summis Pontificibus illi-
mitate concessa pro audiendis fidelium utriusque
sexus Confessionibus, illas dumtaxat Virorum
61 citra injustitiam coarctari. Hinc Sacra Congre-
gatio Cardinalium quibusdam Episcopis, conten-
dentibus in vim Constitutionis Gregorii XV.
inchoatæ [Inscrutabili] posse in suis approba-
tionibus hujusmodi limitationes apponere, decla-
ravit: [Vi illius Constitutionis non posse Epi-
scopos Regularibus, quibus non incumbit cura
animarum, præscribere, ut certis tantum in lo-
cis, vel temporibus, vel certarum personarum
Confessiones audiant, vel alias illorum privilegia
in administrandis Sacramentis restringere, aut
moderari.] Quamobrem

62 Non obstante approbatione, limitata ad solos
viros modo prædicto, Religiosos, ceteroqui ido-
neos posse Confessiones etiam Mulierum excipe-
re, licet non habeant quadraginta annorum æta-
tem, docent primo, quotquot in universum ar-
bitrantur, Regulares, sine justa causa ad audien-
das Confessiones non admissos, posse eas audire,
ac si essent approbati, & admissi. Et secundo,
in hoc peculiari casu *Martinus de Sancto Joseph in Man. Confess. tom. 1. lib. 1. tr. 24. de Pœnit. n. 15. Portel in dub. Reg. v. Confessor Regularis, ejusque præsent. to. n. 3. in fine. Zambellus in Repert. Mor. verb. Confessor quo ad Auctoritatem. Leander a Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 11. q. 85.* ubi citat pro se
Villalobos, Vegam, Lezanam, Mirandam, & Bossium
aitque: [Posse quidem, interveniente causa,
Episcopos cum limitatione Regulares approbare:
hanc tamen causam non adesse, quando solum
intervenit defectus ætatis, aut suspicio in mori-
bus (nisi alias Episcopus specialem habeat cau-
sam talis defectus timendi:) sed quando inter-
venit tantum insufficientia, aut defectus scien-
tiæ. Ratio est, quia approbatio, quam exigit
Tridentinum, solum est circa scientiam. Nam
quo ad mores tamdiu quis præsumitur bonus,
quamdio non probatur malus. Ex quo colligi-
tur, quod casu, quo Episcopus remittat Regula-
rem privilegiatum ad examen, & Examinator
dicat, se illum idoneum invenisse; tunc etiamsi
Episcopus postea limitet licentiam, ut scilicet
non audiat mulieres usque ad quadragesimum
annum &c. non est necesse servare dictam limi-
tationem.] Sic loquitur *Leander. Di Castillo de Sacram. tom. 2. tr. 8. disp. 10. dub. 6. n. 289.* ubi sic
habet: [Circa Regulares vero difficilius est
asserere, quod propter solum defectum ætatis pos-
sit Episcopus approbationem coarctare. Nam,
(ut supra dicebam ex Concil. *Later.* & Leone
X.) examen Regularium restrictum est, ut sit
super litteratura dumtaxat, ergo quidquid est
præter litteraturam, maxime quod pertinet ad
mores, non ad Episcopum, sed ad Prælatos Re-
ligiosi spectat. Ætas autem si propter aliquam
rationem obstaret approbationi, solum esset,
quatenus defectus maturioris ætatis reducitur ad
mores, quia scilicet timeri potest periculum, ne
tam intima, & particulari collocutio juvenis, adhuc
Sacerdotis, cum femina occasio sit vel ipsi, vel
feminæ, vel utrique alicujus peccati. Utrum
autem ejus virtutis Sacerdos sit, aut ita se pro-
baverit in moribus, & vita, ut merito possit
illi, quamvis juveni, committi administratio
hujus Sacramenti feminis, Prælati potius Re-
ligiosorum judicium esse videtur, qui novit eorum
mores, & vitam, quam Episcopi, qui non sibi
subditorum non tam plene, aut non tam facile
videbitur posse habere notitiam. Ideo merito dixit
Pontifex in *Lateranensi: super litteratura dumtaxat*:
cetera utique permittens Prælato Religionis. Quod
si verum est, aut saltem probabile, ut videtur;
omnino etiam videtur probabile, eo ipso quod
Episcopus dedit approbationem super litteratura,
functus est munere suo: cumque Jurisdictio Re-
ligiosi Confessarii non dependeat ab Episcopo:
hanc enim habet vel per Bullam Cruciatæ in
favorem pœnitentis, quando ad hoc eligitur; vel
(quod pleræque Religiones habent) a Summo
Pontifice in favorem ipsius Confessarii; hinc
est, ut valeat absolutio comparatione feminæ,
etiamsi verba approbationis videantur eam restrin-
gere ad solos mares, ante certam quamdam æta-
tem Confessarii. Idque a fortiori docent, &
expresse plerique, qui putant, etiam Sacerdotem
Sæcularem, pro masculis tantum approbatum,
probabile esse, posse eligi a femina virtute Bul-
læ Cruciatæ, aut Jubilæi.] Hactenus *di Castil-lo*. Verum

Oppositum sentiunt, nedum quotquot docent 63
in universum, Regulares injuste ad audiendas
Confessiones non approbatos, invalide illas audi-
re;

re; verum etiam in hoc peculiari casu Suar. cit. disp. 28. sect. 5. n. 13. Vasq. q. 93. art. 3. dub. 3. Diana p. 3. tr. 2. res. 24. Card. de Lugo de Pœnit. disp. 21. sect. 3. n. 52. Coninch disp. 8. dub. 7. n. 58. Filliuc. tom. 1. tr. 7. c. 9. n. 257. & alii, quibus adhæsimus in tr. de Sacram. Pœnit. disp. 10. art. 8.

64 Quinto animadvertendum est, non posse Episcopum sine justa causa, pro libito approbationem ad audiendas Sæcularium Confessiones Regularibus dare limitatam ad solam Ecclesiam, seu Ecclesias suorum Ordinum, pro Civitate vel Oppido, non pro tota Diœcesi. Atque ita Bordan. tom. 2. variar. resol. p. 1. resol. 36. n. 34. & in decis. miscell. 500. dub. 1. decis. 471. Cesped. de Exempt. c. 6. dub. 147. n. 8. Branus de Privil. Regul. p. 1. tr. 5. c. 2. propos.
65 4. Peyr. tom. 1. de Subdita q. 1. c. 21. §. Sed nota, & alii passim: tum ex privilegio, Minimis a Julio II. concesso in Bulla incipiente: [Pastoralis Officii], vi cujus possunt laudati Fratres, Confessiones excipere extra suam Ecclesiam, non solum in Ecclesiis, & Oratoriis alienis, sed etiam in cunctis domibus, & locis congruis, Quod sane privilegium, notat Peyr. supra, concessum a Supremo Principe, ab Inferiore, cujusmodi est Episcopus, infirmari neutiquam potest, ut dicitur in Clem. Ne Romani de elect. in princ. Tum ex privilegio Pii IV. Minoribus dato in Bulla inchoata: [Cum sicut exponi:] vi cujus possunt Minores [Confessiones etiam Infirmorum ubilibet, etiam extra domos, & habitacula eorumde Fratrum audire.] Tum ex Privilegio Sancti Pii V. Ordinibus Mendicantibus indulto in Bulla [Etsi Mendicantium, ubi] declarando cap. 15. sess. 23. Concilii Tridentini, agentis de Confessariis, pronuntias: [Ita ut a Confessionibus audiendis tam intra eorum Ecclesias, & domos, quam extra minime prohibeantur &c. super hoc litteras Pauli IV. concedentis eisdem Fratribus Mendicantibus Regulæ Observantiæ, posse Confessiones Sæcularium personarum, etiam infirmarum, etiam extra domos, & Monasteria sua, & ubilibet audire, & approbando, & de novo concedendo &c.] Hæc Sanctus Pontifex. Tum denique ex declaratione Sacræ Congregationis Concilii supra recensita. Quamobrem

66 Præfata limitatione approbationis ad certum locum, Regularibus ab Episcopo facta non obstante, posse illos ubique locorum Diœceseos, Sæcularium Confessiones valide excipere, docent Cesped. c. 6. dub. 147. num. 9. Bordon. ubi supra n. 34. Fagundez præcept. 2. lib. 7. c. 2. n. 16. & 17. Bossius de triplici Jubilei privilegio sect. 3. casu 2. §. 1. Rodriquez in explicat. Bullæ §. 9. num. 33. Joannes de la Crux lib. 2. de Stat. Relig. c. 6. dub. 3. concl. 1. & alii, quibus adhærens Leander a Sacram. tr. 5. disp. 11. q. 84. hæc habet: [Negat Lugo disp. 21. n. 57. qui & citat pro hac parte Suarium disp. 28. sect. 7. n. 19. Vasquium q. 93. art. 3. dub. 5. n. 4. Navarrum c. 4. n. 10. & 18. Fagundez c. 2. n. 1. & Dianam 3. p. tr. 2. resol. 25. Sed non bene profecto: nam in primis Vasquez, & Navarrus nihil habent ad propositum locis citatis a de Lugo. Deinde Suarez, Fagundez, & Diana solum loquuntur, quando ex justa causa Episcopi cum limitatione Regulares approbant &c. Sed probabilius Respondeo, manere tunc absolute, & simpliciter, & absque ulla limitatione approbatos: quia Episcopi non possunt reprobare Regulares absque justa causa; & si aliter fecerint, eo ipso manent approbati absolute ad Confessiones audiendas; ergo nec poterunt limitare eorum jurisdictionem ad annum, Viros, & loca absque justa causa, alias eo ipso manebunt approbati. Patet consequentia: quia eadem est ratio de toto ad totum, ac de parte ad partem.] Hæc Leander; cui tamen, & reliquis adversi fuimus in tr. de Pœnit. disp. 10. art. 9. sequentes Cardinalem de Lugo.

Sexto animadvertendum est, non posse Epi- 67
scopum sine justa causa, & pro libito, Regularibus approbationem dare limitatam ad certum aliquod determinatum tempus, puta ad sex menses, ad annum &c. Ita Card. de Lugo disp. 21. sect. 3. §. 1. n. 60. Leander a Murcia in Reg. Sancti Francisci q. 8. c. 7. n. 14. Cellotius de Hierarch. lib. 5. c. 25. Zambellus in Repert. Mor. verb. Confessor quo ad Auctoritatem. Pignatellus tom. 4. cons. 174. n. 19. ubi etiam docet a n. 23. usque ad n. 19. 68
ex Bulla Sancti Pii V. incip. [Romani Pontificis Providentia] de approbatione Regularium Confessorum ab Episcopis facienda, & complurimis Sacrarum Congregationum declarationibus, non posse Episcopum Regulares approbatos ad tempus, vel ad beneplacitum prævio examine, elapso approbationis tempore, vel revocato beneplacito, approbatione cogere, ad sese novo examini subjiciendum; & alii communissime. Quia ex una parte, ut supra insinuavimus ex de Lugo, cum Regulares habeant jus, ut petant approbationem simpliciter, & absolutam prævio examine, cui sese offerunt; non potest Episcopus pro suo libito negare approbationem simpliciter, ac illimitatam, & dare limitatam ad tempus, puta ad sex menses, ad annum &c. aliter posset dare pro libito approbationem ad unam hebdomadam &c. quod esset in fraudem privilegiorum Regularium, ut patet. Et ex altera parte ita fuit decisum a Sacra Congregatione Concilii supra laudata. Unde

Contendunt non pauci Doctores, Regulares 69
sine justa causa limitate approbatos ad tempus, E. G. ad sex menses, ad annum; elapso tempore præfinito, posse adhuc valide Confessiones audire. Et hujusmodi sunt Cellotius supra, Alphonsus Carance in Alleg. pro Ordin. Mendic. ad Regem, Zambellus loc. cit. sic: Confessor doctus, & approbatus per unum annum, etiam transacto anno potest audire Confessiones: quia remanet approbatus a Papa.] Portel in dub. Regul. verb. Confessor Regularis, ejusque præsentatio num. 3. inquiens: [Si Episcopus sine causa, & pro consuetudine Regulares clare idoneos non approbet, nisi ad tempus unius anni, & hoc faciat omnibus; possunt tales idonei non stare illi approbationi annuali, sed habere se pro approbatis in perpetuum.] & quotquot sustinent, approbationem Regularibus datam cum limitatione ad personas, & locum, nedum injustam, sed invalidam etiam esse. Non secus, ac opinantes in universum, approbationem sine justa causa denegatam censeri eo ipso concessam, posseque consequenter illos valide Sæcularium Confessiones excipere. Quibus tamen oppositi fuimus in tr. de Virtute, & Sacram. Pœnit. disp. 10. art. 8.

Quando autem sit existimandum, revera justam 70
causam adesse, vel non, dandi approbationem, vel eam dandi limitate, tradunt Bossius ubi supra, inquiens: [Tunc autem censerentur Episcopi, ex malevolentia, vel duritie, & absque causa negare approbationem, vel illam limitate concedere, si erga omnes Religiosos, vel omnes Regulares ejusdem Ordinis indifferenter se gerant.] Fagundez loc. cit. sic: [Tunc videri Episcopum, injuste limitare dictam licentiam, quando contra eamdem Religionem jurgia, & convicia

jacit; si de Religiosis publice, aut secreto detrahat; si Clericos Sæculares, aut Religiosos absolute, & absque limitatione approbet.] *Peyr. tom. 1. tit. de subdito quæst. 5. cap. 21. §. 2.* ubi quærens, quomodo cognoscatur, an Regularis propria culpa, & defectu non fuerit idoneus repertus, & ita limitate admissus; an vero fuerit limitate admissus, non quia idoneus non repertus fuerit, sed ex odio, seu mala passione Episcopi? sic proprio quæsito satisfacit: [Ad hoc cognoscendum duo a Doctoribus assignantur manifesta indicia: primum; quando omnes, doctos, & minus doctos, Theologos, & simplices, indifferenter admittit Episcopus cum restrictione locorum, sicut & personarum, ac temporum, *Vega 1. part. cap. 62. casu 7. & 8. Ledesma 1. part. Summ. de Sacram. Pœnit. c. 13. dub. 9. Rodriq. in explicat. Bull. Cruc. 1. p. §. 9. n. 33.* Quia impossibile est credere, ex omnibus Regularibus, qui profecto studiis plusquam ceteri, ut Ecclesiæ inserviant, incumbunt, nullum idoneum reperiri, qui simpliciter approbetur. Sed cum sciant Domini Episcopi, quod Regulares per privilegia Pontificia semel idonei reperti, debeant simpliciter admitti, nec possint ab eodem Episcopo amplius examinari, istas technas adinvenerunt ad hæc privilegia deludenda; quæ illis concessa fuerunt, tum ad eos liberandos a talibus vexationibus: tum in favorem populorum, tum ob beneficia, in universam Ecclesiam ab ipsis collata, ut testatur Leo X. in Concil. *Later. anno 1565. die 29. Septembris* in Bulla quæ incipit: [Dum intra mentis,] ubi Religiosos pares omnino facit in conferendis in Ecclesiam beneficiis Sanctissimis Episcopis &c. Secundo censetur Episcopus, ex odio Regulares limitate admittere, quando non eodem modo se gerit cum Regularibus, ac cum aliis Presbyteris Sæcularibus ejusdem conditionis, & qualitatis. Nam sicut non possunt Episcopi in odium Regularium plures illis casus reservare, quam reservant Parochis; quo casu probabilissimum est, quod non teneretur Regulares illis obedire circa talem restrictionem, & limitationem, ut bene *Sylv. verb. Confessor 2. num. 5. Sotus in 4. dist. 8. qu. 2. art. 5. Rodriq. tom. 1. quæst. regul. q. 59. art. 8. Suarez tom. 4. in 3. p. disp. 30. sect. 2. num. 16. Reginald. in prax. lib. 8. n. 74. Molfes. tom. 1. Summ. tract. 7. cap. 17. num. 30.* Unde quando ab aliquibus Episcopis conceditur, per decretum publicum, ordinaria facultas suis Curatis, absolvendi in aliquibus anni Festivitatibus a casibus, quos sibi reservarunt; dicta facultas censetur etiam concessa Regularibus, ab ipsis approbatis, ut patet ex *Clem. dudum §. Per hujusmodi, de Sepult.* quæ pares omnino facit Confessores Regulares quoad jurisdictionem Parochis. Nec obstat, quod non nominent: nam censentur supponere ex vulgatis juribus, pro quo facit *C. illud superfluum dist. 95.* Ita probabile est, quod nec tenet restrictio jurisdictionis, facta in fraudem illius decreti Congregationis, decernentia, non posse Episcopum admittere Regulares ad Confessiones audiendas cum limitatione temporis certorumque locorum, vel generis personarum absque justa, & legitima causa &c.]. Huc usque *Peyrinus* laudatus.

71 Septimo est animadvertendum, non posse Episcopum sine nova, & justa causa, eaque ad Pœnitentiæ Sacramentum pertinente, approbationem semel Regularibus legitime, ac prævio examine concessam revocare. Ita passim Doctores, quibus patrocinantur *Suar. disp. 28. sect. 8. de Lugo disp. 21. sect. 3. §. 2. num. 64. Zaaard. in direct. Theolog. p. 5. cap. 24. §. 7. Diana in Opere Coordin. tom. 7. tract. 1. res. 26. num. 2.* sit: [Sed ego puto cum *Portel. in dub. regul. verb. Confessoris præsentatio*, non posse Episcopum licite sine justa causa approbationem semel concessam revocare: quia potestas illi data est in ædificationem.]

Et nedum licite, sed etiam valide nequit Episcopus sine justa, & gravi causa, approbationem semel legitime, & prævio examine Regularibus impertitam revocare, addunt non pauci Doctores, quos inter *Diana loc. mox cit.* inquiens: [Deinde puto, etiam probabiliter, licentiam sine justa causa revocatam, esse nullam, & posse talem Confessarium ex vi prioris licentiæ Confessiones audire. Et hanc sententiam docet *Suar. in 3. p. tom. 4. disp. 28. sect. 8. dub. 7.* Ratio est: quia talis revocatio, sine causa facta, est quasi ablatio juris jam acquisiti; vel quasi revocatio sententiæ justæ sine causa: ergo non tantum erit injusta, sed etiam nulla. Et licet hæc opinio quoad Confessarios sæculares non sit ita certa; tamen quoad Regulares omnino tenendam esse, puto &c.] *Bauny in Theol. mor. part. 1. tract. 4. qu. 9.* [Quia Regulares, (ait ille), quos Episcopus approbavit ut idoneos, cum ab eo amplius non pendeant in usu potestatis absolvendi, sed a solo Pontifice Romano, a quo jurisdictionem habent, revocari hæc ab Episcopo non potest, nisi invalide, ac sine effectu: Deinde revocatio justæ causæ, ac juris per illam jam acquisiti sine causa, non modo est injusta, sed etiam nulla; eo, quod sententia, quæ data est per regulas Justitiæ, sit irrevocabilis. Sed approbatio alicujus ad Confessiones, est instar justæ sententiæ; cum tali approbatione judicetur ad eas idoneus; & sic per eam jus ad eas audiendas approbato acquiritur; ergo si tollitur, tollitur injuste, ac sine effectu: ac proinde poterit Regularis, cui per talem revocationem videtur fieri injuria, Confessiones excipere.] Hactenus *Bauny*, & alii; quorum tamen opinioni non acquievimus in *tr. de pœnit. disp. 10. art. 11.* Ex his 72

Non potest Episcopus, sine justa, & gravi causa, eaque ad Confessiones pertinente, Regularibus approbationem prævio examine nedum absolute, & simpliciter concessam revocare, ut in specie docent *Suar. & Card. de Lugo loc. cit. Diana in Oper. Coord. tom. 7. tr. 1. res. 74. num. 6. Caranca in alleg. pro Ord. Mendic. ad Regem part. 2.* & alii ex Constit. Clem. X. supra laudata incip. [Superna:] ubi sic: [Regulares vero ad hujusmodi Confessiones audiendas, prævio examine, simpliciter, & absque ulla temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo approbatos, non posse ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari, aut ab eisdem Confessionibus audiendis suspendi, seu licentias illis concessas revocari, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas Confessiones concernat.] 73

Immo nedum approbationem, prævio examine iisdem ad tempus determinatum concessam, puta ad sex menses, ad annum &c. nequit Episcopus infra illud revocare, ut cum aliis sustinent *Tancredus tom. 4. quæst. moral. tract. 2. quæst. 8. & Pignatellus tom. 4. cons. 174. per tot.*, præsertim a *n. 11.* addens *n. 12.* sine gravi causa neque prorogationem posse Episcopum denegare. Sac. Congreg. Episc. 27 *Martii 1615. & 7. Febr. 1648.* 74

Verum etiam approbationem, prævio examine, ad beneplacitum indultam, iisdem Regularibus nequit Episcopus sine justa, & gravi causa revocare, ut firmant *Cœlestinus in Compend. Theol. moral. tract. 5. cap. 14. qu. 2. Trullench lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 7. num. 18. Ludovicus a Cruce disp. 2. c. 2. dub. 12. Fagundez præcep. 2. lib. 7. cap. 2. num. 31. & 65.* 75

Lean-

Leander a Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 11. quæst. 90. Card. de Lugo disp. 21. sect. 3. §. 2. num. 64. Pignatell. tom. 4. cons. 174. num. 19. ubi sic habet: [Hæc autem facilius procedunt, si approbatio, prævio examine rigoroso, fuerit concessa ad Beneplacitum fere universaliter etiam insignibus Doctoribus, & Theologis Diœcesis. Ex hoc enim satis ostendiant, quod in ordine ad doctrinam, ob quam solum requiritur novum examen, sortiatur naturam approbationis simplicis, & solum fuerit reservatum beneplacitum suspendendi, si contigerit mutatio in bonis moribus; quemadmodum hujusmodi formulam ad beneplacitum esse accipiendam, late probat *Pasqualig. dec. mor. 499. num. 13. & dec. 500. num. 6.* subdens *num. 7.* non posse tale beneplacitum revocari, nisi approbatus fiat talis, ut non deberet approbari, si de novo esset approbandus. Quod etiam tenet *Diana part. 3. tract. 2. de dub. regul. res. 26. per tot. & melius part. 11. res. 62.* Alias si limitatio esset adjecta in ordine ad doctrinam, utique esset injusta; cum impossibile prorsus sit, quod ne unus quidem quoad doctrinam seperiatur absolute idoneus, ut mereatur testimonium idoneitatis &c.] Hactenus *Pignatellus. Peyr. ad const. 2. Sixti IV. num. 44.* ubi sic: [Licet communiter, quod ad beneplacitum conceditur, possit ad libitum concedentis revocari: in subjecta tamen materia puto, quod non possit ad libitum Episcopi licentia Confessiones audiendi, ad beneplacitum data revocari; sed quod requiratur justa aliqua causa, & ad Sacramentum Pœnitentiæ pertinens. Nam licentia, quæ datur ab Episcopo Confessariis Regularium ad audiendas Confessiones Sæcularium, non est proprie licentia, sed potius approbatio personæ, & quasi justa sententia, seu declaratio, quod talis persona est idonea ad Confessiones audiendas, ut patet ex ipsis Concilii verbis *Sess. 23. de reform. cap. 15.* ibi: *Et approbationem &c.* Sed sententia, lata secundum regulas justitiæ, non potest revocari: Quod enim semel placuit, amplius displicere non potest, per *Reg. Quod semel 21. de reg. jur. in 6.* ergo dicta approbatio facta, ut supponitur, modis debitis, licet sit ad beneplacitum, non potest ab Episcopo revocari absque magna causa, & ad dictum Sacramentum pertinente, ut *Gloss. in dict. Clem. Dudum v. Concesserint*, & Doctores ibi communiter. Et solum id videtur velle illud beneplacitum, quod in similibus sibi reservant aliqui Episcopi &c. Adde quod approbatio Regularium ad Confessiones Sæcularium audiendas, ab Episcopo facienda solum est quantum ad literaturam, ut patet ex Const. 2. Leonis X. §. 6. Unde cum nemo communiter præsumendus sit dediscere, vix poterit dari causa, qua semel approbatus reprobetur. Facit pro hoc puncto *Bart. in l. de pupillo §. Siquis ipsi Pistori num. 13. ff. de Novi oper. nunc.* Facit etiam *cap. Si delegatus de offic. deleg. in 6.* Ex quibus colligitur, quod jurisdictio data ad beneplacitum, censetur perpetua.] Huc usque *Peyr. Pasqualigus dec. 500. qu. 85.* ubi *num. 7.* hæc habet: [Hinc fit, quod approbatio, concessa ad beneplacitum, non possit revocari, aut suspendi, nisi approbatus fiat talis, ut non deberet approbari, si denuo esset approbandus. Unde necesse est, quod in ipso fiat talis mutatio, aut secundum mores, aut secundum doctrinam, ut evadat inhabilis ad audiendas Confessiones. Approbatio enim est per modum sententiæ, quia Episcopus debet ut Judex judicare de habilitate Regularis in ordine ad audiendas Confessiones. Unde licet sit facta ad beneplacitum, non potest retractari, nisi ea succedant, quæ reddunt sententiam injustam; alioquin, manente sententia justa, retractatio esset actus injustitiæ.] Ita *Pasqualigus*, & ita *Thomas Hurtadus tom. 1. tract. 12. §. 2. dub. 3. num. 2146.* ubi explicans mentem Sacræ Congregationis die *19. Martii 1619.* inquit, quod [Quando dixit, quod Ordinarii possunt revocare licentias, Regularibus concessas ad beneplacitum, intelligi debet, quando est rationabilis causa, pertinens ad Confessiones, ut explicat Urbanus VIII; nec non Declarationes Cardinalium suo tempore editæ:] sic *Thomas Hurtadus*.

Dixi [prævio examine:] quia si mero Episcopi judicio, & sine examine su[...] ab Episcopo concessa Regularibus approbatio, sive simpliciter, & illimitate, sive cum limitatione ad beneplacitum, potest iisdem ab eodem suspendi, ac revocari, & nonnisi prævio examine denuo concedi, ut notat *Pignatell. tom. 4. cons. 174. cit. num. 14.* ex declaratione Sacræ Congreg. Concil. in *Vercellensi 31 Julii 1615. apud Novar. in Lucerna regul. v. Confessarius n. 18. & Gavant. in man. Episc. eodem verb. n. 11.* & Doctores passim. 76

Octavo animadvertendum est, non posse Episcopum statuere, ut Regulares Ordinis Clericalis in Confessionibus Sæcularium excipiendis utantur superpelliceo, & stola; ceteri vero Religiosi Ordinis non Clericalis utantur mera stola. Ita *Bordonus resol. 36. num. 83. in fine*, ubi sic habet: [Adde, quod eum non possit Episcopus, compellere Regularem ad utendum Stola cum Superpelliceo in hoc munere obeundo, ut censuit Sacra Congregatio 8 *Novembris*, & refert *Barlola verb. Confessarius pag. 66.*, ita neque propter hanc inobedientiam materialem eum privare facultate Confessarii.] *Csped. de exempt. cap. 6. dub. 147. n. 11.* inquiens: [Collige tertio: nec illud statutum Episcopi obligare Confessores Regulares, quo præcipitur, ut utantur Stola cum Superpelliceo, dum excipiunt Confessiones. Nam, ut refert *Barlola verb. Confessarius pag. 66.*, relatus a *Bordono resol. 36. num. 83. in fine*, adest circa hoc Declaratio Sacræ Congregationis.] *Barbos. de offic. & potest. Parochi p. 2. cap. 19. num. 60.* inquiens: [Dum audit Parochus Confessiones, si Sæcularis sit, Superpelliceum, & Stolam deferre tenetur, ut declaravit Sacra Congregatio Episcop. & Regul. in una *Albinganen. die 8. Novembris 1588.*, nisi fuerit Religiosus Societatis Jesu, qui Superpelliceum deferre non tenetur, ut censuit eadem Sacra Congregatio sub *die 25. Aprilis 1586.*] & alii, quibus subscribit *Tancredus tom. 4. qu. mor. tract. 2. qu. 7.*, ubi ex proposito Quæstionem exagitans, resolutionem negativam inde probat, quia Episcopus circa Re- 78
gulares exemptos nullam potest exercere jurisdictionem, aut dominium, exceptis casibus, quos Jus commune, aut Pontifices concesserunt. Sed præcipere, ut Regulares in Confessionibus audiendis, Stolam adhibeant, est actus jurisdictionis, & dominii in Regulares, non concessus per Canones, & Pontifices: ergo non potest Episcopus id Regularibus præcipere. 77

79 Major patet ex variis Pontificum Bullis, Nicolai præsertim V. pro Minoribus apud *Confectium Collect. lit. Apostol.* ibi: [Licet ipsi Fratres, ipsorumque domus, aut loca per speciale Sedis Apostolicæ Privilegium ab omni jurisdictione, & superioritate quorumcumque Ordinariorum sint exempti pariter, & immunes.] Pauli III. pro nostra Societate, ubi legitur: [Ipsamque Societatem, & universos illius Socios, & personas, illorumque bona quæcumque ab omni superioritate,

ee, jurisdictione, correctione quorumcumque Ordinariorum eeimimus, & liberamus.] Joannis XXII. pro Carmelitis, in qua habetur: [A cujuscumque Diœcesani, & cujuslibet alterius potestate, jurisdictione, & dominio omnino eeimimus:] & eliorum Summorum Pontificum pro aliis Religiosis Ordinibus.

80 Ee quibus inferunt *Mandos. in signat. grat. titul. Resignationes, & exempt. tit. Exemptiones ab Episcopis verbo exemptio. Castr. cons. 432. num. 3. Cokier de jurisdict. Ord. in exempt. lib. 2. qu. 7. col. 3. cap. 34. & alii*, Religiosos esse immediate subjectos Papæ quoad omnia, ipsomque Summom Pontificem esse eorum Episcopom. Et *Ant. de Rosellis tr. de Indulg. num. 323. eum Gonzal. ad reg. Cancell. 96. gloss. 43.* Religiosos exemptos respectu Episcopi instar eetraneorum haberi ex *C. Luminoso 18. Q. 2.* adeoque nee quid parvum, vel magnum posse Episcopos his Religiosis imponere, aut præcipere; cum quia etiam in re minima actus Jurisdictionis, & superioritatis exercetur, *Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. de Hor. Can. c. 13. n. penult.* & alii passim. Tum quis in Pontificum eeimentium Bullis dicitur *omnino* eeimimus, idest absque ulle eeceptione, & remedio, ut eeplicat cum aliis *Tiraquell. L. Si unquam C. de revocat. donat. v. revertatur n. 78.* & in Bulla Pauli III. cit. hsbetur ab *omni jurisdictione*, idest sive in re modica, sive in magna, sive eirca Sacramentorum edministrationem, sive in ritu &c. nsm qui omne dicit, nihil excludit, ex *Barbos.* cum aliis apud ipsum de *Diction. dict. 207. & de princ. & loc. com. utriusque juris lit. O. n. 4.*

81 Minor quo ad primam partem, scilicet, quod præcipere, ut Regulares exempti in Confessionibus audiendis Stolam adhibeant, sit actus jurisdictionis, & dominii in Regulsres, liquet ex terminis: nam actus jurisdictionis, & Legislatoris jus dicentis sunt, prohibere, punire, jubere, &c. ut notant scribentes in *tit. de Just. & Jur.*

82 Quo ad secundam partem, nimirum quod talis actus jurisdictionis nullibi concedatur Episcopis, evincitur: quia nec in Jure Canonico, nec in Concilio Tridentino, neque in aliquo Pontificis Decreto id reperitur: &, si quod privilegium habeant Episcopi, ipsi debent afferre, ut eerti juris est ex *Cap. Cum personæ de Privil. in 6.* ubi *Innoc. Anton. Henricus*, & alii.

83 Nec ee eo, quod Confessarii Regulares indigeant approbatione Episcopi pro Confessionibus eudiendis, possunt Episcopi illis imponere, ut Stolam edhibeant: nam approbatio est quædam juridica sententia, per quam Sacerdos habendus est pro idoneo ad recipiendam jurisdictionem, ut docent *Suar. tom. 4. de Pœnit. disp. 28. sect. 4. n. 2e. Coninch disp. 8. n. 49. dub. 7. de Lugo de Pœnit. disp. 21. sect. 1. n. 25.* Idoneitas autem consistit in sufficienti scientia, & morum bonitate, quæ sit apta ad munus Confessarii, ut tradunt citati Doctores, quibus adhæret *Pasqualig. decis. 499. n. 11.* Immo epprobationem Regularium ad Confessiones tantum esse de idoneitate quo ed literaturam, docet in terminis *Peyr. ad Const. 2. Sixti IV. n. 44.* Posita igitur sufficienti litteretura, & morum bonitate, non debent, nec possunt sine injustitia Episcopi negare approbationem, ut docent *Vasq. de Pœnit. Q. 93. art. 3. dub. 5. de Lugo de Pœnit. disp. 17. Q. 3. n. 49.* & alii.

84 Quod autem habeant Stolam, nec ne, non pertinet nec ad morum bonitatem, cum etiam dyscoli portare possint; nec ad gradum literaturæ; cum etiam nescientes legere, possint illam ferre; ergo posito, quod Regulares sunt sufficientes in ordine ad approbationem, impertinens est videre, num habeant Stolam, nec ne. Et sic Sacra Congregatio *anno 1587. die* e. Julii statuit, Regulares, qui quo ad Confessiones audiendas idonei generaliter ab Ordinariis, eorumvn Examinatoribus reperti, & approbati fuerint, generaliter quoque, & indistincte admittentur: distinguere autem, an habeant Stolam, necne, est contra Decretum Sacræ Congregationis: nam ad Episcopos solum pertinet videre, an sint idonei in doctrina, & moribus, ut dictum est.

Et multo minus possunt Episcopi, post factam approbationem, etiam ad beneplacitum, vel ad eliud, aliquam limitationem addere: quia jam fuit data sententia, cui non potest aliquod addi, vel demi ex Judicis arbitrio, ut tradunt Doctores *tit. de sent. & re judic.* & declaravit Sacra Congregatio apud *Lezanam tom. 5. c. 19. n. 8.* & *Mirandam in Man. tom. 1. Q. 45. art. 10.* Quod autem data sit ad beneplacitum approbatio, non facit, quod possit revocari ad libitum: quia non est licentia, sed juridica sententia, quæ sine mutatione Religiosi revocari non potest ed libitum, & sine causa, ut aliis relatis probant *Filliuc. tr. 7. c. 9. n. 267. Coninch. disp. 8. n. 59. Pasqualig. decis. 499. n. 52.* 85

Neque dicas: eetare Decretum Sacræ Congregationis de mandato Urbani VIII., quo præcipitur, ut Saeerdotes Sæculares ministrent Sacramentum Confessionis in Ecclesia cum Superpelliceo, & Stola: Regulares vero cum Stola: & sic Episcopum vigore hujus decreti id præcipere Regularibus. 86

Respondet enim primo *Tancredus*: hoc Decretum esse tantum pro Romana Urbe, ut notat *Lezana tom. cit. c. 19. n. 12.* & per consequens non extendi ad alias, *ex L. Si vera 64. §. unic. ff. solut. Matr.* 87

Respondet secundo: In hoc Siciliæ Regno non fuisse promulgatum, nec acceptatum, ut patet ex usu in contrarium; & sic non obligare ex *Suar. Salas, Molina, Vasquez*, & aliis apud *Lezanam verb. Leges Regularium n. 4.* 88

Respondet tertio: etiamsi hoc Decretum esset pro hoc Regno; adhuc non posse Episcopum præscribere Regularibus, ne audiant Confessiones sine Stola: quia hoc est exercere actum jurisdictionis, ut supra ostensum est, quem neque jure ordinario, ut vidimus; neque jure delegato a Papa, potest Episcopus in Regulares exemptos exercere; quia Pontifex, ubi voluit, Episcopos procedere contra Regulares, tamquam Apostolicæ Sedis Delegatos, id eepressit, ut fecit Tridentinum *Sess. 22. Sess. 25. & Sess. 26.* & alibi per varios Pontifices factum est: tamen eirca hujus Decreti observationem, nullam dedit Episcopis facultatem, ut ex tenore ipsius Decreti, quod refert *Lezana tom. 5. c. 19. n. 12.* constat. 89

Respondet quarto: Quia dato, quod deberet Episcopus ipse observantiam hujus Decreti procurare; tamen non potest negare Regularibus, nolentibus Stolam ferre, ne audiant Confessiones Sæcularium: quia hoc esset eeercere auctoritatem supra Pontificem, a quo immediate Regulares accipiunt licentiam, & jurisdictionem audiendi Confessiones, & ab Episcopo tantum expectant sententiam approbationis, seo idoneitatis, ut constat ee Bulla Sixti IV. incip. [Sedis Apostolicæ] 4. *Idus Julii* 1477. data Prædicatoribus, Pauli III. concessa Societati Jesu, & aliis. Et hæc pri- 90

vi-

vilegia etiam extare post Concilium Tridentinum, jurisdictionemque Religiosis tribui immediate a Papa docet *Molfes. 2. p. Summ. tr. 7. c. 24. n. 64. Rodriq. tom. 1. Quæst. Regul. Q. 88. art. 1. Gloss. in cap. Si Episcopus Ver. Stem. 3. de pœn. & remiss. Vasquez. tom. 4. in 3. p. Q. 93. art. 3. dub. 3. n. 2. Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 27. Sect. 4. n. 22. Confect. in Summ. Privil. Mendic. tr. 57. c. 5. Boya 4. p. Casuum casu 20. de Lugo de pœnit. disp. 21. Sect. 3. n. 53. Pasqualig. decis. 499. n. 10. & alii.*

91 Non posse autem Episcopum licentiam, seu jurisdictionem audiendi Confessiones, a Papa concessam demere, vel limitare, postquam dedit approbationem, patet ex *Clem. Ne Romani de Elect.*, ubi aperte dicitur, quod privilegium, a Papa concessum, ab ejus inferiore infirmari non potest; & est certum omnino, ut videri potest in *Suario de Legibus lib.* 8. tantum Episcopus habet declarare idoneitatem, & facta ea declaratione non potest amplius se intromittere, nisi Regulares fiant inepti ad Confessionem, puta amentes, ignari, vel improbi, ut supra citati Doctores tradunt. Ex his

92 Concludit breviter laudatus *Tancredus*, non posse Episcopos imponere Regularibus, ut Stolam adhibeant in audiendis Confessionibus: quia hoc est exercere jurisdictionem in exemptos. Nec Regulares teneri ad parendum, sed posse non obstante tali prohibitione valide, & licite audire Confessiones Sæcularium, posito quod fuerint semel approbati: nec poterit approbatio negari ex eo, quod nolint Stolam ferre, nec data adimi. Hactenus *Tancredus*: cujus solida resolutio

Confirmari potest ex declarationibus Sacræ Congregationis apud *Bartolam*, & *Barbosam* supra insinuatis.

93 Nono animadvertendum est, non posse Episcopum suo Edicto præscribere, quemadmodum olim præscriptum reperitur in Conciliis Provincialibus Sancti Caroli Borromæi, ut Regulares exempti in Confessionibus audiendis observent quosdam ritus: nimirum quod Confessiones excipiant in habitu, quo utuntur in choro: Pœnitentes extra Confessionarium, & extra Cratem ligneam non auscultent: Et non nisi apertis Ecclesiæ januis, ac in Confessionariis a Visitatoribus Episcopalibus, intra terminum ab Episcopo præfinitum, approbandis: Neque ad Sæculares infirmos accedant pro Sacramento Pœnitentiæ in propriis eorumdem ædibus ministrando sine licentia Episcopi, vel Curati: Minusque juvenes, aut mulieres ante ortum, & post occasum solis auscultent: Et, si fenestella, vel lastra fuerit devastata, sive ejus foramina dilatata, Confessarii suspensi remaneant: cum impositione pœnæ Suspensionis, & pecuniariæ cuilibet Confessario, si tale Edictum non recipiat, illudque quo ad singula capita non servaverit. Ita *Cesped. de Exempt. c. 6. dub. 147. Pignatell. tom. 10. cons. 71.* & alii.

94 Et rite quidem; tum ob supra dicta adversus statutum Episcopi de Superpelliceo, & Stola, a Regularibus exemptis in exercitio Confessionum adhibenda. Tum ob declarationem Sacræ Congregationis apud *Pignatell. loc. cit.* tenoris sequentis: [Sacra Congregatio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, censuit, præfatum Edictum moderandum, & corrigendum esse, prout præsentis decreti vigore moderatur, ac corrigit, prout infra. Quo ad habitum, quo uti debent Regulares in administratione Sacramenti Pœnitentiæ declaravit, sufficere, si audiant cum habitu eorum ordinario, & stola, juxta Decretum alias emanatum sub die 20 *Junii* 1625. a Sacra Congregatione Visitationis Apostolicæ. Quo ad locum mandavit, auscultari in Ecclesia, & intra Crates, quando tamen necessitas, vel rationabilis causa aliter non suaderet: tunc enim in Sacrario, vel alio decenti loco poterunt audiri: super quo & declaravit, non licere Episcopis, neque per se, neque per suos deputatos, visitare Confessionaria, sive loca Regularium, ubi confessiones audiuntur, nec etiam ad effectum videndi, an sint juxta ipsorum decreta; sed hoc relinquendum est omnino visitationibus suorum Superiorum. Similiter inhærendo aliis Decretis, ab eadem Sacra Congregatione emanatis, & præcipue 23 *Septembris* 1645. noluit, teneri Regulares petere licentiam ab Episcopo, vel Curato, accedendi ad infirmos pro Sacramento Pœnitentiæ administrando; sed sufficere, si postea fidem habitæ Confessionis in domo eorumdem infirmorum relinquant. Insuper mandavit, tolli omnino ab eodem Edicto verba illa, quibus de certo genere personarum fit mentio. Voluit siquidem, ut loquatur absolute, & simpliciter de omnibus, nulla facta speciali mentione, ita scilicet, quod nemini administretur tale Sacramentum ante ortum, nec post occasum Solis; nisi tamen necessitas, vel rationabilis causa aliter suaserit: in quo casu voluit, & licere, & cum omnibus. Ulterius præcepit, pœnas omnes, tam suspensionis, quam pecuniarias ab eodem Edicto tollendas, cassandas, & expungendas esse. Et ita, utraque parte informante, hac die &c.] Hactenus declaratio Sacræ Congregationis: in qua quo ad punctum de Stola recolantur, quæ in præcedenti animadversione dicta sunt.

Allatæ declarationi consonat alia declaratio Sacræ Congregationis, scilicet Concilii super quibusdam dubiis ex Constitutione Gregorii XV., inchoata [Inscrutabili,] de Privilegiis Exemptorum emergentibus apud *Monacellum tom. 1. in Append. ad Formul. pag. mihi* 430. & 431. Posito siquidem primo dubio: [An liceat Episcopis, visitare Altaria Regularium Ecclesiarum, quibus cura animarum personarum secularium non incumbit; aut loca, ubi in iisdem Ecclesiis asservatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel ubi Confessiones audiuntur personarum sæcularium?] Et secundo: [An Episcopi possint Regularibus præscribere, ut certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel alias illorum privilegia restringere, ac moderari in Sacramentis administrandis, &c.] 95

Sacra Congregatio censuit: [Constitutionem Gregorii XV. de Exemptorum Privilegiis nequaquam subjicere Regulares exemptos, quibus cura animarum personarum Sæcularium non incumbit, Episcoporum jurisdictioni in his, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi cum in Sacramentis, personis Sæcularibus administrandis, iidem Regulares delinquant; ac propterea 96

Ad primum dubium Respondit: Episcopis non licere in vim ejusdem Constitutionis visitare Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum Sæcularium; nec loca, ubi in iisdem Ecclesiis asservatur Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum; vel ubi Confessiones personarum Sæcularium audiunt. 97

Ad secundum: Hac in parte Constitutionem nihil novi juris induxisse, nec ullam novam auctoritatem Episcopis in Regulares attribuisse; ideoque in vim ipsius Constitutionis non posse Episco- 98

pos

pos Regularibus præscribere, ut certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel alias illorum privilegia in Sacramentis administrandis restringere, aut moderari. Quod si aliunde Episcopis hujusmodi facultas competat, illam non fuisse ab eadem Constitutione sublatam.] Hactenus Declaratio Sacræ Congregationis Concilii. Cujus ultima verba perpendens *Cesped. c. 6. dub. 116. a. 3.* ait: [Sed talis facultas, non video quomodo Episcopis alio ex capite, vel aliquo jure competat.]

99 Decimo, est animadvertendum, Episcopo non approbante sine justa causa, vel reprobante Regulares idoneos, vel limitate pro libito illos approbante ad Confessiones Sæcularium excipiendas, vel suspendente &c. posse Regulares laudatos ab irrationabili, & injusto Episcopi judicio ad Archiepiscopum, seu Metropolitanum recurrere, qui ipsis ministret justitiæ complementum, docet *Card. de Lugo disp. 21. cit. sect. 3. n. 54.* sic: [Si Episcopus absque causa sufficienti ejusmodi Regulares non approbet, vel nolit ad examen admittere, injusto procedere contra jus, quod prædicti Religiosi habent ad audiendas Confessiones &c. Et potest a posteriori probari: quia non solum Regularis, sed Sæcularis etiam, quem Episcopus sine causa nollet approbare, posset ad Metropolitanum appellare, juxta regulam generalem, quod, negligente Episcopo, jurisdictio devolvitur ad Archiepiscopum, quam cum aliis late probat *Thomas Sanchez lib. 1. de Matrim. disp. 10. a n. 20. & disp. 28. n. 3. & 4.* Quod in Religiosis magis stricte procedit, qui per sua Privilegia sunt quasi Parochi delegati a Summo Pontifice, ad audiendas Confessiones. Quare sicut Parochus electus posset appellare ab Episcopo, nolente eum approbare absque causa sufficienti; sic Religiosi ob eamdem rationem possunt ab Episcopo ad Archiepiscopum appellare.] Hactenus *Card. de Lugo.*

100 Sed, bona pace tanti Doctoris, distinctione utendum censeo: Vel enim injuria, & injustitia Episcopi, nolentis Regulares idoneus approbare, vel reprobantis, aut limitate illos approbantis, vel suspendentis &c. notoria, & manifesta non est, quia notoria, & manifesta non est idoneitas Regularium; & tunc optime procedit Cardinalis doctrina; cum in dubiis, & obscuris Regulares Actores forum Episcopi Rei, adeoque Metropolitani sequi teneantur. Vel notoria, & manifesta est injuria, & injustitia Episcopi; quia notorium, manifestumque est, Regulares ad Confessiones excipiendas idoneos esse, sicque dignos approbatione Episcopi; & in hoc casu, etiam post Constitutionem reformatoriam Gregorii XV. de Conservatoribus, non ad Metropolitanum recurrere debent Regulares Actores, sequendo forum Episcopi Rei; sed, ut fuse probavimus *art. 3. asser. 1. art. 20. asser. item 1. art. 21. asser. 2. resol. 2.* ad suum Conservatorem, cujus est tueri ipsorum jura, & consequenter illud, quod habent ad approbationem, ab Episcopo recipiendam pro Confessionibus Sæcularium excipiendis, una semel, quod idonei sint; & privilegia, inter quæ non infimum locum habet Jurisdictio in foro Sacramentali, a Summis Pontificibus Religiosis viris, si ab Ordinario approbentur, impertita: ac injurias, & injustitias ab iisdem Regularibus propulsandas; qualis citra dubium est non approbatio ad Confessiones Sæcularium excipiendas, vel reprobatio, aut approbatio limitata sine causa sufficiente, & impeditio jurisdictionis exercendæ.

101 Patrocinantur nostræ Opinioni *Pignatellus tom. 10. consult. 95. n. 24.* ubi sic habet: [Sicque in vim Concilii *Tridentini* non possunt Episcopi prohibere sub excommunicationis latæ sententiæ pœna Regularibus, qui non docent, se hujusmodi approbationem, ac licentiam obtinuisse, ut a Confessionibus audiendis, & Prædicatione Verbi Dei abstinerent: & ab hac manifesta injuria, & violentia liceret eis, ad remedium Conservatorum confugere, ut ex *Cap. 1. & fin. de Offic. Deleg. in 6.* Dicuntur enim Conservatores, contra notorias injurias Servatores, ut inquit *Archidiac. in dic. c. 1.*] *Cespedes de Exempt. c. 6. dub. 146. n. 2.* ibi: [Ex hoc ergo sequitur, nec Episcopi edicto, quo obligantur Confessarii, dare schedulas tempore Paschatis pœnitentibus sub pœna suspensionis a Confessionibus audiendis, teneri Regulares: quia esset contra eorum privilegia. Unde tunc possent recurrere ad suos Conservatores, ut ab eis defenderentur: & hoc, etiamsi edictum datum esset cum verbis: *Justis de causis*: quia nec cum causa, nec sine causa potest aliquid Episcopus contra privilegia Regularium.] *Hæc Cespedes.* Et

Lezana tom. 4. consult. 40. de Episcopo suspendente sub Excommunicationis, & Censurarum pœnis omnes Confessarios cujusdam Religionis, etiam a se simpliciter, & absolute approbatos; sicut & Concionatores omnes ejusdem Religionis, etiam pro Ecclesiis sui Ordinis post benedictionem petitam, sine justa causa ad Confessiones ipsas, & Conciones pertinente: ubi *n. 76.* laudat recursum, a dictis Religiosis factum ad suos Conservatores, sic: [Nihilominus cautius, prudentius, & securius, ac observata debita reverentia ipsi Episcopo, præfati Religiosi ad Judices Conservatores pro suis, & Ecclesiarum suarum juribus tuendis recursum habuerunt. Proprium enim munus Conservatorum est, defendere sibi commissos contra injurias, *cap. Statuimus de Offic. Deleg. in 6. &c.* Maxime in manifestis, & notoriis injuriis, & violentiis illatis, vel inferendis iis, pro quibus assumitur, &c. Hanc porro injuriam intervenisse in præsenti, clarum videtur: siquidem plures Communitates Religiosorum contumeliose, & scandalose tractatæ sunt, suspendendo omnes, & singulos Confessarios, & Concionatores earum a munere, quod exercebant; & expoliando eos jure acquisito ex Bullis Pontificiis, Privilegiis, Declarationibus, & Decretis Sacrarum Congregationum, consuetudine, & acceptatione Prælatorum Ecclesiarum illarum partium &c.] 102

Hactenus Sapientissimus *Lezana*: qui *n. 92.* refert Decretum Tribunalis Sanctæ Inquisitionis Mexicanæ *de anno 1647. die 18. Maji*, in quo Domini illi Inquisitores omnino prohibuerunt Scripturas quasdam, seu manuscripta, aut impressa contra præfatos Conservatores; mandaruntque in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, sibi reservatæ, ne quis verba aliqua injuriosa in Cathedra, Pulpito, vel alibi, contra Religionem Prædicatorum, ex qua erant dicti Conservatores, & Religionem, quæ illos elegit, proferre auderet. Ex quibus (concludit *Lezana*) elicitur, hoc Sanctum Tribunal approbasse, & confirmasse dictam electionem; ac præfatos Conservatores habuisse pro legitimis, & non intrusis. 103

Quemadmodum deinde approbavit, & confirmavit eorumdem Conservatorum electionem in genere Congregatio specialiter deputata ab Innocentio X. in *3. sect. 17. Decembris 1652. apud Mendo in Statera Opinionum Benignarum dissert. 13. q. 19.* 104

Undecimo tandem est animadvertendum, quam- 105

vis

vis Regulares exempti subjiciantur Episcopis quo ad Sacramentum Pœnitentiæ Secularibus administrandum, modo tamen ab illis approbationem obtinuerint; non subjici Capitulo Sede vacante, utpote quod licentias excipiendi Confessiones, ab Episcopo præmortuo Regularibus concessas, suspendere, aut revocare non potest, nec illos novo examini subjicere, ut docent *Miranda in Man. Prælat. tom. 1. q. 45. art. 7. ad finem de Bellis alleg. hispano idiomate conscripta p. 1. assumpt. 2. n. 1. & 2. Diana p. 3. tr. 2. resol. 27. n. 3. p. 8. tr. 7. & Misc. resol. 94. & alibi. Pagand z prac. 2. lib. 7. cap. 2. n. 28.* notans *n. 30.* cum *Henriquez lib. 3. de Pœnit. cap. 6. n. 6.* quod si novus Episcopus suspendat suo edicto, aut revocet omnes licentias, & approbationes audiendi Confessiones; non comprehendantur Regulares, quando de illis specialiter edictum non loquatur; cum in odiosis, etsi explicentur, non comprehendantur Regulares; & tandem cum aliis *Bordonus in Consil. Regul. resol. 36. q. 4. n. 24.* motus tum ex eo quia suspendere, vel revo-
106 care præfatas licentias, conceditur pro tranquillitate, & quiete conscientiæ Episcopi futuri: quod signum est, hanc concessionem iterum examinandi Confessarios Regulares, non respicere Sedem, ut sic, sed Personam de facto sedentem: in Sede autem Episcopali sedere non potest Capitulum; cum non habeat dignitatem Episcopalem: præter quam, quod non esset Capitulum Sedis vacantis.
107 Tum ex eo, quia iterum examinare, est quid odiosum, & pertinens ad potestatem, delegatam a Sede Apostolica respectu Regularium, ut omnibus notum est; cum Regulares sint exempti ab Episcopo, & multo magis a Capitulo. Sed Capitulum non succedit Episcopo in iis, quæ competunt illi jure delegato, ut ex *Abb. in cap. Cum olim de Major. & Feder. de Senis conf. 30.* docent passim Doctores: quia secus non ageret vices Episcopi mortui, sed Papæ delegantis, ut dixit *Gemin. in cap. nalt. de Major. in 6.* Ergo non po-
108 test, Regulares iterum examinare. Quod magis perspicuum redditur ex *Compend. nostror. Privil. v. Sede vacante*, ubi legitur: [Licentia, nobis concessa a Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, audiendi Confessiones subditorum suorum, prædicandi, & aliqua vota in alia pietatis opera commutandi in suis Civitatibus, & Diœcesibus, ipsis mortuis, uti possimus, donec viduatis Ecclesiis provisum fuerit de Pastore. Concessum est Dominicanis, ut in eorum *Privilegiis fol. 55. pag. 2.* & Franciscanis, ut in *Minum. fol. 113. concess. 244.*] Ita *Compend. nostror. Privil. v. Sede vacante*, ubi additur: [Advertatur, quod etsi in hac gratia aliud videatur innui, tamen dicta facultas non expirat etiam donec per Successorem revocetur.]
109 Quamobrem, ut exemplificat laudatus *Bordon. ibid.* Capitulum Sede vacante nequit licentias audiendi Confessiones, ab Episcopo præmortuo Regularibus semel concessas suspendere, aut revocare, illosque novo examini subjicere, & quidem nedum cum illæ licentiæ fuerunt generaliter usquequaque, & undequaque, atque simpliciter, ac sine ulla limitatione datæ, ut ab omnibus passim admittitur, & ipse docet *n. 39*; verum etiam quando ad nostrum beneplacitum concessæ fuerunt; quia, ut ipse probat *n. 38.* ex *Extravag. comm. inter cunctas de privil.*, & confirmat ex laudato privilegio, beneplacitum respectu Regularium, etiam post Episcopi mortem, perseverat: licet respectu Secularium una cum Episcopi morte moriatur ex *c. Si gratiose 5. de rescript. in 6.* & Doctoribus communiter. Sicut & quando illæ 110 licentiæ fuerunt quidem cum limitatione ad tempus concessæ, E. G. ad annum, infra quem moriatur Episcopus, sed nondum annus elapsus est, ut etiam cum Doctoribus frequentissime tradit *cit. n. 39.* ex eo, quia licentia, ita concessa, & gratia facta quæ morte concedentis, etiam re integra, non expirat. Aut cum jam annus licentiæ elapsus 111 est, ut habet n. 24. Cum id etiam importent verba illa privilegii laudati, quod nimirum tamdiu Regulares munus audiendi Confessiones, prosequi valeant post mortem Episcopi, donec viduatis Ecclesiis provisum fuerit de Pastore. Et sane cum aliunde habeant Confessarii Regulares, simpliciter approbati; vel ad nostrum beneplacitum; vel ad annum, quod post mortem Episcopi approbantis valeant adhuc Confessiones excipere; nihil iisdem concederet adductum Privilegium, si non concederet, quod etiam post annum expletum possent tamdiu Confessiones audire, donec viduatis Ecclesiis provisum fuerit de Pastore.

CASUS VI.

Quo ad Missæ celebrationem.

Regulares exempti, de quibus supra, subjiciuntur Episcopo quo ad Missæ celebrationem in 112 domibus privatis, atque omnino extra Ecclesiam, & ad divinum tantum cultum dedicata Oratoria; quam sane prohibere debent Episcopi, etiam ut Apostolicæ Sedis delegati, *Trid. sess. 22.* in Decreto *de observandis, & evitandis in celebratione Missæ.*

Quamvis ex justa causa possint facultatem con- 113 cedere, celebrandi extra Ecclesiam, vel alium locum Sacrum, non obstante tali Decreto; utpote quod solum vetat præfatam celebrationem pro libito, & sine justa causa factam, ut contendunt *Navarr. cons. 5. n. 2. de privil. Barbos. de Offic. & pot. Episc. p. 2. alleg. 32. n. 8. & 9.* & cum aliis *Passerin. de Pollut. Eccles. disp. 2. c. 9. n. 3. & 5.* quos citat, & sequitur *Reiffenstuel lib. 2. decretal. tit. 30. de Offic. Judic. Ordin. §. 3. n. 335.* nec tollit Episcopis potestatem rationabiliter dispensandi, quæ Jure communi ipsis competebat, concedendi nimirum in casu necessitatis, ut super Altare portatili, ac sub dio, vel in tentoriis celebretur, *Can. Concedimus de Consecr. dist. 1.*

Immo tacentibus, & non contradicentibus Epi- 114 scopis, possunt hodie Regulares uti Privilegio, Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus olim concesso, celebrandi ubique cum Altari portatili, sine Parochialis tamen Juris præjudicio, *c. in his 30. de privil.*, addit *Reiff. n. 137.* ex *Rodriq. tom. 1. Quæst. Regul. q. 43. art. 5. Portel in dub. Regul. v. Altare n. 1. Jo. de Lano tract. de Eucharist. disp. 20. sect. 2. n. 15. & Sannig in Schola Theolog. tom. 3. tr. de Sacram. dist. 5. q. 55.*

CASUS VII.

Quo ad publicam Sanctissimæ Eucharistiæ expositionem.

Regulares exempti subjiciuntur Episcopo quo 115 ad publicam, etiam in propriis Ecclesiis, Sanctissimæ Eucharistiæ expositionem, cum solemnitate videlicet, seu in Monstrantia, ut Sacra Hostia videri possit; cum ea interdicatur Regularibus sine causa publica, & ab Ordinario approbata, per Sacram Rituum Congregationem die 26.

Febr. 1625. apud *Lantuscam in Theotro Regul. v. Eucharistia n. 1.* & *Fagnanum dic. c. Grave n. 77. de Offic. Ordin.* Secus tamen quo ad expositionem privatam, in ostiolo nimirum Tabernaculi, aut in Pixide velata cum luminibus, ita ut ipsa Sacra Hostia videri non possit, Hanc enim Regulares, etiam ex causa privata, & absque alia Episcopi facultate, facere possunt, ut pluries decidit Sacra Congregatio Episc. & Regul. præsertim in *Tertonen.* 27. *Maji* 1603. & 14. *Aprilis* 1615. ac in *Neapolit.* 27. *Augusti* 1630. apud *Aldan. in Compend. Canon. resol. lib. 1. tit. 26. n. 3.* & docent *Aldanus* ipse, *Fagnan. ubi supra*, *Lantusca loc. cit. n. 2.* & alii.

C A S U S VIII.

Quo ad Sacramentorum Administrationem.

116 Regulares Exempti, etiam intra clsustra commorantes, subjiciuntur Episcopo qun ad rectam Sacramentorum administratinnem. Regulares siquidem, etiam non Curati, si in Sscramentis ministrandis delinqusnt, subsunt jurisdictioni, & punitioni Episcopi, tamquam Apostolicæ Sedis delegati, ut plutibus firmat *Rota in una Firmana Jurisdictionis* 10. *Maji* 1700. §. *Tum etiam quia, coram Molines.* Non tamen extra delictum, ut notat *Cesped. c. 6. dub. 138, n. 3.* Et declaravit Sacra Congregatio Concilii apud *Monacell. tom. 1, in Append. pag.* 431.

117 Atque hic advertendum, quamvis Regulares subjiciantur Episcopo quo ad rectam Sacramentorum administrationem; non tamen quo ad exercendum Exorcistatus Ordinem. Quamobrem nequit Episcopus Regularibus præscribere, ne absqun sui licentia exorcizent. Cum ex una parte id facere queant ex vi Juris communis, si Sacerdotes sint, aut saltem Exorcistæ: & ex altera ab Episcopi jurisdictione sint exempti. Unda nullo pacto incidunt Regulares in pœnas, ab Episcopis latas adversus Exorcizantes sine illorum licentia; vel non servatis iis, quæ ab Exorcistis servanda per Episcopos præscribuntur, ut recte docent *Diana p. 3. tr. 2. res. 36. Portel. in dub. Regul. v. Exorcismus. Lezan. tom. 1. c. 7. n. 21. Peyr. in Formul. lit. E. c. 36. n. 5. Bordon. res. 7. n. 144. Cesped. dub. 135. Pelliz. tr. 8. c. 6. sect. 1. q. 28. n. 54. & alii.*

118

C A S U S IX.

Quo ad sollicitationem in Confessione.

Regulares præfati Episcopo subduntur quo ad sollicitationem in Confessione. Omnes siquidem hæreticæ pravitatis Inquisitores, & locorum Ordinarii, in suis quisque Diœcesibus, & Territoriis, etiam privative quo ad omnes alios, possunt inquirere, & procedere contra quoscumque, etiam qunmodolibet exemptos, quorumcumque Ordinum Confessarios, qui personas quascumque in actu Sacramentalis Confessionis, sive ante, vel post immediata, sive occasione, vel prætextu Confessionis, ipsa Confessione non sequuta, vel extra occasinnem Confessionis in Confessionali, ad illicita solicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermnnes, seu tractatus habuerint, ut post Pium V. & Paulum V. decrevit Gregorius XV. in sua Constit. 34. *Incip.* [Universi] *anno* 1622.

119 Ubi notandum, quod licet ante præfatam Constitutionem Gregorii XV. non potuerint Ordinarii cognoscere de crimine Confessariorum, sollicitantium in Confessione, eo quia talis cognitio tunc ad Dominos Inquisitores pertinebat; hodie tamen post dictam Bullam, possunt etiam Episcopi de tali crimine cognoscere; ut manifeste liquet ex ipsius verbis; & sustinent expresse *Sanctarell. in Tract. de Hæresi c. 44. n. 11. Bonac. var. tract. disp. 6. pun. 3. n. 23. Petr. privil. Minim. tom. 2. Constit. 4. Gregorii XV. §. 6. n. 20.* quos citat, & sequitur *Barbos. dic. Alleg. 105. n. 60. in fine.*

C A S U S X.

Quo ad fractionem Sigilli Sacramentalis.

Regulares Exempti, etiam intra claustra commorantes, subjiciuntur Episcopo quo ad fra- 120
ctionem sigilli Confessionis Sacramentalis: cum ejus cognitio ad Episcopum privative spectet, & ita, ut in ea neque Sanctæ Inquisitionis Tribunal sese ingerat, nisi casu, quo Confessarius licitam esse, crederet, revelationem Secreti Sacramentalis; vel aliunde foret de hæresi suspectus, ut de praxi testatur *Caren. de Sancto Officio p. 2. tit. 17. §. 23. a num. 91.* Jam in hoc crimine nedum Confessarii Sæculares, sed etiam Regulares subjiciuntur Episcopo, tamquam Apostolicæ Sedis delegato, vigore Constitutionis Gregorii XV. *incip.*
[Inscrutabili.] Quia violantes sigillum Confes- 121
sionis, peccant non solum contra Justitiam, sed etiam contra Religionem peccatu Sacrilegii; & injuriam faciunt Sacramento, quod cum obligatione Secreti a Christo Domino fuit institutum. Quamobrem cum de necessitate sit, quod Confessionem celent, ut ait *Divus Tho. in Summ. Supplem. p. 3. q. 51. art. 1.* illam revelando, dicuntur, in administratione Sacramenti delinquere; & sic Ordinario subjiciuntur, ut docent *Fagnan. in Cap. Quanto n. 37. de Offic. Ordin. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 24. a n. 59. Pignatell. tom. 7. Consul. 54. n. 77. & alii.*

C A S U S XI.

Quo ad Sæcularium Confessiones excipiendas sine Approbatione Episcopi.

Regulares laudati subjiciuntur Episcopo quo 122
ad excipiendas Sæcularium Confessiones absque prævia Approbatione Episcopali, Regulares siquidem, qui sine prævia Ordinarii Approbatione Confessiones audiunt personarum Sæcularium, posse ab Episcopo puniri, etiam censuris, contendit *Pignatell. tom. 1. cons. 278.* afferens pro se Declarationem Sacræ Congregationis Concilii *in una Neapolitana die 14. Aprilis 1646. ad cap. 15. sess. 23. de refor. & tom. 10. cons. 95. a n. 25.* ex Constit. Gregorii XV. *incip.* [Inscrutabili:] ac Declaratione Congregationis in *causa Angelopolitana ad quartum dubium pro parte Religiosorum.*

C A S U S XII.

Quo ad Confessiones Monialium audiendas. 123

Regulares prædicti Episcopo subduntur quo ad Confessiones audiendas Monialium, etiam Regularibus ipsis subjectarum: cum sine approbatione Ordinarii loci ad illas deputari non valeant, ex Constit. Greg. XV. *de privil. Exempt. §. Confessores vero.*

C A-

C A S U S XIII.

Quoad administrationem Eucharistiæ in die Paschatis.

124 REgulares Exempti subjiciuntur Episcopo quo ad administrationem Sanctissimæ Eucharistiæ personis Sæcularibus in die Paschatis, quamtumvis ob devotionem, & alia die præcepto satisfecerint, aut satisfacient dictæ personæ. Cum talis administratio prohibeatur Regularibus a Sacra Congregatione Concilii *in Burdegal.* 9. *Jun.* 1544. & *in Senonen.* 11. *Junii* 1650. ita nimirum, ut, si Regulares Eucharistiam tali die administrent sine licentia Episcopi, valeant ab eodem puniri, non secus, ac ipsæmet
125 personæ Sæculares. Excipiuntur tamen ii, qui ad id privilegium habent a Sede Apostolica, quos refert *Casarub. in Compend. Verb. Communicare*; quique cum iisdem Communicationem habent privilegiorum.

C A S U S XIV.

Quoad celebrandum in Ecclesiis Monialium.

126 REgulares prædicti subjiciuntur Episcopo quoad celebrandum in Ecclesiis Monialium. Potest siquidem Episcopus prohibere, ne in Ecclesiis Monialium celebrentur Missæ, nedum a Sæcularibus, sed etiam a Regularibus Sacerdoti-
127 bus, *Nicol. in Flosc. v. Missa n.*25. Quod procedit, etiamsi illis ex præscripto Testatoris, ut Missæ in dictis Ecclesiis celebrarent, reperiretur injunctum. Et tunc onus ad Ecclesiam Regularium, vel alio transferendum esset; ut rescripsit, prohibitionem confirmando, Sacra Congregatio Episc. *Venetiarum Patriarchæ* 15. *Junii* 1592, teste *Monacello p.* 1. *Fomul. tit.* 2. *n.* 6. *pag.* 18.

C A S U S XV.

Quoad celebrandum in privatis Nobilium Oratoriis.

128 REgulares Exempti Episcopo subduntur quoad celebrationem Missæ in Oratoriis privatis Nobilium diebus exceptis: vel postquam eadem die fuerit ibidem jam celebrata unica Missa, in Apostolico indulto concessa: cum possit in hoc casu Episcopus, in Regulares celebrantes animadvertere, servata forma Concilii, ut censuit ejusdem Sacra Congregatio *in Neapolitana* 30. *Maji* 1699.

C A S U S XVI.

Quoad celebrandum tempore debito.

129 REgulares Exempti subjiciuntur Episcopo quoad celebrationem Missæ tempora debito: si enim secus fieret celebratio Missæ, possent Regulares ab Episcopo coerceri, & puniri; ut ex *Frasso*, & aliis allegatis docet *Raynald. Observ.crim.*
130 *supplem. ad cap.* 32. *supplem.* 4. *n.* 30. *ad* 30. Nisi tamen Regulares privilegium habeant, celebrandi tempore indebito; ut habet nostra Societas a Greg. XIII. privilegium celebrandi una hora ante auroram, & altera post meridiem, itineris, vel alterius legitimi impedimenti causa, ex licentia Præpositi Generalis, vel cujusvis alterius, ad id a Generali Præposito deputati. Et sane cum attento Jure communi omnibus celebrare liceat tempore Auroræ usque ad meridiem, sive duabus horis plus, minusve ante ortum Solis, seu antequam corpus Solare nostris oculis appareat: & infra horam post meridiem; cum privilegium debeat aliquid operari præter Jus commune; poterunt nostri Sacerdotes, aliique nobiscum communicantes, vel simile privilegium habentes, Missam celebrare tribus plus, minusve horis ante Ortum Solis, & infra duas post meridiem. Atque ita *Tambur. de Sacr. Miss. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 5. & *de Bulla Cruc. c.* 6. §. 6. *n.* 3. *Trullench. de Bulla item Cruc. lib.* 2. §. 2. *dub.* 3. *n n.* 3. *Pelliz. in Man. Regul. tom.* 2. *tr.* 8. *c.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 1. *q.* 9. *n.* 97. & alii passim, quibus patrocinatur *Diana p.* 10. *tr.* 12. & *Miss.* 2. *resol.* 26. addens *p.* 2. *tr.* 1. *resol.* 34. *cum Joan. de la Cruz in direct. Consc. p.* 2. *de Sacrific. Miss. q.* 2. *dub.* 1. *Concl.* 4. Regulares, privilegium dictum habentes, posse usque ad Nonam inclusive, id est usque ad tres horas post meridiem celebrare.

Atque hic animadvertendum ex *Pignatello tom.* 131
2. *cons.* 265. posse Episcopum punire Regulares, etiam pœnis Censurarum, prohibita, vel indecentia in Ecclesiis suorum Ordinum committentes circa Missæ Sacrificium, & declaravit Sacra Congregatio Concilii *in una Vercellen. die* 21. *Martii* 1643. *ex cap. unic. sess.* 22. *de Observ. & evit. juncto c.* 14. *sess.* 25. *de Regul.* Nam in dicto Concilii loco constituuntur Episcopi quo ad exemptos delegati Sedis Apostolicæ in ordine ad executionem illius Decreti; ac proinde poterunt auctoritate Apostolica punire Regulares, committentes abusus, & quæ dedecent celebrationem Missarum; cum ibi eis facultas data sit, ut statuant, compellant, censuris puniantque.

C A S U S XVII.

Quoad Osculum Patenæ post Missam.

REgulares Exempti Episcopo subjiciuntur quo- 132
ad Patenæ osculum, peracto Sacrificio Missæ, astantibus oblatum. Regulares siquidem præfati, qui peracto Sacrificio Missæ, per Ecclesiam circumeunt, offerentes astantibus osculum patenæ, possunt ad Episcopo coerceri, vigore Decreti *Tridentini de Evit. in Celebr. Miss.* cum Patena numquam dari debeat populo osculanda, ut pluries declaravit, & prohibuit Sacra Rit. Congregatio apud *Biss. Hierurg. tom.* 2. *lit. O. Verb. Oblatio n.* 4. & *lit. P. V. Pax n.* 91. §. 4. & *lit. S. V. Subdiaconus* §. 27.

C A S U S XVIII.

Quoad Lampadem ante Altare Sacramenti.

REgulares Exempti, intra Claustra degentes, 133
subjiciuntur Episcopo quoad Lampadem, ante Altare Sanctissimi Sacramenti collucentem. Potest siquidem Episcopus contra Regulares exemptos procedere, si non retineant Lampadem, ante Altare Venerabilis Eucharistiæ collucentem: cum enim sit delictum magnæ irreverentiæ, onus incumbit illi, auctoritate eidem delegata a *Trident.* in *cit. Decreto de evitand. in Celebr. Miss. sess.* 22.
ut a Regularibus omnino retineatur. Neque talis 134
defectus suppleretur, si forte Lampas ardens diu, notuque existeret in choro e conspectu Altaris Majoris; quia retinenda est prope, & ante Altare Tabernaculi, in quo servatur Eucharistia, ut respondit Sacr. Rit. Cong. Generali Capuccinorum, de hoc sciscitanti 22. *August.* 1699.

C A S U S XIX.

Quoad visitationem Reliquiarum, quarum claves servantur penes Laicos.

135 Regulares Exempti, intra claustra commorantes, subjiciuntur Episcopo quoad visitationem Reliquiarum, Ecclesiis Regularium a Laicis donatarum, quarum claves, vel unam ipsimet Laici retinent, expensasque pro ornatu subministrant. Illas siquidem Episcopum posse visitare, declaravit Sacr. Congregat. Concil. in *Firmana* 5. *Junii* 1700. *apud Monacell. tom.* 1. *tit.* 5. *form.* 2. *num.* 49. *pag.* 136.

C A S U S XX.

Quoad numerum Campanarum.

136 Regulares Exempti, degentes intra claustra, subjiciuntur Episcopo quoad numerum Campanarum: punit enim Episcopus Regulares Mendicantes, Prædicatoribus exceptis, & quotquot cum iis communicant in privilegiis, qui cum debeant esse contenti unica Campana, plures habent, *Extravag. Quo cunctos de Offic. Custodis*, *Abb. in cap. Patentibus super Gloss.* 2. *de privil. Alber. in Diction. verb. Campana. Cochier de Jurisdict. Ordin. in Exempt. part.* 2. *quæst.* 45. *num.* 86. Et quamvis præfati Regulares per numerum Campanarum delinquere incipiant in loco exempto; effectus tamen, & complementum porrigitur extra locum exemptum, quia nimirum sonus Campanarum indebitus lædit, & turbat audientes extra dictum locum exemptum.

C A S U S XXI.

Quoad benedictionem Campanarum.

137 Regulares Exempti, intra claustra degentes, subjiciuntur Episcopo quoad benedictionem
Campanarum, antequam in Campanili collocentur: nisi enim ab Episcopo, aliove potestatem habente, benedicendi Campanas, illæ fuerint benedictæ, collocari non possunt in Campanili: & si collocentur, possunt Regulares ab Episcopo cogi ad illas deponendas, ut a Sac. Congr. decisum referunt *Nicol. in Flosc. v. Campana num.* 5. *ac Ga-*
138 *vant. in man. eod. verb. num.* 1. Et recte quidem;
cum benedictio Campanarum, antequam in Campanili ponantur, videatur esse de præcepto in Pontificali *tit. de benedict. Campan.* nam verbum illud, *debet*, quo utitur Pontificale, necessitatem importat, teste *Gloss. in Clem. Attendentes v. debeant de stat. Monach.* Addit *Gavant. loc. cit.* ex decreto Sacræ Congregationis Rit., quod Episcopus
139 prohibere possit, ne Campanæ Ecclesiæ nondum
benedictæ pulsentur: & quod benedictæ non pulsentur pro re profana, neque ad convocandum populum ad arma &c. Quod idem notat *Crispin. de Visit. Pastor. p.* 2. §. 9. *n.* 9. ubi aliud decretum allegat Sac. Cong. Episc. & Regul.

C A S U S XXII.

Quoad Musicam in Ecclesia adhibendam.

140 Regulares, de quibus loquimur, Episcopis subduntur quoad Musicam in Ecclesia adhibendam: Licet enim, ut honorificetur Deus in Sanctis suis, Musica sit de Jure permissa, ut est textus expressus in *Extravag. docta de vit. & honest. Cleric.* & tradunt communiter Doctores cum *Ventrigl. prax. p.* 1. *adnot.* 22. §. *unic. num.* 26. & 27. *Capon. discept.* 212. *num.* 27. & 28. ubi ait: quod Musica pertineat ad bonum commune, *Romaguer. ad Syn. Gerund. lib.* 3. *titul.* 14. *cap.* 3. *num.* 1. & 2.
cum aliis, quos refert, & sequitur *Pignatell. tom.*
3. *cons.* 41. etiam in antiqua lege, ut liquet ex 141
cap. 47. *Ecclesiast.* ibi: [Stare fecit Cantores contra Altare, & in sonu eorum dulces fecit mo-
dos:] & alibi: ideoque Episcopus (Monialibus 142
exceptis) prohibere non potest, quominus in Ecclesiis Musica habeatur: neque Musicis, quod non canant; aut Officialibus Ecclesiarum, quod Musicos non adhibeant, nisi vocato Magistro Capellæ Cathedralis, aut alterius Ecclesiæ; vel quod Musici non accedant ad canendum sine sua licentia, ut, præter Decretum, quod refert *Nicol. in Flosc. verb. Musica*, contra Edictum Episcopi Aquilani, talia prohibentem, rescripsit Sac. Congr. Episc. &
Reg. 2. *Decembris* 1695., potest nihilominus præ- 143
cipere, quod Musica nihil immodestum, aut turpe sapiat, & tota sit devota, & Ecclesiastica, prout jussit Alex. VII., tamquam Episcopus Romanus, in sua Bulla 23. *Aprilis* 1657. & innovavit Innoc. XII. 20. *Aug.* 1692. nec lingua Italica, aliaque vernacola concepta, quacumque in oppositum consuetudine non obstante, ut censuit Sac. Rit. Congr. in *Hispal.* 3. *Septembris* 1695. & 24. *Novembris* 1696. cum hujusmodi cantus sit contra Ritum Ecclesiæ, *Monacell. tom.* 1. *Formul. titul.* 5. *form.* 8. *a num.* 17. *pag.* 162. idque nedum in Ecclesiis Sæcularium, sed Regularium quoque, auctoritate tributa a *Trid.* in Decret. *de Observ. & evit. in celebr. Miss.*, ut declaravit Sac. Rit. Congreg. in *Novarien.* 7. *Aug.* 1628. apud laudatum *Monacell. in supplem. ad tom.* 1. *tit.* 5. *form.* 8. *num.* 89. *pag. mihi* 10.

C A S U S XXIII.

Quoad recusatam celebrationem Missarum.

Regulares Exempti subjiciuntur Episcopis quo 144
ad recusatam celebrationem Missarum illorum Patronorum, qui habent Capellas in Ecclesiis Regularium: in hoc etenim casu potest Episcopus, uti Apostolicæ Sedis Delegatus, vigore Decreti Conc. Trid. *de Observand. & Evitand. in celebrat. Missæ*, Regulares recusantes, etiam Juris remediis cogere ad præfatam celebrationem acceptandam, ut optime docet *Card. de Luca de jurepatr. disc.* 12. *num.* 6. Et sane cum Patronus jus habeat in Capella, seu Altari Ecclesiæ Regularis, vel titulo fundationis, vel alio quovis legitimo acquisitum; Jus habet ad celebrationem Missarum in illa, absque eo, quod valeat a Regularibus impediri: cum ad hunc merum, præcisum, & unicum finem, offerendi nimirum Deo Sacrificia incruenta, erigantur a Fidelibus in Ecclesiis Capellæ, & Altaria, *Can. Sicut*, *Can. Missarum*, *Can. Ecclesias*, *Can. Hic Ergo*, *Can. Nullus de Consecr. dist.* 1.

C A S U S XXIV.

Quoad concionandum.

Regulares Exempti subjiciuntur Episcopo quo 145
ad Prædicationis munus exercendum. Sic enim habet Conc. Trid. *sess.* 5. *cap.* 2. §. *Regulares*

vero

vero de reform. [Regulares vero cujuscumque Ordinis, nisi a suis Superinribus de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare oon possint: cum qua licentia personaliter se coram Episcopo præsentare, & ab eo benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant. Io Ecclesiis vero, quæ suorum Ordinum non sunt, ultra licentiam suorum Superiorum, etism Episcopi licentiam habere teneaotur; sine qua in ipsis Ecclesiis non suorum Ordinum, nullo modo prædicate possint. Ipsam autem
546 licentiam gratis Episcopi concedant.] Gregorius XV. in Const. 18. *incip.* [Inscrutabili] *9. Februarii* 1622. §. 6. addit: [Ac demum habeat Episcopus, tamquam dictæ Sedis delegatus, auctoritatem coercendi, ac puniendi qoosçumque Exemptos, tam Sæculares, qnam Regulares, qui in alienis Ecclesiis, aut quæ suorum Ordinum non sunt absque Episcopi licentia; & in Ecclesiis suis, ant suorum Ordinum noa petita illius benedictione, aut ipso contradicente prædicare præsumpserint; Ita ut Episcopi in suprascripcis casibus in prænominatas personas, in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquo modo delinquentes quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, per ceosuras Ecclesiasticas, aliasqne pœnas, uti ejusdem Sedis delegati procedere, omnemque jurisdictionem exercere libere, & licite valeant:] & §. 7. sequitur Clausula præservativa, cum aliis de-
547 rogatoriis. Tandem Clemens X. in Bulla, quæ *incipit* [Superna] *anno* 1670. 51. *Kal. Julii* statuit: [Regulares, qui in Ecclesiis sui Ordiois prædicare voluerint, teneri ab Episcopo Diœcesano benedictionem petere; prædicare tamen posse, quamvis illam non obtinuerint. Quod si Episcopus beoedictionem, nedum non concesserit, sed etiam contradixerit, nec iu prædictis quidem Ecclesiis licere Regularibus prædicare; eosque contravenientes, ab illo tamquam Sedis Apostolicæ delegato, Censuris, aliisqne pœnis Ecclesiasticis in vim Constitutionis *Felic. record.* Greg. XV. Prædecessoris oostri, *incipientis: Inscrutabili Dei Providentia* coerceri, & puniri posse: Episcopum tamen absque justa, & rationabili causa contradicere oon debere. Et hujusmodi benedictionem teneri etiam Regulares petere, si in quibuscumque Oratoriis sui Ordinis Sermonem coram populo, vel in Ecclesiis, aut ad Crates Monasteriorum Sanctimonialium, eorum jurisdictioni subjectarnm, licet clausis, & nullus sæcularis ibi intersit, habere voluerint. Et licentiam prædicandi semel iisdem concessam, ob rationabiles causas, licet occultas prædicationem tamen cooeernentes, suspendere. Noo posse tamen Episcopum generatim prohibere Regularibus, quio In Ecclesiis suorum Ordinum prædicent.] Hactenus constirutio Clementis X.

548 Ubi notar *Reiffenst. lib. 5. Decret. titul.* 30. *§.* 6. *num.* 547. quod Regulares prædicare non possint in Ecclesiis sui Ordinis contradicente Episcopo, non opponitur huic, quod nimirum valeant prædicare in dictis Ecclesiis, petita, & non obtenta benedictione Episcopi: in hoc enim se habet Episcopus mere negative, benedictionem non concedendo: in illo autem positive, per actum videlicet positivnm, interdicendo prædicationem. Videatur *Fagnan. in cap. Grave num.* 42. *de Offic. jud. Ordin.* prædicta amplius declarans, adducto Decreto Urbani VIII. sub *die* 30. *Jan.* 1629.

549 Notant etiam *Cesped. de Exempt. c.* 10. *dub.* 206. *Pellizz. in man. tr.* 8. *cap.* 4. *sect.* 1. *qu.* 57. *num.* 26. & alii, non posse Episcopum Regulares astringere ad coocionandum cum certo habitu: cum id supponat in Episcopis jurisdictionem quoad hoc adversus Regulares, quæ tamen nullo jure competit illis.

Notat tandem laudatus *Cespedes c.* 10. *dub.* 205., 550
Regulares concionatnros in Ecclesiis aliarum Religionum, quemadmodum in Ecclesiis sæcularibus exemptis, ubi Superior non habet jurisdictionem quasi Episcopalem, non indigere licentia, sed dumtaxar beoedictione Episcopi, ut concionaturi in Ecclesiis propriæ Religionis. Quod certissimnm putat, & in praxi vidit practicari: citatque pro eo *Angelum in Summ. verb. Prædicare*, & *Tambur. de Jure Abbat. tom.* 2. *disp.* 11. *qu.* 2. *num.* 3. Movetur tum ex ratiooe exemptionis Ecclesiarum, ob quam tantum indigent sola benedictione, dum prædicaot in Ecclesiis propriæ Religionis; quæ saoe ratio militat pro Ecclesiis exemptis aliarum Religionum, &c. Tum ex *Tridentino sess.* 5. *cap.* 2., ubi quoad prohibitionem prædicationis, ab Episcopo faciendam Concionatori, propter errores, aot scandala in populum disseminata, in Ecclesia proprii, vel alterius Ordinis, discrimen inter propriam, & alienam regularem Ecclesiam non facit. Tum demum ex eo, quia cum simus in odiosis, cujusmodi est, subdere Regulares Episcopis, salvare debemns Regularium exemptionem eo majori modo, quo possumus: cum ergo possimus salvare verba Concilii *Tridentini dec. sess.* 5. *cap.* 2. ibi: [Regulares vero cujuscumque Ordinis &c. etiam in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare &c. ab Episcopis beoedictionem petere teoeantur. In Ecclesiis vero, quæ suorum Ordinum non suot, etiam Episcopi licentiam habere teneantur:] dicendo, quod per ly *in Ecclesiis suorum Ordinum* omnes Ecclesiæ Regularium iotelligantur, & non solum illæ, quæ sunt illius Ordinis, ex quo est Prædicator: & una simul majorem Regularium exemptiooem; modo prædicto *Tridentinum* interpretando, salvare debemus, & dicere, Regulares, in Ecclesiis aliarum Religionum Concionaturos, non iadigere, nisi sola benedictione Episcopi. Quod confirmari potest ex Constit. Gregorii XV. incip. [Inscrutabili] ubi sic: [Habeat Episcopus, tamquam Apostolicæ Sedis Delegatus, auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscumque exemptos, tam sæculares, quam Regulares, qui in alienis Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt absque Episcopi licentia; & in Ecclesiis suis, aut suorum Ordinum, non petita illius benedictione, præsumpserint prædicare.] Ubi per ly *in Ecclesiis suis* iotelliguntur Ecclesiæ illius Ordinis, ex quo est Prædicator: per ly *aut suorum Ordinum* Ecclesiæ ceterarum Religionum: & per ly *in alienis Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, Ecclesiæ sæculares non exemptæ.*

CASUS XXV.

Quoad Examen pro licentia Concionandi.

Regulares Exempti Episcopo subduntur pro 551
approbatione, & licentia concionandi in Ecclesiis, quæ sui Ordinis oon sunt: cum sit in arbitrio Episcopi, de idoneitate Concionatoris, præsentati pro Ecclesiis non suis, experimentum facere per examen, priusquam approbationem, & licentiam concedat; quidqnid dixerint nonnulli cum *Pasqualigo ad Lauret. de Franch. p.* 5. *n.* 576. cum id Pontificio sit decisnm oraculo Clementis X. in dic. const. 7. incip. [Soperna] §. 3. ubi sic: [Posse autem Episcopnm, licentiam concessurum

Re-

Regularibus, in Ecclesiis, quæ suosum Ordinum non sunt, prædicare volentibus, illos quamvis ab Universitatibus, aut a Magistratibus laicis nominatos, etiamsi Episcopi antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine concedere consueverint, quoad doctrinam examinare, si ita ipsius arbitrio, quod moderatum, & discretum esse debet, visum fuerit.]

552 Methodum autem hujus examinis tradit *Homobonus p. 5. resp. 262.* firmans, præfatos Concionatores examinandos esse quoad causas universales: nempe quoad causam efficientem; inquirendo ab eis, numquid sine licentia Superioris concionari valeant: An qui Sacerdos non est, possit concionandi munus exercere? Quoad causam finalem, perendo a Concionatoribus Religiosis, qui sit Concionis finis: qua intentione debeat quis concionari? Quoad Causam materialem; interrogando, quænam materia Concionis? Quomodo circa Conceptionem Beatissimæ semperque Virginis Mariæ se gerere debeant? In quas pœnas incidant, si suadeant populo, ne Decimas solvat? vel Ecclesiarum Prælatis detrahant? An liceat, non approbata miracula publicare, vel Indulgentias, & similia.

CASUS XXVI.

Quoad Professionem Fidei pro licentia concionandi.

553 Regulares exempti subjiciuntur Episcopo quoad Professionem Fidei emittendam, ut facultatem prædicationis obtineant. Ut enim declaravit Sacra Congregatio Concilii super *cap. 4. sess. 24. de refor.* apud *Nicol. lucubr. can. lib. 1. tit. 1. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. n. 11. §. 6. & Barbos. in Summ. dec. Apostol. Collect. 611. n. 3.* [Vigore Bullæ Pii IV. de professione Fidei facienda, Regulares Concionatores non tenentur facere Professionem Fidei, antequam prædicandi munus assumant: potest tamen Ordinarius, quo tempore solet concionandi licentiam concedere, ab eisdem exigere Fidei professionem; si tamen sibi ita videbitur expedire.]

554 Notat tamen *Antonius a Spiritu Sancto in Direct. Regul. tr. 3. disp. 6. sect. 11. §. 5. n. 1544.* ex *Peyr., Portel., & Pellizz. in Man. Regul. tr. 5. c. 10. q. 8. n. 14.* id non esse in usu: atque adeo standum in eo est consuetudini Regionum, Provinciarum, & locorum. Verum *Cespedes c. 10. dub. 195.* quamvis viderit in aliquibus Diœcesibus hanc Fidei professionem exigi per Episcopos a Regularibus, in alienis Ecclesiis concionaturis; rationes autem, quibus id faciant Episcopi, videre (ait ipse) non potuit. Unde post impugnatas rationes *Thesauri p. 2. de prædicatione Verbi Dei c. 8. n. 9. & Jo. Ant. Novar. in Summ. Bullar. de Regul. & Sæcul. prædicat. n. 6.* concludit, non debere Dominos Episcopos in hoc gravare Regulares, cum eis non detur talis facultas.

CASUS XXVII.

Quoad errores, vel scandala inter concionandum.

555 Regulares prædicti subjiciuntur Episcopo quoad errores, vel scandala inter concionandum in Ecclesiis suis, vel alieni Ordinis in populum disseminata, ita nimirum, ut si meros errores, aut scandala prædicaverint, Episcopus eis prædicationem inhibeat: si hæreses; contra illos procedat, non obstante exemptionis privilegio, tamquam Apostolicæ Sedis delegatus, *Trid. sess. 5. de refor. cap. 2.* Quemadmodum si ausi fuerint asserere in publicis Concionibus, Lectionibus, Conclusionibus, aliisque Actibus publicis, Beatissimam Virginem Mariam, Dei Genitricem cum peccato Originali fuisse conceptam, contra eos procedere debet, & severe animadvertere, ut censuit Sacra Congregatio S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis *die 31. Aug. 1617. coram Paulo V.*, quam refert *Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg. 50. n. 210.* & præcepit Alexander VII. in sua Constit. 527. incip. [Sollicitudo] *die 8. Decembris 1661.*

CASUS XXVIII.

Quoad prædicationem Revelationum, & Miraculorum non authenticorum, ac Indulgentiarum apocrypharum.

Regulares exempti subjiciuntur Episcopo quoad prædicationem Revelationum, aut Miraculorum non authenticorum, vel Indulgentiarum, quæ a Sede Apostolica fuerunt declaratæ falsæ, vel apocryphæ, vel indiscretæ. Posse siquidem Episcopum adversus Regulares, hujusmodi Revelationes, & Miracula non authentica, & Indulgentias falsas prædicantes procedere, docent *Marcell. Vulpe in prax. judic. For. Eccles. c. 42. n. 14.* & alii cum *Pignatell. tom. 8. consult. 145.* ubi quoad Indulgentias declarationem adducit Sacræ Congr. S. Officii sub *die 10. Maji, & 24. Aug.* 1616. additque *n. 3.* ex prohibitione, a Sede Apostolica emanata, cum nulla imposita fuerit adversus Regulares talia prædicantes pœna, remanet Episcopis arbitraria. 556

Atque hic pro Coronide prædicationis materiæ nonnulla sunt animadversione digna: &

Primum est, Regulares omnes, etiam Novitios, posse concionari, quantumvis ii nullo Ordine sint insigniti: idque ex privilegio Pauli III. Societati Jesu concesso sub his verbis: [Cuilibet vestrum, qui ad hoc idoneus reputetur:] Quæ verba cum sint generalia, & favorem contineant, tum ipsorum Religiosorum, tum Animarum, ample sunt interpretanda, juxta vulgatissimas illas regulas: [Ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.] Et [Beneficium Principis ample est intelligendum.] Sicque ad omnes Societatis Religiosos, etiam Novitios, qui, ut supra notavimus cum communi Doctorum sententia, in favorabilibus veniunt nomine Religiosorum, & quantumvis nullo Ordine insignitos, protrahenda. Atque ita *Suarez tom. 4. de Relig. tr. 10. lib. 9. n. 50. 54. & 18. Pellizz. in Man. tr. 8. c. 4. sect. 1. quæst. 20. n. 29. & alii.* 557

Modo tamen præfati Religiosi primam habeant Tonsuram; ut confirmando privilegium Pauli III. in favorem Societatis Jesu declaravit Gregorius XIII. in sua Bulla, ubi sic: [Vobis insuper concedentes, ut etiam Clerici vestri prima tantum Tonsura insigniti, prout huc usque fecerunt, valeant deinceps, ipsum Dei verbum ubique populo prædicare.] *Suar. supra n. 16.* 558

Secundum est, quamvis Regulares ut prædicent in Ecclesiis, seu alieni, sive proprii Ordinis, in Oratoriis, ad Crates Monasteriorum Sanctimonialium &c., indigeant licentia, vel benedictione Episcopi: non ita tamen, ut concionentur in plateis, aliisque locis publicis, in quibus prædicare valent ex Indulto relato Pauli III. sic: [In quibusvis Ecclesiis, & locis, ac plateis communibus, seu publicis, & aliis ubique locorum.] Necnon 559

Cle-

Clementis V., ac Benedicti XI. pro Dominicanis, & Minoribus, ac Sixti IV. & Joannis XXII. pro Carmelitis. Cum id neque ex Concilio *Tridentino sess.* 24. *de refor. c.* 4. neque ex supra relatis Bullis Gregorii XV. & Clementis X. *Casu* 24. aruatur, utpote loquentibus de prædicatione, quæ fit in Ecclesiis, Oratoriis, & ad Crates Monasteriorum Sanctimonialium, non autem in plateis, & extra dicta loca: neque ex alia alius Pontificis assignabili Constitutione deduci queat. Et ita *Leznan tom.* 1. *c.* 20. *n.* 5. ac cum eo *Pellizz. n.* 32.

160 Tertium est, posse Regulares Concionatores in propriis Ecclesiis, ubi concionantur eleemosynas sine licentia Episcopi quærere pro pauperibus, cum id nullo Jure prohibeatur: & Declaratio Sacræ Congregationis, in contrarium adducta per *Lezanam supra* n. 17. ex *Gavanto*, vel non sit authentica, vel non fuerit acceptata, vel per usum contrarium sit abolita, ut monet *Pellizz. loc. cit. num.* 36.

161 Quartum denique animadversione dignum est, non posse Episcopum propriis Subditis accessum prohibere ad audiendas Regularium Conciones, sine gravi peccato, & incursione excommunicationis ipso facto, a Bonifacio IX. latæ. Ita *Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg.* 76. *n.* 36. *Zerol. in praxi p.* 2. *v. Parochiæ. Miranda tom.* 1. *Man. q.* 50. *art.* 8. ubi sic: [Sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda, quibuscumque Ecclesiarum Prælatis, & aliis hoc stricte prohibuit, (intellige Bonifacius,) & vetuit, ac præcepit, ne populum, aut Parochianos suos retrahere præsumant, quominus accedant ad audiendas prædicationes nostrorum Fratrum, quoties, & quomo-
162 do voluerint.] Quamvis, ut monet *Pellizz. n.* 39., hujusmodi excommunicatio non videatur reservata; cum in ejus tenore nulla fiat mentio reservationis.

CASUS XXIX.

Quoad crimina, ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis pertinentia.

163 Regulares exempti subjiciuntur Episcopis quoad hæresis causas, aliaque id genus crimina, ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis pertinentia, si in locis, ubi committuntur, Inquisitores non sint, *cap. Ad abolendum §. Fin. de Hæret.* ibi: [Exempti nihilominus in his, quæ sunt contra Hæreticos instituta, Episcoporum subeant judicium; & ais in hac parte, tamquam a Sede Apostolica delegatis, non obstantibus libertatis suæ privilegiis, obsequantur.] Consonat *cap. Ut officium §. deinque eod. in* 6. *Barbos. dic. p.* 3. *alleg.* 105. *n.* 56. *&* 57. *cum aliis.*

CASUS XXX.

Quoad Altare portatile in domo privatorum pro Religioso infirmo.

164 Regulares exempti subjiciuntur Episcopo quoad erectionem Altaris portatilis in domo privatorum, in qua degit Religiosus infirmus, ut ibi Missam celebrent, audiendam a Religioso infirmo; & Viaticum ministrent eidem. Cum privilegium Altaris portatilis vigore *cap. His de Privil.* fuerit jam Regularibus ablatum a Concilio *Tridentino*, ut declaravit Sacra ejusdem Congregatio *die* 15. *Novembris* 1703. *apud Monacell. tom.* 2. *tit.* 13. *form.* 1. *n.* 4. *pag. mihi* 38. & *pag.* 72. *ac in Supplemento ad tom.* 2. n. 435. & 436. pag. 107. Quod si dictum Altare erigant Regulares in vim dicti *cap. His de privil.*, ibique celebrent, ac Viaticum suo Religioso infirmo ministrent sine licentia Episcopi, possunt censuris ab eo coerceri, & ligari, ut declaravit Sacr. Congr. Concilii *in Messanensi die* 20. *Septembris* 1698. *apud Monacell. tom.* 1. *tit.* 6. *form.* 20. *n.* 20. pag. 235.

Dixi in vim *cap. His de privilegiis*: Nam vi- 165
gore alterius privilegii post dic. *cap.*, immo, & post *Trident.* concessi, de quo *art. praeced. resol.* 79. *§. Notat etiam Pasqualigus*, ut possunt Regulares erigere præfatum Altare ad subministrandum suo infirmo Viaticum, in domo privatorum jacenti; ita & illud nequeunt Episcopi impedire: &, si impedirent, vim Regularibus inferrent; unde contra Episcopos procedere possent eorumdem Regularium Conservatores.

CASUS XXXI.

Quoad processiones extra claustra.

Regulares exempti subjiciuntur Episcopo quo- 166
ad processiones extra claustra, & ambitum murorum faciendas. Quare ut illas faciant Regulares, Ordinarii licentia, aut saltem Parochi opus est; vel quod consuetudine, aut privilegio obtinuerint: secus puniri, & impediri queunt ab Ordinario, *can. Certum est quidem de Consecr. dist.* 1. *Zerola in praxi Episcoporum v. Processio. §. Ad quartum. Barbos. de offic. & pot. Episc. p.* 3. *alleg.* 105. *n.* 77. Et *de offic. Paroch. c.* 22. n. 13. *Gnuant. verb. Processiones in praxi visitationis*, & alii. Cum Regulares, id præsumentes, eo ipso delinquerent extra claustra, tum transgrediendo laudatum Canonem, tum violando jus, ac territorium Episcopi, qui est Judex Ordinarius in tota sua Diœcesi, *can. de persena* 11. *q.* 3. & sic Sub-
diti fierent Episcoporum, ut infra dicemus: intra 167
claustra tamen, & ambitum Monasteriorum suorum bene possunt Regulares, facere processiones sine licentia Episcopi; cum non extra, sed ibi
suum territorium habeant, *Zerola loc. cit.* Quem- 168
admodum si claustra non habeat Monasterium, seu Ecclesia, possunt extra illa processiones facere, sed prope muros tantum, sive exeundo ab una janua Ecclesiæ, & intrando per aliam, sive per eamdem januam, sed prope muros Ecclesiæ semper, ut habet *Cesped. c.* 11. *dub.* 12., & *Lezana verb. Processio quoad Regulares*, ubi declarationem adducunt Sacræ Congregationis ex *Novario* tenoris sequentis: [Sacra Congregatio ad tollendas difficultates, quæ quotidie oriuntur circa Processiones fiendas, tam per Regulares, quam per Confraternitates in Ecclesiis Regularium, inhærendo Decretis, alias in similibus factis, & signanter in Cæsaraugustana 17. *Martii* 1627. censuit, in Processionibus, tam per Regulares, quam per Confraternitates laicorum, ita in posterum servari debere, ut in Ecclesiis, habentibus claustrum, Processiones fieri non possint, nisi intra claustra, & non extra. In Ecclesiis vero, carentibus claustris, fieri possunt extra ambitum, hoc est prope muros Ecclesiæ, sive exeundo a janua Ecclesiæ, & per aliam intrando, sive per eamdem, & prope muros Ecclesiæ. Extra vero ambitum Ecclesiæ non licere, neque Regularibus, neque Confraternitatibus, facere Processiones, nisi de licentia, consensu, aut cum Cruce Parochi, exemptis tamen illis Ecclesiis, quæ habent in hoc speciale privilegium,

facien-

faciendi Processiones per alia loca, quibus per hoc
Decretum Sacra Congregatio non intendit præju-
dicare.]

CASUS XXXII.

Quoad accessum ad publicas Processiones.

169 REgulares exempti subjiciuntur Episcopo quo-
ad accessum ad publicas Processiones. Vo-
cati siquidam personaliter ab Episcopo, seu per
Nuntium, ut debent, non autem per edictum,
Peyr., *Bordon. resol.* 7. *n.* 142. *Lezana tom.* 1. *c.* 9. *n.*
47. *& Cesped. dub.* 208. accedere tenentur ad Pro-
cessiones publicas: cujusmodi sunt, quæ fiunt in
170 Litaniis Majoribus, & Minoribus, ac Jubilæis pu-
blicis, in Festo Corporis Christi: vel quæ fiunt
ob bonum publicum, puta pro salute Principum,
seu Regum, & similium: pro electione Summi
Pontificis, pro peste, aliave publica necessitate:
pro adventu novi Episcopi, ut addunt *Venerus lib.*
6. *exam. c.* 18. *Zerol. in prax. verb. Processio*, &
alii: non tamen pro Oratione quadraginta Hora-
rum, vel pro Indulgentiis, ut notant *Bordon. resol.*
7. *quæst.* 45. *Jo. Ant. Novar. in Summ. Bull. de*
171 *Process. Cesped. dub.* 213. *& alii.* Possuntque ad ac-
cessum compelli per pœnas, & censuras; a quibus
absolvi non valent per suos Superiores: quia, cum
sint ab homine latæ, earum absolutio petenda est
ab eo, qui illas tulit, vel a Papa, ut advertit
Righet. cons. 43. *n.* 126. Nisi tamen privilegium
habeant, ne a quoquam valeant censurari: quia
si eo fruantur, ut fere omnes Religiones fruun-
tur, aliis pœnis, ad Processionibus interessendum,
compelli queunt Regulares ab Episcopo, non ta-
men Censuris, ut docet communior, & probabi-
lior Doctorum opinio apud *Cespedem c.* 11. *dub.* 217.
172 Atque hæc intelliguntur nedum de iis Proces-
sionibus publicis, que fiunt in Civitate, & ubi
Episcopus residet; sed etiam de illis, quæ fiunt
in aliis locis, & Plebibus, ubi Regulares habent
Monasteria, ut declaravit Sacra Congregatio Con-
cilii, & ex *Lezana* refert *Barbos. in Summa decis.
Apostolic. Collect.* 605. *n.* 23. ibi: [*Lezana* ait, Sa-
cram Congregationem Concilii declarasse, publicas
Processiones, ad quas Regulares compelli possunt
per Ordinarios, esse, quæ fiunt in festo Corporis
Christi, in Litaniis, & Jubilæis publicis, faciendis
in Plebibus, in quibus ipsi habent Monasteria.]
173 Excipiuntur tamen ii, qui in strictiori Clausu-
ra perpetuo vivunt, *Trident. cit. sess.* 25. *de Regul.
c.* 3. aut per dimidium milliare Italicum distant a
Civitate, utpote quos successu temporis exemit
Gregor. XIII., teste *Fagnan. in cap. Grave n.* 68.
de offic. Jud. Ord. adeoque nec tenentur accede-
re, nec possunt ab Episcopo compelli, pro ut
decisum referunt *Barbos. de offic. & pot. Episc. p.*
3. *alleg.* 78. *n.* 21. *Lauret. de Franch. p.* 1. *Con-
trov. inter Episc. & Regul. n.* 64. *Plasec. Lezana*,
174 *& alii.* Nisi tamen consuetudo vigeat, quod
Regulares ita distantes, ad processiones conve-
niant: quia tunc servanda est, & Regulares te-
nentur accedere, *Passerin. de Stat. Hom. tom.* 3.
q. 189. *art.* 10. *inspect.* 10. *n.* 1000. Sacr. Rit.
Congreg. in *Nucerina Paganorum* 12. *Septembris*
175 1699. Excipiuntur demum, qui ex speciali pri-
vilegio eximuntur: cujusmodi sunt Clerici Re-
gulares Congregationis Sancti Pauli decollati, ex
privil. a Sixto V. concesso Constit. 5. *incip.* [Ra-
tioni] 1585. Clerici Regulares Soc. Jesu, ex pri-
vil. concesso a Gregorio XIII. in Constitut. *in-
cip.* [Quicumque] 1576. Clerici Regulares Ma-
tris Dei scholarum piarum, ex privil. ab Urba-
no VIII. concesso in Const. *incip.* [Debitum]
1629. Nec ultra solitum Canonici Regulares Con-
gregationis Lateranensis, ut decidit Sacra Rituum
Congregatio in *causa Canonicorum Regul. Later.*
30. *Julii* 1616. apud *Sellium in Select. Canon. n.*
52. *n.* 25. Theatini, Cruciferi, seu infirmis mi-
nistrantes; Camaldulenses, ut recenset *Bordon.
resol.* 7. *de exemptione, & subjectione*, una cum
locis, & Bullis, privilegia hæc concedentibus,
apud *Cesped. de Exempt. c.* 11. *dub.* 207. Mona-
chi Congregationis Casinensis, si unam demamus
processionem Sanctissimi Sacramenti, ad quam
obligantur juxta eorum antiquam consuetudinem,
Decis. Sacræ Congregationis Rit. in *Placentina*
10. *Junii* 1601. *penes Tambur. de Jure Abb. tom.*
1. *disp.* 24. *q.* 8. *n.* 1. & Constit. Urbani VIII.
incip. [Nuper] 17. *Novembris* 1634. *apud Peyr.
tom.* 3. *privil. pag. mihi* 551. Monachi Oliveta-
ni, ex decis. Sacræ Congregationis apud *Nova-
rium in Lucerna Regul. v. Processio n.* 11. Mona-
chi Sanctissimæ Trinitatis Caven., quorum Mo-
nasterium est immediate subjectum Apostolicæ Se-
di, ex declaratione Sacræ Congregationis Conci-
lii *die* 13. *Aug.* 1579. *penes Sellium dic. c.* 52.
n. 16. Carmelitæ discalceati, ex privil. Clemen-
tis VIII. Constit. *incip.* [Religiosorum] *anno*
1596. *penes Lezanam in Summ. Quæst. Regul. tom.*
1. *c.* 9. *n.* 47. Monachi Sancti Hieronymi, ex
declaratione Sac. Congreg. Concil. 13. *Aug.* 1579.
apud Sellium dic. c. 52. *n.* 16. Et Fratres Sancti
Joannis de Deo, ut magis assistere possint infir-
mis, prout indulsere Gregorius XIV. *die* 21. *Sep-
tembris* 1591. & Urbanus VIII. *die* 30. *Junii*
1624. apud *Barbos. in Summa Apostolic. decis. verb.
Fratres Hospitalitatis Beati Joannis Dei Lusitani
num.* 26.

CASUS XXXIII.

Quoad controversias de præcedentia in Processionibus.

REgulares exempti subjiciuntur Episcopo quo 176
ad componendas controversias omnes de præ-
cedentia, quæ in processionibus publicis, aut de-
functorum Corporibus sepeliendis persæpe oriuntur
cum scandalo populi; & quidem omni appellatio-
ne remota, & non obstantibus quibuscumque, ut
decrevit *Trid. Sess.* 25. *c.* 13. *de Regul.* & amplius
explicant *Rodriq. tom.* 3. *Quæst. Regul. q.* 37. *art.*
3. *Tambur. de Jur. Abb. tom.* 3. *disp.* 5. *quæst.* 11. 177
n. 81. *Cesped. c.* 24. *dub.* 368., ubi ex variis Do-
ctoribus modum exponit, has controversias com-
ponendi: & *Nidus de Conserv. c.* 4. *partic.* 7., 178
ubi *n.* 11. addit, quod cum per laudatum *Tri-
dentini* Decretum tribuatur Episcopis facultas com-
ponendi controversias, inter Regulares exortas de
præcedentia in processionibus publicis, solum quan-
do ex ipsa controversia nascitur scandalum, non
ita si illud non sequatur, ut notant *Dacian. cens.*
63. *n.* 10. *lib.* 2. *Cened. Canon. Quæst. lib.* 1. *Q.*
26. *n.* 17. *Salgad. de Protect. Regia tom.* 1. *p.* 2.
c. 9. *n.* 101. *& alii*, ubi hoc non immineret, non
impediretur Conservator, causam illam cogno-
scere. 179

Atque hic notat *Pellizz. tr.* 8. *c.* 6. *sect.* 4.
subsect. 2. *n.* 206. ex doctis Viris, a se consul-
tis, quod cum Ordo Clericalis habeat jus præce-
dentiæ supra quemcumque Ordinem, tam Mona-
chalem, quam Mendicantem, ut videre est ex
Bulla Pii IV. 75., posset quis non improbabiliter
hinc

hinc inferre, Clericos Regulares, in casu, quo convenirent ad processiones cum Monachis, & Fratribus Ordinum Mendicantium, debere praecedere omnes illos, immediate incedendo post Canonicos Regulares; qui cum sint etiam Clerici, & simul Canonici, debent utique praecedere quoscumque Clericos Regulares non Canonicos, utpote ipsis superiores ratione gradus, quo sunt insigniti.

180 Nec obstat, quod Clemens VIII. statuerit, Fratribus S. Dominici in processionibus deberi locum honorabiliorem post Canonicos, & Clericos Saeculares, & antiquos Ordines Monachales: nam sub his verbis non comprehendit Clericos Regulares, sicut nec Canonicos Regulares S. Augustini; quos tamen, constat, habere in processionibus jus praecedentiae supra Fratres S. Dominici: sicque ibi loquitur Clemens de Dominicanis comparative tantum ad Ordines Monachales minus antiquos, & Fratres Ordinum Mendicantium, de quibus subesse poterat justa ratio dubirandi, quinam illorum in processionibus deberent praecedere, & quinam subsequi: non autem comparative ad Ordines Clericales, de quibus certum est, iis deberi ratione gradus Clericalis jus praecedentiae, etiam quoad dictos Fratres S. Dominici.

181 Ceterum, ait laudatus *Pelizz. n.* 207. de facto in processionibus hic ordo praecedentiae servatur, ut post Canonicos, & Clericos Saeculares, primò incedant Canonici Regulares S. Augustini; tum Monachi S. Benedicti Casinenses; tum alii Monachi antiquiores; tum Fratres S. Dominici; tum Fratres Minores; tum Augustiniani; tum Carmelitae; tum alii Ordines Mendicantes, juxta ipsorum antiquitatem, ac consuetudinem; quae in hoc omnino servari debet, maxime attenta Constit. Gregorii XIII. 84., hac de re edita; quae non fuit abrogata a Clemente VIII. per Bullam 13., nisi praecise quoad Fratres S. Dominici. Hactenus *Pelizz.*

C A S U S XXXIV.

Quoad publicationem, & observantiam Censurarum.

182 Regulares exempti Episcopo subduntur quoad publicationem in propriis Ecclesiis, & observationem Censurarum, & Interdicti, nedum a Sede Apostolica emanatorum, sed etiam ab Ordinariis, mandante Episcopo. *Trident. cit. sess.* 25. *c.* 12. *de Regul.* Quamobrem Regulares, quantumvis exempti, nedum tenentur servare Episcoporum Interdicta, non celebrando scienter in loco interdicto (nisi quatenus super hoc sint privilegiati, aut a jure conceditur, *cap. Is, qui* 18. *§. fin. de Sent. Excomm. in* 6.) Sed etiam illa servari facere, non permittendo, quod ab aliis in loco sic interdicto celebretur sub poena, arbitrio Episcopi statuenda; non tamen excommunicationis, si Regulares privilegium habent, ne possine excommunicari, nisi a Papa, ut notat *Pignatell. tom.* 10. *consf.* 1. *n.* 2. *ex Jo. Monach. in cap. Episcoporum de privil. in* 6. Nec possunt, excommunicatos ad divina, vel Ecclesiasticam sepulturam admittere, *cap. Cum, & plantare §. Excommunicatos de privil. & cap. Episcoporum* 8. *eod. in* 6.

C A S U S XXXV.

Quoad Observantiam Festorum.

Regulares exempti subjiciuntur Episcopo quoad observantiam Festorum, quae vel aliunde servantur, vel in sua Dioecesi Episcopus servanda praeceperit, ut decrevit *Trident. dic. c.* 12. Quamobrem Regulares in dictis festis ut operibus servilibus pro necessitate Monasteriorum suorum occupentur licite, petere debent ab Episcopo dispensationem, ut monet *Barbos. alleg. cit. n.* 33. 183

Sed laudatum *Tridentini* decretum quoad cultum Festorum ita intelligendum est, ut Regularium ritus in illis Festis semper permaneant quoad Missas, & cetera divina officia, tam publice, quam privatim in eorum Ecclesiis celebrandis: quoad Conciones vero, & Lectiones, quas ipsimet Regulares habuerint ad populum, debeant se conformare Epistolis, & Evangeliis, quibus utitur Clerus Saecularis in illis Festis, ut declaravit Sac. Congreg. Concil. apud *Quarantam in Summ. Bullar. v. Privilegia Regularium, Barbos. cit. alleg.* 106. *n.* 34. *& alios.* 184

C A S U S XXXVI.

Quoad editionem librorum.

Regulares exempti, etiam intra claustra degentes, subjiciuntur Episcopo quoad editionem librorum, utpote per Episcopos examinandorum, & approbandorum. Nequeunt siquidem Regulares quosvis libros imprimere, vel imprimi facere, sine appositione proprii nominis, licentia, & recognitione suorum Religiosorum Praelatorum, ac examinatione, & approbatione Ordinarii, in scriptis danda, atque in fronte libri apponenda, sub poena anathematis, & alia pecuniaria adversus transgressores, statuta in Concilio *Lateranensi* sub Leone X. *Sess.* 10. *& Trident. Sess.* 4. *in Decreto de editione librorum*: in quo etiam dictae poenae extenduntur ad eos, qui scripto tales libros communicant, & evulgant (prout interdum libri, nondum typis dari, solent ex integro transcribi, & aliis impertiri), nisi antea examinari, probatique fuerint. 185 186

Ubi notandum, quod licet *Fagnan. in cit. cap. Grave n.* 40. *de Offic. Judic. Ordin.* ex quadam declaratione Cardinalium contendat, sub praefata Constitutione utriusque Concilii etiam contineri Lectiones, Disputationes, Conciones, & alia hujusmodi; nihilominus alii cum *Azor. p.* 1. *lib.* 8. *c.* 17. *q.* 4. illas excludunt, quia verba utriusque Concilii de libris loquuntur; quorum nomine illae non veniunt: & cum sint poenalia, ultra suam propriam significationem extendi non debent, praesertim quando nulla subest fraudolentiae, pravae intentionis, vel perversitatis suspicio. Quod *Azor.* laudatus confirmat ex usu, ubique locorum recepto, ut Orationes, Praelectiones, & hujusmodi sine nomine Auctoris scripto aliis communicentur. 187

C A S U S XXXVII.

Quoad editionem Librorum extra statum Pontificium.

Regulares exempti, intra claustra degentes, Episcopo subduntur quoad editionem librorum extra statum Pontificium, ab ipsismet Regularibus, in statu Sedi Apostolicae immediate, vel 188

A a me-

mediate subjecto degentibus, compositorum. Ex
vi etenim Decreti Sanctæ Romanæ, & universalis
Inquisitionis, quod incipit: [Sanctissimus Domi-
nus Noster] *die* 18. *Settembris* 1625. sub Urbano
VIII. potest Episcopus procedere adversus Regula-
res, etiam Societatis Jesu, (ut in pluribus De-
cretis, & Constitutionibus Pontificiis etiam ipsos
includi Religiosos Societatis Jesu, tradit *Julius
Cæsar. Scotus in tr. de pot. Pontificis in Societatem Je-
su*) degentes in statu, Sedi Apostolicæ mediate,
vel immediate subjecto, qui libros, a se compo-
sitos, extra præfatum statum imprimendos transmit-
tunt absque Ordinarii, & Inquisitoris licentia.

189 Quænam autem sint loca immediate, vel me-
diate subjecta Apostolicæ Sedi, sic explicat *Duar-
dus in Bullam Cœnæ lib. 2. Can.* 20. *q.* 7. [In hac
quidam volunt, quod loca immediate subjecta Se-
di Apostolicæ, seu Romanæ Ecclesiæ, dicuntur,
in quibus ipsa Sedes Apostolica jus dicit, & Ma-
gistratus ponit: ut sunt omnes Civitates Roman-
diolæ, & Piceni, & aliæ similes. Loca vero me-
diate subjecta sunt Civitates, in feudum concessæ.
Secunda sententia est *Ugolini in Explicat. hujus Can.*
20. *n.* 7., quæ nobis magis vera videtur, dicentis,
loca immediate subjecta esse supradicta: mediate
vero subjecta non dici in feudum concessa: quia
ista adhuc immediate sunt sub Romana Ecclesia,
cum eorum habeat dominium directum, & si uti-
le habeant Feudatarii; sed dicuntur illa, quæ re-
guntur, ac gubernantur a locis Apostolicæ Sedi
immediate subjectis: ut sunt oppida Territorii
Ariminensis, nempe Mons Columbarum, Germa-
num, Missarum, & reliqua Ariminensi Civitati
subjecta, & ad quæ gubernanda Civitas ipsa Ju-
dices, ac Magistratus mittit.] Ita *Duardus.*

CASUS XXXVIII.

Quoad publicationem novarum Indulgentiarum.

190 Regulares exempti, de quibus loquimur, sub-
jiciuntur Episcopo quoad publicationem In-
dulgentiarum, a Summis Pontificibus de novo
iisdem concessarum. Cum sine licentia Ordinario-
rum talis publicatio fieri neutiquam possit, *Tri
dent. sess.* 21. *de Refor. c.* 9. *& sess.* 23. *in Decr. de
Indulgentiis. Zerola in prax. p.* 1. *v. Indulgentia §.
ad Tertium. Barbos. dict. alleg.* 105. *n.* 69. *Piringh.
de Offic. Ordin. n.* 125. *& alii*. Dixi *de novo concessarum*: quia quoad publicationem Indulgentiarum,
olim Regularibus a Summis Pontificibus concessa-
sum, opus non est licentia Ordinarii, ut notat
Bonacina tom. 3. *disp.* 2. *de Bulla Cœnæ q.* 2. *punct.*
30. *n.* 9.

CASUS XXXIX.

*Quoad renuntiationes, & Obligationes Novitiorum
inter vivos.*

191 Regulares exempti, intra claustra commoran-
tes, subjiciuntur Episcopo quo ad renuntia-
tiones, & obligationes Novitiorum inter vivos.
Nisi enim renuntiationes, & obligationes hujus-
modi, a Novitiis factæ, etiam cum juramento,
vel in favorem cujuscumque causæ piæ, fuerint
cum licentia Episcopi, ejusve Vicarii Generalis
infra duos menses ante professionem, nullæ sunt,
192 & irritæ, ut statuit *Trid. Sess.* 25. *de Regul. c.* 16.
Non ita tamen Testamenta, Codicilla, & Dona-
tiones causa mortis, ut notant *Rodriq. tom.* 3. *quæst.
Regul. Q.* 56. *art.* 2. *Barbos. alleg.* 99. *n.* 52. cum aliis.
Et ratio disparitatis est: quia Testamenta, Codi-
cilla, & Donationes causa mortis sunt libere sem-
per revocabilia ante professionem: unde per ea in
nullo læditur Novitiorum libertas, cui Tridenti-
num prospicere voluit. At vero renuntiatio, seu
obligatio inter vivos, semel facta, & acceptata,
irrevocabilis est. Ne autem Novitius incaute sese
obliget, aut renuntiet; idcirco ad hujus valorem
inter alia requirit Tridentinum Episcopi, vel ejus
Generalis Vicarii facultatem.

Notat hic *Monacell. in Supplem. ad* 2. *tom. n.* 496. 193
pag. 127. hujusmodi licentiam Episcopi pro renun-
tiationibus, & obligationibus Novitiorum requiri
etiam pro renuntiationibus, & obligationibus No-
vitiarum Monialium, etiam Regularibus subjecta-
rum; nec concedi posse a Prælatis, quibus sub-
sunt, nisi jurisdictionem habeant quasi Episcopa-
lem, *Lauret. de Franch. contr. p.* 2. *q.* 43. *n.* 1. ibique
Pasqualig. art. 2. *Donat. de Regul. tom.* 2. *p.* 2. *tr.* 7. *de
Bon. Novit. q.* 7. *Barbos. lib.* 1. *Jur. Eccles. c.* 42. *n.*
249. *&* 250. Sac. Congreg. Concil. in *Firmana* 23.
Julii 1707. Additque laudatus *Monacell.* n. 497., 194
requiri prædictam licentiam pro renuntiationibus,
& obligationibus Novitiorum, quæ fiunt post in-
gressum Monasterii; non autem ante ingressum,
vel in ipso ingressu, licet intuitu Religionis; cum
hæ non subjaceant dispositioni Conciliari, teneant-
que absque dicta solemnitate, *Tambur. de Jur. Abb.
tom.* 3. *discept.* 6. *q.* 10. *n.* 10.

Notat etiam *Vega tom.* 2. *Summ. c.* 50. *casu* 30. 195
Rodriq. tom. 2. *quæst. Regul. q.* 47. *Lezana tom.* 1. *c.*
24. *n* 33. *Csped. de Exempt. c.* 2. *dub.* 33. *n.* 2. &
alii, hoc Decretum Concilii locum habere in il-
lis Religionibus, quæ exceptæ non sunt; ut exci-
pitur Societas Jesu, eo quod in ea non post an-
num emittatur professio: vel in quibus usus non
fuerit in oppositum, quia consuetudo vim habet
legis, & potest leges positivas abrogare. Adesse
autem hujusmodi consuetudinem, & usum oppo-
situm in aliquibus Religionibus, affirmant Do-
ctores allati, præsertim in Societate Jesu, per
quam valide professuri renuntiant bona sua, non
requisito Episcopi, ejusve Generalis Vicarii con-
sensu. Unde etiamsi verum non esset, quod Con-
cilium ab hoc Decreto illam exceperit, eo quia
non post annum in ea emittitus professio; ad-
huc tamen etiam per consuetudinem in oppositum
in Societate Jesu vim ullam non habet laudatum
Decretum. Ita *Sanchez lib.* 7. *in decal. c.* 5. *n.* 9.

CASUS XL.

*Quoad Restitutionem bonorum, a Novitiis accepto-
rum, discedentibus ante Professionem.*

Regulares præfati Episcopo subduntur quoad 196
restitutionem bonorum, quæ a Novitiis,
seu maribus, sive feminis acceperunt, volentibus
his ante Professionem a Religione discedere, ut
statuit *Trident. Sess.* 25. *de Regul. c.* 16. addens:
[Quod ut recte fiat, Episcopus etiam per cen-
suras Ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat.] ubi
Notat *Csped. de exempt. c.* 2. *dub.* 34. rem Mo- 197
nasterio a Novitio donatam, quæ hoc jus Episcopo
tribuere potest in Regulares exemptos, tantam es-
se debere, ut ob eam Novitius difficultatem ha-
beat discedendi; adeoque esse debere magnam par-
tem substantiæ suæ, ut Concilium dilucide satis
insinuat: [Ne hac occasione discedere nequeat,
quod totam, vel majorem partem substantiæ suæ
Monasterium possideat.] Notat etiam *dub.* 35. 198
præfatam rem a Novitio donatam, ad cujus re-
sti-

stitutionem cogere potest Episcopus Regulares exemptos, etiam censuris Ecclesiasticis, volente Novitio ante Professionem a Religione discedere, intelligi debere illam, quæ tempore Novitiatus donata fuit, non vero quæ ante ingressum, vel in ipso ingressu: Quod ex illis Concilii verbis in medio laudati *capitis* deducit scilicet: [Illius temporis, quo Novitius in probatione est, quocumque prætextu a Parentibus vel Propinquis, aut Curatoribus ejus Monasterio aliquid ex bonis ejusdem tribuatur] videatur laudatus Doctor.

C A S U S XLI.

Quoad accessum ad Synodum Diœcesanam.

199 Regulares exempti, etiam intra claustra degentes, Episcopo subjiciuntur quoad accessum ad Synodum Diœcesanam, si Capitulis generalibus non subdantur: vel, si subdantur, curam habeant animarum ratione Parochialis, vel alterius sæcularis Ecclesiæ, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ, ipso facto incurrendæ, aliisque pœnis arbitrio Episcoporum, etiam excommunicationis, adeo ut jus declarandi, & pœnas imponendi, ad Episcopos, exemptione non obstante, pertineat, *Concil. Trid. sess. 24. de refor. c. 2. Barbos. de Offic. & pot. Episc. alleg. 93. num. 7. & 8. & in Collect. ad dic. c. 2. Trident. num. 25. Pirbing. tit. de Majorit. & Obed. num. 52. Pignatell. tom. 8. consult. 43. num. 127. & alii.*

200 Quemadmodum subduntur Regulares Episcopo quoad interessendum Generalibus, sive Synodalibus Congregationibus pro tuenda Immunitate Ecclesiastica, rebusque aliis, concernentibus indistincte commodum tam Clericorum sæcularium, quam ipsorum etiam Regularium exemptorum. Ita *Pignatell. tom. 4. cons. 276.* Licet enim regulariter Abbates, aliique Regulares exempti, carentes animarum cura, populo, & Capellis, Episcopo subjectis, de jure ad Synodalibus Congregationibus interessendum, compelli non possint, ut firmant Doctores passim in *cap. Quod super de Major. & Obed.* possunt tamen compelli, quando hujusmodi Congregationes ex gravi causa, eaque Regularibus ipsis communi, congregantur, ut contendit *Riccius decis. 446. Pax Jord. de re benef. tom. 5. tit. de Synod. diœces. num. 54. & alii.*

201 Immunitas autem Ecclesiastica est de negotiis gravibus, immo gravissimis, æque ad Clerum sæcularem, ac Regularem spectantibus. Ergo &c. Atque ita sæpe declaravit Sacra Congregatio *Episcop. & Regul.* præsertim in *Majoricen.* & generatim pro rebus, ad mores, & ad totum Clerum spectantibus, Sacra Congr. Concil.

C A S U S XLII.

Quoad Confraternitates Laicorum.

Ubi

De Congregationibus, sive Sodalitatibus, & Sodalitiis, in Domibus, & Collegiis, aliisque locis Societatis erectis.

202 Regulares exempti, intra claustra degentes, subjiciuntur Episcopo quoad Confraternitates, seu Confratrias laicorum, sive quoad eorumdem laicorum fidelium ad pias, ac devotas actiones exercendas Congregationes. Quamvis enim ex privilegio, variis Religiosorum Ordinibus a variis Summis Pontificibus concesso, valeant Regulares præfati, erigere, instituere, & aggregare Confraternitates, illasque ad pias, ac devotas actiones juxta propria instituta dirigere, teste *Lezana tom. 2. cap. 15. num. 7.*, & *Ricciullo lib. 4. Lucubr. Eccles. cap. n. num. 4.*, illas tamen nonnisi juxta formam, a Clemente VIII. præscriptam in constit. [Quæcumque] *anno 1604. 7. Decembris* instituere, erigere, & aggregare possunt, atque adeo cum subjectione in non paucis Episcopo; quemadmodum cum eadem subjectione illas jam institutas, erectas, & aggregatas dirigere queunt juxta dispositiones Sacrorum Canonum, Concilii Tridentini, & Sacrarum Congregationum Decreta, ut videbimus. Jam

Forma a Clemente VIII. præscripta in laudata 203
Constitutione pro instituendis, erigendis, & aggregandis Confraternitatibus, de quibus loquimur, in eo summatim consistit.

Primo, quod in propriis Ecclesiis, & locis Regularium una dumtaxat ab eis instituatur, erigatur, & aggregetur Confraternitas.

Secundo, quod institutio, erectio, & aggregatio nonnisi de consensu Ordinarii loci fiat, & cum ejusdem testimonialibus litteris, quibus Confraternitatis instituendæ, erigendæ, sive aggregandæ pietas, institutum, & Christianæ Charitatis officia, quæ obire cupit, & solet, commendentur.

Tertio, quod Regulares Prælati instituentes, erigentes, aut aggregantes Confraternitatem, ipsi ea tantum privilegia, indulgentias, facultates, aliasque gratias spirituales, & indulta communicent, quæ Ordini, Religioni, ac Instituto erigenti, instituenti, & communicanti, seu Archiconfraternitati aggreganti nominatim, & in specie; non autem quæ per extensionem, vel communicationem sibi quovis modo concessa sunt: & illa quidem non sub generali verborum forma, vel ad instar, sed expresse, & in specie communicare valeant.

Quarto, quod statuta Confraternitatis instituendæ, erigendæ, vel aggregandæ prius ab Ordinario examinentur, & pro ratione loci approbentur; ejusdemque Ordinarii decretis, moderationi, & correctioni semper in omnibus subjaceant.

Quinto, quod aggregatio Confraternitatis fiat juxta formulam, ab eodem Clemente approbatam; quam *Cherub. in Compend. Bullar.* super hac Bulla Clementis VIII. putat illam esse, quam ipse refert, utpote ab omnibus usu receptam.

Sexto, quod indulgentiæ, privilegia, facultates, & gratiæ spirituales, Confraternitati communicatæ, non promulgentur, nisi prævia recognitione Ordinarii, qui adhibitis duobus de Capitulo suæ Ecclesiæ, ea juxta Tridentini decretum promulganda decernat.

Septimo, quod Confraternitas excipiat eleemosynas solum juxta modum, ac formam, per Ordinarium præscribendam, & quidem remotis mensis, pelvibus, & capsis, quæ in Ecclesiis, ac Oratoriis publice ad hoc exponi solent: ac eleemosynæ expendantur in bonum Ecclesiæ Confraternitatis aggregantis, aut aggregatæ, vel in alios usus pios, arbitrio ipsius Ordinarii.

Octavo, quod Confessarii, (qui forte ex privilegio Confraternitatis eligi possint) sint ab Ordinario loci approbati: immo, si sint Regulares, etiam a suis Superioribus: iique Fratres absolvant juxta privilegia, ipsis competentia, solum quate-

nus sunt in usu, & non adversantur Concilii Tridentini Decretis, & Romanorum Pontificum Bullis.

Nono, quod Literæ institutionis, erectionis, sive aggregationis, aut communicationis gratiarum, gratis omnino, ac nulla prorsus mercede, etiam a sponte dantibus accepta, expediri, ac concedi debeant.

Decimo, quod omnes Confraternitates, usque ad illud tempus institutæ, erectæ, & aggregatæ, in Europa infra annum, & extra Europam infra biennium a die publicationis dictæ Bullæ, de novo instituantur, erigantur, & aggregentur juxta hanc formam præscriptam: idque sub pœna, ut, elapso dicto tempore, institutiones, erectiones, & quæcumque communicationes privilegiorum, facultatum, indulgentiarum, aliarumque spiritualium gratiarum, & indultorum, & aggregationes illarum vigore iis concessæ, nullius sint roboris, & momenti, ac revocatæ, & abolitæ censeantur.

Undecimo tandem, quod quilibet Ministri, Superiores, ac Officiales Ordinum, seu Archiconfraternitatum contravenientes, ipso facto incurrant privationem Officiorum, quæ obtinent, & inhabilitatem ad illa, aliaque in posterum obtinenda, a Papa dumtaxat relaxandam: & institutiones, ac erectiones Confraternitatum, communicationesque gratiarum, & privilegiorum aliter factæ nullius sint roboris, ac momenti.

Hæc tota quanta est Summa formæ, a Clemente VIII. præscriptæ in laudata Constitutione. Circa quam nonnulla sunt animadvertenda, quemadmodum circa earumdem Confraternitatum dissolutionem, accessum ad processiones, potestatem, visitationem &c., quæ ex Sacris Canonibus, Concilio Tridentino, Sacrarumque Congregationum Decretis pro iisdem Confraternitatibus, qua instituendis, erigendis, & aggregandis, qua etiam dissolvendis, visitandis, ac dirigendis præscribuntur, ut per ea nedum subjectio ipsarum Confraternitatum Episcopo, verum etiam Regularium instituentium, erigentium, sive aggregantium, & dirigentium magis elucescat. Itaque

204 Animadvertendum est primo, quod licet Regulares ex præfata Bulla Clementis VIII. §. 1. valeant Confraternitates erigere, instituere, & aggregare in propriis Ecclesiis, & locis; non tamen in Ecclesiis Monialium, etiamsi proprii Ordinis, sibique subjectarum; cum Monialibus in universum interdicta sit conversatio, *c. Pervenit* 18. *q.* 2. Atque ita decidit Sacra Congregatio Episcoporum *die 6. Aprilis 1595. in una Barens.* Et
205 quamvis in iisdem suis Ecclesiis, & locis unam tantum valeant Confraternitatem erigere, instituere, & aggregare ex laudata Bulla Clementis VIII. *dic.* §. 1., ex privilegio tamen, Carmelitis concesso, & consequenter aliis Religiosis Ordinibus per viam communicationis, a Paulo V. in Bulla, edita 30. *Octobris* 1606., possunt libere in iisdem Ecclesiis, & locis sui Ordinis Confraternitates multiplicare. Quemadmodum ex Decreto Sacræ Congregationis super Indulgentiis apud *Cespedem c.* 24. *dub.* 376. *n.* 3. confirmare valent plures Confraternitates, ab antiquo institutas canonice in Ecclesiis regularibus Collegiatis duodecim Fratrum, & in eodem loco, etsi ejusdem nominis sint, ac Instituti, juxta formam tamen laudatæ Clementinæ. Sicut & ob causam ab Ordinario loci in scriptis approbandam, super distantia inter Confraternitates dispensare, tam quoad antiquas confirmandas, quam quoad alias de novo instituendas.

Ut autem constituatur Confraternitas, satis sunt 206
duo Confratres; quemadmodum ad constituendum Collegium, & Congregationem, quæ cum Confraternitate convertuntur, *l. fin. ff. de Colleg. illicit.* sufficiunt duo Collegæ, & Congregati de Jure Canonico, tres autem requiruntur de Jure Civili. *Abbas in c.* 3. *de elect. n.* 5. Quamvis, ubi est constituta, si deficiant omnes, in uno conservetur, teste *Glossa, Abb., & aliis in dic. c.* 1. Sicut & *Glossa in l.* 7. §. *in Decurionibus v. nomen universitatis. ff. Quod cujusque universit. nom. Jason in l. Si grege n.* 7. 12., & 13. *ff. de Legat.* 2.

Animadvertendum est secundo, quod consensus 207
Ordinarii, ad institutionem, erectionem, & aggregationem Confraternitatum a Clemente VIII. in sua Bulla requisitus §. 2., requiratur per modum solemnitatis extrinsecæ. Ita *Pellizz. in Man. tom.* 2. *tr.* 8. *c.* 5. *sect.* 6. *n.* 266. cum, ut ipse probat, valeat Confraternitas, citra usum Sacramentorum, sibi locum assumere religionis gratia, sine auctoritate Ordinarii *l.* 1. §. *Sed religionis ff. de Colleg. illicit.* Quamobrem auctoritas Ordinarii in hoc non præsumitur, nisi probetur, *l. Sciendum ff. de verb. oblig. can. Solemnitates* 26. *& can. Ecclesiæ, vel Altaria, de Consecr. dist.* 1. Eaque probanda est ab asserente, Confraternitatem erectam esse auctoritate Ordinarii, seu explicite, ipsam Ordinarii auctoritatem exhibendo per Scripturam, vel Testes idoneos; sive præsumptive, per signa denotantia, locum esse ecclesiasticum, seu religiosum, adeoque auctoritate Episcopi fundatum non dumtaxat pium, videlicet erectum absque Episcopi consensu: quæ profecto signa erudite recenset *Pellizz. loc. cit.* ubi *Lezanam* adducit,
notantem *n.* 19. ex citato Sacræ Congregationis 208
Decreto super Indulgentiis, quod Regulares, qui vigore ejusdem Decreti facultatem habent, antiquas Confraternitates, in suis Ecclesiis Collegiatis duodecim Fratrum canonice erectas ante publicationem dictæ formæ confirmandi, confirmare illas valeant, absque consensu Ordinarii.

Animadvertendum est tertio, quod etsi Statuta 209
Confraternitatis instituendæ, erigendæ, & aggregandæ, per institutores, erectores, & aggregantes edita in ipsamet institutione, erectione, & aggregatione, debeant ex §. 4. Bullæ Clementinæ prius ab Ordinario loci examinari, & approbari; non ita tamen Statuta ab institutionibus, sive ab ipsa Congregatione de novo condita, ut docent *Lezana n.* 22. *& Pellizz. n.* 283. contra *Riciullum c.* 5. *n.* 1. contendentem, etiam ad hæc nova Statuta se extendere Constitutionem Clementis VIII. Sed gratis; cum ea, utpote odiosa, potius restringi debeat ad illa, quam ad hæc ampliari. Hujusmodi autem nova Statuta debent esse de rebus, concernentibus Institutum Confraternitatis, non de aliis *l. fin. c. de jurisdict. omn. Judic.*

Animadvertendum est quarto, quod facultas in- 210
stituendi, erigendi, aut aggregandi Confraternitates Generalibus Ordinum Religiosorum concessa sit: eaque ab iisdem licite, & valide delegari possit, ut solide convincit *Pellizz. n.* 265. Formula autem in erectionibus, & institutionibus, per Ordinum Generales concedendis servanda juxta §. 5. Constitutionis Clementis VIII., a Sacra Cardin. Congregatione super reformatione Indulgentiarum recognita, & approbata, adducitur a *Donato in praxi rer. Regul. tom.* 3. *tr.* 8. *q.* 10. *n.* 2. *Lantusca in Theatr. Regul. verb. Confraternitas n.* 2. *Monacell. tom.* 2. *form. tit.* 13. *form.* 2. *n.* 52. & ab aliis: Estque tenoris sequentis:

N. Ordinis N. Generalis.

211 [Religio nostra cum inter alia privilegia, quibus a Sede Apostolica decorata est, facultatem habeat, Sæcularium Confraternitates sub invocatione N. erigendi, eisque spirituales gratias, privilegia, & Indulgentias communicandi in hujusmodi Confraternitatibus instituendis, si ad Christifidelium salutem promovendam expedire animadverterit, liberalem se præbere consuevit. Nos igitur, qui Generalem totius Ordinis nostri curam gerimus, sperantes fore, ut ex hac spiritualium gratiarum participatione Christifideles ad devotionem, & pietatem magis excitentur, auctoritate Nobis a Summis Pontificibus concessa, Confraternitatem N. in Ecclesia N. loci N. Diœcesis N. de consensu loci Ordinarii, qui ejusdem Confraternitatis institutum, pietatem, ac Religionem, litteris patentibus Nobis nuper exhibitis commendavit, dummodo tamen alia similis in ipso, vel alio ad tria milliaria propinquo loco hactenus erecta non fuerit, per præsentes nostras litteras erigimus, & instituimus, illisque, & pro tempore existentibus utriusque sexus Confratribus elargimur, & communicamus Indulgentias, privilegia, & speciales gratias singillatim inferius descriptas; nostræque Confraternitati nominatim expresse concessas per Breve S. D. N. Pauli Papæ V. tenoris sequentis: Paulus &c. (*& inseratur tenor.*) Quibus omnibus Indulgentiis, & spiritualibus gratiis descriptis, Confraternitatem ipsam nunc erectam, ejusque Confratres potiri, & gaudere posse decernimus, juxta fel. rec. Clem. Papæ VIII. Constitutionem sequentem: Clemens &c. (*& inseratur tenor.*) In quorum testimonium has litteras fieri, & per nostrum Secretarium subscribi, & publicari mandavimus, sigilloque Officii nostri muniti. Datum &c.]

212 In aggregationibus vero faciendis, & quidem a Clemente VIII. approbata, quam *Cherubinus in Compend. Bullar. super citata Bulla Clementis VIII.* putat, illam esse, quam ipse refert, fideliter ex eodem transcripta, est, prout hic sequitur:

Dilectis Nobis in Christo Confratribus Societatis N. in Ecclesia N. Auctoritate N. canonice erectæ salutem in Domino sempiternam.

[Nos, qui juxta Officii nostri debitum, fidelium salutem, pietatisque, ac religionis progressum procurare debemus, libenter nostræ Archiconfraternitati, alias ejusdem instituti Confraternitates adjungimus, & aggregamus, illisque sic aggregatis Indulgentias, facultates, ac alias spirituales gratias, & indulta, juxta facultatem Nobis a Summis Pontificibus concessam impartimur. Qua de re cum D. N. ejusdem Confraternitatis Procurator aggregationem hujusmodi, & Indulgentiarum communicationem enixe postulaverit, Nos, Procurator, Prior, & Custodes prædicti totam ipsam Archiconfraternitatem repræsentantes fel. rec. Clementis Papæ VIII. Constitutionis super hujusmodi aggregationum, & Cœlestis Ecclesiæ Thesauri communicationum moderatione nuper editæ inhærentes, his nostris litteris solo Dei amore, ac pietatis, Religionisque Christianæ augendæ zelo ducti, Confraternitatem prædictam canonice, ut superius erectam, attenta Episcopi, seu Ordinarii loci consenso, ut litteris testimonialibus, quibus jus institutum, pietas, ac religio commendatur, nostræ Archiconfraternitati (dummodo per Nos similis gratia prius alteri in dic. loco N. concessa, & tempore hujusmodi concessionis aliæ Archiconfraternitati aggregata non fuerit) juxta facultatem Apostolicam Nobis concessam, adjungimus, & aggregamus; atque illi, ejusque Confratribus Indulgentias, & spirituales gratias infra singillatim descriptas, nostræ Archiconfraternitati litteris Pontificiis nominatim, expresse, & præcise concessas, largimur, & communicamus. (*Deinde inseritur tenor litterarum Apostolicarum Pauli V., in quibus nominatim Indulgentiæ Congregationi, & Societati aggreganti concessæ sunt: postmodum iidem Officiales sic loquuntur:*) Quibus omnibus Indulgentiis, & gratiis spiritualibus supra singillatim descriptis, prædicta Confraternitas, ejusque Confratres uti, potiri, & gaudere possint, juxta Constitutionem fel. rec. Clementis Papæ VIII. tenoris sequentis: (*& inseritur totus tenor Constitutionis: & postea Officiales dicunt:*) Volentes, & decernentes, præsentibus litteris nostris eamdem fidem adhiberi, quę præinsertis litteris Originalibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. In quarum omnium, & singularum fidem, & testimonium has litteras nostras exinde fieri, & per nostræ Archiconfraternitatis Secretarium subscribi, & publicari mandavimus, & sigillorum ipsius Protectoris, & Archiconfraternitatis jussimus, & fecimus appensione muniri. Datum Romæ in loco solito nostræ Congregationis Anno &c. Indictione.... Die .... Mense .... Pontificatus &c. Præsentibus &c.]

213 Animadvertendum est quinto, quod quamvis Confraternitates promulgare non possint gratias, & Indulgentias, sibi ab Ordine instituente, erigente, seu aggregante communicatas, nisi prius ab Ordinario loci recognoscantur, & approbentur, ex §. 6. Constitutionis, de qua loquimur; non prohibentur tamen, illis uti sine prævia dicta recognitione, & approbatione, ut ex *Lezana n. 14.* notat *Pellizz. n. 279.*

214 Animadvertendum est sexto, quod valeant Confraternitates juxta propria instituta eleemosynas quærere, ut declaravit Sacra Congregatio 25. *Maji* 1601., & docet *Riciull. c. 5. n. 10.*, & secundum limitationes positas in Bulla Clementis VIII. §. 7. Licentia autem quærendi eleemosynas dari debet pro loco, ubi erigitur Confraternitas, non pro tota Diœcesi, cum præjudicio aliarum, jam antea in Diœcesi erectarum: nisi Confraternitatis paupertas aliunde sublevari non posset. *Monacell. tom. 1. form. tit. 6. form. 21. n. 15.*

215 Oblationes, factæ Altaribus Confraternitatum, ad ipsa Confraternitatum Altaria pertinent, ac in eorum usus implicanda sunt: nec possunt a Parochis prætendi, aut a Regularibus, in quorum Ecclesiis erectæ sunt, cohærenter ad Bullam Clementis VIII. *dic.* §. 7., ut ex usu probato notat *Bordon. tom. 2. resol. 72. n. 42.*

216 Animadvertendum est septimo, quod Confraternitatibus quoad electionem Confessariorum, & absolutionem a peccatis illa dumtaxat privilegia competant, quæ iis de facto communicantur a Summis Pontificibus, sive a Regularibus, per quos instituuntur, eriguntur, aut aggregantur: sed ex Bulla Clementis VIII. §. 8. quatenus sunt in usu, & Decretis Concilii Tridentini, aut Constitutionibus Pontificiis non adversatur. Et

217 Sensus prioris clausulæ: *quatenus sunt in usu*, ille est ex *Pellizz. in Man. tr. 8. c. 1. sect. 2. n. 28.* [Si adhuc sunt in usu:] seu [Si contra ea non est sufficienter præscriptum:] aut [eo modo, quo sunt in usu;] adeo, ut si non totum privilegium sit in usu, sed tantum aliqua ejus pars, secundum hanc solummodo partem privilegia, de quibus lo-

qui-

quimur, Confraternitatibus competaot: quemadmodum si contra ea foret sufficienter præscriptum, præfata privilegia non competerent.

218 Sensus autem clausolæ posterioris: [Quatenus Decretis Concilii Tridentini, aut Constitutionibus Apostolicis non adversantur,] est ex *Lezana n.18*, [Si Decretis Concilii Tridentini, habentibus clausulas derogatorias privilegiorum non adversaotur.] Enimveto possunt privilegia adversari Concilio, ubi habet clausulas derogatoriar privilegiorum: & ubi tales clausulas non habet: primi generis jam noo valent, suntque per ipsum Concilium abrogata: secuodi tameo generis adhuc subsistant. Quod probabile reputant *Rodriquez tom. 1. quæst. Regul. q. 8. art. 6. Partel in dub. Regul. verb. Privilegii confirmatia n. 61. Suarez de Legibus, quibus laudatis subscribit Cesped. de Exempt. c. 24. dub. 376. n. 11.*

219 Quoad absolutionem a reservatis, etiamsi vi privilegiorum Coofraternitatibus ipsis forte concessorum, sive Regularibus, quibus Confraternitates hujusmodi commissæ sunt, potuerint antea Confratres a Regularibus absolvi, saltem in quibusdam Solemnitatibus; hodie tamen, teste *Pellizz. tr. 6. c. 2. sect. 2. n. 119.*, nequeunt ratione Decreti Sacræ Congregationis Episcop. & Regul. *die 9. Januar.* 1603. editi de speciali mandato Clementia VIII., quod postea confirmavit nedum ipse Clemena VIII., sed otiam Paulus V., & Urbanus VIII. in quo sane derogatur tum privilegiis ad talem effectum concessis Regularibua, tum etiam iis, quæ fuerunt concessa Archiconfraternitatibua sæculatium, aut singulatibur personis sic: [Sacra Congregatio Sacerdotibus omnibus, tam Sæcularibua, quam Regulatibur &c. jubet, & præcipit, ne quis eorum sub prætextu privilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel specifice, scripto, ant vivæ vocia oraculo, vel per communicationem a Sede Apostolica, vel ejus auctoritate eorum Ordinibur, Congregationibus, Collegiis, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus Sæcularium, aut singularibus personia, seu alias quomodocomque &c. concessarum, sau coofirmatarum &c. ab ullo ex casibus clare, vel dubie in Bulla Cœnæ Domini contentis, vel alias quomodocumqun Sedi Apostolieæ reservatis &c. nec etiam a casibus, quos Ordinarii locorum hactenus reservaruot, vel in posterum reservabunt &c. absolutionia beneficium de cetero impendere audeat, vel præsumat.]

220 Animadvertendum est octavo, quod quamvis ex Bulla Clementia VIII. §. 9. debeant Confraternitates institui, erigi, et aggregari a Regularibus *gratis omnino, ac nulla prorsus mercede, etiam a sponte dantibus accepta;* nihilominus si aliquid per modum eleemosynæ, aut titulo liberalitatis, vel gratitudinis accipiatur, non erit contra præfatam Bullam, utpote quæ largitionem per modum mercedis etiam a sponte dantibua prohibet, non autem per modum eleemosynæ, & titulo omnino gratuito. Ita *Pellizz. n. 271.* qui tamen notat, tutius & consultius esse ob ædificationem fidelium a quavis largitione accipienda abstinere.

221 Animadvertendum est nono, quod Confraternitates, cum non sint Collegia realia, sed personalia, nec habeant coonexionem cum loco, sicque sustineant vicem personæ *l. mortua ff. de fidei Obser.*, erigi queunt in quibus locis maluerint Confratres, *Ricciull. c. 3. n. 1. ex Innoc., Abbate, Pet. de Ubald., Lotter., Bobadil., & Rota coram Coccino decis. 472. n. 2.*, si Ecclesias Monialium excipiamus, ut excepit Sacra Coogregatio, & nos supra cum ea, & in Ecclesia seu Regularium, sive aliena receptæ, possunt libere ab ea recedere, etiam invitis Regularibus, & ejici, ac ad aliam Ecclesiam se transferre, retentis iisdem privilegiis, gratiis, bonia &c. Atque ita *Rota coram Coccino decis. 472. cit. n. 7. Pellizz. q. 53. n. 273. & q. 55. n. 275.* Cum enim sint legitime institutæ, aut aggregatæ, nec ulli loco annexæ, in quemvis locum transferantur perseveraot, dooec debito modo noo dissolvantur.

Dissolvuntur autem tripliciter: primo ex voluntate Coofratrum, omnibus in id consentientibus. *l. 3. ff. de colleg. illic. & c. Inter electus de donat.* secundo ex morte omnium Confratrum, *l. Sicut municipium §. fin. ff. Quod cujusque universitat. nom.* & tertio ex præcepto Superioria ob delictum Confraternitatis prætexu religionis admittentis illicitum, *l. 1. & 3. ff. de colleg. illicit. l. Qui sub prætextu c. de Sacros. Eccles.* Nomine autem Superioris putat hic *Pellizz. n. 274.* venire etiam Prælatum Regularem respectu Confraternitatis a se iostitutæ, erectæ, & aggregatæ, ob illam Regulam Juris: [Per quas causas res nascitur, & dissolvitur.]

Bona Confraternitatis destructæ, cum dicantur 222
bona Ecclesiastica, *c. de Xenodochiis, & c. Ad hæc de Relig. domib.*, manent in dispositione Sedis Apostolicæ, quemadmodum bona Ecclesiastica vacantia, de quibus solus Papa disponere potest, *Clem. Quia contigit, de Relig. domib.* Etiamsi Confraternitas cesserit bona sua Communitati. *Bar. tr. minor. l. 2. n. 12.* Modo tameo in alios distribuenda non sint, e. g. in pauperea, ad curandos infirmos &c., quia tunc præscripta distributio exequi debet. *Bart. in l. fin. ff. de colleg. illic. n. 22. v. quædam sunt collegia, alias v. si vero ista* docet, Confraternitate dissoluta, regulariter bona dividi inter Confratres; maxime res communes, ad usum particularium destinatas, ut vestes fraternales, ex quibus quivis Confrater accipit suam.

Judex in bonis Confraternitatum debet esse Ec- 223
clesiasticus, adeoque Episcopus, non laicus. Ita *Pellizz. n. 299.* & recte; cum ex una parte bona præfata dicantur Ecclesiastica; iisdemque fruantur privilegiis, quibus fruitur Ecclesia, *Redoan. de rebus Eccles. non alien. q. 28., 49. & 51. de Grassis de Effectib. Cleric. eff. 1. n. 121. Marius Antonin. resol. 66. n. 2.* & alii. Judex autem bonorum Ecclesiæ Ecclesiasticus est, non laicus. Et ex altera parte Confraternitates per *Tridentinum sess. 22. de refor. c. 8.* jurisdictioni, visitationi, & correctioni subduntur Episcopi: unde coram eo in causis, earum bona concernentibus debent conveniri.

Animadvertendum est decimo, Confraternitates, 224
de quibus loquimur, non possunt ad Processiones accedere, quæ fiunt occasione funeris, nisi specialiter, & expresse fuerint invitatæ, *Samuel de Sepult. tr. 1. disp. 3. controv. 5. concl. 9. n. 19.* & Doctores passim, quibus non semel est patrocinata Sacra Congregatio Episcoporum apud *Pignatellum tom. 8. consult. 73. n. 17.* & Sacra Congregatio Rituum in *Bononien. 9. Decembr. 1617.* apud *Lezanam tom. 2. c. 15. n. 26.* Et accedentes invitatæ, nullo modo possunt erigere Crucem, Sacra Rit. Congregatio in *Adrien. 22. Novembris 1631. apud Barbos. de Parocho c. 26. n. 61.* Possunt tamen accipere aliquid, non per modum pretii, sed congruæ sustentationis, aut eleemosynæ, *Pellizz. n. 285. ex Lezana n. 26.*

An autem teneantur accedere ad publicas Pro- 225
cessiones, ita ut renuentes possint ab Ordinario compelli, affirmant nonnulli *cum Monacella 1. p. Formular. tit. 6. form. 11. n. 7. pag. mihi 212.* & pluribus favet Declarationibus Sacra Congregatio Episcoporum apud *Barbos. in Trident. sess. 25. de Regul. c. 53. n. 28. Capon. Discept. 276. a num. 33. tom. 4.*

Fran-

Francesc. de Eccles. Cathedr. c. 25. n. 34. & *Monacellum laudatum n. 5.* Negant ex adverso *Barbos. de Offic. & Pot. Episcop. alleg. 78. n. 24. Zerola in Prax. verb. Processiones. Leo in Thesauro p. 1. c. 8. n. 18.* aliique complures apud *Ricciullum c. 14. n. 1.*, quibus patrocinatur Sacra Congregatio Concilii pluribus Decretis, relatis a *Nicol. in Flosc. verb. Confraternitas post n. 25. De Franchis controv. p. 1. Q. 13. n. 83. Pignatello cons. 30. n. 1. tom. 4. Monacello supra num. 6.*, & aliis

226 Cum distinctione procedunt *Ricciullus supra n. 2. Pellizz. n. 285.* & alii, sententiam affirmativam propugnantes, ubi adsit consuetudo: negativæ tamen adhærentes, ubi ea consuetudo non adsit. Quibus suffragatur Sacra Congregatio Concilii 21. *Jan. 1622.* & *8. Maji 1627. apud Barbos. in Summ. Decis. Apostolic. v. Confratres. n. 4.* & *in Novarien. Processionum 19. Aprilis 1692. ac in Nucerin. Paganorum 15. Aprilis 1690. apud Monacellum dic. n. 6.* Quia tamen hodie (ait citatus *Pellizz. dic. n. 285.*) ex communi Episcoporum consuetudine solent Confraternitates ad processiones vocari per publica Edicta sub pœnis, proinde ut plurimum sustineri potest, Confraternitates posse cogi ad processiones, & quidem sub pœnis pecuniariis, aut Censuris, ut colligitur ex *Barbosa de Offic. Episc. alleg. 78. n. 25.*

227 Notat tamen laudatus *Pellizz. ex Bordono n. 28.*, quod si Confraternitati, in Ecclesia Regularium erectæ, Episcopus præcipiat sub pœna Interdicti localis, ut ad Processionem accedat; ipsaque non obtemperet, non propterea Altare, Capella, aut Oratorium illius subjicitur Interdicto locali. Et recte, tum quia Interdictum ferri debet ab habente potestatem; quam tamen Episcopus non habet in Ecclesiis Regularium, utpote ab eo etiam quoad Interdictum exemptis per Indultum Leonis X. in Bulla [Cum Sancta regula] apud *Confectium pag. 155.* Si autem potestatem non habet Episcopus interdicendi simpliciter Ecclesias Regularium, neque potestatem habet interdicendi illas ex parte, quoad Altare videlicet, Capellam, aut Oratorium. Tum etiam, quia æquum non est, Ecclesias Regularium pœnam pati sine culpa ipsarum. Nec officit *Tridentinam sess. 25. c. 12.*, præcipiens Regularibus, ut in propriis Ecclesiis, mandante Episcopo, promulgent, ac servent Interdicta, etiam ab Ordinariis promulgata, ibi enim de Interdictis generaliter latis sermo est, ad quæ aliàs Regulares; non autem de Interdicto particulari, de quo in casu præsenti.

228 Controversias super præcedentia, inter Confraternitates subortas, Episcopus componit; cum actus præcedendi in processionibus sit actus spiritualis, *c. 2. de pactis l. 6.* & ut talis ad Episcopum pertinens, *Navarr. cons. 3. de for. compet.* & *Gratian. decis. 203. n. 5.* Ab Episcopo autem nulla dari potest appellatio, neque reclamatio, seu protestatio, utpote prohibita in Bulla Gregorii XIII. 84. incip. [Ea poscit;] ut notat *Gratianas* laudatus.

229 Possunt Confraternitates, quando processiones non fiunt in Ecclesia Parochiali, ac primaria, solitas processiones facere; quas tamen non debent extendere per vias, sed circa muros Regularium qui eas regunt, ex declaratione Sacræ Congregationis Concilii apud *Gavantum in Man. Episc. verb. Processio n. 49.*, quem refert *Lezana dic. c. 15. n. 25.*, ubi id intelligit, nisi speciali concessione, vel consuetudine aliter fiat.

230 Animadvertendum etiam 1., Potestatem Confraternitatum ad complura se extendere: nonnulla hic referemus, ad nostrum intentum facientia; reliqua videri queunt apud *Lezanam*, *Pellizzarium* *Gavantum, Monacellum*, *Ricciullum locis citatis*, & *alios*, fuse de Confraternitatibus differentes. Itaque possunt Confraternitates,

Primo, Confratres admittere, accedente majori parte suffragiorum, conformiter *ad l. Quod major ff. ad municip. Ricciull. lib. 4. Lucubrat. Eccles. c. 5.* Modo tamen admittendi non sint homines malæ vitæ, facinorosi, aut infamiæ labe notati, vel ignorantes rudimenta Fidei, *Gavant. in Man. verb. Confraternitas n. 15.*, & *16. Donat. de Regul. tom. 3. tr. 8. Q. 4. n. 2.* & *alii*.

Quemadmodum possunt non admittere, & ad- 231
missos expellere, ut & reintegrare; cum non valeant compelli ad omnes indifferenter admittendos, aut retinendos, sed idoneos dumtaxat, & probos, *Bart. in l. 3. n. 19. ff. de colleg. illicit.* Et quidem independenter ab Episcopo, ut censuit Sacra Congregatio Episcoporum & Regularium in Neapolitana Jurisdictionis 3. *Februarii anno 1708. apud Bullar. Ord. Hospital. S. Joannis de Deo pag. 265.* Quamvis non admissus, aut expulsus recurrere queat ad Judicem Ecclesiasticum, ad Episcopum videlicet, ut decidatur, num ejus non admissio, vel expulsio jure, an injuria fiat, *Lambert. de Jurepatron. p. 1. lib. 1. Q. 1. art. 10. Guttier. Can. Quæst. c. 35. n. 24.*

Nequeunt tamen Confratrem, gratis egredi vo- 232
lentem, siquidem de bonis Confraternitatis non retineat, impedire, juxta *l. 1. ff. de Colleg. illicit.* cum Confraternitas sit Collegium voluntarium, *Ricciull. c. 10. n. 5.* ubi addit ex *Bart. in l. fin. ff. de Colleg. illicit. v. eodem modo dico*, Confratrem, seu dimittatur, sive libere recedat, posse secum asportare res, quas ipse contulit, quantumvis eas in communi contulisset, modo ad ipsius usum fuerint deputatæ, ut Vestis fraternalis &c.

Secundo, possunt Confraternitates, immo de- 233
bent proprium Capellanum habere, qui sit Sacerdos, & præficiatur Ecclesiæ, Sacristiæ, & Cæremoniis Sacris. *Gavant. in Man. Episc. verb. Confraternitas n. 9.* Quique amoveri non debet ab Episcopo, reluctantibus Confratribus, ut censuit Sacra Congregatio Episcop. in *Forosempronien. 3. Octobris 1692.* apud *Monacell. tom. 1. in Append. Adnot. ad Constit. 115. Clem. 8. n. 5. pag. 423.*

Tertio, Officiales sibi deputare. Electio tamen 234
quotannis per secreta suffragia fieri debet, Sacr. Congregatio 18. *Julii* 1594. Et ab Episcopo, ejusve Generali Vicario confirmari; nisi Confraternitates sint sub immediata Regum protectione, ut declaravit Sacra Congregatio Episcop. & Regul. *in Bovinen. 11. Augusti* 1616. Si Confratres in electione non concordent, post tertium scrutinium electio pertinet ad Episcopum, Sacra Congregatio Concilii in *Senogallien. 4. Junii* 1701. *apud Monacellum supra n. 24.*

Quarto, libere congregare possunt Confratres, 235
ac deliberare, sine licentia Episcopi, Sacra Congregatio Episcop. in una *Putiniani 14. Augusti* 1584. *apud Monacell. supra*, ubi a *n. 17.* usque ad 21.
contra *Pignatellum tom. 9. conf.* 128. solide probet, 236
non posse Episcopum Confraternitatibus prohibere, ne pro aliqua resolutione capienda congregentur sine interventu Vicarii foranei loci, sub pœna nullitatis agendorum. Quamvis in re aliqua gravi, quæ præjudicium involvat irreparabile, vel notabile damnum, id valeat Episcopus adhortari, non tamen prohibere, & multo minus sub pœna nullitatis agendorum. Et, si velit, possit per se ipsum, vel per suum Delegatum intervenire, & assistere Congregationibus Confratrum, etiamsi fiant in ipsis Ecclesiis, & Oratoriis Regularium; ubi

sunt

sunt erectæ, absque eo, quod possit excludi, ut respondit Sacra Congregatio Episcop. & Regul. *Cæsenaten. 24 Novembr.* 1690. Et quod capitulariter det votum, Sacra Congregatio Concilii in *Senogallien. 4. Julii* 1701.

237 Et *n.* 22. monet laudatus Doctor, Confraternitatem legitime intimatam, & coadunatam posse determinationem, & resolutionem capere, quantumvis non interveniant duæ ex tribus partibus, aut major pars Confratrum; cum major pars Universitatis, Collegii, seu Capituli constituatur per præsentes, nulla habita ratione absentium, Rota *coram Burat. decis. 373. n. 22., & coram Cels. decis. 85. n. 9.* Modo tamen non adsit statutum, quod aliunde determinet.

238 Animadvertendum est 12. Confraternitates laicorum, in Ecclesiis Regularium etiam exemptorum institutas, visitationi subjectas esse Ordinarii, quacumque consuetudine, etiam immemorabili, privilegio, aut statuto non obstante, juxta præscriptum *Tridentini sess. 22. de refor. c. 8.* & Declarationem Sacræ Congregationis *Episcop. in Vercellen. 17. Julii 1615. apud Lezanam n. 27.* seu de cetero Ecclesiasticæ illæ sint, & Religiosæ, auctoritate nimirum Ordinarii institutæ, sive dumtaxat piæ, ad Opera nimirum pietatis ordinatæ, sine Episcopi consensu; *Barbos. de Offic. & pot. Episc. alleg. 75. n. 21., & 58. Garzias de Benefic. p. 5. c. 2. n. 613. & alii passim,* sau exemptæ, sive non exemptæ sint, ita tamen, ut exemptæ jurisdictioni subdantur Episcopi, tamquam Apostolicæ Sedis Delegati, non exemptæ vero, tamquam Ordinarii, *Clem. Quia contingit, de Relig. Domib.* & *Trident. dic. sess. 22. de refor. c. 8.* Quamobrem possunt in illos Episcopi, jurisdictionem exercere, eosque cogere ad reddenda computa &c. *Barbos. supra n. 28., & Lezana n. 57.*

239 Et visitare possunt nedum Confraternitates ipsas, sed etiam Altaria, & Capellas earumdem, intra Regularium ipsorum Ecclesias constituta, circa ea tamen, quæ Confraternitatum administrationem concernunt, Sacra Congregatio Episcop. & Regul. *in Chilen. 6. Decembris 1616. apud Barbos. in Summ. Apostolic. Decis. verb. Confraternitas n. 31. & in una Imolensi 1652. apud eumdem ibid.*

240 Quamvis *Bordonus tom. 2. cit. resol. 75. n. 22.* contendat, Episcopum, sicuti non potest ullo modo visitare Regulares, sic non posse Altaria, & Capellas Confraternitatum, in Ecclesiis Regularium erectarum visitare. Cui favet declaratio Sacræ Congregationis in una *Ostien. 2. Octobris 1656. apud Galet. in Margarita Casuum Conscientiæ verb. Episcopus. In Vintimilien. 24. Junii 1663. & in Hieracen. 14. Novembris* 1698. apud *Bullar. Ord. Hospital. S. Joan. de Deo pag. 565, & seq.* Cum ex una parte dicta Altaria, & Capellæ solum visitari queant in ordine ad ornatum, & supellectilem eorum; quæ omnis in proprietatem cedunt Ecclesiæ Regularium, & ordinarie sunt sub eorum cura. Et ex altera parte eadem res diverso Jure censenda non sit, ex vulgatis juribus, & Doctoribus. Ac ex alia demum parte talis visitatio fieri nequeat, quin aliquo modo Regulares ipsi visitentur; qui tamen Episcopi visitationi non subsunt.

241 Excipit tamen *Ricciullus n. 5. ex Tridentino supra citato* a visitatione Episcopi Confraternitates sub immediata Regum protectione existentes: & *n. 7.* ex *Novar. & Riccio* illas, quæ dictis Confraternitatibus sunt unitæ: illasque demum, quibus ex dispositione Fundatoris visitatio Episcopi est interdicta. Licet, ut addit *n. 12.* ex *Pererio, & Riccio*, hujusmodi Confraternitates visitari queant ab Episcopo libere quoad ea, quæ ad decentiam spectant, & ornamentum cultus Divini.

242 Animadvertendum tandem est 13., hactenus dicta de Confraternitatibus Laicorum, per Regulares in propriis Ecclesiis, & locis instituendis, erigendis, sive aggregandis &c., locum non habere in Congregationibus, sive Sodalitatibus, & Sodalitiis Beatissimæ Virginis, a Præposito Generali Soc. Jesu, ejusve Generali Vicario, in quibuslibet Societatis Ecclesiis, seu Domibus, Collegiis, & Residentiis, ac in aliis etiam Domibus, seu Seminariis, sub directione, & gubernio Societatis, nedum intra, sed extra quoque Urbem, per universum Orbem existentibus, pro externis Scholaribus, aut non Scholaribus, vel pro utrisque simul, tam institutis, erectis, & primariæ Congregationi, seu Sodalitate sub titulo Annuntiationis Beatissimæ Virginis in Ecclesia Collegii Romani aggregatis, quam imposterum instituendis, erigendis, sive aggregandis, sub eodem Sanctissimæ Annuntiatæ titulo, aliove id genus, vigore privilegii, contenti in Bulla Gregorii XIII. incip. [Omnipotentis Dei] *Nonis Decembris anno* 1584. Sixti V. incip. [Superna dispositione] *die 26. Augusti* 1587. & [Romanum decet Pontificem] *tertio Kal. Octobris ejusdem anni* 1587. ac in Literis Apostolicis Clementis VIII. incip. [Dilecte Fili,] expeditis *die 30. Augusti* 1602. Cum præfatæ Congregationes, seu Sodalitates, & Sodalitia longe diversa sint a Confraternitatibus prædictis, ut ex dicendis satis, superque conspicuum erit: easque non afficiat supra relata Constitutio [Quæcumque] Clementis VIII., ut innuit Compendium privilegiorum Societatis *verb. Sodalitas §. 7. in Corpore Instituti Pragæ editi anno* 1705. sintque a jurisdictione, visitatione, & correctione Ordinarii loci penitus exemptæ, subjectæ dumtaxat gubernio, directioni, & visitationi Societatis, ut habetur in *Ordinationibus Generalium c. 25. n. 3. in fine*, & insinuat *Card. de Lugo in suis Responsis Moralibus lib. 4. dub. 12. n. 3.* Enimvero

243 Primo, Possunt in eodem Societatis Ecclesiis, seu Domo, Collegio, Residentia, Seminario &c. plures Congregationes Beatissimæ Virginis institui, erigi, sive primariæ Congregationi Romanæ aggregari, tam Scholarium, quam non Scholarium, aut utrorumque simul, sub titulo Sanctissimæ Annuntiatæ, vel sub alio quovis titulo, & invocatione ex præcitatis Bulla Sixti V., & Literis Clementis VIII., Ordinarii loci consensu, ejusque testimonialibus literis minime requisitis: ut non requiruntur in præfatis Bullis, ac Literis Apostolicis, & numquam ac nullibi requisivit Societas, vel ab erectione Congregationis Sanctissimæ Annuntiatæ Collegii Romani, quam quia reliquas tempore antecessit, & ejus exemplo omnes deinceps inductæ sunt, primariam nuncupari voluit Gregorius XIII.

244 Secundo, Pro felici statu, directione, & regimine Congregationum Societatis potest Præpositus Generalis, ejusve Vicarius per se, vel per alium quæcumque Statuta, Constitutiones, & Decreta condere, licita tamen, & honesta, Sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis nullatenus adversantia, ita nimirum, ut ea si per alium condat, priusquam evulgentur, debeat Præpositus Generalis, ejusve Vicarius diligenter examinare, approbare, & confirmare. Ac postquam fuerint evulgata, quoties ipsi expediens visum fuerit, potest illa immutare, corrigere, moderari, & reformare, aut alia ex integro condere, ut indulserunt memoratæ Bullæ Gregorii XIII., & Sixti V.

ti V. [Romanum decet Pontificem.] Non tamen Ordinarius loci, utpote qui in Bullis prædictorum Pontificum, facultatem condendi Statuta Præposito Generali, aut Generali Vicario concedentibus, neutiquam est requisitus; & illum nunquam, ac nusquam requisivit Societas pro Statutorum suarum Congregationum approbatione, moderatione, correctione &c.

245 Tertio, ut legitime procedat harum Congregationum aggregatio, servari debet formula, jussu R. P. Claudii Aquavivæ Generalis, ad omnes Provincias missa, & relata in *Ordinationibus Generalium c.21. n.2., & 3.* nimirum [ut Provinciales Rectores suos admoneant, quorum in Collegiis jam sunt ejusmodi Congregationes, ut earum Præfectis, & Assistentibus significent, esse illis binas Epistolas scribendas: alteram ad R. P. Generalem, pener quem est omnis potestas, qua petant, suam Congregationem institui certo aliquo sub titulo, & aggregari ad primariam Collegii Romani, cum ejus Indulgentiis: alteram ad ipsum Præfectum, & Assistentes memoratæ Congregationis primariæ; rogando, ut hæc eadem apud P. Generalem procurent. Quod ipsum intelligendum est de Collegiis, ubi nondum sit ulla erecta Congregatio. Cum enim Rectori, accedente etiam Provincialis judicio, videbitur, tot esse personas, & tales, ut nova Cogregatio institui debeat; jubebunt, aliquos ex iis, qui id cupiunt, binas item literas Romam scribere, eodem plane, quo diximus, argumento. Atque hoc modo debebunt Congregationes omnes denuo erigi, ac confirmari. Expensæ vero, quę in exscribendis literis patentibus pro aggregationibus Sodalitatum Beatæ Virginis, & pro communicatione bonorum operum Societatis fieri consueverunt, non ab aliis, quam abipsis Provinciis suscipiantur.]

246 Quarto, Saceis præfatæ Congregationes non utuntur: sicque Decretum Sacræ Congregationis Episc., & Regul. in *Chilen. 6. Decembris* 1616., quod refert *Barbos. in Summa Apostolic. Decis. verb. Confraternitas n.10.* tenoris sequentis: [Confraternitates, seu novas Congregationes cum usu Saccorum erigere, non licet Clericis Societatis Jesu, nec Regularibus Sancti Dominici, sine licentia Ordinarii loci.]

247 Quinto, Processionibus publicis non interfunt: unde ad eas compelli non possent ab Ordinario, etiamsi ipsi subjicerentur. Et multo minus interfunt Processionibus illis, quæ fieri solent occasione funeris.

248 Sexto, Controversias Sodalium inter se, circa ea, quæ Congregationem concernunt, dirimunt, & componunt Prælati dumtaxat Societatis, Præpositus videlicet Domus, Rector Collegii, Residentiæ Superior, & Seminarii, ubi sunt Congregationes erectæ, quibusque subjiciuntur, non autem Episcopus, a cujus jurisdictione sunt exempti. A Superioribus localibus possunt Confratres securrere ad Provincialem, aut Generalem. Et tandem ad Conservatorem Domus, vel Collegii, Residentiæ, aut Seminarii, ubi est instituta Congregatio; utpote qui Judex competens est illius Domus, vel Collegii, eorumque Prælatorum. Quemadmodum ad eumdem Conservatorem fieri debet recursus in Controversiis, quæ inter Congregatos vertuntur, & Jesuitas; cum sit Judex competens amborum, non autem ad Ordinarium loci, cujus jurisdictio ut nullum locum habet in Domibus & Personis Societatis, ita neque in earum Congregationibus, & Congregatis.

249 Septimo, Congregationes Societatis de se corpus stabile, ac perpetuum non constituunt, sed coadunationem quamdam multorum ad opera pietatis simul obeunda sub directione, & gubernio ejusdem Societatis: qua directione, & gubernio ex rationabili causa, Societati bene visa, cessante, statim dissolvuntur, nec possunt Sodales enim eadem Congregatione alio se transferre; sed in fieri, & conservari semper a directione, & gubernio Societatis dependent, ut liquet ex Bulla Sixti V. *Superna dispositione, & habetur in Ordinationibus Generalium dic. c. 21. n. 3.*

250 Octavo, Cum autem Congregationes Societatis de se Corpus aliquod stabile, ac perpetuum non constituant, & ex causa Societati bene visa dissolvi queant, bona immobilia, aut certos reditus, earum dissolubilitatem retardantes, admittere nequaquam possunt, sed illorum sunt omnino incapaces, ut in dictis *Ordinationibus Generalium cavetur eodem cap. & num.* Immo neque bona mobilia, ut supellectilia Capellæ, Altaris &c. Quamobrem ubi Sodales ad cultum Altaris, & Missæ, præter ornamenta Sacristiæ communis Domus, vel Collegii, Vestes aliquas sacras, Candelabra, Pallia, aliaque id genus Congregationi elargiantur: sicut & ubi eleemosynam contribuentes iidem Sodales, Sedilia pulchriora, in quibus sedeant, quando conveniunt, erigant; Mensam in qua suffragia numerentur, quando alios Sodales recipiunt, & similia; intentio donatorum, nisi aliud exprimatur, est, ut ea donentur, non Capellę, vel Altari, sed Domui, vel Collegio; illique acquiritur dominium, non Capellæ; vel Altari, dominii incapaci; cum eo tamen onere, ut ad usum illius Capellæ, vel Altaris deserviant, quamdiu Congregatio subsistit, ut sic minus aggravetur Collegium, seu Domus, providendo Capellæ, vel Altari de ornamentis, & utensilibus necessariis; & ipsa etiam Capella, vel Altare decentius exornetur: Dissoluta tamen Congregatione, remaneant in pleno dominio Collegii, sive Domus. Ad eum modum, quo ubi quis ex 251
devotione erga Beatissimam Virginem, cujus aliqua Capella sit Ecclesia Societatis, offerat illi Planetam, vel Pallium, aliave utensilia ad usum illius Capellę, intentio offerentis est, ea donare, non Capellæ, sed Collegio, vel Domui, cum obligatione tamen utendi in illa Capella; sicque dominium acquiritur Domui, vel Collegio, ceteroqui Dominii capaci, non tamen Capellæ, quæ Dominii capax non est; adeo, ut, diruta fortassis illa Capella, adhuc utensilia remaneant sub dominio ejusdem Collegii, vel Domus. Et ubi Matronæ nobiles construant sibi in aliqua Ecclesia sedilia, vel scamna pretiosa, in quibus cum sua familia commode sedeant, quando illuc ad concionem audiendam se conferunt, impresso ad hunc finem in illis proprio nomine; sedilia, & scamna prædicta donantur Ecclesiæ, illiusque dominio acquiruntur, cum obligatione tamen ad illum usum, adeo ut, defunctis Matronis, in pleno dominio illius Ecclesiæ remaneant. Et ratio est: quia inten- 252
tio donantis accommodari debet circumstantiis, & qualitatibus personæ, loci, rerum &c. Sed ex una parte Congregationes Societatis ex sua institutione non sunt corpus stabile, & perpetuum; sed temporaneum, & dissolubile ad arbitrium Societatis; qua gubernationem dimittente, eo ipso dissolvuntur: nec possunt in alio loco subsistere, ut secum deferant bona sua: Et ex altera parte præsumi non potest, quod res oblata donetur ita Congregationi, ut ea dissoluta, donatio evanescat; cum res permanens debeat, juxta suam naturam, do-

nari subjecto permanenti, vel saltem habenti hæredes, ad quos valeat res donata transire; quales hæredes Congregatio habere non potest. Ergo prudens Donatorum intentio, cum ejusmodi mobilia Congregationibus offerunt, nisi aliud exprimatur, est, quod illa Domui, vel Collegio donent, ad usum tamen Congregationum, quamdiu illæ subsistunt: illisque non subsistentibus, in dominio Collegii, seu Domus remaneant.

253 Dixi : [nisi aliud exprimatur:] quia si Congregati donatores mentem suam explicarent, dicendo: se nolle dicta mobilia Domui, vel Collegio donare; illorum dominium Collegio, seu Domui non acquireretur: unde dissolute Congregatione, res illæ non transirent in dominium Collegii, vel Domus, sed Papa, vel ille, ad quem pertinent, de rebus sacris vacantibus disponere, deberet eas alicui, vel aliquibus locis piis applicare.

254 Assertum propugnatur a *Card. De Lugo in Responsis Moralibus lib. 4. dub. 22. cit. per tot.*, ubi etiam praxim universæ Societatis adducit. Cui adhærentes in facti contingentia Judices Domorum, seu Collegiorum, Residentiarum, & Seminariorum Societatie Conservatores, & in Regno Siciliæ Tribunal Regiæ Monarchiæ via appellationis, non semel pronuntiarunt, utensilia præfatarum Congregationum, iis dissolutis, manere sub dominio eorumdem Collegiorum, sive Domorum, Residentiarum, & Seminariorum, in quorum Ecclesiis, seu locis erectæ erant. Quod idem tandem decidit Sacra Congregatio Episcop. & Regul. 16. *Martii* 1713. siquidem.

[In causa Asculana, vertente inter Sodales Congregationis, seu Sodalitatis Sanctæ Mariæ Assumptæ, erectæ intus Collegium dictæ Civitatis ex una, & Patres Societatis Jesu partibus ex altera, de, & super prætensa independentia ipsorum Sodalium a dictis Patribus Societatis, super asserto dominio, & proprietate situs, & mansionum dictæ Congregationis, seu Sodalitatis, necnon super prætenso dominio vasorum argenteorum, supellectilium, ceterarumque rerum, ad prædictam Congregationem spectantium, rebusque aliis, &c.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, partibus ipsis auditis, referente Eminentissimo Gualterio, censuit, decrevit, ac declaravit, constare de aggregatione, & Sodalitatem non posse possidere, ipsosque Sodales parere debere Præposito Generali Societatis. *Romæ dic. anno* 1713. 16. *Martii*.] Quæ sane Declaratio Romæ, & iterum Panormi impressa est Typis Antonii Pecora eodem *anno* 1713.

C A S U S XLIII.

Quoad capiendam possessionem Ecclesiæ, a Papa concessæ.

255 Regulares exempti subjiciuntur Episcopo quoad capiendam possessionem Ecclesiæ, a Summo Pontifice concessæ: nequeunt siquidem, Ecclesiæ, quam Papa ipsis concedit, possessionem capere absque consensu Episcopi: cum per meram concessionem Pontificis non derogetur Juri, quod ex Sacris Canonibus, & *Tridentino* habent Episcopi, ne sine ipsorum consensu Regulares possint Ecclesiarum possessionem accipere, neque novas Ecclesias ædificare. Nisi tamen aliud in ipsa concessione sit expressum. Ita *Venerus Leyva in Enam. lib. 11. c. 14. n. 11.* & alii ex *c. Pastoralis de privil.* ibi: [Interrogati, utrum viris religiosis, quibus a Sede Apostolica est indultum, ut Ecclesias suas in proprios usus possint convertere, decedentibus personis earum, liceat Auctoritate propria in possessionem earumdem intrare, vel per Diœcesanum in ipsa sint potius inducendi. Ad quod respondemus, quod nisi forte in indulgentia Summi Pontificis id contineatur expressum, suo Episcopo inconsulto in possessionem ipsarum eis non est licitum introire; quia per indulgentiam hujusmodi Episcopali juri non credimus derogari.] Ubi *Gloss.* complures alios adducit casus, in quibus licet Superior aliquid inferiori concedat, semper tamen consensus alterius est expectandus: sic quamvis Servis, qui necem Domini sibi vindicant, lex concedat libertatem, consensus tamen Judicis requiritur ex *C. Pro quibus causis servis &c. l. 2.* Ergo quamvis Regularibus Pontifex concedat Ecclesiam; ad capiendam tamen possessionem illius consensus Episcopi expectandus est.

C A S U S XLIV.

Quoad donationem Ecclesiæ a Laicis factam.

Regulares laudati Episcopo subduntur quoad 256
donationem Ecclesiæ, a Laicis factam: non ita tamen Jurispatronatus, faciendam ab iisdem. Quare sine consensu Episcopi nequeunt Regulares de manibus Laicorum Ecclesias recipere, *Can. Decimas 16. q. 7. Cap. Quod autem in fine cap. Illud vers. tum quia cap. Nullus de jure patron. c. Cum & plantare in princ. vers. Ecclesias de privil. Lambert. de Jurepatr. p. 7. lib. 1. q. 1. art. 9. &*
10. Possunt tamen sine Episcopi consensu donatio- 257
nem Jurispatronatus, loco religioso factam, recipere; quia in tali donatione Episcopi consensus minime necessarius est, *Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg. 71. n. 11. & alleg. 105. n. 49.* ubi hanc rationem differentiæ assignat: quia cum juspatronatus transferatur a Patrono, qui verus est ipsius Dominus, illudq; juste possidet ex concessione Ecclesiæ, ratione fundationis, vel donationis; merito talis donatio, facta a Domino, qui magis capax, & habilis est ad illud obtinendum, rata, & firma remanere debet absque aliquo Episcopi consensu. At vero Laicus, obtinens Ecclesiam, injuste donet id, quod suum non est, nec retinere potest; & ideo jus illud transferendi in Ecclesiam, minime ad ipsum pertinet, sed ad Episcopum, juxta generalem regulam *text. in Can. Omnes Basilicæ 16. q. 7.* meritoque leges Pontificiæ, quæ permiserunt Ecclesias, sic male detentas, in locum religiosum transferri, requirunt ejusdem Episcopi consensum, ut post *Roch.* multis late explicat *Lambert. dic. vers. 9. a n. 86.*

C A S U S XLV.

Quoad defectum Justitiæ,

Regulares, de quibus hactenus, subjiciuntur 258
Episcopo quoad defectum justitiæ in exemptis: si enim facile haberi non possit recursus ad Papam, seu Superiorem Exemptorum ex defectu Justitiæ in exemptis adiri potest Ordinarius, *Aufrer. in repetit. Clem. 1. q. 10. n. 3. vers. Inde in principali de Offic. Ordin. Cochier de Jurisdict. Ordin. in Exempt. p. 2. q. 45. n. 63.*

CA-

CASUS XLVI.

Quoad incedendum extra Monasterium decenter.

259 REgulares exempti, etiam intra claustra degentes, Episcopo subjiciuntur quoad incedendum decenter extra Monasterium, de die, cum socio, & debita religiosa modestia. Possunt siquidem Regulares exempti, si absque habitu extra Monasterium incedant, per Episcopum puniri; non ita tamen si intra, *Franc. in cap. 1. num. 5. de privileg. in 6. Boet. Epo in cap. Relatum num. 8. Ne Cleric. vel Monac. Cokier de Jurisd. Ord. in Exempt. part. 2. qu. 43. num. 33. Fusch. de visit. lib. 2. cap. 16. num. 2. Barbos. alleg. 105. num. 61.* Sique incedant soli, cogi possunt ab eodem, ad incedendum cum socio, cum Monachus non debeat stare, nec incedere solus, *cap. 2. de stat. Monach. Clem. Ne in agro §. Ad hæc eodem tit. Zerola in prax. part. 2. verb. Regularis vers. 5. Barbos. dict. allegat. 105. num. 85. & alii.* Sique de nocte, & sine modestia religiosa incedant, possunt per Episcopum carceribus mancipari, tamquam delinquentes extra claustra, servata tamen forma *Trid. sess. 25. cap. 14. de Regul. Monacell. tom. 1. tit. 6. form. 10. num. 13. pag. mihi 234.* ubi laudat Declarationes Sacræ Congregationis Episc. *in Andrien. 15. Decemb. 1584.* & in *Ravennaten. 12. Septemb. 1594.*

CASUS XLVII.

Quoad Celebrationem Missæ Sacerdotum externorum in propriis Ecclesiis.

260 REgulares exempti subjiciuntur Episcopo quoad Sacerdotes exterus, in propriis Ecclesiis pro celebratione Missarum admittendos. Ita Doctores passim cum *Barbos. in Tridentinum sess. 23. cap. 17. de reform.* ubi testatur, sic fuisse decisum a Sacra Congregatione Concilii *in Neapolitana 17. Aug. an. 1630. Riccio in decis. Cur. Archiep. Neapol. part. 4. decis. 498.* ubi eamdem decisionem refert, & aliam adducit Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ: posse videlicet Episcopum, prohibere Regularibus, ne in eorum Ecclesiis admittant externos Presbyteros ad celebrandum, nisi prius visis literis dimissorialibus Episcoporum, seu Ordinariorum talium Sacerdotum. *Pignatello, tom. 8. consf. 42.* ubi subjungit, posse Episcopum id prohibere Regularibus, etiam pœnis, & censuris Ecclesiasticis ex declaratione Sacræ Congregationis Concilii *apud Fagnanum in cap. Grave num. 46. de offic. Ord.* & *Cespede de exempt. c. 5. dub. 99.* qui eamdem Sacræ Congregationis Concilii declarationem allegat *in Neapolitana*, aliamque ejusdem Sacræ Congregationis laudat *in Bononiensi die 2. Julii 1620.* tenoris sequentis: [Ad duodecimum, non licere Regularibus, in suis Ecclesiis ad celebrandum admittere Presbyteros sæculares contra prohibitionem Illustrissimi Archiepiscopi.] Quamvis, utraque Sacræ Congregationis declaratione præcisa, oppositum sentiat laudatus *Cespedes*; multisque probet, non posse Episcopum Regularibus præcipere, ne in suis Ecclesiis admittant exteros Sacerdotes ad celebrandum.

CASUS XLVIII.

Quoad alienationem Immobilium modici valoris.

REgulares Exempti subjiciuntur Episcopo quoad alienationem immobilium modici valoris, seu Terrularum, quæ fit vigore *Cap. Terrulas*: cum eam facere nequeant Regulares absque licentia, & decreto Ordinarii, ut declaravit Sacra Congregatio Episcop. *in Tropien. alienationis 11. Januar. 1692. apud Monacell. tom. 1. Formul. tit. 5. Form. 15. n. 28. pag. 181.* 261

CASUS XLIX.

Quoad susceptionem Infantium in Baptismo.

REgulares prædicti subjiciuntur Episcopo quoad susceptionem Infantium in Baptismo sive admissionem in Compatres ratione Baptismi: cum id sit prohibitum Monachis in *Can. Placuit 2. 16. qu. 1. & Can. Non licet, ac Can. Monachi dist. 4. de Consecrat.* quam prohibitionem communis opinio ad alios etiam Religiosos extendit, ut videre est apud *Ledesmam de Sacram. tract. de Baptismo cap. 13. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 60. num. 19. & 21. Bonac. de Matrim. qu. 3. punct. 5. §. 2. num. 23. Barbos. tom. 4. Collect. in cit. cap. Placuit num. 1. & de offic. & potest. Episc. alleg. 30. num. 36.* ubi post alios addit, etiam peccare mortaliter, contravenienado. Favet communi sententiæ *Rituale Romanum*; ubi de Patrinis in Baptismo, inquiens: [Ad hæc admitti non debent Monachi, vel Sanctimoniales, nec alii cujusvis Ordinis Regulares.] Et Sacr. Congreg. Concilii *in Mediolanensi die 3. Octobris 1667.* ubi Archiepiscopo injunxit, ut Parochis prohiberet, ne admitterent Regulares in Compatres, levando Infantes de Sacro Fonte Baptismatis, sub pœnis ejus arbitrio, ut refert *Monacell. in supplem. ad tom. 2. prope finem n. 499. pag. 117.* Hinc 262

Audiendus non est *Cespedes cap. 6. dub. 134.* docens Primo cum *Philippo Maria Guadagno, Josepho de Augustino in sua celebri Brevi notitia de Baptismo num. 18. Coninch de Sacram. qu. 67. artic. 7. num. 56. Gaspare Hurtado de Sacram. tract. de Baptismo disp. 2. diffic. 9. Megallan. in Prompt. verb. Baptismus num. 4. apud laudatum Cespedem*, prohibitionem, Monachis factam, non extendi ad alios Religiosos, qui Monachi non sunt, & præsertim ad Mendicantes. Secundo nec forte respectu Monachorum obligare dictos textus sub mortali; pro quo adducit *Carolum de Baucio in Miscellan. Practic. pag. 235.* opinantem, obligare sub veniali. Tertio posse Religiosos suscipere Infantes in Baptismo, nec proinde requiri licentiam Episcopi, etiamsi in aliquibus civitatibus eam viderit prærequisitam. Videatur hic Doctor *loc. cit.* 263

CASUS L.

Quoad cognitionem causarum Monetariorum, &c.

REgulares Exempti subjiciuntur Episcopis quoad cognitionem causarum contra illas Religiosas personas, quæ monetas aureas, vel argenteas tundunt, fabricant, colorant, vel aliquo alio modo adulterant, sicque adulteratas erogant, aut expendunt: cum hæc in provinciis, Summo Pontifici, & Sedi Apostolicæ subjectis, ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, in eisdem provinciis de latere Legatos, & Prolegatos pro tempore exi- 264

ſtcotes : in aliis vero omnibus ; & ſingulis provineiis, Regnis, Civitatibus, Oppidis, Caſtris, & locis, tam Pontifici, & Apoſtolicæ Sedi, quam alteri cuivis Psincipi ſubjectis, in Italia tantum comprehenſis, ſpectet ad Ordinarios locorum privative quoad omnes Superiores Regularium, ipſiſque Superioribus penitus exclusis : & quoad loca intra fines alicujus Diœceſis, non samen da Diœceſi exiſtentia, ad Ordinarios ipſarum Diœceſum, intra quarum fines eadem loce extiterint : quo vero ad ea, quæ extra fines alienjus Diœceſis consiſtunt, ad viciniores eorumdem locorum Ordinasios, Conſt. Urbani VIII. *incip.* [In ſuprema] *Idibus Novembris* 1627.

265 Quemadmodum cognitio omnis, & cujuſcumque criminis, depoſitione digni, per Regularem patrati, ad Epiſcopum privative quoad omnes Superiores Regulares pertinet, *Navarr. conſ. 6. de for. compet. in noviſſ. Piaſec. in prax. p. 2. c. 3. art. 6. de Viſit. Regul. n. 24. & alii :* cum nemo præter Epiſcopum valeat degradare, *C. Degradatio, de Pœnit. in* 6. ibique Doctores, & *Abbas in c. Cum contingat n. 6. de for. compet.*

CASUS LI.

Quoad delicta in perſonam Epiſcoporum commiſſa, vel adverſus exercitium Juriſdictionis Epiſcopalis.

266 REgulares laudati ſubjiciuntur Epiſcopis quoad delicta, in perſonam ipſorum Epiſcoporum commiſſa, vel adverſus exercitium Juriſdictionis Epiſcopalis. Regulares etenim quicumque, etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani, qui in perſonam Epiſcoporum delinquunt; eoſve impediunt in exercitio ſuæ Juriſdictionis, ne videlicet munus ſuum exequantur, poſſunt per eoſdem Epiſcopos legitima coercari, & puniri, ut Sacra Congregatio, approbante Gregorio XIII., declaravit, teſta *Fagnan. in dic. cap. Grave n. 76. de Offic. Ordin.*

CASUS LII.

Quoad offendentes Miniſtros, & Officiales Curiæ Epiſcopalis.

267 REgulares Exempti, etiam intra clauſtra degentes, ſubjiciuntur Epiſcopo quoad offendentes Miniſtros, & Officiales Curiæ Epiſcopalis. Prorogant ſiquidem offenſores Religioſi Juriſdictionem Epiſcopi, & ſic ejuſdem fori efficiuntur, adeo ut poſſint ab eo puniri, & carcerari, ut declaravit Sacr. Congr. Epiſc. *in Theatina* 27. *Martii* 1692. *Spetell. dec.* 160. *n.* 31.

CASUS LIII.

Quoad delicta extra clauſtra, & cum ſcandalo a degentibus intra clauſtra patrata.

268 REgulares Exempti ſubjiciuntur Epiſcopo quoad punitionem illorum, qui intra clauſtra degunt, ſed extra notorie, & cum ſcandalo populi delinquunt. Regularis etenim, quantumvis Exemptus, & intra clauſtra degens, ſi extra notoria delinquat, ita ut populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante, a ſuo Superiore infra tempus, ab Epiſcopo præfigendum, puniri debet; & dein ab eodem Superiore certior fieri Epiſcopus de punitione : ſecus Superior a ſuo Prælato eſt deponendus Officio, & delinquens ab Epiſcopo puniri poteſt, *Conc. Trident. ſeſſ. 25. de Regul. c. 14. Fagnan. in dic. cap. Grave n. 69. Cherlin. Controv. Foreaſ. lib. 1. c. 50. n. 2. & 9. Barboſ. de Offic. & pot. Epiſc. alleg. 105. a n. 18. & alii*, quibus adhærens *Peyr. in Formul. Præ-* 269
lat. Regul. lit. P. c. 7. notat, quod ad hoc, ut Epiſcopus poſſit Regularem punire, quatuor conditiones copulatim requirantur : prima, quod delictum ſit extra clauſtra, non intra commiſſum; ſecunda, quod ſit notorium; tertia, quod ſit ſcandaloſum; quarta demum, quod Epiſcopus inſtiterit, ut a ſuo Superiore puniretur : & hic neglexerit punire. Quarum conditionum ſi deſit una, diſpoſitio laudata *Tridentini ſeſſ. 25. de Regul. c. 14.* locum non habet; cum hæc ſit conditionum copulativarum natura, quod una deficienta diſpoſitio vim non habeat, ut probat *Aldrete de diſciplina Religioſa tuenda lib. 1. c. 3. n.* 36.

Inſtantia autem Epiſcopi ſatis eſt, quod ſemel 270
fiat; nec requiritur, quod fiat bis, aut ter, ad hoc ut Superior teneatur procedere, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii *apud Barboſ. de Offic. & pot. Epiſc. alleg.* 105. *n.* 20. Et pro certificando Epiſcopo, ſatis non eſt quod ad ipſum Superior regularis ſententiam, aut etiam acta omnia, ſuper delicto actitata, tranſmittat; ſed opus eſt, ut de punitione ipſa, & executione ſententiæ certior fiat Epiſcopus, ut reſpondit cit. Sacra Congregatio apud eumdem *Barboſ. ibid.*

Forma autem, qua Prælatus Regularis poteſt 271
Epiſcopum certum reddere de punitione Religioſi, cum ſcandalo notorio extra clauſtra delinquentis, illa traditur a *Peyr. in Formul. Prælat. Regul. lit. P. c. 7. citato :* [Charitatis, ac Juſtitiæ zelo refertas accepimus Illuſtriſſimæ Dominationis veſtræ litteras, quibus inſtabat, ut F. N. indignum noſtri Ordinis Religioſum, qui ſceleſtas præteritis diebus in honeſtum, & gravem Virum N. in publica Civitatis hujus platea, magno cum populi ſcandalo, manus inſerta auſus eſt, digna ejus ſcelere animadverſione pœna mulctaremus, deque ſumpto ſupplicio Dominationem Veſtram Illuſtriſſimam intra menſis ſpatium redderemus certiorem. Nos, qui Illuſtriſſimam Dominationem Veſtram, ea, qua par eſt, obſervantia colimus, ac veneramur, ad hujuſmodi delicti inquiſitionem, pro ut de notorio Jura diſponunt, perſpectis illico litteris, proceſſimus : cumque eumdem N. graviter deliquiſſe comperterimus, ex noſtrarum Conſtitutionum præſcripto, carceribus per annum mancipandum fore, judicavimus; ac re ipſa damnavimus, activa & paſſiva vocibus per biennium etiam privantes. Cujus quidem noſtræ diffinitionis, ac ſententiæ, ut Apoſtolicis pareremus mandatis, Illuſtriſſimam Dominationem Veſtram his litteris cenſuimus commonendam. Cui etiam fauſta cuncta ab eo precamur, qui mandat ſalutes Jacob. Datum &c.]

Extra vero delinquere cenſetur Religioſus, et- 272
iamſi delinquat intra ſuam Eccleſiam, ſed apertis januis, in ea non ſolis ſuis Religioſis, ſed aliis etiam exiſtentibus; non tamen, ſi januis clauſis, vel in Eccleſia ſolis Regularibus ſuis commorantibus : Neque ſi delinquat intra clauſtra, ex declaratione Sacræ Congregationis, quam præ manibus habuiſſe, teſtatur *Barboſ. dic. Alleg.* 105. *n.* 20. Et quamvis *Lauret. de Franchis* oppoſitum ſentiat, quia, inquit, nomine Clauſtri venit etiam Eccleſia annexa; unde Regularis ingrediens Eccleſiam, non dicitur egredi a clauſtro; ejus tamen ſententia ſuſtineri poſſet, ſi revera non extaret laudata Sacræ Congregationis declaratio, ait *Reiffenſt. ſup. n.* 519.

Ex his infert cum *Rodriq. tom. 2. q. 63. art.* 7. 273

Portel.

Portel. in dub. Regul. v. Episcopus n. 9. quod si Monachus percutiat Clericum Sæcularem extra Conventum; nequeat Episcopus Monachum percussorem incarcerare, neque excommunicatum declarare; sed dumtaxat Superiorem Regularem cogere, ut illum puniat modo prædicto.

274 Quod si Regularis Superior subditum suum delinquentem ad instantiam Episcopi non puniat, immo & extra ejusdem diœcesim impunitum transmittat; vel ipsemet Superior alio extra eamdem diœcesim se conferat, ne subditum delinquentem punire, deque illius punitione Episcopum certiorem facere cogeretur; in hoc casu pœnam privationis ipso facto Dignitatum, & Officiorum, ac Inhabilitatis incurret Superior; &, Instante Episcopo, intra terminum, ab ipso præscribendum, Religiosus delinquens e loco, ad quem transmissus est, revocari debet, & ad eum, in quo deliquit, sisti; ac, ut supra, puniri; alioquin Ordinarius loci, ad quem transmissus fuit, ab Ordinario loci commissi delicti requisitus, vel alias de illius delicto informatus, tamquam Apostolicæ Sedis Delegatus, Concilii Decretum exequi, & eum punire possit, & debeat, ut decrevit Clemens VIII. in Constit. [Suscepti muneris] 18. *Mar.* 1596., innovans motu proprio laudatum Tridentini Decretū.

275 Ubi autem Prælatus ipse Regularis, non eorum subditi, notorie, & cum scandalo delinquat extra claustra, quid ab Episcopo faciendum, controversum est. *Ciarlinus c.* 50. opinatur, debere Episcopum Episcopalibus carceribus delinquentem Prælatum mancipare, & interim Provincialem, aliumve Prælatum Majorem de facto sequuto monere, illumque requirere, ut rescribat cui velit, reum consignari. [Hunc casum, (ait *Ciarlinus loc. cit.*) a nemine vidi tactum: tamen Ego putavi, statim scribendum esse Provinciali, narrando ei factum, & eum requirendo, ut scriberet, cui vellet consignationem fieri: interimque ejus nomine reus detineretur carceratus. Quod satis juri convenire putavi, quoniam expeditum est, remissionem esse faciendam ad Superiorem, ex Decretis Sacræ Congregationis Regul: Aut Superiores sunt primo Priores; secundo Provinciales; tertio Generales, *Marth. de Jurisdict. p.* 4. *centur.* 4. *c.* 18 a. *n.* 3. Hic non potest remitti ad Priorem, quia actio, & passio non cadit simul in eodem subjecto, ex *l. Ille a quo:* ergo ad Provincialem recurrendum est; qui, si erit præsens, statim fiet remissio modo supradicto: si absens erit, per litteras certiorandus erit: non autem reus est dimittendus; quia sic vix posset ab aliquo puniri: at cum Episcopus possit punire Regulares in defectum Regularium Superiorum, videtur, quod etiam possit pro tunc detinere; quia concessa jurisdictione, omnia videntur permissa, quæ ad eam sunt necessarie.] Hactenus *Ciarlinus*.

Sed oppositum sustinet *Alphonsus de Leone in*
276 *Tract. de Censur. recollec.* a. e. 496. ob declarationem Sacræ Congregationis apud *Vulpium* ut refert laudatus *Alphonsus*, cui adhæret *Cesped. dub.* 240. *n.* 4. putans, quoad carcerationem Prælati non se extendere facultatem Episcopi, quamvis id non probet. Probat tamen *Pellizz.*, eidem opinioni subscribens *tr.* 8. *c.* 6. *sect.* 1. *Q.* 5. *n.* 22. quia facultas procedendi adversus Regulares, notorie delinquentes, cum sit odiosa, debet restringi ad casus in Jure expressos: in jure autem non est expressum, quod Episcopus possit carcerare Prælatum Monasterii, notorie delinquentem; cum solum dicat, Episcopum antequam Regularem, notorie delinquentem puniat, debere instare, ut puniatur ab ipsius Prælato: nec excipiat hunc casum, in quo ipsemet Prælatus delinquat. Ergo in hoc casu monendus esset Provincialis, aut Generalis, nec carcerandus Prælatus; maxime cum *Trident. sess.* 25. *de Regul. c.* 14. loquatur expresse de Regularibus; & nomine Regularium ut sic, in odiosis non veniat eorumdem Prælatus; quemadmodum nomine Monachi non venit in odiosis Abbas, ut notant *Naldus verb. Abbas n.* 1. *& Diana p.* 3. *tr.* 2. *resol.* 48. Et nomine Monialium neque venit in odiosis Abbatissa, ut addit laudatus *Diana*.

Quod si notorie, & cum scandalo populi extra deliquerit Novitius, qui alias degit intra claustra; nequit in eum, sicut in Professum modo dicto Episcopus procedere. Quia cum allatum *Tri-* 277
dentini Decretum, subdens Regulares Episcopo quoad delicta, sit exemptioni eorumdem Regularium odiosum, extendendum non est ad Novitios, qui in odiosis sub nomine Regularium nullatenus comprehenduntur, sed dumtaxat in favorabilibus, *Cesped. de Exempt. c.* 2. *dub.* 29. *n.* 1. 278

Quod procedit, etiamsi Novitius, extra claustra 279
delinquens, extra illa commoretur, ut proinde nequeat in illum, sicuti potest in Professum, ut seq. Casu videbimus, Episcopus procedere. Quemadmodum in universum nequit in Novitios Episcopus procedere in illis casibus, in quibus, procedere potest in Regulares professos, ut docent *Jo. Maria Novar. decis.* 88. *Sanchez cum aliis in Decal. lib.* 6. *Riccius in prax. tom.* 4. *resol.* 234. & *Cesped. c.* 2. *dub.* 26. qui limitat *n.* 6., Nisi id Episcopo concedatur expresse.

CASUS LIV.

Quoad delicta degentium extra Claustra.

Regulares Exempti subjiciuntur Episcopo quoad 280
punitionem illorum, qui extra claustra degentes, etiam sui Ordinis prætextu, aliquod delictum committunt. Hi siquidem possunt ab Ordinario loci, tamquam in hoc ab Apostolica Sede Delegato, visitari, puniri, & corrigi, ut expres- 281
se statuit *Concilium Trid. sess.* 6. *de refor. c.* 3. seu de cetero delictum notorium sit, & cum scandalo, sive non, *Alphonsus de Leone de Censur. Recollect.* 2. *n.* 318. *& apud ipsum Quaranta verb. Exemptio vers. visitare, & punire, & Duard. lib.* 1. *in Bullam Cœnæ c.* 8. *q.* 3. *n.* 129. refert, & sequitur *Cesped. r.* 16. *dub.* 282
256. *n.* 5. At non privative quo ad Prælatos Regulares, sed cumulative; unde poterunt hi, punire tales Religiosos delinquentes, ac prævenire Ordinarios; cum non eximat Concilium Regulares, extra claustra degentes, a Jurisdictione suorum Superiorum, & consequenter neque ab eorumdem correctione, ut notat *Lauret. de Franchis cum aliis in Controv. inter Episc. & Regul. p.* 1. *n.* 117.

Dicitur autem extra claustra degere ex supra
insinuatis *art. præcedente resol.* 21. *n.* 117., qui ad 283
longum tempus existit, seu permanentem habet extra Monasterium habitationem: ut qui, studiorum causa, extra Conventum commoratur, cohærenter *ad Trid. Sess.* 25. *c.* 4. *de Regul.* & insuper conventualiter non vivit sub Superiore, etiamsi de licentia sui Prælati commoretur in domo, ad erectionem Monasterii deputata. Secus tamen, qui ad breve tempus existit extra Monasterium: vel, si ad longum tempus, vivit tamen in domo, ubi alii Religiosi degunt, & quidam sub Superiore, & juxta Regulam suæ Religionis; quod est vivere conventualiter, ut declaravit Sacra Congregatio

apud

apud *Fagnan. in dic. cap. Grave n. 35.* & *Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 2. alleg. 105. n. 16.*

284 Hine qui de licentia suorum Superiorum per aliquot dies, immo & menses, puta duos, vel tres, causa prædicationis, vel Confessionum excipiendarum, aut etiam recreationis, aliave id genus, extra Monasterium degunt; non dicuntur, extra claustra degere, ita ut, si delinquant, subjiciantur punitioni, & correctioni Ordinariorum; sed propriorum Regularium Prælatorum, ut optime convincit *Ricciat. in prax. p. 3. resol. 392. n. 2. & 3.* & post ipsum *Lauret. de Franchis 1. p. Controv. inter Episc. & Regul. n. 4.* Tum ex eo, quia hoc ipso, quod brevi ad Monasterii claustra sint reversuri non censetur aliorsum divertisse, *l. Postliminii §. Captivus ff. de Captivis; & l. Quidquid ff. de Reg. Jur.* Tum pariter ex eo, quia juxta *Tridentinam sess. 23. de refor.* qui aliquantisper tantum absunt, nempe per duos, vel tres menses, ex Veterum Canonum sententia; non

285 videntur abesse, quia statim reversuri sunt. Quique de licentia sui Superioris ad longum tempus commorantur in domo, ad erectionem Monasterii deputata, in qua vivunt alii Religiosi sub Superiore, & juxta propriam Regulam, non dicuntur extra claustra degere, ita quod si delinquant, possint ab Ordinario illius loci corrigi, & puniri; sed a suo Superiore Regulari, ut etiam laudata Congregatio declaravit.

286 Quemadmodum qui de Superiorum licentia manet in aliquo membro, vel grangia sui Monasterii pro Religionis servitio, non dicitur extra claustra degere, ita ut, si delinquat, ab Ordinario puniri valeat, sed a suo Superiore, juxta formam *Trident. sess. 25. de Regul. c. 14.*

C A S U S LV.

Quoad Apostatas, & Ejectos.

287 REgulares Exempti subjiciuntur Episcopo quoad Apostatas, & Ejectos e Religionibus; utpote qui Episcoporum subsunt jurisdictioni, ex Decr. Sacr. Congreg. Concil. 21. *Septembris 1624.* quod refertur *tom. 4. Bullar. Constit.* 28. Urbani VIII.

C A S U S. LVI.

Quoad recessum a Conventibus absque Superioris licentia.

288 REgulares Exempti subjiciuntur Episcopis quoad recessum a propriis Conventibus sine legitimo mandato, in scriptis obtento, etiam prætextu ad Superiores accedendi: cum in hoc casu valeant ab Ordinariis locorum, tamquam proprii Instituti Desertores, puniri ex *Trid. Sess. 25. de Regul. c. 4.*

C A S U S LVII.

Quoad habitationes studentium in Universitatibus.

289 REgulares Exempti subjiciuntur Episcopo quoad habitationem illorum, qui studiorum causa ad Universitates mittuntur. Hi siquidem in Conventibus tantum habitare debent; secus contra ipsos potest Ordinarius procedere, *Trident. dic. Sess. 25. c. 4. de Regul.*

C A S U S LVIII.

Quoad Delictum, Contractum, seu Rem, de qua agitur, in loco non exempto.

REgulares Exempti, etiam intra claustra de- 290
gentes, subjiciuntur Episcopo quoad Delictum in loco non exempto commissum: quoad Contractum, seu rem, de qua contra Regulares agitur, si ille initus sit, & hæc in loco non exempto sita, & Regulares exemptionem communem habeant, ex *cap. 1. de Privil. in 6.* Secus tamen, si plena exemptione præditi sint, ut Mendicantes, & qui cum ipsis communicant de Privilegiis, ut docent *Richard. in 4. dist. 45. q. 2. art. 5. Sylv. V. Testamentum 2. n. 2. & alii cum Rodriq. tom. 3. Quæst. Regul. q. 70. art. 5. qui tom. 2. q. 64. art. 3.* laudat Clementem IV., eximentem Fratres Minores ita, ut, non obstante Constitutione Innoc. IV., non teneantur, ne quidem ratione delicti, Contractus, seu rei, de qua agitur, locorum Ordinariis subjacere, irritum, & inane decernendo, quidquid secus attentari contigerit. Quemadmodum *Nidus de Conserv. Reg. c. 4. part. 99.* refert Paulum V., qui in sua Bulla 34. *incip.* [Religiosorum sub suavi] approbat Decretum Sacræ Congregationis apud *Gavantum in Man. Episcop. verb. Jura Regul. sub. Episc. n. 55.* ad instantiam Procuratoris Generalis Carmelitarum declarantis: [Neque Constitutione in generali Concilio *Lugdunensi* edita, quæ incipit: *Volentes*; neque Decreta Concilij *Trid. Sess. 14. c. 7.* prædictam Constitutionem innovantis, comprehendi Regulares: ideoque eos, delinquentes extra Monasterium in loco non exempto; aut in eodem loco contrahentes; vel ibidem rem, de qua est controversia, habentes juxta eorum privilegia, coram suis Superioribus, vel Conservatoribus esse conveniendos.]

C A S U S LIX.

Quoad delicta circa Personas, Clausuram, & Administrationem Monasteriorum Monialium.

REgulares Exempti subjiciuntur Episcopo quoad 291
delicta circa personas, quæ intra septa Monasterii Monialium degunt: aut circa earumdem Monialium clausuram: vel circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialium. In his siquidem casibus, etiamsi Monasteria Monialium ipsismet Regularibus subjiciantur, Regulares delinquentes Episcopo loci, tamquam in hoc a Sede Apostolica delegato, subduntur, ita nimirum, ut ab eodem puniri, & corrigi valeant, ex Constit. Gregorii XV. *de Privileg. Exemp. §. Ad hæc.*

C A S U S LX.

Quoad executionem ultimarum Voluntatum.

REgulares Exempti subjiciuntur Episcopis quoad 292
executionem Ultimarum Voluntatum, *Clem. unic. de Testam.* ibi: [Religiosis, etiam exemptis, deputatis ad executionem cujuslibet Ultimæ Voluntatis, circa ipsius executionis officium &c. præsentis Constitutionis auctoritate statuimus, quod tales, etiamsi Prælationis fungantur officio, locorum Ordinariis debitam reddere, ipsique Ordinarii ab eisdem, absque dolo, fraude, seu negligentia, de susceptæ executionis officio teneantur exigere rationem, illos, quos circa id deliquisse repererint,

in

in aliorum exemplum pœna debita, quocumque non obstante privilegio, puniturі.] Quare si aliquis particularis Religiosus, etiam Exemptus, tamquam Executor Testamentarius, seu Fiduciarius, ex Officio illi commisso, (quod profecto de licentia sui Superiotis potest licite acceptare, & exequi) deberet aliquod opus pium, vel onus Missarum adimplere, seu adimpleri facere, tunc posset, etiam Censuris Ecclesiasticis, illum Ordinarius compellere, ad reddendam sibi rationem de executione, & adimplemento oneris injuncti, & punire, si eumdem male se gessisse, comperiret, ut tradunt passim Doctores, quos inter *Henricus Bottejus de Synod. Episc. volum. 13. p. 2. Bonifacius de Vitulinis apud eumdem, Homobonus in Exam. tr. 15. c. 8. q. 29. Megala in Consil. cons.* 40. *Leo in Thesauro For. Eccles. p. 2. c. 17. n. 82. Zerola in prax. Episc. verb. Legatum §. 9. de Graffis de Casib. reserv. lib. 2. c. 26. Emman. Themudo a Fonseca Decis. 62. Angel. in summ. verb. Executor* n. 20. *Riccius in prax. execut. ult. volunt. dub. 5. Barbos. de Offic. & pot. Episc. alleg.* 82. n. 34. *Gavant. in Man. verb. Regularium Jura* n. 60. *Piringh in Jus Can. lib. 1. tit.* 31. n. 112. *Amostaz de Causis piis p. 2. lib. 5. c. 7. n. 20. Raynald. Observ. Crimin. supplem. ad c. 32. supplem.* 4. n. 30. ubi ait eum *Riccio in prax. p. 2. resol.* 210. *limit.* 8. quod propter hanc causam Regulares possunt etiam censuris constringi. *Pellizz. in Man. tr. 8. c. 6. sect. 1. n. 74. Philippus Niger de Exempt. q. 4. n. 18.* ubi infert, Statutum Episcopi, disponens de Executoribus Testamentariis, ligare Exemptos, licet alias Exempti non ligentur Statutis Episcopi.

294 Quod procedit, etiamsi Testator rationem ab Episcopo exigi, prohibuisset, *Tambur. de Jur. Abb. tom. 1. disp. 15. q. 7. n. 23. Ventriglia in prax. p. 1. annot. 48. §. unic. n. 116., & alii.*

295 Non autem quoad Legata, & onera Missarum, Ecclesiis Regularium Exemptorum relicta, ut nimirum in iisdem adimpleantur: ne quidem, ubi Superiores Regulares negligentes fuerint visitare, rationem exigere, ac recognoscere, num Decreta Sacræ Congregationis Concilii *de Celebratione Missarum*, ab Innocentio XII. approbata *anno* 1697., executioni mandentur, *Pignatell. tom. 3. cons. 9.* Quia neque in his novissimis Decretis, neque alibi datur Ordinario talis facultas. Et ideo Regularium Ecclesiæ neque super hoc visitari queunt ab Ordinario, infert *Monacell. p. 3. Formul. tit. 2. n. 8. pag. mihi* 221. Ubi notat, quod si talis facultas aliquando daretur ordinario, utilis ea foret Testatoribus.

296 Nisi tamen prædictæ Ecclesiæ Regularium essent in parvis Conventibus, qui vigore Decreti Innocentii X. *incip.* [Ut parvis] subjiciuntur Jurisdictioni Ordinariorum. Episcopus siquidem non solum posset, sed deberet visitare, rationem exigere, & recognoscere, num in talibus Ecclesiis præfata Decreta observentur: & Regulares de exacta illorum observantia monere. Quod si post monitionem, ut ea servent, Regulares inveniret ab executione deficere, illos deberet, tam visitationis tempore, quam extra, in privationem vocis activæ, & passivæ, graduumque, & Officiorum, quæ tunc obtinent, sicut & in pœnam inhabilitatis perpetuæ ad ista, aliaque de cetero obtinenda, ipso facto incursos declarare, vel alio modo punire. Quia in hujusmodi parvis Conventibus jurisdictio Ordinarii est omnimoda, & plenaria; & Regulares, inibi degentes, tamquam veri subditi inspiciendi, & gubernandi sunt, *Monacell. ubi supra* n. 10.

297 Verum hactenus dicta de subjectione Regularium Exemptorum Episcopo quoad executionem ultimarum voluntatum procedunt de Regularibus exemptis exemptione communi, qui conveniri possunt coram Ordinario ratione Contractus initi, Delicti commissi, & Rei, de qua agitur, in loco non exempto sitæ; non autem de exemptis omnimode, qui nullo pacto conveniri queunt coram Ordinario. Hi siquidem nec rationem suæ executionis illi reddere tenentur; neque, si in ea delinquant, possunt ab eodem puniri. Et hujusmodi sunt hodie omnes fere Regulares Exempti. Atque ita docent *Angelus laudatus in Summ. Verb. Executor n. 20. Sylv. verb. Testamentum 2. n. 2. v. 4. Emmanuel Rodriq. q. 7. art. 5. Vega in summ. c. 114. cas. 5. Tabiena v. Executor n. 15. Armilla eod. verb. n. 14. Carpius de Executor. Testam. lib. 1. c. 5. n. 44.* quos laudat, & sequitur *Cesped. de Exempt. c. 24. dub.* 418. & alii, quibus patrocinatur Congregatio specialiter deputata ab Innocentio X. in *causa Angelopolitana*: ubi proposito dubio: [An Regulares, gravati ære alieno, vel ad ratiocinia obligati, vel *Testamentorum Executores*, conveniri possint coram Ordinario, si Conservatores intra tempus habile, ab Ordinario præscriptum, non elegerint?] Congregatio respondit: [Regulares in causis præfatis coram Ordinario loci conveniendos esse, si ad præscriptum Constitutionis Gregorii XV. Conservatores non elegerint, ipsamque Electionis documentum intra præfinitum tempus in actis Curiæ ipsius Ordinarii non exhibuerint.]

CASUS LXI.

Quoad Hospitalia.

298 Regulares exempti subjiciuntur Episcopo quoad Hospitalium curam, ii videlicet, quorum Religiones super hospitalitate fundatę sunt, aut saltem Hospitalia habent, & in eis curam infirmorum, Peregrinorum, &c. exercent, ipsos charitative medicando, suscipiendo, &c. dicunturque proinde Hospitalarii. Atque ita *Rodriquez tom. 2. Quæst. Regul. Q. 64. art. 7. in fin. & Q. 85. art. 2. Lezana in Summ. Quæst. Regul. p. 2. c. 6. Cesped. de Exempt. c. 23. dub. 377. & alii*: tum ex *Clem. 2. Quia contingit de Relig. domib.*, quam innovat Concilium *Tridentinum*, & in ipso *Tridentino* Concilio juxta Doctorum intelligentiam; tum etiam ex variis Sacræ Congregationis ejusdem Concilii Declarationibus infra laudandis, præsertim in favorem Episcopi Abulensis, & pro Fratribus Sancti Joannis de Deo. Contra *Fagnanum 2. p. 3. Decretal. c. Ad hæc de Relig. domib. n. 47. Pirhing lib. 3. tit. 36. §. 4. n. 24. Engel eod. lib. & tit. nu. 10. Reiffenst. ibid. n. 7. Leurenium Q. 938. nu. 1., & alios*, non improbabiliter opinantes, Hospitalia Ordinum Militarium, & aliorum Religiosorum a jurisdictione Episcopi exempta omnino esse, uno dempto Hospitali Sancti Joannis de Deo.

299 Hospitalia autem hujusmodi vel sunt Xenodochia, ubi Peregrini gratis recipiuntur: vel Nosocomia, ubi curantur Ægroti: vel Brephotrophia, ubi aluntur, & nutriuntur Infantes: vel Ptocotrophia, in quibus aluntur Pauperes, & Mendici debiles, qui nimirum proprio labore necessarium victum suis corporibus quærere non possunt: vel Orphanotrophia, in quibus aluntur Orphani, idest parentibus orbati: vel Gerontocomia, in quibus senes pauperes, & infirmi curantur: vel Leprosariæ, in quibus morbo Lepræ percussi degunt, ut seorsim habitantes, contagionis periculum evitent: vel alia, quæ omnia erudite satis recenset *Barbosa lib. 2. Jur. Eccles. c. 11. a n. 2.*

Sunt

300 Sunt vero Regulares Hospitalarii Cruciferi, Peregrinis recipiendis operam dantes: Fratres Sancti Antonii Viennensis, infirmorum curam, & ea infirmitate laborantium, quæ vulgo *Ignis Divi Antonii* nuncupatur, gerentes: Sancti Spiritus in Saxia, hospitalitatem curantes, & Ægrotis inservientes: Sancti Joannis de Deo, Infirmis ministrantes: Sancti Lazari, Leprosorum curæ, seu Lepræ infirmitate laborantium invigilantes: Monachi Cistercienses, Fratres Militares S. Joannis Hierosolymitani, Fratres Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, Fratres Prædicatores, & alii, de quibus *Lezana loc. sup. cit. n. 1. Miranda in Man. Prælat. tom. 5. Q. 4. art. 14. Roman. de Republ. Christiana lib. 6., & alii.*

301 Subjectio Regularium hospitalariorum Episcopo est quoad eorumdem Hospitalium administrationem, & curam, non tamen quoad Regularem observantiam, ut notant *Lezana n. 15., & alii*, ac declaravit Sacra Congregatio Concilii, infra adducenda, in *Avellina 12. Jan.* 1630. pro Fratribus Sancti Joannis de Deo. Neque quoad alia, quæ administrationem, & curam Hospitalium non concernunt; cum Regulares hospitalarii non secus, ac ceteri Regulares, exempti sint ab Ordinariorum jurisdictione, ut Fratres Sancti Spiritus in Saxia per Bullam Sixti IV. *incip.* [Religionis zelus] *ann.* 1483. Fratres S. Joa: de Deo per Constitutionem Pauli V. *incip.* [Romanus] *anno* 1619. &c.

302 Quoad Hospitalium administrationem, & curam qualis, ac quanta sit subjectio Regularium hospitalariorum Episcopo, præscribitur in dicta *Clem. Quia contingit de Relig. Domib.*, a *Tridentino* innovata, in ipsomet *Tridentino* Concilio, & in non paucis Sacræ Congregationis ejusdem Concilii Declarationibus, infra laudandis.

303 Et sane Clemens V. in Concilio *Viennensi Constit., quæ incipit.* [Quia contingit] *lib. 3. Clement. de Religiosis Domibus c. 2.* hæc habet: [Quia contingit interdum, quod Xenodochiorum, Leprosariorum, Eleemosynariorum, seu Hospitalium Rectores, locorum ipsorum cura postposita, bona, res, & jura ipsorum interdum ab occupatorum, & usurpatorum manibus excutere negligunt, quinimmo ea collabi, & deperdi, domos, & ædificia ruinis deformari permittunt, & non attento, quod loca ipsa ad hoc fundata, & fidelium erogationibus dotata fuerunt, ut pauperes, infectique lepra reciperentur inibi, & ex proventibus sustentarentur illorum, id renuunt inhumaniter facere, proventus eosdem in usus suos damnabiliter convertentes: cum tamen ea quæ ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium (salva quidem Apostolicæ Sedis auctoritate) converti: Nos autem injuriam, & abusum hujusmodi detestantes, hoc Sacro Concilio approbante, sancimus, ut ii, ad quos id de jure, vel statuto, in ipsorum fundatione locorum apposito, aut ex consuetudine præscripta legitime, vel privilegio Sedis Apostolicæ pertinet, loca ipsa studeant in prædictis omnibus salubriter reformare, ac occupata, deperdita, & alienata indebite in statum reduci debitum faciant, & ad ipsarum miserabilium personarum receptionem, & sustentationem debitam juxta facultates, & proventus locorum ipsorum Rectores prædictos compellere, non omittant. In quo si forte commiserint negligentiam, vel defectum, Ordinariis locorum injungimus, ut etiamsi pia loca prædicta exemptionis privilegio munita consistant; per se ipsos, vel alios impleant omnia præmissa, & singula, & Rectores eosdem, utique non exemptos propria, exemptos vero, & alios privilegiatos Apostolica ad id auctoritate compellant, contradictores cujuscumque status, aut conditionis existant, ac præbentes eisdem circa præmissa consilium, auxilium, vel favorem, per censuram Ecclesiasticam, & aliis juris remediis compescendo; nullum tamen per hoc exemptionibus, seu privilegiis ipsis, quoad alia præjudicium generando.] Hactenus laudatus Pontifex.

Concilium *Tridentinum sess. 7. de refor. c. 15.* [Cu- 304
rent (ait) Ordinarii, ut Hospitalia quæcumque a suis Administratoribus, quocumque illi nomine censeantur, etiam quomodolibet exemptis, fideliter, & diligenter gubernentur, Constitutionis Concilii Viennensis, quæ incipit: *Quia contingit*, forma servata, quam quidem Constitutionem eadem Sancta Synodus innovandam duxit, & innovat cum derogationibus in ea contentis.] Ex quo Conci-
lii loco *Rodriquez tom. 2. Quæst. Regul. Q. 64. art.* 305
7. in fin. loquens de Hospitalibus exemptis Regularium, visitandis ab Episcopo, non tamquam Ordinario, sed velut Apostolicæ Sedis Delegato; quantum ad Hospitalia exempta (inquit) debent Episcopi censeri non Ordinarii, sed ita a Sede Apostolica delegati: & in hoc innovatur *Clem. Quia contingit de Relig. Domib.* Unde colligitur, quod privilegium Martini V., eximens inter alia a jurisdictione Episcoporum Hospitalia Fratrum Sancti Dominici, quantum ad illa maneat per dictam *Clem.*, & *Tridentinum* mox adductum derogatum: sicque Hospitalia, quæ sub regimine Fratrum Prædicatorum fuerint pro tempore constituta, non sub eorum regimine, sed sub Ordinariorum cura, & visitatione sunt. Ita *Rodriquez*.

Insuper laudatum Concilium *sess. 22. de refor. c.* 306
8. decernit: [Episcopi etiam, tamquam Apostolicæ Sedis delegati, in casibus a jure concessis, omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate, quam inter vivos, sint executores: habeant jus visitandi Hospitalia, Collegia quæcumque, ac Confraternitates laicorum, etiam quas Scholas, sive quocumque alio nomine vocant: non tamen, quæ sub Regum immediata protectione sunt, sine eorum licentia: Eleemosynas Montis Pietatis, sive Charitatis, & pia loca omnia, quomodocumque nuncupentur, etiamsi prædictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca exemptionis privilegio sint munita; ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio suo, juxta Sacrorum Canonum statuta, cognoscant, & exequantur, non obstantibus quacumque consuetudine, etiam immemorabili, pri-
vilegio, aut statuto.] Quæ loca, notat hic *Ces-* 307
pedes n. 3., scilicet *c. 5. sess. 7. de reform.*, & *c. 8. sess. 22. item de refor.*, omnes Doctores exponunt, & dicunt, comprehendere etiam Hospitalia Regularium.

Idem tamdem Concilium *sess. 25. de refor. c.* 308
8. post commendatam Beneficiatiis omnibus, qua Sæcularibus, qua Regularibus hospitalitatem, [Illis vero (subjungit), qui Hospitalia vulgo nuncupata, seu alia pia loca ad Peregrinorum, infirmorum, senum, pauperumve usum præcipue instituta in commendam, administrationem, aut quemcumque titulum, aut etiam Ecclesiis suis unita obtinent, vel si Ecclesiæ Parochiales Hospitalibus forte unitæ, aut in Hospitalia erectæ, earumque Patronis in administrationem concessæ sint; præcipit omnino, ut impositum illis onus, officiumve administrent, atque hospitalitatem, quam debent, ex fructibus ad id deputatis actu exerceant, juxta Constitutionem Concilii *Viennensis*, alias in hac eadem Synodo sub fel. record.

Pau-

Paulo III. innovatam, quæ incipit: *Quia contingit*. Quod si Hospitalia hæc ad certum Peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum personarum genus suscipiendum fuerint instituta, nec in loco, ubi sunt dicta Hospitalia, similes personæ, aut perpaucæ reperiantur; mandat adhuc, ut fructus illorum in alium pium usum, qui eorum institutioni proximior sit, ac pro loco, & tempore utilior, convertantur, pro ut Ordinario cum duobus de Capitulo, qui rerum usu peritiores sint, per ipsum deligendis, magis expedire visum fuerit: nisi aliter forte, etiam in hunc eventum, in eorum fundatione, aut institutione fuerit expressum: quo casu quod ordinatum fuit, observari curet Episcopus; aut, si id non possit, ipse, prout supra, utiliter provideat. Itaque si prædicti omnes, & singuli cujuscumque Ordinis, & Religionis, & dignitatis, etiamsi laici fuerint, qui administrationem Hospitalium habent, non tamen Regularibus subjecti, ubi viget Regularis observantia, ab Ordinario moniti, hospitalitatis munus, adhibitis omnibus, ad quæ tenentur, necessariis, re ipsa obire cessaverint, non solum per Ecclesiasticas censuras, & alia juris remedia ad id compelli possint, sed etiam Hospitalis ipsius administratione, curave perpetuo privari possint; aliique eorum loco ab iis, ad quos spectabit, substituantur. Et prædicti nihilominus, etiam ad fructuum restitutionem, quos contra ipsorum Hospitalium institutionem perceperunt, quæ nulla eis remissione, aut compositione indulgeantur, in foro conscientiæ teneantur: nec administratio, seu gubernatio hujusmodi locorum uni, & eidem personæ ultra triennium deinceps committatur; nisi aliter in fundatione cautum reperiatur, non obstante, quoad omnia supradicta, quacumque unione, & exemptione, & consuetudine in contrarium, etiam immemorabili, seu privilegiis, aut indultis qui-
309 buscumque.] Huc usque Concilium *Tridentinum*. Ex quo (infert *Lezana n. 11.*) fit, quod quamvis Hospitalia Regularium, propter privilegia quoramdam ex ipsis, exempta essent omnino ab Ordinariorum jurisdictione, sicut & alia loca ipsorum, modo tamen post Concilium *Tridentinum* standum est prædictis Decretis ipsius.

310 Sacra Congregatio Concilii nostram opinionem definivit: simulque qualis, ac quanta debeat esse subjectio Regularium hospitalariorum Episcopo quoad administrationem, & curam propriorum Hospitalium in variis declarationibus præscripsit. Enimvero apud *Barbos. in Trident. sess.* 22. c. 8., teste *Lezana n.* 21. declaravit: Episcopum Abulensem posse visitare quoddam Hospitale de Olmedo, non obstante, quod administratio illius ad Religiosos Sancti Hieronymi pertinebat. Et apud eumdem in *Summ. Apostolic. decis. verb. Hospitale n.* 22. Hospitalia, administrata a Fratribus Sancti Joannis de Deo non sunt exempta a jurisdictione Ordinarii, nisi solum quoad Regularem observantiam. Et apud eumdem *ibidem verb. Fratres Hospitalitatis B. Joannis Dei Lusitani nu.* 15. Fratres Sancti Joannis de Deo nihil Ordinariis visitantibus solvere tenentur, aut pro rationibus exigendis quicquam eis dare.

311 Eadem quoque Sacra Congregatio Concilii apud eumdem *Barbosam in Summa cit. Apostolic. decis. verb. Hospital. n.* 1. declaravit, Hospitalia omnia, & pia loca, quocumque nomine nuncupentur, etiamsi privata sint laicorum, potest Episcopus visitare, corrigere, & reformare in casibus, a jure concessis, scilicet ob negligentiam, vel ob dilapidationem bonorum, utque Testatoris voluntas servetur. Et *n.* 2. Hospitalia, & pia loca prædicta Episcopi virtute Concilii *Tridentini sess.* 22. *de refor.* non solum jus habent visitandi in ipso actu Visitationis, sed etiam extra Visitationem, & in casibus, a jure non expressis. Et *n.* 3. Hospitalia, etiam unita, in quibus Ecclesiæ sunt, ubi assidue Divina Officia celebrantur, & bona eorum non sunt distincta, debent ab Ordinariis visitari. Et *n.* 4. Hospitalia, & cetera pia Loca visitat Episcopus vigore *Tridentini sess.* 22. *c.* 8. *de refor.* Sed non inde prohibetur, quin & Judices sæculares eadem visitare possint, si hoc eis alias legitime competat. Et *n.* 5. Hospitale privatum potest Ordinarius visitare, corrigere, & reformare in iis tantum, quæ ad observandam voluntatem Fundatorum pertinent: & ex Decreto Concilii *sess.* 22. *c.* 9. *de reform.* jus habet exigendi rationem ab Administratoribus ipsius Hospitalis, non tamen cum illis deputatis, quibus ex consuetudine ratio reddenda est. Et *n.* 6. Si in Hospitalis fundatione sit dictum, quod Ordinarius non possit se intromittere in ejus visitatione, non potest illud visitare. Et *n.* 7. Hospitale aliquod visitare volenti si opponatur exceptio, quod sub immediata protectione Regum existat, non ad sæcularem Judicem, sed ad ipsum Episcopum talis exceptionis cognitio, & definitio pertinet. Et *nu.* 8. Nomine Hospitalium, sub immediata Regum protectione existentium, non comprehenduntur, nisi ea, quæ expresse reperiuntur sub immediata protectione Regum. Et *n.* 9. Hospitale unius Diœcesis, habens Beneficium annexum, quod est alterius Diœcesis, tenetur contribuere pro rata fructuum Beneficii annexi Seminario, quod est in Diœcesi, in qua situm est Beneficium. Et *n.* 11. Hospitalium computa, stante consuetudine, Episcopus una cum Magistris prædictorum Hospitalium recognoscere, tenetur.

312 Tandem eadem Sacra Concilii Congregatio apud eumdem *Barbosam* in laudata *Summa Apostolic. decis. verb. Administrator n.* 3. declaravit. In absolvendo, vel condemnando Administratores piorum locorum, habet Ordinarius votum, sicut ceteri Deputati; & ejus votum debet numerari cum aliis, ita ut major pars votorum absolvat, aut condemnet. Et *n.* 4. Administratores piorum locorum, etiam exemptorum, nullam rationem reddentes, posthac eam Episcopo reddere tenentur. Quod si aliis reddere solent, cum illis tamen præsentialiter est adhibendus Episcopus: qui quoties in dicto actu ad rationem computorum adhibetur, in condemnatione, vel absolutione unicum votum habet. Et *n.* 5. Administratores piorum locorum, si videntes se constrictos ad reddendam rationem suæ administrationis, appellarent, licet admittatur appellatio, non propter hoc impeditur, aut suspenditur executio. Et *n.* 6. Administratores Hospitalium tenentur ad reddendam rationem Episcopo, sive ea sint publica, sive privata. Et *n.* 7. Administratores Hospitalium debent Episcopo reddere rationem administrationis suę, etsi consuetudine, privilegio, & institutione aliqua aliis Patronis, ad id electis, ratio esset reddenda prædictæ administrationis: reddenda tamen Ordinario est cum interventu prædictorum Patronorum. Et *n.* tandem 8. Administratores Hospitalium, aliorumque piorum Locorum tenentur Ordinario rationem administrationis dare, donec eorum eodem Ordinario dictum fuerit de institutione, in qua secus expresse cautum sit.

313 Ac etiam subjectio Regularium hospitalariorum Episcopo quoad præfatorum Hospitalium curam,

quæ, ut liquet ex dictis, corporalis est, extendatur ad curam spiritualem degentium in iisdem Hospitalibus, Infirmorum videlicet, Peregrinorum, &c., ad administrationem Sacramentorum præsertim Sacramenti Pœnitentiæ?

Negative respondet Sac. Congreg. Concil. in *Beneventu. Visitationis* 20. *Maji* 1690. loquens de administratione Sacramentorum in genere apud *Bullar. Ord. S. Joannis de Deo cap.* 265. Cui subscribit *Card. de Luca*, quem citat, & sequitur *Positanus in Bullar. citat. pag.* 213., & 215. loquens de administratione in specie Sacramenti Pœnitentiæ, & *Bordonus resp.* 36. *n.* 63. contendens Religiosos Sacerdotes Sancti Joannis de Deo posse, Confessiones Infirmorum, in suis Hospitalibus degentium excipere independenter ab approbatione Ordinarii. Motus ex eo, quia Hospitalia Regularibus subjecta, & Infirmi, Peregrini &c., in iis degentes sunt de familia Religiosorum, eorumque familiares: pro quorum sane Confessionibus audiendis opus non est in Confessariis Regularibus approbatio Episcopi; cum ex Tridentino *sess.* 25. *de Regul. c.* 11., Personæ omnes de familia Religiosorum quoad Sacramentorum administrationem ab Episcopi jurisdictione sint exemptæ.

314 Affirmative ex adverso respondent *Aversa Q.* 16. *de Pœnitentia sect.* 7. *& Gavantus in Man. verb. Confessarius n.* 25., *& n6.* mordicus defendentes, necessariam esse approbationem Episcopi in laudatis Regularibus Confessariis pro audiendis Confessionibus prædictorum, utpote non de familia, aut saltem non de familia stricta, & vera, nec stricte, & vere familiarium Religiosorum Hospitalariorum: Quibus consequenter privilegium Tridentini non suffragatur, ut declaravit Clemens X. in Constit. [Superna] §. 4., docet unanimis Doctorum sententia, & nos *art. præcedente* insinuavimus *Resolut.* 90., & alibi. Quod non inefficaciter probant contra Bordonum. Unde *Diana p.* 8. *tr.* 7. serio perpendens argumentum *Bordoni*, & responsionem *Aversæ*, *& Gavanti*, de sententia *Bordoni* ait: [Tu cogita.]

315 Verum cum Urbanus VIII. in Constit. incip. [Circumspecta] 18. *Aprilis* 1628., teste *Barbos. in Summa Decis. Apostolic. verb. Fratres Hospitalitatis B. Joannis Dei Lusitani num.* 15. indulgens, quod in qualibet Domo Regulari Sancti Joannis de Deo valeant duo ex Fratribus ad Sacros, etiam Presbyteratus Ordines promoveri pro administratione Sacramentorum necessaria; requirat, quod ab Examinatoribus Synodalibus non solum ad Ordines prædictos, sed ad Sacras etiam Confessiones audiendas examinati, idonei reperti fuerint; videtur Controversia in favorem affirmativæ sententiæ jam decisa, & definitum, quod Infirmi, Peregrini &c., in Hospitalibus Regularium degentes, de eorum familia, saltem stricta, & vera, eorumque familiares, saltem stricti, & veri non sint.

C A S U S LXII.

Quo ad administrationem Bonorum Monasteriorum Monialium, Regularibus subjectarum.

316 REgulares Exempti subjiciuntur Episcopo quo ad administrationem Bonorum Monasteriorum Sanctimonialium, Regularibus ipsis subjectarum. Administratores siquidem hujusmodi tenentur, singulis annis reddere rationem administrationis Episcopo loci: qui ex rationabili causa potest, Superiores Regulares monere, ut Administratores, non secus ac Confessores amoveant: iisque negligentibus, potest ipsemet Episcopus eos amovere, ex Constit. Gregorii XV. *de Privil. Exempt. §. Confessores vero.*

C A S U S LXIII.

Quoad Electiones Abbatissarum prædictorum Monasteriorum.

REgulares Exempti subjiciuntur Episcopo quoad Electiones Abbatissarum prædictorum Monasteriorum, Regularibus subjectorum; quibus Electionibus per se, vel per alium una cum Superiore Regulari potest Episcopus interesse, & præsidere, ex dic. Const. Gregorii XV. §. *Ac similiter.* 317

C A S U S LXIV.

Quoad gubernationem Monasteriorum Monialium, Apostolicæ Sedi immediate subjectorum.

REgulares Exempti subjiciuntur Episcopo quoad gubernationem Monasteriorum Sanctimonialium, Apostolicæ Sedi immediate subjectorum, iis exceptis, quæ a deputatis in Capitulis generalibus, vel ab aliis Regularibus reguntur, *Trid. cit. Sess* 25. *c.* 9. *de Regul.* Quod intelligendum de gubernatione, non temporali, sed spirituali, refert decisum *Armendar. lib.* 7. *de Relig. nu.* 97. *& Barb. in Collectan. ibid. n.* 3. 318

C A S U S LXV.

Quoad Clausuram Monasteriorum Monialium.

REgulares Exempti subjiciuntur Episcopo quoad Clausuram eorumdem Monasteriorum, seu Episcopis ipsis, sive Apostolicæ Sedi immediate subjectorum, ita nimirum, ut omnes Episcopi sub obtestatione Divini Judicii, ac interminatione maledictionis æternæ, debeant quam diligenter satagere, ut in omnibus Monasteriis sibi subjectis Ordinaria; in aliis vero, seu ad Romanam Ecclesiam immediate spectantibus, Sedis Apostolicæ Auctoritate, Clausuram Sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restituatur, & ubi inviolata est, conservetur: inobedientes, & contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacumque appellatione postposita, compescendo, invocato etiam, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, ut præcipitur in *cap. Periculoso §. Et quoniam de statu Regul. in* 6. *& in Trident.* 319
sess. 25. *c.* 5. *de Regul.* Hinc licet Episcopo, ex 320
sententia Sacræ Congregationis, Monasteria Monialium, etiam Regularibus subjectarum, visitare, & singulas Moniales absque Regularium interventu alloqui in concernentibus clausuram, & examinare; ac clausuram violantibus condignam pœnam imponere. Item ex ejusdem Sacræ Congregationis decreto claves Monasteriorum Monialium, etiam Regularibus subjectarum, auferendæ sunt Œconomis sæcularibus, & Episcopo tradendæ, tamquam Ordinario, cui Tridentinum custodiam Clausuræ Monialium committit, adeoque plenissimam auctoritatem in iis, quæ ad illam pertinent, tradidit.

CA-

CASUS LXVI.

Quoad ingressum intra septa Monasteriorum Monialium, Regularibus subjectarum.

322 Regulares exempti subjiciuntur Episcopo quoad ingrediendum septa Monasteriorum Monialium, Regularibus ipsis subjectarum; sicut & quoad facultatem Operariis sæcularibus concedendam, intra septa eorumdem Monasteriorum ingre-
323 diendi in casibus necessitatis. Nequeunt siquidem Prælati Regulares, ut Generales, Provinciales, Abbates, &c. quibus alias cura, & regimen Monasteriorum Sanctimonialium incumbit, ollatenus ingredi intra septa eorumdem Monasteriorum, nisi ex causa Visitationis localis, & semel in anno, ita nimirum, ut in eo anno, in quo unus ex memoratis Superioribus visitaverit, alius Superior visitare non possit. Quod si ex alia, eaque urgentissima causa, & necessaria pluries eodem anno ingredi Superiorem regularem, oportuerit; tunc non aliter ingrediatur, quam cum præsentia Episcopi Diœcesani, vel alterius personæ ecclesiasticæ sæcularis, boni exempli, ac ætatis maturæ, ab Episcopo Diœcesano specialiter ad hoc deputatæ, ut præscripsit Alexander VII. in Constit. [Felici] *anno* 1664. 12. *Kal. Novembris*.
324 Nequeunt pariter Confessarii Sanctimonialium Regulares, ab eisdem Superioribus depotati, & ab Episcopo approbati, qua Ordinarii, qua Extraordinarii, septa eorumdem Monasteriorum intrare, nisi ad Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis ministranda Monialibus, vel aliis personis infirmis, ibi degentibus, necnon ad commendandam agonizantium animam, & com socio, qui sit probatæ vitæ, ac ætatis maturæ, ut districte præcepit in laudata Constitutione Alexander VII., sub pœna Superioribus, sive Confessariis contrafacientibus, Excommunicationis latæ sententiæ, privationis omnium Officiorum, quæ obtinent, & perpetuæ inhabilitatis ad illa, aliaque, quæ imposterum obtinuerint, vocisque activæ, & passivæ absque alia declaratione incurrenda. Quibus ulterius privilegia, & exemptiones neuriquam suffragari valeant, quominus ab Episcopo loci, tamquam ad hoc Apostolicæ Sedis delegato, quoties, & quando opus fuerit, corrigi, & puniri queant.
325 Nequeunt tandem Superiores Regulares, facultatem ingrediendi Monasteria Regularium, sibi subjectarum concedere, absque expressa Ordinarii auctoritate, Operariis sæcularibus, puta Fabris ferrariis, Lignariis, Olitoribus, Cœmentariis, &c. ubi Monasteriorum necessitas postulaverit; ut declaravit Sacra Congregatio Concilii *die* 13. *Novembris* 1610., quamvis oppositum antea cum non paucis Doctoribus sustinuerit apud *Pignatell. tom. 5. consult.* 153. *n.* 2. Jam ita se habet Sacra Congregatio: [Tametsi alias Sacra Congregatio Concilii declaraverit, licentias ingrediendi septa Monasteriorum Monialium exemptarum, & Regularibus subjectarum ex vera tantum necessitate, quæ Moniales respiciat, concedendas, accedendi ad Monasteria, & alloquendi cum Monialibus, pertinere ad ipsos Superiores regulares; nihilominus sub *die* 13. *Novembris* 1610. quo magis clausuræ observationi consuleretur, facultate sibi a Sanctissimo Domino Nostro tributa, statuit, & decrevit, ut deinceps intra hujusmodi septa nemini ingredi, nec alloqui liceat, nisi licentiæ concedendæ in casibus necessariis, quæ Moniales respiciant, nedum a Superioribus Regularibus dictorum Monasteriorum, sed etiam a locorum Ordinariis obtentæ fuerint, non obstantibus quibuscumque contrariis legibus, statutis, consuetudinibus, etiam immemorabilibus.]
Et ita quidem ab utrisque hujusmodi licentiæ 326 obtinendæ sunt, ut in subscriptione earum debeat Episcopus primum locum habere, prout censuit eadem Sacra Congregatio *in Bellunen. die* 4. *Febr.* 327 1634. & in aliis. Qui sane Episcopus adversus ingredientes cum sola licentia Regularium procedere potest, etiam Censurarum pœnis, ut statuit eadem Sacra Congregatio *in Nicoteren. die* 15. *Aprilis* 1636. & in aliis. Quemadmodum adversus Regulares, tales licentias impertientes, procedere potest iisdem Censurarum pœnis, ipsimet Ordinario reservatis, juxta declarationem ejusdem Sacræ Congregationis *in Viterbien. die* 26. *Junii* 1627. *in Neapolitana* 18. *Novembris* 1645., *& passim alibi*.
Ubi notandum, quod si alicubi consuetudo vi- 328 geat, perendi hujusmodi licentias a solis Episcopis, ea observanda sit; & Episcoporum dumtaxat licentias sufficere, etiam privative quoad ipsos Regulares, ut præscripsit Urbanus VIII. *die* 21. *Maji* 1630., *teste Pignatello supra*. Secus tamen, ubi consuetudo sit, quod præfatæ licentiæ a solis Regularibus expetantur; cum hujusmodi consuetudinibus, etiam immemorabilibus derogaverit, laudata Sacra Congregatio Concilii *die* 13. *Novembris* 1610., facultate sibi a Sanctissimo impertita.

CASUS LXVII.

Quoad explorationem voluntatis puellarum earumdem Monasteriorum.

Regulares exempti Episcopo subduntur quoad 329 explorationem voluntatis puellarum, Deo in Religione dicandarum, an scilicet coactæ, an seductæ sint; an sciant, quid agant, &c. *cit. Trid. sess.* 25. *c.* 17. *de Regul.*

CASUS LXVIII.

Quoad receptionem, & admissionem Puellarum ad habitum in præfatis Monasteriis.

Regulares exempti subjiciuntur Episcopo quo- 330 ad receptionem, & admissionem puellarum ad habitum in præfatis Monasteriis, ipsismet Regularibus subjectis, quam sane facere nequeunt, nisi Episcopo certiorato, *Barbos. in Trident. sess.* 25. *c.* 17. *n.* 10. *de Regul. Et de Offic. & pot. Episc. alleg.* 100. *n.* 4. *Donat. de Regul. tom.* 4. *tr.* 9. *q.* 8. *n.* 6. *Pignatell. tom.* 6. *consult.* 85. *n.* 151., quos citat, & sequitur *Monacell. tom.* 1. *tit.* 6. *form.* 20. *num.* 27. *pag. mihi* 236.

CASUS LXIX.

Quoad allocutionem cum Monialibus, in primo, & secundo gradu conjunctis præfatorum Monasteriorum.

Regulares exempti Episcopo subjiciuntur quo- 331 ad allocutionem cum Monialibus, in primo, & secundo gradu conjunctis, quamvis regimini eorumdem subjiciantur; quia Episcopi licentia opus est, *Monacell. loc. cit. n.* 8. Quam sane licentiam potest Episcopus pro arbitrio Regularibus concedere, vel denegare, & patet ex Decreto Urbani VIII., quod per extensum refert *Tambur. de Jure*

Abbatiss. d. 26. q. 3. n. 1. ibi: [Facultatem tribuerunt impofterum locorum Ordinariis, ut quatenus fibi vifum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere poffint.]

CASUS LXX.

Quoad alloquutionem cum aliis Monialibus.

332 Regulares exempti fubjiciuntur Epifcopo quoad allocutionem cum aliis Monialibus, etiam Regularibus fubjectis, ac in loco colloquiis deftinato; cum ad eam opus etiam fit licentia Epifcopi Diœcefani: qui profectò, Regulares fine ejus licentia alloquentes, tamquam Apoftolicę Sedis delegatus, coercere, & punire poteft, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii, approbante Urbano VIII. apud *Monacell. tom. 1. in Appendic. pag.* 432.

CASUS LXXI.

Quoad Parochialium Ecclefiarum regimen.

333 Regulares exempti, ad Parochialium Ecclefiarum fæcularium regimen, ex difpenfatione neceffaria Apoftolicę Sedis, ab Epifcopo promoti: vel ad Beneficium Ecclefiarum Parochialium Regularium, annexarum videlicet Monafteriis, & Regularibus ipfis fubjectarum, a fuis Superioribus prefentati, & ab Epifcopo inftituti, prævio examine, fed abfque concurfu, juxta Bullam Sixti V. incip. [Ex injuncto,] ejufdem Epifcopi jurifdictioni, vifitationi, & correctioni fubjiciuntur, ita tamen, ut promoti ad Parochiales Ecclefias fęculares in omnibus Epifcopo fubdantur, tam videlicet in iis, quæ curam animarum concernunt, & adminiftrationem Sacramentorum; quam in illis, quę Regularem infpiciunt obfervantiam. *Rofella verb. Monachus n. 5. Angelus eod. verb. §. 7. Sylv. verb. Religio. 7. q. 11. Sanchez lib. 6. Opufc. c. 6. n. 37. Laym. de Stat. Relig. c. 1. num. 12. & alii.* Promoti vero ad Parochiales Ecclefias Regulares tantum in iis, quę ad curam animarum pertinent, & Sacramentorum adminiftrationem, Epifcopo fint fubjecti, non etiam in illis, quę Regularem concernunt Difciplinam. Atque ita Doctores paffim cum *Cefpede de Exempt. c. 8. dub. 160. & Aldano in Compend. Canon. refol. lib. 2. tit. 8. n. 40.* ubi refert, ita decifum fuiffe per Sacram Congregationem Epifcoporum *die 6. Febr. 1627.* Quamobrem

334 Primo, Parochi Regulares Parochiæ feu fæcularis, five Regularis, fi delinquant in cura animarum, vel Sacramentorum adminiftratione, correctioni, & punitioni fubjacent Epifcopi. *Naldus verb. Parochus. n. 8. Bordon. refol. 7. n. 38.*, & alii paffim. An etiam correctioni, & punitioni fubjaceant Prælatorum Regularium? Affirmative refpondent laudatus *Bordonus num. 47.*, & alii apud ipfum, *Barbof. ad c. 11. feff. 25. Trident.*, citans complures Decifiones Rotæ, & *Cefped. n. n. 5.*, contendentes per poteftatem corrigendi, puniendique laudatos Parochos delinquentes, Epifcopis conceffam, ablatam non effe poteftatem eamdem Prælatis Regularibus; adeoque Epifcopis conceffam effe non privative, fed cumulative cum Regularibus Prælatis, ita tamen, ut inter ipfos detur locus præventioni.

Si vero delinquant circa alia, correctioni, & punitioni fubjacent Prælatorum dumtaxat Regularium Parochi Regulares exempti Parochiæ Regularis: non exempti tamen correctioni, & punitioni fubduntur tum Prælatorum fuorum, tum Epifcoporum. *Cefped. dub. 161. n. 12.* Parochi autem Regulares exempti Parochiæ fæcularis, ex difpenfatione Pontificis, extra obedientiam Prælatorum Regularium degentes, Epifcoporum fubfunt correctioni, & punitioni. *Cefped. num. 13. & dub. 180. num. 2.*

Secundo, Parochi Regulares, a Regularibus præfentati, ob rationabilem caufam, quæ nimirum ex *Gloff. in c. Presbyteri de Capell. Monach.* levis culpa non eft, nec gravis, fi ad notitiam populi non perveneri, amoveri queunt a Parochia, tum per Prælatos Regulares, etiam invito Epifcopo; tum per Epifcopum ipfum. *Gloff. in dic. c. Presbyteri de Capell. Monach. refol. 7. & alii.* Ita tamen, ut Parochus Regularis per fuos Prælatos amotus a Parochia, fi velit appellare, adire non poffit Epifcopum, fed Prælatum Superiorem. Atque ita *Jo. Andr., Gemin., Imol. in Clem. 1. de fuppl. neglig. Prælat.*, quos citat, & fequitur *Uvamefius conf. 65. de Judic. & for. compet.* Amotus tamen ab Epifcopo, fi fe gravatum fenferit, Confervatorem debeat adire, cujus eft, a gravaminibus tueri Religiofos fibi commiffos. 335

Tertio, Parochi Regulares laudati prohiberi valent ab Epifcopo, ne in emolumentis, legitime percipiendis ex cura, taxam excedant, ab ipfo præfcriptam. *Barbof. fupra n. 7.* citans *Sel.*, qui fic fuiffe decifum, refert, in *Theatina 7. Novembr. 1620.* & in alia fub *die 17. Jun. 1617.* 336

Quarto, Examinari queunt ab Epifcopo, dum alii Confeffores fimplices examinantur in Vifitatione nimirum, immo & extra illam, quemadmodum Parochi Sæculares: non obftante, quod ante Parochatum fuerint examinati, & approbati; cum fundamentum fufficientiæ variabile fit. *Cefped. dub. 171. n. 8.* & ante ipfum *Joa. Sancius in Selectis difp. 50. per tot.*, ubi id fufe, & folide probat. *Barbof. in Summa Decif. Apoftolic. verb. Parochus n. 3.* ubi Declarationem laudat Sac. Congreg. Concil. in *Placent. 28. Augufti 1620.* 337

Quinto, Ut abfior ad tempus a Parochia, aliofque fubftituant, dat eis, quemadmodum aliis Parochis, etiam Regularibus Parochiæ Sæcularis, facultatem Epifcopus, ex *c. Licet Canon. de elect. in 6. Cefped. dub. 177.* Et ratio effe poteft, quia Regularis Parochus fubeft Epifcopo in concernentibus curam animarum, cujufmodi eft refidentia, ut patet. *Monacell. p. 1. Formul. tit. 6. form. 20. n. 8. pag. mihi 234.* ubi Declarationem citat Sacræ Congregationis Concilii in *Florentina 18. Julii 1678.* 338

Sexto, Parochi Regulares Parochiæ, etiam Regularis, ut ad Proceffiones accedant, cogi poffunt ab Epifcopo, tefte *Bordon. refol. 7. n. 133.* ubi Decifionem affert ex *Aldano in Compend. lib. 2. tit. 8. n. 14.* Immo, addit laudatus *Bordonus*, cogi poffunt laudati Parochi ad incedendum in Proceffionibus fub Cruce Parochorum, non autem cum fociis ejufdem Religionis. Et fi plures fuerint in Proceffionibus Parochi Regulares inter fe præcedunt fecundum prærogativam fuarum Ecclefiarum, non fecundum prærogativam Regulæ Sac. Congreg. Rit. in *Aften. 21. Martii 1609.* apud *Barbof. fupra Collect. 559. n. 5.* Verum hæc admittit *Cefped. dub. 174.* de Parochis illis Regularibus, qui aliunde obligationem habent accedendi ad Proceffiones; non autem de iis, qui a tali obligatione ex aliquo privilegio funt immunes, præfertim fi Parochi fint non emancipati, habentes Parochias Monafteriis fuis unitas; motus tunc ex eo, quia per hoc, quod Regularis ille fit Parochus, non amittit privilegia fuæ Religionis; quemadmodum per hoc, quod Regularis privilegiatus ad commutanda 339

da Vota, dispensaodum, absolveodum &c., fiat Parochus, non amittit hæc privilegia; ergo per hoc, quod Regularis privilegiatus ad non interessendum Processionibus, fiat Parochus, non amittit tale privilegium. Tum etiam ex eo, quia quamvis Parochus Regularis in pertinentibus ad euram animarum Episcopo subjiciatur; in aliis tamen non subjicitur Episeopo. Sed accedere ad Processiooes, non est quid pertinens ad curam animatum; eum id nullo modo probari valeat. Ergo &c.

340 Septimo, Ut ad Synodum Diœcesanam accedant, compelli possunt ab Episcopo, & quidem sub pœna privarionis utriusque vocis, ipso facto incurrendæ, aliisque arbitrio ipsius Episcopi, etiam excommunieationis, ut superius diximus *Casu* 41. Cum in Synodo complura decernantur, quæ Regularis Parochus, ut talis, seire, necessum est. Gujuscumque de cetero Religionis sint præfati Parochi, etiam Societatis Jesu, ut respondit Sacra Congregario Concilii in *Osnaburgen.* 8. *Januarii* 1633. *apud Monacell. p.* 2. *Formul. tit.* 13. *form.* 1. *n.* 88. *pag.* 30.

341 Octavo, Ut ad Collatiunes accedant Casuum Conseientiæ quæ jussu Episcopi haberi solent pro Parochis, Parochi, de quibus loqnimur, cogi queunt ab Episcopo, ex Decreto Sac. Coogreg. Episcop. & Regul. edito *die* 12. *Octobris* 1592. Quod in multis locis observatur. Ita *Homobonas p.* 4. *Examinis resp.* 86. *Lezana tom.* 2. *c.* 18. *n.* 40. *Barbos. in Summa Decis. Apostolic. verb. Congregatio n.* 1. & *n.* 2., Ubi notat, præfatas collationes adeundas esse ab exercentibus curam animarum, etiam io Parochialibus Hierosolymitanæ Religionis, ut decidit Saera Congregatio Concilii sub *die* 4. *Martii* 1598.

342 Nono, Parochi Regulares præfati subjacent Visitationi Episcopi quoad ea, quæ euram animarum concernunt, & administrationem Sacramentorum, etiamsi Parochiales Ecclesię sint in locis, ubi Soperiores Regularium jurisdictionem, nedum spiritualem, sed etiam temporalem habent in Parochianos. At non solius Episcopi Visitationis privative, sed cumulative eum Superiore Religioso subjacent Parochi Regulares prædicti, ita ut ambo simul illos visitare queant; ut doceot *Riccius in Praxi Visitationis p.* 1. *resol.* 531. ex quadam Decisione Rotæ in una *Civitatensi Jurisdictionis* 11. *Februarii* 1594. *coram Seraphino Decis.* 1067. In qua notatur, quod ubi detur aliqua contrarietas, vel incompatibilitas inter Decreta Præfati Regularis, & Episcopi, prævalere debeant Decreta Episcopi, ut decidit Rota in una *Bononiensi Jurisdictionis* 20. *Octobris eod. anno coram Penia.*

343 Decimo, Parochi Regulares, de quibus est sermo, ita subjacent jurisdictioni Episcopi, ut sine ejus licentia Processiones extraordinarias facere, nequaquam valeant, non secus, ac Parochi Sæculares, ut decidit Saera Congregatio Concilii 12. *Julii* 1636. In qua fuit declaratum, non sufficere licentiam Vicarii foranei apud *Monacell. p.* 2. *Form. tit.* 13. *form.* 1. *n.* 86. *pag.* 30.

344 Undecimo, In Parochialibus, Monasterio unitis, possunt Superiores Regulares Capellanos, ad nutum amovibiles, deputare, dummodo sint ab Episcopis approbati. Saera Congregatio Concilii apud *Barbos. in dic. Summa Apostolic. Decis. verb. Parochialis Ecclesia n.* 46.

345 Duodecimo, Parochi Parochialis Ecclesiæ S. Joanois Hierosolymitani eligi queunt actu Laici, dummodo intra sex menses habitum suscipiant. Sacra Congregatio Concilii sub *die* 2. *Septembr.* 1603. *apud Barbos. loc. cit. n.* 17.

346 Decimotertio, Parochialibus Ecclesiis Curatis vacantibus quovis modo subjectis Militibus S. Joannis Hierosolymitani, tenentur ipsi, præsentare ad earum unamquamque Sacerdotem idoneum locorum Ordinariis, ut ab eis instituatur: & quousque non præsentaverint, constituunt Ordinarii unum Vicarium, qui interea animarum curam agat; Debent tamen iidem Ordinarii dictis Militibus proponere brevem aliquem terminum, ad præsentandum dictum Sacerdotem; alioquin, eo elapso, possunt ipsi conferre Ecclesias hujusmodi personis sibi bene visis, secundum earum naturam, vel titulum perpetuum, vel amovibilem. Sac. Congreg. Episeop. & Regul. in *Perusina* 11. *Jan.* 1587. *apud Barbos. locis prædictis n.* 4.

347 Decimoquarto, Cura animarum in Ecclesiis Parochialibus, quæ sunt membra Monasteriorum Congregationis Casinensis, aut alias ab ipsis dependentes, exerceri potest etiam per Monachos; ad nutum suorum Superiorum amovibiles dummodo ab Episeopo prævio examine approbatos ex Constit. Urbani VIII. incip. [Alias a Venerabilibus] 6. *Septemb.* 1638. *apud Peyrinum tom.* 3. *in fin. pag.* 549.

348 Decimoquinto, Curam animarum exercentes, sive Regulares sint, sive sæculares, pooi debent ad arbitrium Superiorum ipsorum Regularium, non autem ad arbitrium Episcopi, nisi quod examinari, & approbari ab eo debent prius, quam ponantur. Sacra Congreg. Concil. apud *Piasec. in Praxi Episcop. p.* 2. *c.* 3. *n.* 46. *& alios.*

349 Decimosexto, Parochi Regulares, quemadmodum Sæculares, per Episcopos cogi non possunt, sed tantum hortari, ut subministrent necessaria Presbyteris, volentibus celebrare in eorum Ecclesiis Parochialibus. Sacra Rituum Congregatio in *Egitanien.* 10. *Junii* 1622. apud *Barbos. de Offic. & Pot. Parochi c.* 11. *n.* 51

350 Decimoseptimo, Parochus Monachus in Funeralibus cum Stola ingredi potest Parochiam Sæcularem, prout ingrediuntur Sæculares Parochi cum Stola Parochias Monachorum. Sacra Rituum Congregatio in *Asculana* 29. *Januarii* 1629. apud *Barbos. in Summa decis. Apostolic. verb. Parochus quo ad Funeralia n.* 11. Idque adversus Sæculares Parochos contradictorea exequi facere, Munus Episcopi est.

351 Decimooctavo, Quamvis Regulares Prælati possint, invito Episeopo, revocare absolute ad Monasterium Religiosos, exercentes euram animarum in Ecclesiis, quæ ipsis Monasteriis sunt unitæ, ut supra diximus; si tamen denuo ad euram animarum exercendam illos deputare velint, ii sunt iterum ab Episcopo examinandi, & approbandi, ut declaravit Sacra Congreg. Concilii in *Cameracen.* 24. *Jan.* 1632. *apud Joannem Mariam Novar. in Lucerna Regul. verb. Abbas. n.* 1.

352 Decimonono, Tandem, nedum Parochi Regulares, sed ipsæ etiam Parochiales Ecclesiæ, annexæ Monasterio exempto Regularium, jurisdictioni, visitationi, & correctioni subduntur Episeopi juxta *Tridentinum* laudatum *sess.* 7. *de refor. c.* 7. & 8. Etiamsi Monasterium sit alterius Diœcesis, addit *Henriquez in Summa lib.* 7. *c.* 15. *§.* 4. *lit.* O. Modo tamen Parochiales Ecclesiæ sint extra Monasterium: quia si in Monasterio sunt, tunc non Ecclesiæ sed soli euram animarum exercentes, visitationi, & correctioni subduntur Episcopi, ut advertit *Cesped. de Exempt. c.* 8. *dub.* 165. *n.* 2., laudans decisionem Rotæ *de anno* 1590. 25. *Julii coram Plata.*

353 *Notat hic Garcias p.* 11. *c.* 2. *n.* 12. ex quadam Delaratiooe Sacræ Congreg., non posse Episcopum visitare præfatas Ecclesias Parochiales, unitas Monaste-

nasteriis exemptis, cum causæ cognitione, & via ordinaria: cognitio enim causæ semper importat citationem illorum, quorum interest: *Rain. cons. 76. n. 18. vol. 3. Mantic. de Conjectur. ultim. volunt. lib. 11. tit. 11. n. 12. & alii.*

354 Notat etiam *Rodriquez tom. 1. Quæst. Regul. q. 36. Monacell. in Formul. p. 1. tit. 6. form. 20. n. 14., & alii apud ipsum*, non subesse visitationi Episcopi Parochiales laudatas, si sint annexæ Monasteriis, in quibus degunt Ordinum Generales, etiamsi in iis cura per Clericos seculares administretur. Quod eruitur ex Tridentino *sess. 25. c. 11.*, & ex Sacra ejusdem Congregatione in *Lauden. Jurisdictionis 2. Decembris 1691.*

355 Notant demum *Leo in Thesauro c. 31. n. 3. p. 2. & Campanil. in Divers. Jur. Can. rubr. 12. c. 13.* ex quadam Declaratione Sacræ Congregationis, non posse Episcopum, dum visitat Ecclesias laudatas Parochiales, sequestrare partem fructuum ad separandam Sacristiam, vel Ecclesiam, sed ad reparanda dumtaxat ea, quæ ad curam pertinent animarum, & ad Sacramenta administranda, e. g. Calices, & paramenta decentia.

CASUS LXXII.

Quoad Matrimonio conjungendos, aut benedicendos Sponsos alterius Parochiæ, aut iisdem assistendum, non præmissis denuntiationibus.

356 Regulares Exempti subjiciuntur Episcopo quoad Matrimonio conjungendos sponsos alterius Parochiæ; aut benedicendos; aut assistendum, non præmissis denuntiationibus Matrimonio contrahendo. Quicumque enim Sacerdos, sive Regularis, sive Sæcularis, alterius Parochiæ Sponsos, sine eorumdem Parochi licentia Matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit; ipso jure tamdiu suspensus existit, quamdiu ab Ordinario ejus Parochi absolvatur, ut decrevit *Trident. Sess. 24. c. 1. de Refor. Matrim.* Si etiam Regulares, vel Parochi, qui, non præmissis denunciationibus, matrimonio contrahendo assistere præsumpserint, per triennium suspendendi sunt, ut decernitur *in c. Cum inhibitio §. fin. de Clandest. desponsat.*

CASUS LXXIII.

Quoad nullitatem Professionis, in judicio probandam.

357 Regulares Exempti subjiciuntur Episcopo quoad nullitatem suæ Professionis in Judicio probandam. Enim vero [quicumque Regularis prætendat, se per vim, & metum ingressum esse Religionem; aut etiam dicat, ante ætatem debitam professum fuisse; aut quid simile; velitque habitum dimittere quacumque de causa; aut etiam cum habitu discedere sine licentia Superiorum, non audiatur, nisi intra quinquennium tantum a die Professionis: & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore suo, & Ordinario], statuit *Trident. Sess. 25.*
358 *capit. 19. de Regular.* Quod ipsum servandum, ubi ipsamet Religio prætendat expellere subditum suum velut nulliter professum, ut docent *Bordon. de Reclamat. profess. nullæ resol. 2x. & in decis. 500. dub. decis. ult. §. Dixi 2. resol. 33. q. 2. declaravitque Sac. Congreg. apud Fagnan. cit. c. Grave n. 72.*

359 Quodsi intra quinquennium legitime fuerit ad reclamandum impeditus; allegatis causis hujus legitimi impedimenti, potest in integrum restitui, ita quod post elapsum quinquennium adhuc audiri, & causas nullitatis Professionis suæ in Judicio proponere valeat, ut docent passim Doctores cum *Sanchez lib. 7. de Matrimon. disp. 34. n. 22. Portel in dub. Regul. v. Professio n. 45. Fagnan. in c. Perlatum n. 33. & 38. de iis, quæ vi metusve causa, & alii.* 360

Hæc autem facultas restituendi in integrum post lapsum quinquennii non competit, nisi soli Pontifici Maximo, qui solet, vel per commissionem Ordinario directam cum clausula [constito tibi de expositis &c.]; vel per Sacram Congregationem Concilii, seu alteram Regularium negotiis præpositam, constito de nullitate, & impedimento reclamandi intra quinquennium, restitutionem concedere, pro ut non semel practicari, se vidisse, testatur *Barbos. in Trident. c. 19. n. 9.* & docent *Donat. in prax. rer. regul. tom. 4. tr. 2. de profess. Monial. q. 30. n. 2. Reiffenst. lib. 1. Decretal. tit. 41. §. 4. n. 91. & Fagnan. in c. Consuluit n. 35. Qui Clerici, vel voventes &c.* Et declaravit Sacra Congregatio Concilii in *Mantuana 18. Maji anno 1697. apud Monacell. tom. 3. tit. 1. form. 32. n. 3. pag. mihi 133.*

Hic tamen nonnulla sunt adnotanda: &

I., quod Regularis, seu Vir, sive Femina; qui infra quinquennium, sive post, velit dicere de nullitate suæ Professionis, audiri non debeat, nisi maneat intra claustra, retento habitu suæ religionis, conformiter ad expressam dispositionem *Tridentini cit. Sess. 25. c. 19. de Regul.* & declarationum Sacræ Congregationis passim emanatarum, præsertim *in Mantuana 15. Junii 1697.* in specie de viro; & in *Bisuntina 23. Martii ejusdem anni* de femina, quæ a Monasterio aufugerat apud *Monacell. supra n. 1.* & in Provincia Beticæ 30. *Aprilis* 1700. de Religioso egresso, ut ad aliam religionem transiret: ac in *Papien. 15. Martii 1692.* de ejecto, & incorrigibili, servata forma Constitutionum Apostolicarum, apud laudatum *Monacell. tom. 2. in append. pag. mihi 480. n. 2.* Hinc Apostata, ut valeat ob invalidam pro- 362 fessionem reclamare debet habitum reassumere, *Cesped. dub. 47. & alii.* Quod si non temere, sed aliqua legitima causa Regularis præfatus habitum religiosum dimitteret, ut si non posset habere licentiam eundi, vel constituendi Procuratorem ad reclamandum, vel prohiberetur, causas nullitatis coram Ordinario proponere, & ad Urbem accederet, vel in aliud Monasterium aufugeret sine scandalo; posset, reassumpto habitu, etiam extra claustra audiri, pro ut tempore suo plures auditos fuisse, testatur *Navarr. Comment. 4. de Regul. n. 87. apud Monacell. laudatum n. 2.* 361

II., quod recepti, & professi in domibus non designatis contra formam Decretorum Clementis VIII. nullitatem suæ Professionis ex hoc capite allegantes, neque intra quinquennium coram Ordinario loci, & suis superioribus audiri possunt: sed tam ipsi, quam Superiores debent coram Sacra Congregatione Concilii propria Jura deducere. Quod si aliter fecerint, & a Monasterio recedere præsumpserint, tamquam Apostatæ puniendi sunt: Superiores vero, qui in cognitione causæ se ingesserint, vel professos ejecerint, Censuras latæ sententiæ incurrunt, ut habetur ex Decreto Urbani VIII. apud *Donat. in prax. rer. regul. tom. 2. p. 2. tr. 8. de Domib. Novitior. q. 9. n. 8. & Corrad. in prax. disp. lib. 5. c. 14. n. 13.* 363

III., quod licet non possit solus Episcopus sine Superiore Regulari cognoscere de nullitate 364 Pro-

Professionis ex aliis rationibus; ex hac tamen, quod emissa fuerit ante decimum sextum annum, valeat solus Episcopus absque Superiore regulari cognoscere, ut docet *Leo Zambell. in Repert. Moral. pag. 356. n. 31. ex Barbos. in Summ. Bull. v. Cognitio* quem refert, & non improbat *Cesped. de Exempt. c. 2. dub. 42. n. 5.*

365 IV., quod nomine Ordinarii per *Tridentinum* veniat Ordinarius loci, in quo situm est Monasterium, ubi professus est Religiosus reclamans, ut concedunt fere omnes Doctores cum *Bartola v. Regulares, Barbos. ad dic. cap. Tridentini, Bordono de reclamatione c. 7. q. 29.* adducentibus pro se Declarationem Sacræ Congregationis, quos citat, & sequitur *Cesped. ubi supra dub. 34. n. 2.* Non tamen Episcopus, seu Vicarius illius diœcesis, in qua Novitius ante Religionis ingressum domicilium habebat, & opinatur *Bonac. q. 2. de Clausura diff. 12. pun. 3. nu. 3.* Nam, ut arguit *Bordonus*, non est adeo rationi consentaneum, ut Judices sæpe distantes fiant Conjudices: redderetur enim incommodum judicium reclamanti. Et multo minus venit nomine Ordinarii Ordinarius inferior, seu Prælatus nullius Diœcesis, ut venire contendit *Bonac. ubi supra*: quia, ut probat *Bordonus*, Ordinarii Inferiores, seu nullius diœcesis, nullum habent jus in Regulares ne quidem delegatum, nec odiosum nec favorabile. Non

366 secus, ac nomine Superioris Religiosi reclamantis, venit Superior illius Monasterii, in quo Professionem emisit ipsemet Religiosus reclamans, ut declaravit Sacra Congregatio Concilii 1. *Decembris 1593. & 12. Decembris 1665. apud Monacell. tom. 1. in Append. decis. 15. n. 1. pag. 399.*

367 V., quod facultas cognoscendi causam nullitatis conjunctim cum Episcopo, competat Superiori prædicto, etiam in casu, quo Religio se opponat, & contradicat, ut declaravit etiam Sacra Congregatio Concilii in *Olomucen. 10. Junii 1684.* & refert *Monacell. mox cit. n. 2.*

368 VI., quod vis, & metus, nullitatem Professionis inducens ex *Tridentino* debeat esse non qualiscumque, sed injustus, & gravis, cadens in constantem virum, ut notant omnes Doctores. Ad proferendum autem rectum judicium supra qualitate metus incussi, & capiendum arbitrium a Jure regulatum pro nullitate, vel validitate Professionis complures Juris regulas, & conclusiones affert *Monacell. tom. 3. tit. 1. form. 32. cit. a nu. 12. usque ad 22. inclusive.*

369 VII., quod Regulares professi dimitti non possint a Religione, prætextu, quod ante ipsorum receptionem occulte laborarint morbo gallico, lepra, vel alia lue contagiosa, quam tacuerint; cum de jure communi nulla sit ægritudo, etiam morbifera, quæ professionem annullet, ut optime probat *Donat. de Regul. tom. 4. p. 2. tr. 3. de qualitat. recipiend. q. 25. a num. 6.* Quamobrem Sacra Congregatio Concilii *in Siracusana Ejectionis*, 1. *Septembris*; *& in Cameracen. Ejectionis 22. Decembris 1691.*, teste *Monacell.* mox laudato *num. 5.*, nullas declaravit horum Ejectiones. Nisi tamen, advertit *Monacell.*, speciale Religionis statutum adesset, a Pontifice confirmatum, ut asserunt habere Capuccini. Quod tamen Privilegium etsi suffragetur, si ante ingressum una, vel altera ex infirmitatibus, per statutum expressis, & exceptis, incurreretur; non ita tamen, si post professionem emissam: unde Religiosus, sic infirmus, neque posset e claustris ejici, neque illa dimittere, ut decidit Sacra Congregatio Episcop. *In una Capuccinorum 5. Decembris 1692. apud Monacell. laud. n. 5.*

VIII., quod debeat causa nullitatis agitari coram præfatis Superiore, & Ordinario conjunctim, etiamsi agatur de Nullitate ratione morbi, seu alterius defectus naturalis, ut respondit Sacra Congregatio Concil. 1. *Decembris 1593. & 12. Decembris 1665.* 370

IX., quod possit Regularis nullitatem suæ professionis etiam per Procuratorem prosequi: cum ex una parte *Tridentinum* decernens, quod causa suæ Professionis nullæ debeat reclamans, allegare coram Superiore, & Ordinario, non requisat, quod id faciat per se ipsum: ubi autem lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, ut habet famigeratum Juristarum proloquium. Et ex altera parte, si Novitius impeditus potest, per Procuratorem suam Professionem emittere, ut docent communiter Doctores cum *Sanchez in Decal. lib. 5. c. 3. n. 7.*, a pari nulliter Professus poterit, nullam suam Professionem comprobare per Procuratorem; nam eadem utrobique militare videtur ratio; immo fortior in proposito, quia plus est, facere Professionem per Procuratorem, quam illam per eumdem annullare; cum juxta *Philosophum* longe plura ad productionem unius rei requirantur, quam ad ejus destructionem. Et ideo hanc sententiam docent passim Doctores cum *Portel. p. 2. Casuum casu 36.*, *& Cespede dub. 45.*, qui multis illam comprobat. 371 372

X. Quod si reclamans carceretur a suis Prælatis, non proinde ad Episcopum possit appellare; sed ad Generalem tantum, vel ad Papam, ut liquet ex compluribus Regularium privilegiis. Atque ita *Portel in 2. p. Casuum Casu 14. & Cespedes dub. 46.* 373

XI. Quod in fabricatione processus super nullitate Professionis, & restitutionis in integrum, ut legitime dicatur constructus, citandi, & audiendi sunt non solum Religio, sed etiam Donatarii, seu Renuntiatarii, vel eorum hæredes, vel similes, interesse habentes in bonis Professi, seu Professæ, ut contra *Donat. in prax. rer. regul. tit. 2. p. 2. tr. 12. de reclamat. profess. q. 19. n. 11.* contendit *Passer. de hom. stat. tom. 3. q. 189. art. 10. n. 485.*, cui patrocinatur Sacra Congregatio Concilii in *Cathacen. Restitutionis in integrum 20. Aprilis 1691. & in Papiens. 15. Junii ejusdem anni apud Monacell. n. 5.* 374

XII. Quod causa nullitatis Professionis expediri debeat ab Episcopo infra biennium, ut docent *Joan. Maria Novar. in pract. conclus. Juris novi Pontific. concl. 55. & Riccius p. 4. decis. cur. Archiep. 273. n. 6.* quibus laudatis subscribit *Cespedes dub. 46. n. 4.* ob Decretum *Tridentini Sess. 24. de Refor. c. 20.* volentis, quod [Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, saltem infra biennium a die motæ litis terminentur.] 375

XIII. Quod expensæ volenti de nullitate suæ Professionis dicere, subministrandæ sint a Religione, dummodo ille maneat in claustris, & non habeat aliunde, ut probat *Passerin. de Stat. hom. tom. 2. q. 187. art. 2. num. 72.* & decisum refert *Nicol. lucubrat. Can. lib. 3. tit. 31. n. 31. limit. 4.* 376

Decimo tandem quarto, quod hactenus dicta procedant de nullitate Professionis in prima Religione per reclamantem emissæ: si enim professus in secunda Religione reclamet pro hac secunda Professione invalida, contendens ad primam redire; judicio Episcopi non subjicitur, sed solius Regularis Prælati: quia *Tridentinum*, tribuens hanc facultatem Episcopo, tantum in illo casu tribuit, quo Professus reclamans vult a Religione discedere, & liberari a votis; non autem quando vult exi- 377

exire a secunda, & ad primam Religionem reverti, manena adhuc obnoxiua votis: cum hi casus sint longe diversi, & a diversis non fiat il-
378 latio. Cujus ratio ulterior est, quia librrare Religiosum a votis, solemniter in sua Professiooe emissis, illumque mundo restituere, est res gravissima; & magna indigens discussione, non ita tamen, illum liberare a secunda Religione, & in primam inducern. Optime ergo decrevisse Concilium est arbitrandum, quod in prima causæ cognitione, quippe gravissima, & magni momenti, assistat Episcopus cum Prælato Regulari; secus tamen in secunda, utpote non tam gravi. Atque ita *Portel. p. a. Casuum in Respons. Moral. cas.* a. quem laudat, & sequitur *Cesp. dub.* 49.

C A S U S LXXIV.

Quoad Monasteria, ubi præfixus Religiosorum numerus non commoratur.

379 Regulares exempti subjiciuntur Episcopis quoad Monasteria, Conventus, Domos &c., in quibus præfixus Religiosorum numerus non commoratur. Sacra enim Congregatio Concilii, auctoritate per Urbanum VIII. illi specialiter attributa, in *Decretis de Celebratione Missarum die* 21. *Junii* 1625. Jurisdictionis subdidit Episcopotum Monasteria, Conventus, Domns regulares &c., post præfatam *diem* 21. *Junii* erigeodaa, & recipiendas, in quibus duodecim saltem Fratres actu non inhabitaverint, sic: [Drinceps vero Monasterium, Couventus, Domns, Congrrgatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium nullibi recipiatur, nisi, præter alia, ad id requisita, in singulis hujusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seu Religiosi drgere, & ex redditibus, & consuetis eleemosynis, detractis nmnibus, ut supra detrahendis, competenter sustentari valeant, ad præscriptum Decreti *fel. record.* Greg. XV., hae de re editi. Alioquin Monasteria, & loca hujusmodi, posthac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, ut supra sustentari, stqun inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint, Ordinarii loci visitationi, correctinni, atque nmnimodæ jurisdictioni subjecta esse intelligantur.]

380 Sed Innocentius X. in sua Constit. 55. *Incip.* [Ut in parvis] *die* 10. *Februarii* 1654. *de subjectione parvorum Conventuum Ordinariis locorum, tamquam Sedis Apostolicæ delegatis*; præfata Monasteria, Conventus, & Domos regulsres jurisdictinni subjecit Ordinariorum, si in iis reipsa non alantur sex saltem Religiosi vitæ probatæ, ex quibus quatuor ad minus sint Sacerdotes maturæ ætatis, modo tamen eadem Monasteria, Convrntus, & Domus suam erectionem agnoverint ante relatum Sacræ Congregationis Decretum, jussu Urbani VIII. editum, sic:

Innncentius Episcopns &c.

[Ut in parvis Regularium virorum Conventibus, a Sanctissimo Domino Nostro Innocentio Papa X. in Constitutione, quæ incipit: [Instaurandæ] primum suppressis, ae deinde ad ipsius Constitutionis limites ob rationabiles causas in pristinum statum Regularem restitutis, & ipsis Religionibua denuo concessis, pie, & religiose vivatur, ac regularia instituta, quo exactius fieri potest, obsrrventur: Sanctitas sua ex sententia Sacræ Congregationis super statu Regularinm, omoes, & siogulos Conventus hujusmodi sic, ut præfertur, restitutos, & concessos in litteris, ab eadem Sacra Congregatione expediendis, nominatim exprimendos, ac personaa, tam Regulares, quam Sæculares, in eis degentes, visitationi, correctioni, & omnimodæ jurisdictioni Ordinarii loci, tamquam super hoc a Sede Apostolica delegati, præsentis Decreti tenore, plene in omnibus subjecit, ac subjectos esse declaravit, donec ipsorum redditus eousqne adaucti fuerint, ut in eis commode sustentari valeant, & eum effectu sustententur duodecim Religiosi ad Apostnlicorum Decretorum præscriptum, idqne eidem Sacræ Congregationi legitime constiterit, & ejua Decreto in singulis contingentibus casibus declaratum fuerit, non aliter. Interea vero voluit Sanctitas sua, ut in eorum singulis ali debeant, & re ipsa alantur sex saltem Religiosi probatæ vitæ, ex quibus quatuor ad minus sint Sacerdotes maturæ ætatis; alioquin gratia restitutionis, & concessionia hujusmodi nulla sit, & invalida; & Ordinarii locorum in illis exequi possint, ac debeant ea omnia, quæ in aliis Conventibus itidem suppressis per eamdem Constitutionem ipsis demandantur, perinde, ac si gratia prædictæ restiantionis, & concessinois non emanasset.

Insuper quia mnlti suot Conventna, in quibua etsi præfixus fuerit numerus Religiosorum, sufficiens ad observantiam Regularis disciplinæ, & idcirco in suppressione antedicta non fnerint comprehensi: nihilominus sive ob reddituum diminutionem; sive ob Superiorum iocuriam, vel malam administrationem, sive ob carentiam Religiosorum, aeris intemperiem, vel quamcumque aliam ob causam, prædictus numetus cnm effectu in eis non alitur eum gravi detrimento Regularis observantiæ; Sanctitas sua, intendens huic malo remedium adhibere, omnes, & singulos ejusmodi Conventus, ut præfertur, non suppressos, cujuscumque sint Ordinis, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationis, & Instituti, etiam Societatis Jesu, aut Grangiæ, seu membra ejusdem Monastarii, existentes intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium, in quibns nunc non aluntur, vel quandocumque actu non alentur saltem sex Religiosi, itidem probatæ vitæ, quorum ad minus quatuor ut supra sint Sacerdotea maturæ ætatis, eidem visitationi, correctioni, & omnimodæ Jurisdictioni Ordinarii loci, similiter ut Sedis Apostolicæ delegati, plene in omnibus præsentis pariter Decreti vigore subjectos esse, statuit, decrevit, & declaravit. Ceterum quoad Conventus cnm pauciori numero, quam duodecim Religiosorum, erectos post diem 21. *Junii* 1625., & illorum subjectionem loci Ordinario, Sanctitas sna volnit in suo robore permsnere Decretum *San. Mem.* Urbani VIII. jussu editum, eui per præmissa sliquatenus derogare, non intendit.

Et prædicta omnia, & singula in præsenti Decretn statuta, & ordinata, voluit, plenarium sortiri effectum, & executioni mandari, non obstantibus omnibus, & singulis, quæ in antedicta Constitutione voluit non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum *Romæ* 10. *Februarii* 1654.]

Quanta autem sit Episcopi anctoritas in præfa- 381
tis Monasteriis, Conventibus, & Domibus, sibi subjectis, in quibus recensitus personarum Regularium numerus non commoratur, ex infrascriptis dubiis, Sacræ Congregationi super Statu Regularium propositis, stante recensito Decreto Innocentiano, & Declarationibus, editis ab eadem Sacra

Con-

Congregatione, atque ab Alexandro VII. approbasis fatis superque conspicuum erit. Posito enim antedicto Decreto, contingit dubitari

I. An Episcopus in Conventibus, suæ Jurisdictioni subjectis, possit Abbates, Guardianos, & alios Superiores locales deputare, & familiam constituere.

II. An possit Episcopus, a prædictis Conventibus Religiosos amovere.

III. An Regulares eorumdem Conventuum compelli possint ab Episcopo, ad exhibendos libros introitus, & exitus, & reddendas rationes administrationis.

IV. An Episcopus in eisdem Conventibus se ingerere possit in his, quæ regularem disciplinam concernunt.

V. An Ecclesiæ dictorum Conventuum, & Capellæ Granciarum, in quibus degunt Conversi pro agrorum cultura, ab Episcopo visitari possint.

VI. An ipsæ Granciæ, & Conversi, in eis degentes, subsint visitationi Episcopi.

VII. Quid in Ecclesiis, seu Capellis Granciarum, in quibus nullus degit Conversus, an similiter subsint Episcopi visitationi.

VIII. An liceat Episcopo visitare Conventus tam suppressos, & postea restitutos, quam non suppressos, ad effectum cognoscendi, an in illis re ipsa alantur sex Religiosi.

IX. An Episcopus, visitans hujusmodi Conventus, suæ Jurisdictioni suppositos, aut personas in eis degentes, possit a visitatis procurationem exigere in victualibus, vel in pecunia.

X. An jurisdictio, Ordinariis locorumtamquam Sedis Apostolicæ delegatis attributa in supradicto Decreto, competat Vicariis Generalibus Episcoporum, necnon Abbatibus, ac aliis inferioribus Prælatis, proprium Territorium, & jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus.

XI. An Provinciales, & alii Superiores Regulares possint, ejusmodi Conventus, jurisdictioni Ordinarii subjectos, & Religiosos in illis degentes visitare, corrigere, & punire, omnemque jurisdictionem in eos exercere, sicuti poterant ante dictum Decretum.

XII. Si Superior Regularis in causa prævenerit contra subditum, degentem in aliquo ex eisdem Conventibus, Ordinario subjectis, fabricando processum, vel eum carceri mancipando; An Episcopus possit hujusmodi causam reassumere, ac Superiorem inhibere.

XIII. Si e converso Episcopus prævenerit in causa contra Religiosum, in tali Conventu commorantem, an Superiori Regulari eo casu liceat illum amovere, & in alio Conventu collocare: &, si de facto collocaverit, an nihilominus Episcopus possit causam prosequi, ac Religiosum sic amotum revocare ad primum Conventum.

XIV. Si Provincialis, vel Superior localis voluerit, aliquem ex Fratribus a tali Conventu removere, an Episcopus prohibere possit.

XV. Si a Conventu primum suppresso, ac deinde Religiosis restituto, absint ex aliqua rationabili causa, & ad breve tempus unus, vel plures ex numero sex Religiosorum, ibidem degentium, an gratia restitutionis sit nulla, & Conventus remaneat suppressus, ut prius.

XVI. Quid si a Conventu non suppresso similiter ex causa rationabili, & ad modicum tempus absit aliquis ex sex Religiosis ibi existentibus, an durante tali absentia Conventus subjaceat jurisdictioni Ordinarii.

XVII. An, Religioso illo redeunte, vel alias impleto numero sex Religiosorum, Conventus recuperet pristinam exemptionem.

XVIII. Si Gratia restitutionis Conventus suppressi reddatur nulla ex eo, quod in illo ad formam Decreti cum effectu non alantur sex Religiosi; & postea contingat, ut ejusmodi numerus impleatur, an gratia restitutionis Conventus reviviscat.

XIX. Ad hoc, ut gratia restitutionis sit nulla, & Conventus denuo remaneat suppressus propterea, quod in eo non sustententur sex Religiosi, an debeat procedere declaratoria Episcopi super facto, prævia causæ cognitione.

XX. An ab hujusmodi declaratoria liceat Regularibus ad Sedem Apostolicam appellare, ad effectum tam devolutivum, quam suspensivum.

XXI. Cum ex Decreti præscripto quatuor Sacerdotes in his Conventibus degentes, debeant esse maturæ ætatis, quænam dicatur ad hunc effectum ætas matura.

Sacra Congregatio super statu Regularium ad singula dubia, superius proposita, hunc in modum respondit, videlicet: 382

Ad I. Non posse.

Ad II. Posse ex rationabili causa, commonito tamen prius Superiore Regulari, ad quem pertinet, ut eosdem Religiosos assignet in aliis Conventibus.

Ad III. Posse compelli.

Ad IV. Posse.

Ad V. Posse.

Ad VI. Subesse.

Ad VII. Itidem subesse.

Ad VIII. Minime licere, antequam aliunde constet de fundamento intentionis Episcopi, in deficientia numeri constituto.

Ad IX. Expedire, ut Sanctissimus Dominus Noster decernat, & declaret, non licere Episcopo, tales Conventus visitanti, quicquam accipere procurationis nomine.

Ad X. Competere.

Ad XI. Posse, sicut prius, non tamen privative ad Episcopum.

Ad XII. Non posse, nisi ex justa causa: veluti cum videt, Superiorem Regularem ex odio, vel amore, cupiditate, vel metu, aut ex nimia severitate, vel indulgentia quid durius, aut remissius constituere, quam causa deposcit; in quo ipsius Episcopi conscientia oneratur.

Ad XIII. Non licere Superiori Regulari, Religiosum, ab Episcopo inquisitum, a loco amovere: &, si amotus fuerit, posse Episcopum causam prosequi, & illum quibuscumque remediis revocare, etiam invocato auxilio Ordinarii, & brachio sæculari, si opus fuerit, cujuscumque loci, in quo Religiosus iste reperiatur.

Ad XIV. Non posse.

Ad XV. Gratiam ob id non esse nullam, cessante omni fraude, nec Conventum manere suppressum.

Ad XVI. Subjacere durante absentia.

Ad XVII. Recuperare.

Ad XVIII. Non reviviscere.

Ad XIX. Debere ita præcedere, nec ante declaratoriam licere Episcopo, Conventus possessionem apprehendere, aut Religiosos inde expellere.

Ad XX. Licere, ad effectum devolutivum tantum, non autem suspensivum.

Ad XXI. Ætatem maturam ad hunc effectum dici, completo anno quadragesimo.

Declarationes suprascriptas Sanctissimus Dominus Noster ed se relatas approbavit, & ab omni-

 bus,

bus, ad quos pertinet, observari præcepit, contrariis quibuscumque non obstantibus,

Datum *Romæ die* 27. *Julii* 1655.]

Atque hic pro Coronide tria sunt animadvertanda: &

383 Primom ast, Decretum illud Sacræ Congregationis Concilii, auctoritate Urbani VIII. emanatum, de nullibi recipiendis Monasteriis &c., nisi præter alia, duodecim saltem Fratres in eis degere, & competenter sustentari valeant; alioquin dicta Monasteria &c., in quibus duodecim Religiosi sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint, jurisdictioni subsiot ordinariæ; locum habere etiam extra Italiam; & quamvis videatur editum in ordine ad celebrationem Missarum, comprehendere tamen eas Religiones, quæ onera Missarum recipere non consueverunt, ut sunt Religiones Societatis Jesu, & Capuccinorum, juxta Declarationem Sacræ Congregationis Concilii jussu Urbani VIII. *apud Monacell. in Append. ad tom.* 1. *Formul. Confirmat. Decret. Sac. Congreg. Concil. super celebrat. Missar. & declarat. & innovat. Decret. &c.* pag. *Mihi* 494.

384 Secundum ast, præfatum Decretum non procedere quoad Conventus, seu Hospitalia Sancti Joannis de Deo, ubi duodecim Religiosi nullatenus degant; cum ab eo fuerint exclusa per eumdem Urbanum VIII. in Constit. 21. *incip.* [Cum sicut] *apud Peyr. in Constitutionibus novissimis laudati Pontificis Constit.* 21. §. 5., & 6. ubi sic habet Urbanus §. 1. [Apostulica auctoritate tenore præsentium declaramus, ac decernimus, ut quoad dictæ Congregationis Conventus, & Hospitalia, in quibus erunt duodecim Religiosi, Episcopi nullatanus se ingerant: & quoad illos Conventus, seu Hospitalia, in quibus erit minor Religiosorum numerus, iidem Episcopi possint insimul cum Provinciali, val alio majori ejusdem Congregationis Superiore ad revisionem Computorum administrationis corumdam Hospitalium procedere, ita tamen, ut contra personas in nihilo prorsus se immisceant. Non obstantibus &c.] Quod postmodum confirmavit Alexander Septimus *die* 5. *Novembris* 1659. *in Constit.* [Exponi Nobis] §. 5. Declaravitque Sac. Congreg. Episc. & Regul. in Messanensi 9. *Julii* 1683. & 13. *Augusti ejusdem anni*, ac 22. *Septembris* 1684. In Bononiensi Visitationis 10. *Maji* 1698., ubi proposito dubio; [An Hospitale Infirmorum, existens sub gubernio Fratrum S. Joannis Dei subjaceat Visitationi Ordinarii in concernentibus Administrationem Hospitalia, & Sacramentorum infirmis?] respondit: [Quoad administrationem, & redditionem rationis affirmative ad formam Brevis Urbani Octavi. Quo vero ad administrationem Sacramentorum non licere.] In Neapolitana Jurisdictionis 3. *Febr.* 1708. In Trojana 28. *Septembris* 1685. In Naritonen. *die* 15. *Decembris* 1702., mandans administrationis Hospitalium computa revidenda per Episcopum cum Provinciali, vel alio Religioso alterius Conventus, ab eodem Provinciali deputando pro tempore, ipsi Episcopo beneviso. Et in eadem 4. *Augusti anno* 1713., in qua super infrascriptis dubiis, nempe

I. An Conventus Fratrum S. Joannis de Deo Terræ Taviani subjaceat omnimodæ Jurisdictioni Ordinarii, ad formam Decreti [Ut in parvis:] & quatenus negative.

II. An subjaceat dictæ Jurisdictioni Ordinarii tempore, quo non exercetur Hospitalitas.

III. An ejusdem Ordinarii Jurisdictioni subjaceat, si in eodem Conventu nullus adsit Sacerdos.

IV. An præfixo congruo termino super redditionem rationis Bonorum administratorum, Superior localis tenetur, illam reddere, non obstante absentia Provincialis, vel alterius ab eo deputati, seu deputandi;

Respondendum censuit ad primum, secundum, & tertium negative, & servetur Breve sanæ mem. Urbani Octavi, ad quartum affirmative; ut videre est in Bullario Ordinis Hospitalaris S. Joannis de Deo a *pag.* 260. *usque ad* 269. *inclusive*.

Tertium est, Decretum Innocentii X., requirans 385 ex sex Religiosis vitæ probatæ quatuor ad minus Sacerdotes maturæ ætatis in Conventibus, qua suppressis, & deinde restitutis, qua etiam non suppressis, illos non requirere graduatos. Quamobram sufficiunt ad præscriptum Decreti Sacerdotes Religiosi quadragenarii, seu de cetero graduati. Nomine autem *Graduatorum* non veniunt Le- 386 ctores, Magistri, Regentes; sad illi, qui dignitatem habent, ut Provinciales, Rectores Provinciæ, Visitatores, aliique id genus, jurisdictionem delegatam habentes: cum prima sint officia oneris potius, quam honoris, *Pignatell. tom.* 6. n. 258. *Sac. Congreg. Episc. & Regul. in Gaditana præcedentiæ* 4. *Aug.* 1690., in qua cum Patres Augustiniani, vigore Constitutionum suæ Religionis, inter se præcedere deberent secundum antianitatem, exceptis Patribus Graduatis: & Lectores sub nomine Graduatorum venire contenderent; ac favorabile decretum a P. Generali obtinuissent; causa per viam recursus ad Sacram Congregationem delata, responsum eadem die fuit: [Decretum P. Generalis non sustineri.]

C A S U S LXXV.

Quoad Erectionem novorum Monasteriorum.

Regulares Exempti subjiciuntur Episcopo 387 quoad erectionem novorum Monasteriorum utriusque sexus personarum: cum illa erigi prohibeantur, non obtenta prius Diœcesani licentia, *Trident. Sess.* 25. *c.* 3. *de Regul.* Etiamsi ille Electus sit, & confirmatus, nondum tamen consecratus; quia potestas concedendi talem licentiam, ad jurisdictionem pertinet Episcopalem, quæ Episcopo etiam non consecrato competit, ut addit *Pellizz. in Man. Regul. tom.* 2. *tr.* 8. *c.* 7. *Sect.* 2. *Q.* 4. *n.* 93.

Ubi notandum, per laudatum Tridentini De- 388 cretum revocari prohibitionem Bonifacii VIII. in *c. unic. de Excess. Prælat. in* 6., inhibentis Mendicantibus, ne recipiant nova loca ad habitandum, absque Apostolicæ Sedis licentia; & *Clem. Cupientes* §. 1. *de pæn.* id ipsum statuentis, ut censuit Sacra Congregatio, & notat *Faguan. in dic. c. Grave n.* 53. *de Offic. Ordin.*

Notandum etiam, non subjici Regulares præfa- 389 tos Episcopis, quoad ædificationem novorum Hospitiorum, ut docent *Ricclus in Decis. Cur. Neap. p.* 2. *decis.* 139. *Harta cons.* 13. *n.* 4. *Jo: Ant. Novar. in Summ. Bullar. de Monaster. ædific. Lezana verb. Monasteria Regularium* 2. 6. *Bariola verb. Regulares pag.* 264. *Bordon. in Resolut. Ref.* 41. n. 6. *Tambur. de Jure Abbat. tom.* 3. *d.* 5. *q.* 1. *n.* 10. *Cespedes c.* 1. *dub.* 6. & alii, contendentes, neque licentiam Episcopi, neque Regularium consensum ad erigenda Hospitia requisitam esse; cum in jure nomine *Monasterii* non veniat Hospitium: Unde statu- 390 tum puniens offensorem in domo, non ligat, si offendat in Hospitio, ut tradunt Jurisperiti. Et prohibens Camaldulensibus Eremitis Monasteria prope Civitates, non prohibet Hospitia: quia in his

con-

considetantur præfati Eremitæ ut vistores, prout nntat laudstus *Novarius*. Eacipit tamen *Lezana*, modo in talibus Hospitiis existentca, Campanaa non pulsent, eleemosynas non quærant, Missas non recipiant, Ecclesiam publicam non habeant: quia secus præjudieium aliis religiosia inserretur: unde locum haberent etiam in erectione Hospitinrum Constitutiones editæ pro Novorum Monasterinrum ædificatione.

CASUS LXXVI.

Quoad Erectionem aliorum Monasteriorum, ubi alia ejusdem Ordinis habentur Monasteria.

392 REgulares Exempti subjiciuntur Episcopo quoad erectionem aliurum Monasteriorum in utbe, ubi alia ejusdem Ordinis habeantur Mnnasteria. *Pellizz. supra n. 90. in fine*: mntus ex eo, quod jua, hac de re editum, generaliter loquitur; & lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda: finisque legia militat etiam iu præsenti casu, quatenus ea novi Monasterii constructione damnificari potest antiquum Monasterium, & si utrumque sit ejusdem Ordinis: ubi autem militat eadem ratio; eadem militat juris dispositio.

CASUS LXXVII.

Quoad cogendum vicinos ad venditionem propriarum domorum pro Constructione, vel ampliationi Monasterii.

393 REgulares Exempti subjiciuntur Episcopo quoad cogendum viciuos ptivatos pto venditione proptisrum domorum, nedum in casu, quo Regulares illis egeant pro Constructione, verum etiam pro ampliatione Monasterii. Cum ex una parte cogi queant vicini privati ad vendendas
394 proprias dnmns pro Constructione, & ampliatione Monasterii, ut docent *Covarr. lib. 3. var. c. 14. n. 17. Azor. tom. 3. lib. 8. c. 27. q. 2. Marc. decis. 534. & 536. Giurba decis. 86. Gaspar Thesaur. q. 64. p. 1. Costa de Remed. subsid. c. 65. & Rem. 66. n. 9. Molina disp. 341. n. 2. Socin. Regul. 435.* & alii: Tum ex variis jutibus, allegatis a *Covarr. supra*. Tum ex eo, quia publica utilitas præfe-
395 renda est utilitati privatæ particularium; eum alioqui publica utilitas ex favnre Religionis oriatur, *l. 2. ff. de Just. & Jur. §. Hujus Studii*. Quamobrem iu proposito exceptionem patitur regula *l. Invitum Cod. de Contract. Empt.*, quod scilicet nemo invitus cogendua sit, vendern propriam
396 rem. Et ex altera parte per Episcopum cogeudi sunt, ut firmant *de Franchis, Giurba, Thesaurus, & Ricius 1. p. decisionum decis. 238.*, quas eitat, & sequitur *Csped. dub. 19.*

397 An antem pro erectione, vel ampliatione Hospitii cogi possint vicini, ad vendendum suum fundum, suam domum &c., sententiam affirmativam triplieiter suadet *Riccius 1. p. Decisionum Decis. 281.* Et.

I. quia Hospitium dicitur locus Religiosns, & Ecclesiasticus, *c. Ad hæc, & c. de Xenodochiis, de relig. domib.* Et æquipollet Monasterio; eum Monasterium dicatnr Monachorum statio seeundum *Archidiac. in Clem. de Regularibus, de stat. Regul.* Ergo pro commnditate illius poretit vicinos ad vendendum suum fundum vel domum compelli, ut late habet *Gramm. decis. 75. Roccbus de Curtis tract. de Jurepatron. n. 19. Antonius de Padill. in l. Altius n. 21. c. de Servitut, & Petrus Augustinus Moris in Emporio Juris tit. 9. post Cuiacium l. 3. Observat. c. 22.*

II. pro quovis loco pio cogitur qnia ad ven- 398
dendum, ut tradunt Doctores communiter: ergo a fortioti pro Hospitio, quod locus Religiosus nuncupatur.

III. pro Claustto, & Scholis ædificandis cogi- 399
tur quis, vendere suum fundnm, suam dnmum &c. *Marc. decis. 534. n. 5. Costa Remed. subsid. Remed. 76. n. 9. Molina disp. 341. n. 2.* Sicut & pro Dotmitorio, *Socin. regul. 435.* Ergo multo magia pro Hnspitio. Sed hisce ratinnibus in sua probabilitate relictis, oppositum resolutum fuisse a Curia Atchiepiscopali Neapolitana, concludit laudstus *Riccius*: nec resolutionis factæ ullam rationem adducit.

CASUS LXXVIII.

Quoad reparationem Monasterii, funditus eversi.

REgulsres Eaempti subjieiuntur Episcopo quo- 400
ad reparationem Monasterii, funditus eversi: ad quam nova Episcopi licentia opus est, ut ad novam constructionem: cum in hoc casu nova Monasterii refectio proprie foret nova ejusdem ædificatio; & Monasterium esset non vetus, sed novum Mnnastetium. Qnamobrem licet ad repsrationem Monasterii, nnn totaliter eversi, non requitatur licentia Episcopi; eum talis refectio uou nova, sed vetus ædificatio reputetur, dum aliquid antiqui Monasterii supetstes sit, ut tradunt passim Doctores; requiritur tamen Episcnpi licentia ad reparatinnem Monasterii, totaliter eversi. Atque ita *Glossa in c. de Monachis 18. q. 2. Beet. decis. 44. n. 5. Jo: Ant. Novar. in summ. Bull. de Monaster. ædific. Joa: Maria Novar. in Pragmat. Regni Neapol. de ædific. Monaster. a n. 2. Cesped. dub. 13. Pellizz. tr. 8. c. 7. Sect. 20. De Afflictis decis.*
393. *n. 12. & 14.* ubi sie explicat, quandonam 401
dicatur fabtiea, domus, Ecclesia &c. funditua eversa; ejusque restauratio nova ædificatio, ipsaque nova fabrica, & quando non: [Quando domus est funditus destructa, si ædificatur, dicitur nova domns:] secus, ubi remaneaut pedamenta, ut dicit *Bart. in l. 2. §. Siquis ædificium ff. de nov. oper. nunciat.*

Notat hie *Csped. dub. 23. n. 3.*, & ex eo *Pel-* 402
lizz. supra n. 91. in fine, quod quamvis Ordinarii lieentia requiratur ad coustructionem Monasterii, funditus eversi; uon tamen alii Religiosi vocandi sint, nec eorumdem consensus expectandus, cum præjudicium, qund illis fieret in hac Monasterii refectione totali, non esset novum, sed vetus, regulariter loquendo.

CASUS LXXIX.

Quoad mutationem Conventus de uno loco ad alium.

REgulares Exempti subjiciuntur Episcopo quo- 403
ad mutationem Conventus de loco minus fano, vel alias incommodo ad alium saniorem, & commodiorem ejusdem Civitatis: ad quam Episcopi licentia opns est, ut docent *Rodriq. tom. 1. Quæst. Regul. q. 23. art. 7. in fine, Portel. v. Monasterium n. 5. Cesped. de Exempt. c. 1. n. 2., & alii, ex c. unic. de excess. Prælator. in 6. & ex Can. Si quis vult 16. q. 1.* ibi: [Si quis vult Monasterium suum ad meliorandum in alinm locnm ponere, fiat cum cousilio Episeopi, & Frattum suornm, & dimittat Presby-

404 terum in priori loco ad ministeria Ecclesiæ.] Nisi tamen Regulares privilegium habeant, hujusmodi translationem faciendi, absque solemnitatibus, pro erectione novorum Conventuum requisitis; ut illud habent Patres Benedictini in Regno Portugalliæ, concessum a Sixto V, Abbati eorumdem Generali *apud Rodriq. q. 49. art. 4.*, vi cujus in Capitulo Generali, de consensu ejusdem Capituli, mutari potest Conventus de locis incommodis ad commodiores, non petita licentia Episcopi. Quod sane privilegium abrogatum non esse per *Tridentinum*, utpote dumtaxat locutum de nova erectione, & ædificatione, non autem de mutatione, contendit *Cesped. n. 7. Mirand. in Man. Prælat. tom. 1. q. 33. art. 28. Hieron. Rodriq. in Comp. resol. 55.*

C A S U S LXXX.

Quoad deserenda Monasteria, a Communitate concessa.

405 REgulares exempti subjiciuntur Episcopo quoad deserenda Monasteria, quæ ipsismet Regularibus a Commonitate, Civitate, vel Oppido concessa fuere, Regulares siquidem, qui talia Monasteria relinquere volunt, debent ea in manibus Ordinariorum deserere, ut firmant *Tambur. tom. 3. de Jur. Abb. d. 5.* cum aliis apud ipsum, & *Lezana verb. Monasteria n. 44.* ex privilegio Bullato Sixti IV., concesso Fratribus Minoribus, quod refert *Casarub. in Compend. verb. Ædificare n. 8.* sic: [Idem Sixtus concessit Generali Fratrum Minorum Observantiæ licentiam, & facultatem, ea loca, quæ Fratribus suis minus commoda esse cognoverint, dimittendi in manibus Ordinariorum locorum, & illa licite deserendi, prout ei visum fuerit expedire.]

406 Dixi: [A Communitate, Civitate, vel Oppido concessa.] Enimvero Monasteria, quæ ipsimet Regulares ex acquisitis eleemosynis, vel propriis redditibus construxere, nullo jure tenentur, in manibus Ordinariorum dimittere; cum nullo jure teneantur, quæ sua sunt, & a se juste acquisita, Ordinario tradere, ut docet *Lezana* citatus. Unde, ut notat *Rodriq. q. 23. art. 7.*, & *Portel v. Monasterium n. 5.* possunt Regulares hujusmodi Monasteriorum locum, & ædificia vendere, præter Ecclesias.

407 Item Monasteria Jurispatronatus alicujus Patroni Jure fundationis, constructionis, vel dotationis, non in manibus Ordinariorum, sed Fundatorum, seu Patronorum dimittere debent; si Fundatores, seu Patroni in contractu Fundationis, seu Patronatus, sibi dominium illorum retinuerint, pro casu, quo Religiosi Monasteria desererent. Quod si tale dominium sibi neutiquam retinuerint; Regulares, Monasteria deserentes, neque tenentur in manibus Ordinariorum illa deserere, sed possunt de illis, ut de Monasteriis ex acquisitis Eleemosynis, vel propriis redditibus, ab ipsismet Regularibus constructis, pro libito disponere. Modo tamen Regulares præfati non sint ex Fratribus Minoribus, qui cum bona in communi non possideant, eorum Monasteria, ex eleemosynis fidelium constructa, sive alicujus Fundatoris, seu Patroni sumptibus, in dominium transeunt Apostolicæ Sedis, sicque possunt illa, conformiter ad Indultum Sixti IV., in manibus Ordinariorum deserere. Atque ita *Lezana cit. n. 44.*

C A S U S LXXXI.

Quoad reassumendum Monasterium sponte relictum.

REgulares exempti subjiciuntur Episcopo quoad iterum occupandum Monasterium, quod sponte iidem Regulares dimiserunt, ut docent *Cherubinus*, & *Peyr. apud Cespedem dub. 13. n. 1.* contra *Mirandam*, & *Lezanam*, ab eodem *Cespede* laudatos: saltem si ex nova occupatione novum fiat damnum aliis Monasteriis: quia in hoc casu Ordinarii licentia necessaria est: siquidem locum habet jus, hac de re editum, cum sit eadem ratio: secus tamen, si novum non fiat damnum; cum vetus jam sit in priori Monasterii fundatione superatum, ut bene distinguit *Lezana verb. Monasteria n. 46.* 408

Dixi: [quod sponte iidem Regulares dimiserunt.] Ut enim notat *Lezana num. 46.*, si non sponte, sed per vim, aut metum, injuste incussum, Regulares præfati Monasterium suum dereliquere, possunt illud absque Ordinarii licentia recuperare: quia Jura, quæ certam solemnitatem requirunt ad erigenda nova Monasteria, loquuntur solum de nova eorumdem erectione, non de recuperatione in proposito; cum semper permanserint sub dominio Regularium: quo sane per injustam ablationem numquam privati fuerunt, etsi possessione destituti. 409

C A S U S LXXXII.

Quoad unionem plurium Monasteriorum.

REgulares exempti Episcopo subduntur quoad unionem ex duobus, vel pluribus etiam Monasteriis, ob tenuitatem annuorum redituum faciendam. Cum enim in tali unione intercederet derelictio unius Monasterii, illiusque mutatio ad meliorandum; ut ad hanc requiritur Episcopi licentia ex supradictis, ita & ad præfatam unionem faciendam. Modo tamen non obsit speciale privilegium in contrarium, faciendi nimirum talem unionem, non requisita licentia Episcopi, ut de facto obest privilegium Joannis XXIII., sic Abbati Cisterciensi Cabilonensis diœcesis concessum, relatum a *Lezana verb. Monasteria Regularium n. 39. Rodriq. in Bullario tom. 1. & Cespede dub. 12. n. 1.* qui addit, se illud nec vidisse, nec legisse revocatum. Obest item privilegium Bullarum Pii II., Priori, & Conventui sancti Benedicti Vallisoleti eodem modo concessum, quod adducit *Rodriq. tom. 3. Quæst. Regul. q. 80. art. 1.* Servatis tamen duabus hisce conditionibus: scilicet prima, ut talis unio fiat a laudato Priore de consensu Monasteriorum uniendorum, non requisito tamen beneplacito Patronorum, qui dicta Monasteria fundarunt, aut dotarunt &c., cum de his nulla mentio habeatur in hac Bulla: quamvis alioqui ea obliget dictum Priorem, ut de redditibus Monasterii uniendi Capellanum, qui exequatur onera, a Patronis annexa fundationi, constituat. Et secunda, ut subsit justa causa faciendi talem unionem: cujusmodi est, ut sic Divinus Cultus magis augeatur, commodiusque Religiosi, Deo ibi famulantes, sustententur. Rursus obest privilegium Julii II., Congregationi Montis Oliveti concessum, teste *Rodriq. supra art. 3.* vi cujus fieri queunt uniones prædictæ independenter a licentia Episcopi: &, si in unionibus Monasteriorum faciendis interveniant conditiones, & pacta illicita, ac expresse prohibita jure huma- 410 411

humano, si hæc careant confirmatione Apostolica, uniones illæ ratæ sint, ac firmæ, ipsaque pacta, & conventiones observari licite queant. Obest tandem Indultum Bullatum Eugenii IV. pro Monasteriis Ordinis S. Benedicti apud *Pellizz. tom. 2. Man. tr. 8. c. 7. sect. 2. n. 111.* cujus vigore facultas præfatarum unionum faciendarum indulgetur sine licentia Episcopi. Additurque, per quascumque revocationes quarumcumque unionum, seu incorporationum de prædictis, & quibusvis aliis Monasteriis, per Romanos Pontifices, etiam per litteras, seu Constitutiones in genere, vel in specie, sub quibusvis formis, vel expressionibus faciendis, nullum Universitati, seu Congregationi Monachorum hujusmodi valeat, sive possit præjudicium inferri, nisi alias ipsæ expeditæ, & expediendæ litteræ hujusmodi in revocationum litteris de verbo ad verbum insererentur, ac in eis specialis, expressa, & individua de ipsis Monasteriis, & locis, ac dicta Congregatione mentio contineretur, &c.

C A S U S LXXXIII.

Quoad translationem Monasteriorum Monialium etiam exemptarum.

412 Regulares, de quibus loquimur, subjiciuntur Episcopis quoad translationem Monasteriorum Monialium, etiam exemptarum, quæ jam fundata sunt, quia malorum hominum periculis sunt exposita, vel necessitas persecutorum inest, aut difficultas locorum, & aëris intemperies, aliave id genus causa: utpote quæ nedum transferri queunt, sed etiam debent ab Episcopo, ut contendunt *Barbos. in Summ. decis. Apostol. Collect. 512. n. 5. Donat. in prax. rer. regul. tom. 4. tr. 4. de viol. claus. per egress. q. 2. a n. 3.*, quibus adhæret *Monacell. tom.*
413 *1. in Append. pag. 418. n. 2.*, addens *n. 3.* translationem hanc fieri posse, concurrente causa, etiam sola auctoritate Episcopi, juxta doctrinam *Graff. decis. aur. p. 2. lib. 4. c. 23. n. 18.*, qui sane Episcopus procederet, ut Apostolicæ Sedis delegatus; etsi *Concil. Trid.* id non expresserit, ut notat laudatus *Monacell. n. 4. ex Stephano Vuesms, & Barbos. in Trid. sess. 25. c. 5. de Regul. n. 116.*

C A S U S LXXXIV.

Quoad unionem præfatorum Monasteriorum Monialium.

414 Regulares exempti subjiciuntur Episcopo quoad præfatorum Monasteriorum Monialium, ob tenuitatem redituum, vel exiguum earumdem numerum, unionem. Potest siquidem Episcopus Monialium Monasteria propter exiles reditus, vel exiguum earumdem numerum unire. Ita Doctores passim, quibus adhæret *Monacell. tom. 1. in Append. pag. 418. num. 2.* ubi addit, Episcopum nedum id posse, sed debere; quia deficientia alimentorum, & rerum ad vitam congrue sustentandam, non solum est causa sufficiens unionis, ut *cum Frederico de Senis cons. 29.* docet *Fagnan. in cap. Recolentes n. 23. de Stat. Monach.*, *Tambur. de Jur. Abbat. tom. 3. d. 5. q. 1. n. 5.*, sed etiam est occasio proxima relaxationis Observantiæ regularis. Quod sane *Monacelli* votum, ut ipse testatur, amplexa fuit Sac. Congr. Episcop. *in una Camerinen.*, in qua dirigente *Clar. memor.* Card. *Petruccio*, concessa fuit unio Monasteriorum Monialium S. Hieronymi, & S. Joannis Terræ S. Genesii 8. *Augusti* 1698. quia tum propter paupertatem, tum propter Monialium exiguum numerum, regularis disciplina collapsa penitus erat.

Addit *la Croix lib. 4. de Benefic. art. 2. q. 47. num.* 415
278., posse Episcopum Monasterium sibi subjectum, consentientibus Monialibus, unire Monasterio, vel loco Religioso, quamvis Moniales per alia Monasteria forent dispergendæ: nec jus ullum ad hoc requirit consensum Capituli, vel Canonicorum: & quamvis requireretur; sufficeret consensus majoris partis, *Bald. Tab. Sà*, *Less. cas. 86.*

C A S U S LXXXV.

Quoad lectionem Sacræ Scripturæ.

Regulares exempti, intra claustra degentes, 416
Episcopo subjiciuntur quoad lectionem Sacræ Scripturæ, sive ejusdem Expositionem, & Interpretationem, aut Theologiæ speculativæ, vel practicæ, qua nimirum Moralis, qua Canonicæ, loco Sacræ Scripturæ, bis in Monasteriis habendam per Hebdomadam, ubi commode haberi possit. Regu- 417
lares etenim ad id tenentur ex *Concil. Vienn. sub Clemente V.* & habetur *in Clem. Ne in agros §. Ad amplliationem*, ibi: [Rursus, ut ipsis Monachis proficiendi scientia via opportuna non desit; in singulis ipsorum Monasteriis, quibus ad hoc suppetunt facultates, idoneus teneatur Magister, qui eos in primitivis scientiis instruat diligenter.] Ex *Concil. Later. sub Innoc. III.*, legiturque *in cap. Quia nonnullis, de Magistris*, ubi sic: [In Sacra pagina doceat, & in his præsertim informet, quæ ad curam animarum spectare noscuntur.] Ex *Concil. Trid. sess. 5. de Refor. c. 1.*, ubi statuitur: [In Monasteriis quoque Monachorum, ubi commode fieri queat, etiam lectio Sacræ Scripturæ habeatur: qua in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum in hoc, ut Sedis Apostolicæ delegati, eos ad id opportunis remediis compellant. In Conventibus vero aliorum Regularium, in quibus studia commode vigere possunt, Sacræ Scripturæ lectio similiter habeatur: quæ lectio a Capitulis generalibus, vel Provincialibus assignetur dignioribus Magistris.] & infra: [Neminem ad hujusmodi lectionis Officium tam publice, quam privatim admittendum esse, qui prius ab Episcopo loci de vita, moribus, & scientia examinatus, & approbatus non fuerit: quod tamen de Lectoribus in claustris Monachorum non intelligatur.] Et demum ex *Decreto Clementis VIII. pro Refor. Regul.* ibi: [Item lectio Sacræ Scripturæ, vel Casuum Conscientiæ bis in hebdomada, præscriptis diebus, in singulis Monasteriis, & Conventibus habeatur, ad quam Fratres omnes conveniant.]

Est communissima Doctorum Sententia, cui *Pi-* 418
gnatellus subscribit *tom. 1. Consult. 247. n. 3.* inquiens: [Lectio Sacræ Scripturæ videtur intelligi promiscue, tam de Sacra Scriptura, quam de Theologia ex *Cap. Quia nonnullis de Magistris*: ad quod *Tridentinum* respexit, ita ut sufficiat, ut lectio Sacræ Scripturæ habeatur &c. Concilium autem in hoc Decreto licet in principio videatur respicere ad Sacram Scripturam tantum, postea tamen indifferenter in subsequentibus, modo Theologiam, modo Sacram Scripturam nuncupat. Ac propterea cum Concilium de utraque expresserit, de utraque intelligendum, ita ut sufficiat, alteram legere, vel Sacram Scripturam, vel Theologiam Speculativam.] & *n. 4.* [Sacra Scriptura idem promiscue est cum Sacris Canonibus, ut expresse notat *Garcias de Benefic. p. 3. c. 2. n. 46.* & concordat *Gloss. in*

in Can. Videntes 1. q. 3. v. debitum cum plerisque aliis.] Et *n. 5.* [Dispositio loquens de Theologia, verificatur in Theologia Morali, & in Sacris Canonibus, ut pluribus firmat *Felin. in Cap. Super specula n. 2. de Magistris*. Et concordat *Abbas in dic. cap. Quia nonnullis n. 2. Sylv. Verb. Doctor n. 5. in fine*, & alii.]. Ita *Pignatell.* Adhærent sententiæ communissimæ, præter Pignatellum laudatum, *Rodriq. tom. 2. Quæst. Regul. q. ult. art. 2. prope finem*, ubi praxim Monasteriorum adducit sic: [Lectio Theologiæ Scholasticæ, vel Moralis, quæ Confessionibus audiendis deservit, Decreto supradicto Sacri *Concilii Tridentini* satisfacit, prout practica admisit.] Et Sanctarellus *var. resol. q. 3. n. 28.* ibi: [Quamvis in Concilio *Tridentino dic. sess. 5. de reform. c. 1.* fiat mentio solum de Sacra Scriptura, idem tamen est intelligendum de Jure Canonico. Ita *Monet. de distribut. p. 2. q. 10. n. 4.*, qui citat *Felinum cons. 18. n. 7. & Abbatem in Cap. Tua Fraternitatis n. 5. & 6. de Clericis non resid.* Sic etiam sentiunt *Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. alleg. 36. n. 26. Garc. de Benefic. p. 3. c. 2. n. 64.*, qui allegat pro hac Sententia *Francum in C. 2. in privil. in 6.*] Hactenus *Sanctarellus*.

419 Tenentur autem Regulares ad lectionem præfatam Sacræ Scripturæ, seu Theologiæ Speculativæ, vel Practicæ in propriis Monasteriis, si commode fieri potest, bis habendam in hebdomada per annum sub Mortali; cum præceptum Sacrorum Canonum sit in materia gravi, tum secundum se, tum ratione finis Ecclesiæ. Et quidem secundum se: quia res gravis est Sacrarum Scripturarum peritia, in Regularibus præsertim, qui debent esse Deo dediti, & Divinorum meditationi assidue intenti; & aliunde ignorantia Scripturarum ignorantia Christi est, nec excusatione digna, nec venia, ut legitur *in Can. Ignorantia, & Can. Sicut stellas dist. 38.* Item Theologiæ Speculativæ scientia, pro defensione, & propagatione Fidei ceteroqui necessaria, sicut & facultatis Moralis, & Canonicæ doctrina, necessaria pro bono animarum, totiusque Ecclesiæ Catholicæ regimine, materia gravis est. Ratione etiam finis Ecclesiæ materia gravis est in Regularibus Theologiæ Scripturalis, sicut & Speculativæ, vel Practicæ peritia; cum illam requirat *Trident. loc. cit.* [Ne cælestis ille Sacrorum librorum Thesaurus, quem Spiritus Sanctus Summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus jaceat.] Et quia [Tam honorifica, & ceterorum omnium maxime necessaria ad catholicæ Fidei defensionem, & incrementum sanæque doctrinæ Conservationem, & propagationem] est. Et *Lateranense*, ubi supra: [Quia ad curam animarum spectare noscitur.] Quod indubitatum tandem redditur ex gravissimis pœnis, quibus compellere potest Episcopus desides Abbates, ad eam lectionem in Monasteriis habendam, ut mox dicemus: non enim pro culpa levi gravissima pœna injungi potest, ut omnibus est inconcussum.

420 Jam Regulares ita ad præfatam lectionem tenentur, ut in ea habenda [Si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum in hoc, ut Sedis Apostolicæ Delegati, eos ad id opportunis remediis compellant,] ut disponit *Tridentinum* laudatum. Est autem opportunum remedium in proposito Excommunicatio, ut optime docent *Lezana Quæst. Regul. tom. 1. c. 12. Pellizz. in Man. Regul. tom. 2. tr. 8. c. 6. sect. 1. q. 23. n. 99. Peyr. tom. 2. privil. Regul. ad Constit. 2. Julii II. n. 17. & alii cum Rodriq. dic. tom. 2. quæst. Regul. art. 2.*

421 Addit *Gloss. in cit. Clem. Ne in agros §. Ad ampliationem de Stat. Monach. verb. Facultates* apud *Tambur. tom. 3. de Jur. Abb. d. 2. q. 5. n. 3.* [Si Abbas, hoc non servans, dicit facultates non sufficere; Episcopus facta de hoc inquisitione, si inveniat, illas sufficere, illum coget ad hoc, vel ponet ibi Magistrum.]

Atque hic pro Coronide hujus materiæ nonnulla sunt animadvertenda: &

Primum est, nequidem Monasteria Carthusianorum strictioris clausuræ ab hac obligatione immunia esse, ut decisum refert *Aldan. in Compend. Can. resol. lib. 1. tit. 3. n. 16.* 422

Secundum est, quamvis ex Constit. Clementis VIII. Monachi omnes (puta Sacerdotes, & Clerici) convenire debeant ad lectionem Sacræ Scripturæ, vel Theologiæ; intelliguntur exempti tamen, qui legitime sunt impediti. Legitime autem impediuntur ægroti, nedum perpetui, verum etiam temporanei, & Monachi valde senes; cum senectus ipsa sit morbus, *l. Prætor ff. de Vac. & Excusat. Mun. & l. Semper ff. de Jur. Immun.* Item Superiores pro tempore, in gravi proprii muneris negotio tunc occupati, quod ad aliud tempus transferri non potest, ex Doctoribus passim. Qui libris imprimendis pro bono Ecclesiæ, vel Religionis invigilant, *Lezana vol. 1. c. 4. n. 20.* & Lectores, ac Prædicatores, sed iis tantum diebus, quibus eos legere, aut prædicare contigerit. Unde notat *Peyr. loc. cit. n. 21.*, nisi Lectores actu legant, frui non debent Immunitatibus, Exemptionibus, & Privilegiis, ut præcepit Clemens VIII. in Ordinationibus, factis pro refor. Regul. & docuit *Bart. in l. Medicos C. de Profess. & Mad. lib. 20.* ac *Gutierrez lib. 1. pract. Quæst. q. 21. n. 2.* Dicuntur autem actu legere, etiam tempore vacationum, & quando sunt designati ad de brevi legendum, quia tunc acrius student, & numquam minus vacant, quam quando vacant, qui debito officii volunt satisfacere *Nicolaus Pignol. addit. ad Rom. Sing. 453.* 423 424

Profecto si hujusmodi, aliique id genus impediti, a servitio Chori reputantur immunes, multo magis ab assistentia Lectioni Sacræ Scripturæ, vel Theologiæ, ut patet. Quod autem e servitio Chori censeantur immunes, declaravit Clemens VIII. in Decretis *pro refor. Regul.* toties citatis apud *Lezanam c. 10. n. 20.* sic: [Nullus omnino prætextu cujuscumque privilegii, vel Superioritatis, etiam Generalatus, a servitio chori censeatur immunis, nisi pro tempore, quo quis in proprii officii munere actu fuerit occupatus. Cum Lectoribus autem, & Prædicatoribus Superiores iis tantum diebus, quibus eos legere, aut prædicare contigerit, dispensare possint. Idem quoque præstare valeant cum ægrotis, & studiorum causa legitime impeditis:] seu, ut explicat *Lezana* citatus, imprimendis libris pro bono Ecclesiæ, vel Religionis occupatis. 425

Tertium est, licet, ubi commode fieri queat, per annum singulis hebdomadis bis fieri debeat lectio Sacræ Scripturæ, vel Theologiæ; vacare tamen potest tribus æstivis mensibus, Julii videlicet, Augusti, & Septembris, quibus ob nimium calorem minus bene studia litterarum exerceri queunt, ut notat *Cesped. dub. 154. n. 8.*, citans Declarationem Sac. Congr., & *Garciam de Benef. p. 5. c. 4. n. 157. Galesiam in Margarita Casuum Consc. v. legere n. 1. Barbosam in Collect. Bullar. v. Lector Sacræ Scripturæ, & alios*. Sic iisdem tribus mensibus vacare potest eadem Sacræ Scripturæ lectio, vel Theologiæ in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, ceteroqui a Sacris Canonibus eodem modo, ac in Monasteriis Religiosorum requisita, & a *Trident. eodem c. 1. Sess. 5. de refor.* commendata, ut notat *Barbos. de* 426

Offic. & pot. Episc. p. 3. alleg. 56. n. 7. & Trid. loc. cit. n. 3. ex Galet. dic. v. legent. Garcia dic. p. 5. c. 4. n. 157. & Peyr. loc. cit. ubi id etiam refert decisum; cum eadem utrobique militet ratio.

427 Quartum denique est, Regulares non Monachos, vigore *Tridentini*, eodem prorsus modo subjectos esse compulsioni Ordinarii, velut Apostolicæ Sedis Delegati per remedia Censurarum, quo subjecti sunt Monachi, ut docet *Rodriq. tom. 2. Quæst. Regul. q. ult. art. 2.* sic: [Sicut Monachi possunt compelli ad id muneris remediis opportunis; ita etiam ceteri Regulares, ut patet ex verbis Concilii ibi: *Similiter habeatur*. Remedium autem opportunum, quo Episcopi possunt compellere Monachos, & Regulares ad hoc, erit Excommunicatio.] Item *Peyr. §. 5. cit. n. 1. 16. & 17. Tambur. de Jur. Abb. tom. 3. d. 1. q. 5. n. 3. Piasec. in prax. Episc. p. 2. c. 3. n. 9. Reiffenst. lib. 1. Decretal. tit. 13. §. 6. n. 162. & alii*, contra *Pellizz. loc. cit.* & nonnullos alios, contendentes non eodem modo a *Tridentino* præcipi lectionem Sacræ Scripturæ Monachis, ac ceteris Regularibus; illis siquidem præcipitur ita, ut si Abbates desides fuerint, ab Episcopo cogi valeant per Censuras: his vero mere præcipitur, absque eo, quod ipsorum Superiores desidee compelli queant ab Ordinario remediis Censurarum.

428 Communis sententia convincitur efficaciter argumento, quo utitur laudatus *Rodriq.* ex *Trident.* Hoc siquidem Concilium, ut supra retulimus, sic decernit:] In Monasteriis Monachorum, ubi commode fieri queat, etiam Lectio Sacræ Scripturæ habeatur: qua in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum in hoc, ut Sedis Apostolicæ Delegati eos ad id opportunis remediis compellant: in Conventibus vero aliorum Regularium, in quibus studia commode vigere possunt, Sacræ Scripturæ lectio similiter habeatur.] Sed ly *Similiter*, ne sit otiosum, vanum, & superfluum, debet præter ipsam lectionem Sacræ Scripturæ in Conventibus Regularium, quæ jam expressæ significatur a Concilio, aliquid ulterius importare, quod non exprimatur pro Conventibus Regularium, & sit expressum pro Monasteriis Monachorum, quod sane non est aliud, nisi potestas coactive Episcoporum per Censuras. ergo &c.

429 Item dictio *Similiter* est repetitiva, *Ruin. Cons. 169. n. 2. vol. 3. Gabr. Com. lib. 6. tit. de Clausul. Concl. 91. n. 21. Surdus decis. 88. n. 55.* Sed non lectionis Sacræ Scripturæ pro Conventibus Regularium; quia jam est expressa, & repetita. Ergo potestatis coactivæ Episcoporum in casu negligentiæ Prælatorum, quæ pro Monasteriis Monachorum expressa est, non tamen pro aliis aliorum Regularium Domibus. Rursus dictio *Similiter* ostendit similitudinem facti, modi, & qualitatem absque ulla difformitate, *Innoc. in cap. Ex rescripto de Juretur. Socin. Cons. 281. n. 3. lib. 2. Gabr. Cons. 8. n. 8. & Cons. 548. n. 13. lib. 2. Rota decis. 327. n. 7. apud Farinac. quæst. 1. recent.* Et significet equalitatem, & identitatem, *Socin. Cons. 281. incip. in Causa n. 3. lib. 2. Alberic. in suo Dictionario Verb. Similiter*, *Menochius Cons. 224. n. 60. & Cons. 628. n. 9. & alii complures.* Importat eumdem modum, effectum, & dispositionem, *Fusar. Cons. 4. n. 21. & alii.* Et inducit dispositionem, similem præcedenti, *Seraphin. decis. 1384. Rob. de repræsent. lib. 2. c. 25. n. 14.* Ergo &c. Tandem similitudo est in diversis rebus eadem, vel similis qualitas, *Bald. apud Barbosam in tr. de dictionibus in utroque Jure usu frequentioribus dictione 367* ergo in lectione Sacræ Scripturæ, habenda in Monasteriis Monachorum, & in Conventibus Regularium, eadem Episcopo subjectio quoad compulsionem in casu negligentiæ.

Neque dicas: Decreta odiosa non debent extendi ab uno casu ad alium ex identitate, immo neque ex majoritate rationis, 430

Nam assumptum patitur distinctionem: nisi extendantur a lege, transeat, Si ab ipsamet extendantur lege decernente, ut in proposito per verbum *Similiter*, nego assumptum, Dixi *transeat*: enim vero,

Licet complures Doctores, tum Canonistæ, tum Civilistæ apud *Suarez de legib. lib. 6. c. 8. n. 2.* acriter contendant, Decreta nedum favorabilia, verum etiam odiosa extendenda esse de casu ad casum, ubi paritas (ajunt ipsi similitudo) militat rationis; moti ex *cap. Inter Corporalia 2. de Translat. Episcop. & l. Ideo ff. de legib. ibi*: [Semper quasi hoc legibus inesse, credi oportet, ut ad eas quoque personas, & ad eas res pertineat, quæ quandoque similes erunt: quia non possunt articuli singillatim comprehendi; sed cum in aliquo casu sententia eorum manifesta est, is, qui jurisdictioni præest, ad similia procedere, atque ita 431
jus dicere, debet.] Et habetur in *l. Non possunt* 432
ff. eod. Ipse tamen Doctor Eximius *loc. cit. n. 3.* inter paritatem, & identitatem rationis distinguens, negat ex paritate rationis extendi posse Decreta odiosa de casu ad casum; mordicus autem defendit *n. 16.*, *& c. 4. n. 2. & 6.* hujusmodi extensionem ex identitate rationis, vel in lege expressæ, vel etiam subintellectæ, seu ab Interpretibus excogitatæ, si in lege ratio expressa non sit, faciendam esse de casu ad casum: additque, id se defendere ob sententiam valde communem Canonistarum, & Civilistarum, cui patrocinatur *Glossa* 433
in Cap. Translato de Constit. Verb. quod de uno, dicens: [Ubi eadem est ratio, idem debet ibi esse jus.] Unde ortum habuit vulgare Doctorum proloquium, universaliter pro favorabilibus & odiosis: [Ubi eadem est ratio, eadem est Juris dispositio.] Legatur *Suarez utroque c. cit.* Jam ratio *Tridentini* in exigenda cum tanto rigore lectione Sacræ Scripturæ, vel Theologiæ, ut habetur *c. 1. sess. 4. de refor. cit.*, & supra notavimus, est: [Ne cælestis ille Sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus Sanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus jaceat:] Et quia [Tam honorifica, & ceterorum omnium maxime necessaria est Lectio ad catholicæ Fidei defensionem, & incrementum, sanæque doctrinæ conservationem, & propagationem.] Et *c. n.* [Quia Christianæ Reipublicæ non minus necessaria est prædicatio Evangelii, quam Lectio.] Quæ sane ratio æque militat pro Monachis, ac pro ceteris Regularibus non Monachis.

C A S U S LXXXVI.

Quoad revocationem Conjugis invalide professi.

Regulares Exempti, etiam intra claustra commorantes, subjiciuntur Episcopo quoad revocationem Conjugis invalide professi. Potest siquidem Episcopus contra Regulares, etiam exemptos, procedere, eo quod injuste detineant Conjugem invalide professum, nolintque illum uxori restituere. Atque ita *Sanchez lib. 7. de impedim. disp. 33. n. 21. Salsedus in Addition. ad pract. Bernardi Diaz. c. 3. tit. 4. §. Punire, Rojas de Hæretic. p. 1. n. 155. Bordon. de Exempt. & subject. Episc. resol. 7. n. 109. Cochier p. 2. quæst. 45. n. 222. Monet. de Conserv. c. 7. q. 4. n. 161. Cesped. c. 3. dub. 60. & alii.* Cum in hoc casu non agatur de pri- 434
vilegiis

vilegiis Religionis, aut ipsa privilegia concernentibus, vel de statu Regularium; quod sane Conservatoris proprium foret: sed de instauratione Matrimonii; quod Ordinarii solius proprium est, ex *s. c. de Convers. Conjug.* & aliunde Ordinario competat jus adversus extraneos, & exemptos, impedientes, & perturbantes suam jurisdictionem, ut in proposito,

435 An autem adversus Regulares exemptos, non obstante, quod privilegium habeant, ne possint censurari, procedere queat Episcopus in proposito censuris, aliisque pœnis Ecclesiasticis; affirmat *Salsedus* apud *Sanchez n.* 22. Negat autem communior Doctorum sententia, cui patrocinatur *Cochier loc. cit.* sic: [Episcopus potest excommunicare, & suspendere Exemptos, impedientes revocationem conjugis e Monasterio exempto, si iste conjux non fuerit valide professus; puta sine licentia alterius conjugis, vel illius, in sæculo manentis, nullum sit votum continentiæ, aut saltem sit temporale. Nisi tamen Exempti privilegium habeant, ne possint excommunicari, suspendi, vel interdici; quale habent Mendicantes, ut constat ex eorum Compendio *verb. Exemptio n.* 9. & Societas Jesu, ut constat ex Bulla Pauli III. *Anno* 1549. & ita in terminis resolvit *Thomas Sanchez* ejusdem Societatis, Doctor Eximius *tr. de Matrim. lib.* 7. *disp.* 33. *n.* 22. Et ratio est, quod in propria specie non agitur de Religionis privilegiis, aut de statu Religionum, sed de Matrimonii instauratione, Conjugisque revocatione, qui minus legitime sit professus. Quod Ordinarii proprium est, *c.* 1. *Convers. Conjug.* Denique quia Ordinario competit omnimoda jurisdictio in Extraneos, & Exemptos, impedientes suam jurisdictionem, *Innoc. in cap. Dilectus &c.*] Hactenus *Cochier*. Sed de hac facultate censurandi Regulares Exemptos in casibus, in quibus subjiciuntur Episcopis, & non obstante privilegio, ne valeant censurari, melior infra redibit sermo.

C A S U S LXXXVII.

Quoad aperiendas Sacra Pœnitentiaria litteras.

436 REgulares Exempti subjiciuntur Episcopis quoad aperiendas, executionique mandandas litteras Sacræ Pœnitentiariæ. Regulares siquidem, etiamsi nullo gradu insigniti, si ad Confessiones Sæcularium audiendas approbationem habeant ab Episcopo, possunt dictas litteras, Magistris in Theologia destinatas, vel in Jure Canonico Doctoribus, aperire, & exequi: seu de cetero illæ contineant casum, in quo opus sit absolutione Sacramentali, ut est perspicuum, sive non: ut si agatur de dispensatione in Voto, in Juramento, in Irregularitate, & similibus: non ita tamen, si approbati non sint. Quod patet tum ex privilegio, Societati Jesu concesso a Greg. XIII., & omnibus consequenter aliis Religiosis Ordinibus, de privilegiis Societatis participantibus, quod innuit *Compend. nostror. privil. v. Confessarius* §. 3. sic: [Possunt nostri Sacerdotes, designati per Præpositum Generalem, aut de ejus licentia per alios Superiores Societatis, & a locorum Ordinariis approbati, vel approbandi, etiamsi nullo gradu sint insigniti, aperire litteras Sacræ Pœnitentiariæ, destinatas Magistris in Theologia, vel in Jure Canonico Doctoribus; & auditis Confessionibus recurrentium ad ipsos, imposita illis pœnitentia, in literis expressa, vel de Jure infligenda, eos absolvere, ac in foro conscientiæ quascumque sibi verbo, vel scripto commissas absolutiones, dispensationes, & pœnitentiarum injunctiones excipere, & exequi.] Tum ex clausula, quæ in dictis litteris hodie solet apponi, nimirum: [Audita Confessione, nec aliter, nec alio modo.] Atque ita cum Doctoribus passim *Pasqualig. decis.* 414. & 437
Cesped. de Exempt. c. 24. *dub.* 362. Qui notant, non omnes Confessarios Religionum, quæ gaudent hoc privilegio, posse litteras hasce aperire, & executioni mandare; sed dumtaxat Generales, ceterosque Superiores ex Generalium concessione: omnesque alios Confessarios per Generales designatos; aut eorumdem licentia, quos Superiores ad id deputaverint, ut Nostris cavetur in laudato *Compendio*. Ideo enim (ait *Cesped. supra n.* 5.) Summus Pontifex non concessit Privilegium Confessariis absolute, sed iis solum, qui obtinent facultatem a Generali, quia voluit quod talis facultas tantum daretur idoneis. Legatur *Pasqualig. dic. decis.* 414. *per totam*.

C A S U S LXXXVIII.

Quoad Dispensationes, & Commutationes Votorum.

REgulares Exempti, etiam intra claustra degentes, subjiciuntur Episcopo quoad dispen- 438
sationes, & Commutationes Votorum. Regulares siquidem, etsi valeant dispensare, & commutare omnia vota, exceptis ultramarinis, & Sancti Petri, & Pauli de Urbe, Sancti Jacobi in Compostella, Castitatis, & Religionis, ut indulsit nostræ Societati Paulus III. in Bulla, quæ incipit: [Inter cunctas:] quam facultatem cum eadem exceptione extendit Gregorius XIII. ad vota jurata, dummodo commutatio, & dispensatio non fiat in præjudicium tertii, ut refert *Compen. Nostror. privil. v. Commutatio* §. 5. Nequeunt tamen illa dis- 439
pensare, & commutare, nisi fuerint a Superioribus Regularibus deputati, & ab Ordinario loci ad Confessiones Sæcularium excipiendas approbati, ut optime advertit *Bordon. resol.* 5. *q.* 12. & *in Decis. Miscell.* 900. *dub. decis. ult.* §. *Dixi* 20. Contra *Cespedem de Exempt. dub.* 109., contendentem ex laudato privilegio Pauli III. sufficere, quod Regulares fuerint tantum a suis Superioribus de-
putati. Sed non recte; cum deputatio Superiorum 440
Regularium, quamvis satis, superq; fuerit, quando concessum fuit Privilegium a Paulo III., scilicet *anno* 1541., adeoque octodecim annis ante Decretum *Tridentini sess.* 22. *c.* 15. *de Approbatione Episcopali*; hodie tamen ex Bulla Pii IV. *incip.* [In Principis Apostolorum] 94. *in Bullar. novo*, qua omnia Regularium privilegia redacta sunt ad terminos *Concilii Tridentini*, sola deputatio Prælatorum Regularium satis non est; sed requiritur etiam Approbatio Episcopalis, quod secundum aliquos est, subjicere fideles suos Sacerdotibus regularibus. Hinc laudatum *Compend. Nostror. Privil. dic. Verb. Commutatio* §. 5. ita monet: [Communicatur hæc facultas omnibus Confessariis approbatis, eodem modo tamen, quo facultas absolvendi, quæ habetur supra *v. Absolutio* §. 1.] scilicet [Hæc facultas absolvendi &c. communicatur Omnibus Confessariis, a Superioribus deputatis, & ab Ordinario loci juxta formam *Concilii Tridentini sess.* 23. *c.* 15. *de reform.* approbatis &c.]

Nec officit, quod in hac sententia approbatus 441
tantum ad Confessiones virorum deberet extra Sacramentum dispensare, & commutare vota Mulierum, sicque necessaria non esset approbatio Episco-

scopalis. Non officit, inquam, quia ut notat *Bordonus supra*, upprobatio Episcopalis non requiritur præcise pro absolutione Sacramentali; sed etiam, ut in Confessario appareat idoneitas ad judicanda non solum peccata, sed eriam vota, & hujut generis; atque ut fidelis dicatur factus illi subjectus ex eo, quod est specialiter Minister Episcopalis.

CASUS LXXXIX.

Quoad recitationem Hymnorum reformatorum.

442 REgulares Eaempti Episcopo subduntur quoad recitationum in Chorn Hymnorum, ab Urbano VIII. reformatorum. Ex vi siquidem Constitutionis [Cum alias], editæ u laudato Pontifice ob reformationem Hymnorum *die* 27. *Aprilis* 1649. potest Episcopus, tamquam Apostolicæ Sedis delegatus, procedere in Regulares, non recitantes Hymnos, jussu Urbani VIII. correctos, existentes in Urbe, & in ejus districtu infra duos menses a die datæ Constitutionis; alins aurem, si citra montes sint, infra octo menses; si ultra, infra duodecim. Atque hæc Constitutio, ut notat *Pellizz. de Monialibus c.* 8. *n.* 63. *q.* 47., eriam moniales exemptas comprehendit, quæ proinde queunt ab Ordinario puniri, si in Choro renuant præfatos Hymnos, jussu Urbani VIII. correctos recitare.

CASUS XC.

Quoad insolitas, novasque Sanctorum Imagines.

443 REgularns Eaempti subjiciuntur Episcopis quoad insolitas, novasque Christi Domini, Beatissimæ Virginis, & aliorum Sanctorum Imagines pingendas, aut sculpendas: Nam ex vi alterius Constiturionis Urbani VIII. *incip.* [Sacrosancta *Tridentina Synodus*] 15. *Martii* 1642. Regnlares pingentes, aut sculpentes, vel pingi, aur sculpi facientes Imagines Domini Nostri Jesu Christi, & Deiparæ Virginis, & Angelorum, Apostolorum, Evangelistarum, aliorumque Sanctorum, & Sanctarum quarumcumque, quæ sint insolitæ, & vestitæ alio habitu, & forma, quam in Catholica, & Apostolica Ecclesia ab antiquo tempora consuevit: aut si pictæ sint cum habitu peculiari alicujus Religionis &c. subduntur Ordinariis locorum tamquam in hoc Apostolicæ Sedis delegatis, &c. Quæ saue Constitutio renovat Decretum *Tridentini Sess.* 25. *de Purgator.* ibi: [Statuit Sancta Synodus, nemini licere ullo in loco, vel Ecclesia, etiam quomodolibet exempta, ullam insolitam ponere, vel ponendam curare Imaginem, nisi ab
444 Episcopo approbata fuerit, adhibitis in Consilio Theologis &c.] Dicitur aurem in proposito imago insolita, quæ parit videntibus scandalum, non tamen devotionem, & pietatem, ut ex ipso Concilio, & Constitutione relata colligit *Cesped. dub.* 332. *in fin.*

CASUS XCI.

Quoad certiorandum Parochum de Confessione Ægroti.

445 REgulares Eaempti subjiciuntur Episcopo quoad certiorandum Parochum de Confessione Ægroti, saltem per Scripturam. Ut enim statuit Clemens X. in Bulla *incip.* [Superna] 21. *Kalendas Julii* 1670. Regulares, [semel simpliciter approbatos, posse in Diœcesi Episcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paschali, & quorumcumque etiam Infirmorum Confessiones audire, absque ulla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia: de qua tamen Confessione teneri dictos Religiosos eorumdem Infirmorum Parochum illico certiorem reddere. Et hoc posse illis ab Episcopo, sub pœna suspensionis a facultate audiendi Confessiones præcipi: sufficere tamen, ut certioratio hujusmodi fiat saltem per Scripturam apud ipsum infirmum relinquendam]

Non ramen quoad certiorandum eumdem Pa- 446
rochum de Confessione, ipsimet Regularibus facta tempore Paschali; ut late docet *Moron. in suis centum Moralibus Responsis, Resp.* 21. *& ex eo Cespedes dub.* 546. cum ad id nullo jure teneantur Regulares: quin potius eaimantur ex privil. Sixti IV. in Const. quæ incipit [Regimini universalis Ecclesiæ:] ubi statuitur, Parochos debere ad Eucharistiam illos admittere, qui Regularibus confessi sunt; assatuuntque, su dictis Regularibus confessos fuisse, nulla ab eis requisita Schedula, seu Scriptura. Ac *ex Extravag.* [Inter cunctas] Benedicti II., in qua idem clarissime indulgetur, debere nimirum Parochos dictis pœnitentibus credere, nec aliquid aliud requirere. Et quamvis præfata *Extravag.* fuerit per *Clem. Dudum* revocata: non tamen in totum; cum adhuc multa remaneant privilegia integra, quæ conceduntur in illa, inter quæ istud extat, quo scilicet apud Regulares confessi non teneantur aliquid ostendere, ud fidem factæ Confessionis inducendam, ut notant laudati Doctores. Immo, addit *Moron. loc.* 447
sup. cit. a n. 22. *usque ad* 25., nec alii etiam Confessarii ad dandas præfatas Scripturas, seu Schedulas obligantur, ex doctrina Divi Thomæ *Quodlib.* 1. *q.* 6. *n.* 52. quia scilicet in foro pœnitentiali creditur homini, & pro se, & contra se: ad differentiam fori Judicialis, in quo homini tantum creditur adversus se, non autem pro se; ergo nullus Confessarius, ad dandas has Schedulas obligabitur; cum nullus etiam pœnitens ad eas petendas teneatur. Quæ cum ita sint.

Nec consuetudine induci potest, quod ad tra- 448
dendas allatas Scripturas obligentur Regulares, ut notat laudatus *Moronus*: cum privilegia, Universitati concessa, per actus subditorum nentiquam amittantur, nec actus peculiarium personarum noceant Universitati, ex *text. in cap. Accedentibus de Privil.*

Neque Episcopi Edicto, quo obligantur Confessarii ad dandas pęnitentibus has Schedulas, sub pœna suspensionis u Confessionibus audiendis, tenentur Regulares: cum id foret contra ipsorum privilegia, notat laudatus *Cesped. nu.* 2. addans, tunc posse Regulares ad suos Conservatores recurrere, ut ab eis defenderentur: & hoc, etiamsi Decretum, & Edictum esset latum cum verbis: *justis de causis*: quia nec cum causa, nec sine causa potest aliquid Episcopus contra privilegia Regularium.

Tandem *n.* 7. Parochos admonet *Cespedes*, ne 449
subditos suos, qui Regularibus confessi sunt, cogant, iterum confiteri, priusquam ipsis ministrent Eucharistiam; secus, velut suspecti de hæresi, Officio Sanctissimæ Inquisitionis denuntiandi sunt, ex Constit. Sixti IV. *incip.* [Regimini] *n.* 50. Atque hic fuit error Joannis de Poliaco, qui a Joan. XXII. compulsus fuit, illum retractare.

CASUS XCII.

Quoad exhumanda, transferendaque corpora Defunctorum.

451 REgulares Exempti, etiam intra claustra commorantes, Episcopis subduntur, quoad exhumanda Defunctorum corpora, & in alium locum, etiam ejusdem Ecclesiæ, transferenda. Cum *ex c. Corpora Sanctorum, de Consecr.* nequeant exhumari cadavera, & in alium locum transferri sine Papæ, vel Episcopi licentia; idque ob venerationem, Defunctis debitam. Atque ita docent *Lezana v. Sepultura quoad Regulares, Cespedes dub.* 219. *& alii.* Quæ tamen doctrina locum habet in cadaveribus, perpetuæ Sepulturæ traditis; non tamen per modum depositi, ut notant *Hieronymus Rodriq. in Comp. Quæst. Regul. resol.* 127. *& Villalobos in Summ. tom.* 2. *tr.* 31. *diffic.* 6. *n.* 4. Nec officit privilegium Leonis X., quo Minoribus indulsit, ut in suis Ecclesiis possent, defunctos de loco ad locum transferre: quia jam fuit ablatum, utpote per vivæ vocis Oraculum, concessum.

CASUS XCIII.

Quoad exhumandos Excommunicatos, Interdictos, Usurarios, Hæreticos, & Infideles.

452 REgulares præfati subjiciuntur Episcopo quoad exhumandos Excommunicatos publice, nominatim Interdictos, Usurarios manifestos, & sepultos tempore interdicti, cohærenter ad *Clem. Eos de Sepult.* Item Hæreticos, ac Infideles, juxta *c. Quicumque* 2. *de Hæret.* Posse siquidem Episcopum, Regularibus præcipere, ut prædictos, in propriis Ecclesiis sepultos, humo eximant, proculque abjiciant, docet communis Doctorum opinio cum *Abb. in cap. Sacris de Sepult. Tambur. de Jur. Abb. q.* 7. *n.* 4. *Pellizz. tom.* 2. *tr.* 8. *c.* 5. *sect.* 4. *subsect.* 2. *n.* 176. *& aliis*: tum ex *cit. Clem. Eos, de Sepult.* tum ex *Cap. Episcoporum.*

453 Sed *Cesp. loc. cit. n.* 11. contendit, in neutro ex locis citatis reperiri talem facultatem, concessam Episcopis: [Unde (concludit) vellem scire, communis opinionis quodnam sit fundamentum, ut cum communi possem libenter incedere.] Sed quam probabiliter, viderit ipse, & di-
454 judicent viri docti, ait *Pellizz. supra*: monens, non posse id Episcopum Regularibus præcipere, si defuncti ex alio titulo sint prohibiti Ecclesiastica sepultura: tunc siquidem perinde se habent, ac si extra Diœcesim essent sepulti; cum locus exemptus æquiparetur loco, extra diœcesim sito.
455 Quod tamen non facit, addit *Pegr.* ex *Rodriq. tom.* 3. *q.* 61. *art.* 4., quin Episcopi alias possent impedire, ne tales Defuncti ad locum exemptum deferantur; & consequenter Ecclesiastica priventur Sepultura: sic enim delinquerent in proprio territorio, ideoque ii possent se opponere.

456 Notat hic laudatus *Rodriq. supra* ex communi Doctorum sententia, corpora Defunctorum, quæ in casu prohibito sepeliuntur, debere in ea distantia procul ejici ab Ecclesia, ut voces Clericorum non audiantur, conformiter ad *cap. Quod in te, de pœnit. & remiss.*

CASUS XCIV.

Quoad Eleemosynas quæritandas extra loca, ubi non sunt Conventus: & ubi sunt, per alios, quam per proprios Religiosos, vel oblatos.

REgulares Exempti subjiciuntur Episcopo quo- 457
ad eleemosynas quæritandas extra loca, ubi habent Conventus; aut per alios, quam sui Ordinis Religiosos, vel oblatos. Quamvis enim Regulares mendicantes libere possint ubilibet, absque Ordinarii, & Parochorum licentia, eleemosynas quærere ex compluribus privilegiis bullatis, iisdem ad hoc per Pontifices Maximos concessis, quæ refert *Casarub. in Compend. V. Eleemosyna*,
præsertim ex illo Sixti IV. statuentis, quod Or- 458
dinarii, seu quicomque alii, prohibentes, ne Fratribus Carmelitis eleemosynæ fiant, ipso facto sint excommunicati; & contra eos procedere valeant Rectores Ordinum Mendicantium, Auditor Cameræ Apostolicæ, & Inquisitor hæreticæ pra-
vitatis, velut adversus hæreticos. Et ex alio 459
ejusdem Sixti, quo decretum est, Ordinarios impedientes, ne Fideles Fratribus Mendicantibus eleemosynas faciant; si intra triduum requisiti, non destiterint, eo ipso incurrere pœnam Interdicti, Ingressus Ecclesiæ, ac Suspensionis a Regimine, & Administratione suarum Ecclesiarum; alios autem inferiores ab iis excommunicationis sententiam incurrere, ut notant *Rodriq. tom.* 1. *q.* 57. *art.* 7. *& Leo in Thesauro p.* 4. *c.* 2. *n.* 147.
Nihilominus si extra loca, ubi habent Conven- 460
tus, quæritare velint, tenentur Ordinario loci proprii Superioris Religiosi licentiam ostendere, ut statuit Sacra Congr. Conc. *anno* 1621. *apud Lezana tom.* 2. *c.* 1. *n.* 4. sic: [Sacra Congregatio Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum, censuit, Fratres Ordinum Mendicantium nequaquam posse ab Episcopis prohiberi, quominus per se ipsos in Diœcesibus, ubi habent Conventus, eleemosynas quærant; sed tantum si extra loca, ubi Monasteria existunt, quæritare voluerint, teneri suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere.] Quod sane statutum de consensu ejusdem Sacræ Congregationis in gratiam Fratrum Conventualium Sancti Francisci confirma-
vit Urbanus VIII. *die* 9. *Febr.* 1640. Rite au- 461
tem id sancitum fuisse a Sacra Congregatione, liquet ex eo, quia Regulares, bona possidentes in communi, qui gaudent privilegio Mendicantium, aliquando pauperes vere non sunt, sed possunt Monasterii redditibus congrue sustentari, præsertim ubi eorumdem exiguus est numerus: ne ergo vere indigentibus eleemosynæ subtrahantur, debet Episcopus scire, pro quonam Conventu eleemosynas quæritent Religiosi quæstuantes; quod utique ipsi notum erit per ostensionem licentiæ Superioris regularis. Item non semel possent fingere Religiosi, se pro Conventu quæstuare, interim pro se ipsis quæstuantes, non sine populorum scandalo, & gravi eorumdem Regularium detrimento. Ut id autem evitaretur, oportuit, Sacram Congregationem præfatum decretum edidisse.

Et nedum præfatam Superioris Regularis licen- 462
tiam ostendere debent Ordinario loci Religiosi, quæstuantes extra loca, ubi Conventus habent; verum etiam per se ipsos debent, aut per proprios Oblatos, non autem per alios quæstuare, seu in dictis locis, sive etiam in iis, in quibus habent Conventus, ut pluries declaravit Sacra

Con-

Congregatio Concilii, recte *Fagnan. in c. Tuarum n. 3. de Privil. & in C. Cum ex eo n. 30. de pœnit. & remiss.* Et nonnisi de licentia Episcopi quæstuare posse per alios, declaravit Sacra Congregatio Episc. & Regul. *die 17. Jan. 1692. apud Monacell. tom. 1. tit. 6. for. 6. n. 11. pag. mihi 197. sic:* [Posse Regulares Mendicantes quæstuare per se ipsos, & ad suam utilitatem: per sæculares autem non posse, nisi de licentia Episcopi.]

463 Addit hic *Lezana loc. sup. cit.* Sacram Congr. Conc. declarasse, Regularibus non esse prohibitum, colligere frumentum, ligna, uvas, & similia, antequam Curatus habeat suas primitias: sicque ad hujusmodi quæstuationes non egere licentia Episcopi; cum ii, sic quæstuantes, utantur Jure suo.

CASUS XCV.

Quoad iter faciendum de una ad aliam Provinciam, vel Civitatem.

464 Regulares laudati subjiciuntur Episcopo quoad iter faciendum de una ad aliam Provinciam, aut Civitatem. Sixtus enim V. in Bulla, quæ incipit: [Cum de omnibus] apud *Cherub. tom. 2. Bullar. §. 7. pag. 601.* præcipit [Universis, & singulis locorum Ordinariis, eorumque Vicariis in Spiritualibus Generalibus, ut per suos Officiales, Ministros, vel Executores curent, ut ab omnibus personis, regulari habitu indutis, quas per suas Civitates, vel Diœceses iter facere, vel transire, & ad quæcumque hospitia, vel diversoria se recipere contigerit, diligenter perquiri, num literas Commendatitias, seu Obedientias secum deferant. Quod si eos dictas literas non habere, vel ignotos esse, deprehenderint; possint contra ipsos, etiam tamquam fugitivos, & sui Instituti desertores procedere; & tamdiu illos sub custodia detinere, donec certa notitia de iisdem

465 habeatur.] Et Regulares, qui alterius Provinciæ fratres ignotos sine prædictis literis recipiunt, etiam prætextu pietatis, & hospitalitatis, incurrunt privationem vocis activæ, & passivæ, & officiorum, ac dignitatum, quas obtinent, & inhabilitatio-

466 nem in futuro. Quod deinde idem Sixtus V. extendit ad recipientes etiam illos, qui de uno in aliud ejusdem Provinciæ Monasterium proficiscuntur, tam sui, quam alterius Ordinis, si videlicet ignoti sint. Quæ sane Bulla, ejusque declaratoria (notat *Pepr. Const. 13. Leonis X. §. 1. n. 3.*) revocatæ non sunt per Constit. Gregorii XIV. incip. [Circumspecta]: neque per Constit. 3. ejusdem Gregorii, utpote qui solum moderavit Constitutionem Sixti quoad illegitimos. Neque sunt revocatæ per Constit. Clem. VIII. [In suprema] 83. solum enim moderavit quoad nullitatem Professionum.

CASUS XCVI.

Quoad ejiciendos ab Ecclesia pauperes tempore Divinorum Officiorum.

467 Regulares Exempti, etiam intra claustra degentes, subjiciuntur Episcopo quoad ejiciendos a propriis Ecclesiis pauperes, tempore divinorum Officiorum, ac Prædicationum emendicantes. Etenim S. Pius V. Const. 5. §. 4. hæc habet: [Religiosis, etiam claustralibus, præcipimus in virtute Sanctæ Obedientiæ, ut in Ecclesiis suis deputent aliquem, qui tales ejiciat: &, si negligentes fuerint, gravissime ab Ordinario corripiantur &c.] Quamvis, ut notat *Pellizz. tr. 7. c. 6. Sect. 2. n. 86.* modo talis Constitutio non videatur esse in usu, saltem in multis locis.

CASUS XCVII.

Quoad Monasteria commendata, vel quæ generalibus Capitulis non subduntur.

Regulares, de quibus loquimur, Episcopis 468 subjiciuntur quoad Monasteria commendata; vel quæ generalibus Capitulis non subsunt. De commendatis siquidem hæc statuit *Trident. Sess. 21. c. 8. de refor.* [Commendata Monasteria, etiam Abbatiæ, Prioratus, & Præpositura nuncupatæ, in quibus non viget regularis Observantia, ab Episcopis, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegatis, annis singulis visitentur, curentque iidem Episcopi congruentibus remediis, etiam per sequestrationem fructuum, ut, quæ renovatione indigent, aut restauratione reficiantur &c. appellationibus quibuscumque, privilegiis, consuetudinibus, etiam immemorabili tempore præscriptis, Conservatoriis, Judicum deputationibus, et eorum inhibitionibus non obstantibus. Et si in eis vigeret Observantia Regularis, provideant Episcopi paternis admonitionibus, ut eorum Regularium Superiores juxta eorum Regularia instituta debitam vivendi rationem observent, & observari faciant, et sibi subditos in officio contineant, ac moderentur. Quod si admoniti, intra sex menses eos non visitaverint, vel correxerint; tunc iidem Episcopi, etiam ut delegati Sedis Apostolicæ, eos visitare possint, & corrigere, prout ipsi Superiores possent juxta eorum instituta, quibuscumque appellationibus, privilegiis, & exemptionibus penitus remotis, & non obstantibus.] Hactenus *Tridentinum*.

Monasteria etiam, quæ Generalibus Capitulis 469 non subsunt, nec suos habent Visitatores regulares, si monita in Congregationes sese non redegerint, in omnibus subjecta sunt jurisdictioni Episcopi, *Trident. Sess. 25. de Regul. c. 8.* a quo visitari pariter queunt exemplo Commendatorum, ut respondit Sacra Congregatio Concilii *die 20. Febr. 1616.* sic: [Sacra Card. Conc. Trid. Congregatio censuit, non licere Ordinariis locorum Monasteria Regularium eo prætextu visitare, & corrigere, quod illorum Superiores admoniti intra sex menses illa non visitaverint, vel correxeriot; nisi eadem Monasteria, vel sub Commenda existant, vel suorum Ordinum Capitulis non subsint, ac sese in Congregationes redigere, neglexerint.] apud *Piasec. in prax. p. 2. c. 3. art. 6. n. 32.*

CASUS XCVIII.

Quoad contributionem pro Seminario.

Regulares Exempti, etiam intra claustra de- 470 gentes, subjiciuntur Episcopo, quo ad contributionem pro Seminario præstandam. Eam enim pro modo facultatum Monasterii cujusque imponere potest Regularibus Episcopus, *Conc. Trident. Sess. 25. de refor. c. ult.* Excipiuntur tamen ab hu- 471 jusmodi obligatione, & subjectione per laudatum Concilium, & Bullam S. Pii V. *incip.* [Romanus Pontifex] *die 1. Octobris 1567.* Religiosi mendicantes; quorum nomine intelliguntur Ordines S. Dominici, & Francisci, Eremitarum S. Augustini, Carmelitarum, & Servorum Beatæ Mariæ ex

cit. Conſtit. S. Pii V. [Romanus Pontifex] .
Item Religioſi Societatis Jeſu ex alia Conſtitu-
tione S. Pii V. *incip.* [Dum indeſeſſæ] *die 7. Ju-
lii* 1571. Ordo Minimorum S. Franciſci de Pau-
la ex alia Bulla S. Pii V. *incip.* [Apoſtolicæ] 9.
Novembris 1567. & alia *incip.* [Romanus] ejuſ-
dem *eodem anno* 29. *Novembris*. Congregatio Je-
ſuatorum , teſte *Piaſec. p.* 2. *c.* 3. *art.* 6. *cit.*
& Carmelitæ diſcalceati ex Conſtit. Clementis
VIII. *incip.* [Romanum Pontificem decet] *die*
no. *Augusti* 1603. Non tamen Canonici Regulares
S. Auguſtini , Caſinenſes , Ciſtercienſes , Montis
Oliveti , Vallis umbroſæ , & alii , quibus privi-
legia Mendicantium communicavit S. Pius V. in
ſua Conſtit. *incip.* [Ex ſupernæ] 17. *Kal. Septem-
bris* 1567. cum ea fuerint poſtmodum revocata
a Greg. XIII. per Conſtit. *incip.* [In tanta]
Kal. Martii 1572 ; ut notat *Piaſec. ſupra*.

C A S U S XCIX.

Quoad Jus Reverentiale .

472 REgulares exempti ſubduntur Epiſcopis quoad
jus reverentiale , ita ut teneantur ſub mor-
tali , Epiſcopos venerari , ut docent *Peyr. in Conſt.*
26. *Leonis X.* §. 24. *Ceſped. dub.* 220. *& alii.* Li-
quet ex verbis citatæ Conſtitutionis [Eoſdem in-
ſuper Fratres in virtute Sanctæ Obedientiæ mone-
mus , ut eoſdem Epiſcopos , loco Sanctorum Apo-
ſtolorum ſubrogatos , pro debita , & noſtra , &
Apoſtolicæ Sedis reverentia , congruo honore , &
convenienti obſervantia venerarentur .] Ubi ly
473 *Monemus* pro *præcipimus* accipit *Peyr.*, cum verba
deſerviant intentioni , non intentio verbis . Et ly
in virtute Sanctæ Obedientiæ licet non ſemper in-
ducat peccatum mortale ; inducere tamen in ſub-
jecta materia , contendit *Peyr. laudatus*. Pro quo
facit *text. in Can. Revera* 3. *q.* 8., ubi *Gloſſa* ſic
habet : [Ergo venerandi ſunt Epiſcopi a Regula-
ribus , qui licet ſint exempti , attamen non ſunt
exempti , a jure reverentiali , ut docent communiter
474 Doctores.] Quare cum Epiſcopi venerint in Regula-
rium Exemptorum Eccleſias ad celebrandum , reve-
renter ſunt recipiendi : ibique valent benedicere po-
pulo , atque in Pontificalibus celebrare , ſicque uti
Baldacchino *Clem. Archiepiſcopo* 2. *de privil.* Cui u-
ſui ſi Regulares , aliique exempti nolint aſſentiri ,
poſſunt ab eodem Epiſcopo per Cenſuras , & pœnas
Eccleſiaſticas ad aſſentiendum compelli , juxta De-
cretum Sac. Congreg. Epiſc. & Regul. 21. *Junii*
1603., a Clem. VIII. approbatum , apud *Barboſ.
de Offic. & pot. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 80. *n.* 16.
475 Cogi tamen non poſſunt ad hoc , ut in ſuis
locis Miſſæ , aut alia Divina celebrentur , Ordi-
nes conferantur , vel agitentur cauſę Civiles , ſeu
Criminales , Proceſſiones convocentur , aut Syno-
dus conventus , ſeu quęvis Congregationes , tam
Eccleſiaſticarum , quam Laicarum perſonarum con-
gregentur , ſeu quod loca regularium deputentur
ad uſum , hoſpitium , habitationem , detentionem ,
& incarcerationem Eccleſiaſticarum , vel Laicarum
perſonarum . Et præſumens attentare contra om-
nia , aut aliquod prædictorum , eujuſcumque con-
ditionis , aut ſtatus ſit , niſi facta ei de hujuſmo-
di Indulto notitia deſtiterit , ipſo facto ſententiam
Excommunicationis incurrat , vigore Privilegii ,
Monachis Sancti Benedicti Congregationis Italiæ ,
ab Eugenio IV. conceſſi , & relati in *Compend.
Minor. V. Exemptio* §. 33., *& in Compend. noſtror.
privil. V. Exemptio* §. 12.

C A S U S C.

*Quoad ea , quæ Regulares concernunt ut Ca-
nonicos .*

TAndem ſubjiciuntur Epiſcopo Regulares , qui 476
inſimul ſunt Canonici Cathedralis Eccleſiæ ,
ut Patres Benedictini in Sicilia in Eccleſia Mon-
tis Regalis , aliique in aliis locis . Verum quoad
ea , quę ipſos concernunt , ut Canonicos , non ut
Monachos ; unde in ipſos omnimodam habet juriſ-
dictionem , exceptis iis , quæ regularia concernunt
inſtituta , ut jejunia , ſilentium , abſtinentia a car-
nibus , humilitas in habitu , mortificationes &c.
Quod ſi Epiſcopus inſimul Abbas eorum fuerit ; 477
tunc etiam quoad ea , quæ concernunt Regularia
inſtituta , omnimodam in eos juriſdictionem habe-
bit : Atque ita *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *q.* 33.
Barboſ. de Canonic. & Dignitat. c. 1. *a n.* 9. *Ceſped.
dub.* 390., ubi de juriſdictione Archiepiſcopi Mon-
tis regalis in Benedictinos Cathedralis Eccleſię ci-
tat Bullam Pauli III., & affert per extenſum De-
ciſionem Rotę *coram Coccino anno* 1604.
Alios caſus , in quibus Regulares Exempti , 478
etiam intra clauſtra degentes , ſubjiciuntur Epiſco-
pis , atque adeo in iis nequeunt ſe impedire Re-
gularium Conſervatores , utpote minus notabiles ,
minuſque frequentes , brevitatis ergo prætermitti-
mus . Qui illos deſiderat , conſulat Canoniſtas ,
pręſertim Regulares , ex profeſſo de privilegiis
Ordinum Religioſorum diſſerentes : qui recte ad-
vertunt cum *Pellizz. in Man. tom.* 2. *art.* 9. *c.* 5. *n.* 479
21. *ex Paſqualigo tom.* 2. *Q.* 135., Ordinariorum
juriſdictionem contra Regulares exemptos extendi
non debere , ſed contineri intra terminos , præſcri-
ptos a Jure , ac ſpecialibus Conſtitutionibus Pon-
tificiis , & Declarationibus Sacrarum Congrega-
tionum. Cum enim Regulares ſint generaliter ex-
empti ab Ordinariorum juriſdictione , & ſolum
in certis caſibus ſubjecti ; juriſdictio ipſorum ex-
tendi non debet ad Regulares ultra caſus expreſ-
ſos. Tum quia , ut arguit *Paſqualigus* , caſus non 480
expreſſus habetur pro omiſſo , *l. Commodiſſime ff.
de liber. & poſthum. cap. Inter temporalia* de *Tran-
slat. Epiſc.* Idque in omnibus diſpoſitionibus , *An-
char. conſ.* 220. Tum quia caſus exceptus firmat
regulam in contrarium , *l. Nam quod liquide* §.
fin. ff. de pœna legata Cap. 2. *de Conjug. lepros.*
Unde cum in jure ſint expreſſi caſus , in quibus
Regulares non ſunt exempti ab Ordinario ; in om-
nibus aliis erunt exempti . Tum quia , ſtante re-
gula generali , eſt opus ſpeciali expreſſione , ut
habeatur exceptio ; nec contra illam exceptio ad-
mitti debet , niſi de ea conſtet , *l. Ab ea parte ff.
de probat. l. Illud. C. de Sacroſ. Eccleſ.* ſicque non
debet admitti extenſio juriſdictionis Ordinarii in
Regulares ultra caſus , in Jure exceptos ; cum con-
tra eos non conſtet de exceptione a regula uni-
verſali exemptionis . Tum quia intereſt Papæ ,
ſubditos ſuos ab alio non judicari , *Abbas in c.* 2.
n. 19. *de re judic. Rota in Ulixbonen. Monaſterii* 19.
Novembris 1625. *coram Coccino* . Adeoque extenſio
juriſdictionis Ordinariorum in exemptos eſt contra
intereſſe Papæ : & conſequenter non fieret in fa-
vorabilibus , ſed in odioſis , in quibus non admit-
titur extenſio , ſed reſtrictio . Unde falſum eſt , 481
exemptionem Regularium ab Ordinario eſſe odio-
ſam , & ſtricti juris . Etſi enim Ordinariis ſit o-
dioſa ; Papæ eſt favorabilis , ac Regularibus : adeo-
que amplianda ; cum prævaleat favor . Lex ſiqui-
dem , habens admixtum odium , ac favorem , cen-
ſeri

seri debet favorabilis, si favor sit ex intentione
Legislatoris, *Gloss. in cap. Si propter v. primi anni
de Rescript. in 6. Sanchez lib. 1. de Matrim. disp.
1. n. 4.* At intentio concedendi exemptionem Re-
gularibus, est favor ipsorum, eo quod nimis gra-
varentur ab Ordinariis, *cap. Nimis prava de excess.
Prælat.*

482 An autem in recensitis casibus queant Episco-
pi Censuris Ecclesiasticis adversus Regulares pro-
cedere? affirmant complurimi ex eo, quod con-
cessa jurisdictione, ea omnia concessa intelligan-
tur, sine quibus illa explicari non potest; adeo-
que & procedere per Censuras, sine quibus ju-
risdictio, ceteroqui competens Episcopis in Regu-
lares Exemptos in præfatis casibus, explicari non
posset; sicque inutilis prorsus esset, & frustranea.
Et hujusmodi sunt *Navar. in Summ. Bullar. p. 1.
tit. de procession. n. 6. Luca de jurisdict. disc. 29. &
124. Monacell. tom. 1. tit. 6. form. 20. n. 26. Sal-
sedo apud Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 33. n.
23. Ricelur apud Dianam de dub. Regul. resp. 76.
Piasec. in Prax. Episc. p. 2. c. 3. n. 52. Genuens.
c. 59. n. 8. in noviss. Aldan. in Compend. Canon.
lib. 2. tit. 18. n. 20. Bordonus tit. 2. p. 1. resol.
7. & alii.*

483 Negant e converso alii Doctores, numero, &
auctoritate non impares, si Regulares privilegium
habeant speciale, ne possint censurari, prout ha-
bent Ordines mendicantes ex Bulla Sixti IV. apud
Casarub. in Compend. V. Exemptio n. 23., & 24. No-
stra Societas ex Bulla Pauli III. *anno* 1549. &
484 quotquot de privilegiis Mendicantium, & nostræ
Societatis participant. Nisi tamen in casibus, in
quibus censurandi facultas expresse concedatur
Episcopis; ut expresse conceditur a *Trident.* in
casibus *Sess. 22. in Decreta de vitand. & observand.
in celebrat. Miss. & sess. 25. de Regul. c. 5., & 16.,*
in quorum primo Episcopis conceditur, ut, si sibi
visum fuerit, cogant, vel prohibeant Ecclesiasticis
Censuris, Regulares celebrare in Oratoriis parti-
cularibus. In secundo indulgetur iisdem, ut per
Censuras cogant Moniales, servare clausuram. Et
in tertio, ut cogant per Censuras, restituere No-
vitiis Masculis, vel Faminis, ante Professionem
exeuntibus, omnia illis data a consanguineis.
Quod non fit in aliis casibus, ut *sess. 25. de Re-
gul. c. 13., 14., & 17.,* in quibus & si conce-
datur Episcopis, quod in aliquibus eventibus ju-
risdictionem exerceant in Regulares; non tamen
additur, quod illos compellere valeant per Cen-
485 suras. Moventur tum ex *c. 1. de privil. in 6.,*
ubi cum decretum fuisset, habere Episcopum ju-
risdictionem in exemptos, delinquentes, aut con-
trahentes extra locum exemptum, subditur: In
eos autem, quibus ne interdici, suspendi, vel
excommunicari a quoquam valeant, a Sede Apo-
stolica est indultum (sicut sunt Religiosi quam-
plures, in quorum privilegiis continetur, ne quis-
quam Episcopus, vel Archiepiscopus Monasterio-
rum suorum Monachos pro ulla causa, ullove
loco, interdicere, suspendere, vel excommunicare
præsumant), iidem Ordinarii jurisdictionem suam
quantum ad ista, ubicumque illa fuerint, penitus
exercere non possunt. Tum ex eo, quia, licet
concessa jurisdictione absque limitatione, & restri-
ctione, concedantur subinde ea, sine quibus illa
explicari non potest; secus tamen, jurisdictione
concessa cum limitatione, & restrictione ad ali-
486 quam specialem pœnam, ut in proposito per spe-
ciale privilegium. Nec inutilis prorsus, & fru-
stranea esset talis potestas limitata, & restricta;
cum ei suppeteret, posse aliis pœnis in Religiosos
exemptos procedere, illos nimirum deponendo, in
arctius monasterium detrudendo, &c. ut sit nunc
Doctores passim quos citat, & sequitur *Sanchez
lib. 7. de Matrim. disp. 33. n. 23.* Patrocinantur huic
sententiæ *Gambara de offic. legati lib. 8. c. ult. n. 77.
Henriq. lib. 7. de Indulg. c. 25. n. 7. Quaranta in Summ.
Bullar. 2. Præcedentia, Vulpe in prax. judic. for. Ec-
cles. c. 42. n. 26. Laur. de Franchis in Controv. tam
inter Episc. & Regul. quam inter Regul. & Laicos q.
7. Sanchez ubi supra, & in Decal. tom. 1. lib. 2. c. 1.
n. 14. Lezana in Summ. Quæst. Regul. c. 11. n. 14.
Pellizz. tom. 2. Man. Regul. tr. 8. c. 6. sect. 1. q. 19.
n. 44. & alii passim,* quibus adhæsi *in 3. Juris Cano-
nici parte, ubi de pot. Jud. deleg.*

An saltem valeat Episcopus, excommunicatos 487
denuntiare Regulares in casu, quo excommunica-
tionem incurrerint? Non posse, nisi in casibus, in
quibus id ipsi specialiter demandetur; ut, si Eu-
charistiam, vel Unctionem Extremam indebite
administrarent; aut ad summum in casu, quo no-
torium sit delictum, cui Excommunicatio annexa
est, ita ut nulla possit tergiversatione celari, nul-
laque proinde judiciali indagine opus sit, docet
probabilior Doctorum sententia cum *Diana p. 3.
tr. 2. resol. 35. Peyr., Navarr. & Zerol., quos citatos se-
quitur Pellizz. tr. 8. c. 6. sect. 1. n. 45.* & alii qui no-
tant *cum Abb. in cap. Significasti de for. compet. n. 11,
Piasec. in Prax. p. 2. c. 3., Peyr. apud Tambur. tom. 2.
disp. 14. Q. 5. n. 8.,* quamvis ab Episcopis denun-
tiari valeant excommunicati Regulares, non per
hoc ab eodem absolvi posse; sed a suis Superiori-
bus dumtaxat.

Ratio autem, quare non possit Episcopus, ex- 488
communicatos denuntiare Regulares in casu, quo
excommunicationem incurrerint, inde petenda est,
quia nequit Episcopus, excommunicatos declarare
Regulares nisi declaret etiam, eos in crimen in-
cidisse, cui excommunicatio annexa est; & sic
excommunicationem incurrisse: ad quod opus est,
ut prius ipsi citentur, & eorum causa cognosca-
tur, cum possit evenire, quod si citentur, pro-
bent, se crimen non patrasse, vel nequaquam ex-
communicationem incurrisse. Sed Episcopi in
causis Regularium non sunt Judices competentes,
nisi in illis, in quibus specialiter & expresse de-
legantur. Ergo &c.

Dixi: [ad summum in casu, quo notorium 489
sit delictum &c.] quia non desunt Doctores, quos
inter *Lezana p. 1. c. 11. n. 15., & Alphonsus Vil-
lagut apud Alphonsum de Leone de Censur. recoll. 2.
n. 449.* & alii apud laudatum Dianam conten-
dentes, neque ubi notorium est delictum, cui ex-
communicatio annexa est, posse Regulares ab
Episcopo excommunicatos denuntiari: quia etiam
in notoriis, teste *Genuensi in praxi c. 24. n. 16.,*
semper melius est, declarationem excommunicatio-
nis fieri, parte citata ad dicendum causam, qua-
re non debeat ea denuntiari excommunicata; cum
multa dicantur notoria, quæ revera non sunt.
Quamobrem in criminibus notoriis hodie ex con-
suetudine servatur in praxi, ut omnino requira-
tur sententia declaratoria, illud nimirum fuisse
notorium crimen, & a tali criminoso patratum:
ad quod opus est, ut cognoscatur, citato ipso reo
&c. & quidem ab habente jurisdictionem in Reum.
Sed in proposito Episcopus nullam habet jurisdi-
ctionem in Regulares. Ergo non potest illos de-
clarare, in notorium crimen, cui excommunicatio
annexa est, incidisse; neque proinde eosdem ex-
communicatos denuntiare.

¶ Atque hic pro Coronide præsentis articuli ad- 490
monendum censeo, Regulares omnes, quantum-
cum-

490 eumque exemptos, maximam debere Episcopis venerationem, & obsequium adhibere, nedum ratione juris reverentialis, ut supra insinuavimus *Casu* 99. *n.* 472. quod per exemptionem ablatum non fuit; sed ratione jurisdictionis, quam Episcopi habent in ipsos in recensitis, aliisque id genus casibus; sicut & ratione Dignitatis Pontificalis,
491 qua in Ecclesia Dei præfulgent. Quæ profecto cuicumque, seu Ecclesiasticæ, sive sæculari longe antecellit Dignitati, adeoque major nulla est in Ecclesia Dei, *c.* 1. *de privil. c. pen. de præbend.* Unde compluribus præclaris nominibus, & honorificentissimis titulis a Sacris Canonibus, Legibus Civilibus, & Sanctis Patribus Episcopi condecorantur. Atque in maxima, etiam apud Imperatores, & Reges, vel ab ipsis Ecclesiæ primordiis, veneratione semper habiti sunt.

492 Et sane vocantur Episcopi [Summi Sacerdotes], *c.* 1. *§. per fontis de Sac. Unctione c. ult.* 3. *q.* 1. *c. Videntes* 12. *q.* 1. *& alibi.* [Pontifices], *c. Pontifices* 7. *Q.* 1. *c. Messana de elect. & c. Quia periculosum, de sent. excomm.* [Pontifices Maximi], *Isid. c. Cleros v. Pontifex dist.* 21. *Durand. c.* 13. *n.* 4. [Sanctissimi] *Auth. de Sanctissimis Episcopis Collat.* 9. *& Clem.* 1. *§. Nec super depon.* [Fratres Pontificis,] quasi sibi æquales; cum Cardinales, Regesque vocentur a Pontifice Filii, *c. Quam gravis* 6. *de Crimin. Falsi, Felin. in proœm. Decretal. n.* 1. *Dec. in c. Cum venerabilis n.* 2. *de Except. & alii* [Legati, & Vicarii Christi,] *C. Accusatio quoque in fin.* 2. *q.* 7. *S. Anaclet. epist.* 2. *&* 3. *Eusib. epist.* 3, [Divini Antistites, & judiciorum divinorum interpretes,] *Divus Dionys. Areopag. c.* 7. *Eccles. Hierarch. p.* 3. [Omnis Sacræ scientiæ Custodes, mediatores Dei, & hominum, Pietatis Doctores, Principes, & Duces populi Dei, Reges, atque Dynastæ, hoc est Terrestres Dii post Deum, quibus a nobis primus debeatur honos: de Episcopis enim, ac illis similibus scriptum est *psal.* 18. Ego dixi: Dii estis, & Filii excelsi omnes vos. Et illud *Exodi* 20. Diis non maledices, &c.] *S. Clem. lib.* 2. *Constit. Apostol.* [Viri divini, divino numine afflati, omnique sacra disciplina præditi.] *Dom. Dionys. Areopag. de cælesti hierarch. c.* 1. [Qui omni Principatui, & potestati supereminent, imitatores Christi veri Dei, Principes Sacerdotum, imaginem Dei referentes, Dei quidem propter Principatum; Christi vero propter Sacerdotium. Nec enim Rege quisquam præstantior, nec Episcopo quidquam majus in Ecclesia. Quem qui honorat, a Deo honoratur; qui ignominia afficit, a Deo punitur. Cui qui non obtemperat, ille sine Deo est, pietatis expers, Christum spernens, ejusque Ordinationi resistens &c.] *D. Ignat. Mart. in Epist. ad Smirnenses.* [Episcopus est post Deum Pater vester, is Princeps, & Dux, & Rex vester, is denique terrenus Deus post Deum, cui a vobis honos debeatur,] *S. Clem. lib.* 2. *Constit. Apost. c.* 30. [Quid ergo mirum, si illos (Episcopos videlicet) vestra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens, eos, aut Angelos, aut Deos etiam appellat Deus?] *S. Greg. ad Maurit. August. lib.* 4. *Epist.* 75. [Honor, & sublimitas Episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari: si Regum compares, & Principum diademati, longe erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares,] *S. Ambr. de Dignit. Sac. c.* 2. *&* 3. [Nihil in sæculo sublimius Episcopis reperiri potest, & nihil est Episcopo excellentius.] Tandem *S. Chrysost. lib.* 3. *de Sacerd., & D. Nazian. orat.* 17. *ad cives Nazian.*] Quantum Cælum terra pretiosius est, quantumque Anima corpori, Spiritus carni, Divina humanis præstant; tantum Episcoporum Principatus Civilia regna, & Potestates antecellit; & quanta est differentia inter Solem, & Lunam, tanta inter Sacerdotium, & Imperium,] *cap. Solitæ de Majorit. & Obed.*

Quamobrem vel ab ipsis Ecclesiæ primordiis 493
Catholici Imperatores, & Reges, Duces, ac Principes maximum Episcopis cultum, & honorem semper exhibuere. Longum esset, cunctos recensere: sufficiant duo præclarissimi Imperatores, Valentinus virtutibus, ac rebus gestis ubique celeberrimus, celebrior tamen ob eximiam venerationem, semper impensam Episcopis, teste *Historia tripartita lib.* 7. *c.* 8. & Constantinus ille, qui nedum ut Patres, sed ut Dei etiam Prophetas venerabatur Episcopos. Unde in Concilio Nicæno ingressus locum, quo Episcopi convenerant, in medio conventu erectus constitit, nec in sua parva, humilique sella, ex auro contexta, ausus est consedere, nisi ad id Episcopi prius annuissent, ut refert *Eusebius de vita ejusdem* c. 3. Jam si talis, tantaque est Episcopalis Dignitas, & Excellentia, haud dubium, quin a Regularibus omnibus, quantumvis exemptis, debeat honore debito, & condigna veneratione decorari.

Quemadmodum e converso debent ab Episcopo 494
protegi, foveri, & summa Charitate, ac Benignitate tractari Regulares, utpote qui [Onus diei, & æstus, tam in Prædicationibus, quam in ceteris Spiritualibus muneribus quotidie sustinent] ut habet S. Pius V. in sua Constit. *incip.* [Romanus Pontifex.] Quod idem fassi sunt alii summi Pontifices; sicque de universa Catholica Ecclesia optime meriti sunt. Et sane, ut exemplificat
Pellizz. in Man. Regul. tom. 1. *tr.* 1. *c.* 4. *sess.* 2. 495
q. 1. *n.* 26. *&* 27. complurima, & maxima bona ex illis provenere, & quotidie proveniunt universæ Catholicæ Ecclesiæ: primo enim, Religiosorum preces, & tacita etiam merita magnopere valent ad Deum humano generi universo conciliandum. Secundo, ab iis didicere, discuntque homines, qualiter Deus colendus, qua reverentia, quo timore in Templis, in Sacramentis adorandus, qua diligentia, quave attentione orandus, quæ in rebus duris patientia tenenda, quæ proximo præstanda Charitas: nulla denique virtus Christiana est, cujus exemplar ab iis Mundo non sit exhibitum: vel solus illorum aspectus est tacita ad virtutem exhortatio, tacita vitiorum objurgatio. Tertio, quam maxime conferunt ad hominum salutem audiendis Confessionibus, habendis Concionibus, vitiis arguendis, tollendis quantum licet peccandi occasionibus, simultatibus, ac dissidiis conciliandis; & in his ipsi jam ita versantur, ut præter illos pauci nonnisi, eorum imitatione, sæpe etiam æmulatione, versentur. Quarto, Bellum cum Hæreticis, Ecclesiæ hostibus, gerunt disputando, concionando, libris scribendis, privatis, ac publicis Sermonibus, & quidem ita, ut talis belli molem vix jam sit alius, qui sustineat. Quinto, Evangelii lumen in novas provincias, ac regna, ubi nullum erat, inferunt; ubi obscuratum erat, instaurant; Fidem, ac Religionem sive jam labefactatam, sive penitus perditam, restituunt, ac redintegrant; idque, etiam proprium effundendo sanguinem, mortem sævissimam oppetendo, durissimum Martyrium subeundo, ut propterea jure dici possit, Ecclesiam sustentari humeris Religiosorum, tam quoad fidem, & doctrinam, quam quoad morum correctionem, Sacramentorum administrationem, ac
Christianæ disciplinæ conservationem. Quod olim 496
divi-

divinitus ostensum fuit Innocentio III., dum in somnis sibi videre visus est, Lateranensem Basilicam, quæ tunc erat Sedes Pontificum, convulsis fundamentis labantem, humeris suppositis, a Sancto Francisco Assisinate, sub specie cujusdam pauperis, ad talem effectum accurrente; sicut postea re ipsa compertum est. Accedit, quod status Religiosus plurimos, & Sanctissimos Pontifices Ecclesiæ subministravit, nimirum 58. ex Ordine Sancti Benedicti: totidem ex Religione Canonicorum Regularium; quatuor ex Ordine Cluniacensi: duos ex Cisterciensi; quatuor ex Dominicano: quatuor item ex Franciscano, Plurimos etiam subministravit Cardinales, eosque Sapientissimos, Innumeros Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, & alios zelantissimos Prælatos; Plurimos, & Sanctissimos Doctores, nec non innumerabiles alios Scriptores, qui doctissimis suis Codicibus scientias, & facultates omnes, a Religioso instituto non alienas, mirum in modum illustrarunt.

497 Hactenus *Pellizz.*, qui ad particularia descendens, ostendit efficaciter *Q.* 2. *n.* 28. quam utilis, ac fructuosus sit Papæ status Religiosus *Q.* 3. *n.* 29. quam utilis, & fructuosus sit Episcopis, Archiepiscopis, aliisque Ordinariis Diœcesanis. *Q.* 4. *n.* 30. quam utiles, ac fructuosi sint Parochis Regulares. *Q.* 5. *n.* 32. quam utiles, ac fructuosi sint Regulares Civitatibus, & locis, in quibus degunt, *Q.* 6. *n.* 34. quam utiles sint Religiosi etiam
498 Principibus Sæcularibus. *Q.* 7. *n.* 35. quam utiles sint Religiosi Universitatibus, & Academiis, quoad acquisitionem scientiarum, ac disciplinarum liberalium. *Q.* 8. *n.* 36. quantum conferat ad bonum politiæ externæ, quod Religiosi eruditioni juventutis vacent. *Q.* 9. *n.* 37. quantum contulerit, & conferat opera Religiosorum ad Christianam Fidem tum restituendam, tum propagandam: & [Ita contulisse, (ait), & in præsentia etiam conferre, ut qui historias percurrere voluerit, & modum cognoscere, quo in singulas Provincias Fides inducta est per Apostolos, & Apostolica illa tempora, vix aliorum nomen, quam Religiosorum inveniat. Longum esset, omnes recensere, sed aliquos tantum exempli causa attingemus. Remigius Monachus Franciam universam cum Clodoveo Rege ad Christi Fidem traduxit: Martinus item Monachus Suevos ab Ariano errore sanavit: Augustinus Anglus cum quatuor aliis Monachis totam Angliam ad Deum convertit: Lambertus Leodiensis Monachus Tesandriam, Germaniæ Provinciam, eodemque tempore Kilianus Monachus Scotus Francorum gentem ad Fidelium numerum aggregarunt: Vilfridus ex Hirpuensi Monasterio Fidei lumen importavit ad australes Saxones, & simul convertit totam Insulam, quæ Vectula dicitur: Bonifacius Scotus, item Monachus, Christo adjunxit, Thuringiam, Frisiam, & Hassiam: Villeardus, & Lugderus ex Monasterio Sancti Villibrordi in Gallia, in Franconia Germaniæ Provincia plurimos Filios Christo pepererunt: Ausgarius cum tribus Sociis ex Monasterio Gorbiensi in Gallia Belgica, Evangelii causa, peragrarunt Datiam, Suetiam, Gottiam, & Grolandriam, ibique incredibilem fructum effecerunt: Stephanus, itidem Monachus, Helingensem Provinciam totam ab erroribus ad viam veritatis adduxit: Adalbertus Casinensis Monachus totam Pannoniam Christi cultu imbuit, necnon postea Evangelium promulgavit Sarmatis, Russis, Lituanis, Moschis, Prussianis, ac Polonis: Bruno etiam Monachus plurimos Rutenos ad viam salutis revocavit: Humbertus Monachus Benedictinus Nicetam Schismaticum coram Constantino Imperatore ita disputando convicit, ut librum, ab ipso conscriptum, comburere coegerit: Otho ex Monasterio Vabergensi Pomeraniæ Principem Varcislaum convertit cum suis: omnia loca Datiæ, ac Poloniæ maritima, quæ erant finitima, peragravit cum magna animarum Conversione; & complures Saxoniæ Urbes obiens, magnos ubique ad salutem motus effecit: Vicellinus, item Monachus, una cum quatuor Sociis universam Vandalorum regionem triginta totis annis Christianis præceptis erudivit. Religiosi Sancti Dominici, destinati ad Infidelium Conversionem, multas Barbarorum Provincias peragrarunt, in quibus nulla Fidei, & Christi extabat notitia, & quidem eo fructu, ut scriptum sit, iniri non posse numerum animarum, per eos ad Fidem traductarum, præsertim in gente Cumanorum. Fratres item Minores Sancti Francisci in multis regionibus tam Infidelium, quam Hæreticorum admirabiles progressus effecerunt, ita ut spatio dierum quinquagintaocto illorum ducenta millia Hungarorum ad Christum adduxerint; & Joannes Capistranus ejusdem Ordinis una tantum excursione duodecim millia Infidelium, & multos etiam Schismaticos Ecclesiæ aggregaverit. Idem præstiterunt & Religiosi aliorum Ordinum, etiam Societatis Jesu, quæ non solum in Italia, ac Hispania, ubi Catholica Fides viget incorrupta, eam operam navat, quam omnes norunt, & vident; sed etiam in Gallia, Belgio, Germania, Polonia, & in toto illo Septemtrionali tractu, hæresum peste laborante, nec non in India, tam Orientali, quam Occidentali, Japone, & Regno Sinensi strenue adlaborat; eoque animarum fructu, ac fidei progressu, quo constat universo Orbi; quod quantopere displiceat Satanæ, ipsemet olim declaravit, dum in Energumena quadam vi Exorcismorum adactus, confessus est inter cetera, nullam se gentem acerbius odisse, quam Jesuitas.] Huc usque laudatus *Pellizz.* qui *q.* 10. *n.* 38. ob oculos ponit, quam utiles sint Religiosi, etiam ipsismet Defunctis. Et *Sect. q.* 22. quanto in honore habeatur status religiosus, etiam apud Viros Sæculares, & quidem primarios. Demum *q.* 25. ad quantam dignitatem evehantur Religiosi vi ipsius status religiosi, Legantur *Pellizz. utraq. cit. sect. Peyr. ad Constit. Leonis* X. 26. §. 1. & 24. *an.* 1. & 44. aliique Regulares Canonistæ, de suis privilegiis disserentes, sicut & celeberrimus Orator P. Paulus Segneri in sua numquam satis laudata *Panegyri*, in honorem insimul & defensionem Ordinum Regularium, cujus assumptum: [Regularium causa ad forum Laicorum delata.] Ubi præfatorum Regularium merita sinceris laicorum obtutibus exponens; utrum amore, an odio digna sint, ipsismet Laicis decidendum, relinquit.

Quæ cum ita sint; debent Episcopi Regulares 499
summa Charitate, & benignitate tractare; quemadmodum regulares Episcopis maximam venerationem, & reverentiam exhibere. Quod non semel præscripsere in suis Bullis Pontifices Maximi, præsertim Leo X. Constit. 26. incip. [Dum intra] 19. *Decembris* 1516. in Concil. Lateranensi *ibi* §. 1. [Cum intra mentis arcana revolvimus, & diligenti consideratione pensamus, operosa solicitudinis studia, continuosque labores pro Divini Nominis Gloria, Exaltatione Catholicæ Fidei, Ecclesiæ unitate, servanda, & institutione, ac salute Fidelium animarum, per Episcopos, eorumque Superiores in diversis Orbis partibus ad regimen sua-

ſuarum Eccleſiarum a Sede Apoſtolica conſtitutos nec non per Fratres diverſorum Ordinum, præſertim Mendicantium, indeſeſſe, & indeſinanter impenſos, tanta ex eorum in vinea Domini fructuoſis operibus, & opportune, ac laudabiliter geſtis, cordi noſtro provenit ſatisfactio, ut iis, quæ ad pacem, & quietem inter eos conſervandam conducere cognoſcimus, omni ſtudio intendamus. Novimus enim, Epiſcopos ipſos in partem ſolicitudinis noſtræ aſſumptos fuiſſe, quorum honor, & ſublimitas, teſtante Ambroſio, nullis poteſt comparationibus adæquari; Religioſos etiam in agro Dominico pro Chriſtianæ Religionis defenſione, & ampliatione complura feciſſe, ac uberes fructus protuliſſe, & in dies ſingulos proferre, ita ut eorumdem Epiſcoporum, ac Religioſorum bonis operibus Orthodoxam Fidem incrementa ſumpſiſſe, & per Orbem Terrarum undique dilatatam fuiſſe, fidelium nullus ignoret, Et ſicut ipſi ſæpe numero vigilantiſſima, ac ſolerti cura Schiſmata in Dei Eccleſia extinguere, & Eccleſiæ Unitatem reddere, & ut item Eccleſiæ pacis tranquillitas daretur, innumeros labores ſubire non dubitarunt; ita quoque par eſt, ut eos inter ſe noſtris proviſionibus, pacis vinculo, ac fraterna Charitate, & unitate conjungi, ut eorum concordi doctrina, & mutuis operibus uberiores in Eccleſia Dei fructus proveniant.] & §. 24. [Eoſdem inſuper Fratres in virtute Sanctæ Obedientię monemus, ut eoſdem Epiſcopos, loco Sanctorum Apoſtolorum ſubrogatos, pro debita, & noſtra, ac Apoſtolicæ Sedis reverentia, congruo honore, & convenienti obſervantia venerarentur: ipſos quoque Epiſcopos hortamur, ac per Viſcera Miſericordiæ Dei Noſtri requirimus, ut Fratres ipſos affectu benevolo proſequentes, charitative tractent, ac benigne foveant; ſeque illis minime difficiles, aut duros, vel moroſos, ſed potius faciles, mites, propitios, piaque miſericordia liberales exhibeant; ac in omnibus prædictis tamquam in agro Dominico Cooperatores, eorumque laborum participes prompta benignitate recipiant, eorumque jura cum omni charitate cuſtodiant, atq; defendant. Ut tam Epiſcopi, quam Frates præfati, quorum opera, veluti lucernæ ardentes ſupra montem poſitæ, omnibus Chriſtifidelibus lumen præbere debent ad Dei laudem, Fidei catholicæ Exaltationem, populorumque omnium ſalutem, de virtute in virtutem proficiant, ac exinde a largiſſimo bonorum omnium retributore Domino perennis vitę pręmium conſequi mereantur.] Hactenus Leo X., & Nos circa hoc punctum.

ARTICULUS VIGESIMUS TERTIUS.

Intra quod Spatium attento Jure Noviſſimo extendit ſe Poteſtas Judicis Regularium Conſervatoris.

1 DIco primo, Poteſtas Judicis Regularium Conſervatoris, quæ attento Jure antiquo extendit ſe intra Civitatem, ſeu Diœceſim, pro qua deputatur, & non extra, niſi in certis quibuſdam caſibus, & intra unius dietæ ſpatium a fine Civitatis, ſeu totius diœceſeos territorii Rei conveniendi, ex ſuperius ſtabilitis *art.* 1. *aſſer.* 3. *§. dicitur* 9. *n.* 78. & inſinuatis *art.* 18. *aſſer.* 2. *n.* 1.

2 Et attento Jure novo intra fines trium dietarum, ut etiam ſtabilivimus *art.* 2. *aſſer.* 1. *&* 2. *§. dicitur* 7. *n.* 16. & inſinuavimus *art.* 19. *aſſ.* 1. *n.* 1. hodie inſpecto Jure noviſſimo extendit ſe ad omnia,
3 quæ *art.* 21. ſuſe a nobis congeſta ſunt, ſed intra Civitatem, ſeu Diœceſim, ubi extat Monaſterium conſervandum, & Regulares defendandi, non extra ultra unam dietam ut firmavimus *art.* 3. *aſſert.* 2. *§. dicit* 3. *&* 4. *n.* 6., *&* 7. quidem, de conſenſu partium: modo tamen Judex Conſervator non ſit Epiſcopo Superior, ſeu Metropolitanus; vel alius extra Diœceſim electus ob penuriam eorum., qui in Diœceſi propria eligi deberent, ſed electione nolint conſentire, ob perſecutiones, minas, & violentias Epiſcopi Diœceſani, vel Ordinarii Sæcularis juxta ea, quæ ſuſius dicta ſunt *art.* 1. *aſſert.* 3. *§. dicitur* 9. *n.* 78. *art.* 18. *aſſer.* 2. *n.* 1. *& art.* 20. *aſſer.* 1. *&* 2. *n.* 2., *&* 3. Hinc

4 Dico ſecundo, Nequit hodie Conſervator attento Jure noviſſimo, & ſi antea poterat, inſpecto Jure novo, extra Civitatem, ſeu Diœceſim, in qua ſitum eſt Monaſterium conſervandum, jus dicere, & procedere, etiamſi Monaſterium habeat bona in diverſis Diœceſibus exiſtentia; ſed in ea tantum Civitate, ſeu Diœceſi, ubi Monaſterium extat, & non alibi, ut ſtabilivimus ſupra *art.* 3. *cit. aſſert.* 2. *§. dicitur* 3. *n.* 6. & inſinuavimus *art.* 11. 5. *&* 15. *aſſer.* 1. *n.* item 1. ex pluribus Sacræ Congregationis declarationibus, præſertim Concilii ad inſtantiam Procuratoris Carthuſienſium *die* 23. *Octo-* 5
bris 1623. Quamobrem docet Card. *de Lugo* in *Reſp. Mor. l.* 4. *dub.* 38. *q.* 6. *n.* 17. non poſſe Actorem agere contra Scholarem Jeſuitam, habentem bona ſtabilia extra Diœceſim, in cujus Domo, vel Collegio degit: neque coram Prælato Regulari illius domus, aut Collegii, ubi ſitæ ſunt dicta bona, neque coram Conſervatore hujus Collegii, vel Domus. Et quidem non coram dicto Prælato Regulari; utpote cujus Subditus non eſt talis Religioſus Scholaris, degens in alia Domo, vel Collegio diverſæ Diœceſis: nec dictus Prælatus Juriſdictionem ullam habet in eum, ne quidem ratione Territorii, in quo ſunt bona illius; cum Prælatus regularis non habeat Territorium, ſed tantum ſit Superior Domus, vel Collegii, & perſonarum ibi commorantium. Neque coram Judice Conſervatore illius loci, ubi ſunt præfata bona; cum hic ex Conſtit. Gregorii XV. nequeat citare, aut trahere ad ſuum judicium eos, qui ſunt extra Diœceſim, ubi Deputatus eſt Conſervator. In hoc ergo caſu (concludit Card: de *Lugo*) alia remedia ab actore ſunt accipienda, recurrendo nimirum, vel ad Provincialem proprium illius

Re-

Religiosi, vel ad Legatum, aut Nuntium, si possit judicare de exemptis, vel ad Judicem Delegatum Cameræ Apostolicæ.

6 Item, addit *Pellizz. q. 13. n. 106.*, nequit hodie Conservator, etsi antea potuerit, extra Diœcesim citare per Edictum, si forte tutus non pateat accessus ad personaliter citandum; & sententiarum facere denuntiationes; cum citare, ut notat *Pelliz. loc. cit.*, sit procedere contra; & sententiam denuntiare, sit Jurisdictionem exercere; quod expresse prohibetur in Bulla Gregorii XV. §. 6., quibuscumque derogatis Privilegiis: Quod si casus occurrat, quo Reus citari debeat, & nihilominus extra Diœcesim reperiatur; in hoc casu, si Reus, contra quem agendum est, sit ipsum Monasterium, prout personam quamdam Moralem repræsentat; cum Monasterium nequeat regulariter emigrare, non censetur consequenter abesse a Diœcesi; & sic citari debet coram Judice Conservatore, in ea Diœcesi Deputato. Si vero Reus sit aliquis Religiosus particularis Monasterii, & hic prius retineat Domicilium; citatio fieri debet ad Domum ejus, ut pote qui censetur adesse, ubi habetur Domicilium. Si tamen Domicilium mutaverit; ejus Judex erit ille, qui est Conservator posterioris Domicilii, & coram hoc citari debet. Quod si fingatur vagus; tunc (ut disponitur de vagis) Judex illius erit is, qui est Conservator cujuslibet loci, ubi erit. Quod si demum in loco, ubi Reus adest, nullus sit deputatus Conservator; tunc Judex talis Rei erit Ordinarius loci, qui vices gerit Conservatoris, juxta Constit: Gregorii XV. sicque coram Ordinario loci citandus erit. Ita *Pelliz. n. 107.* His tamen non obstantibus,

Dico tertio, *Thesaurus de Pœnis Eccl. q. 2. Verb.*
7 *Conservatores c. 1. n. 3.* contendit, adhuc post Constitutionem Gregorii XV. posse Conservatorem extra Diœcesim procedere, si ejus Religiosi super hoc speciale privilegium habeant, prout multæ Religiones habent.

8 Antonius *a Spiritu Sancto in Direct. p. 2. tr. 2. disp. 1. sect. 4. §. 3. n. 217. & 218.* opinatur, posse Regulares præfatos eligere Conservatores, non solum in Diœcesibus, ubi sunt Conventus sui Ordinis, sed etiam extra, dummodo Reus non possit citari ultra tres dietas, computandas a fine Diœcesis, in qua Reus moratur: Neque in hac parte aliquid videtur innovatum a Gregorio XV. nam in sua Constitutione solum prohibet, ne Conservatores exerceant suam jurisdictionem extra Civitates, seu Diœceses, in quibus Deputati sunt: idest quod non possint exercere suum munus Conservatoris, cum a Civitatibus, vel Diœcesibus, in quibus fuerunt Deputati, absuerint: Poterunt tunc tamen alteri, existenti in loco, in quo ipsi fuere deputati, suum Officium delegare.

9 *Cespedes de Exempt. c. 22. dub. 318.* inquirens, quid possit Episcopus in Regulares post Bullam Gregorii XV. incip: *Sanctissimus de Conservatoribus* hæc habet *n. 13.* [dubitabis ergo, an quando Monasterium habet bona in diversis Diœcesibus, sufficiat unicus Conservator.

Respondet *Peyr. in addit: ad Constit: Gregorii XV. c. 11. n. 17.* sufficere unicum Conservatorem, qui tamen debet deputari in Civitate, in qua situm est Monasterium, qui poterit etiam procedere in causis bonorum, extra Diœcesim existentium. Ita Sac: Congreg. Concilii, teste eodem *Peyr. loc. cit.*] *Hactenus Cesped.*

10 *Pasqualigus in addit: ad Lauret: de Franchis tit: de Conservat. Q. 7. n. 849.* autumat Jurisdictionem Conservatoris posse se extendere ad tres dietas, adeoque ad plures Episcopatus, juxta dispositionem Gregorii XIII: dummodo, ad formam Const: Gregorii XV., Conservatoris electio notificetur Curiæ cujuscumque Ordinarii ad cujus Episcopatum Jurisdictio extendi potest: alioquin Regulares solum uti poterunt Conservatore in illo Episcopatu, cujus Curiæ facta est notificatio Conservatoris electi, ut declaravit Sacra Congregatio *die 12. Junii 1620.*

Sed *Card. de Luca disc. 52. de Regul.* etsi quo-
ad primum de extensione Conservatoriæ Jurisdi- 11
ctionis ad tres dietas, adeoque ad plures Episcopatus, adhæreat *Pasqual.*, sicut & *Antonio a Spiritu Sancto*, & *Thesauro*; non ita tamen quoad secundum, quod *Pasqualigus* contendit, de notificatione videlicet Conservatoris electi cuicumque Episcoporum Curiæ, intra trium dietarum fines existenti. Docet siquidem laudatus Cardinalis, posse Conservatorem electum in una Diœcesi, ubi extat Monasterium principale, coram cujus Ordinario juxta præscriptum Constitut. Gregorii XV. facta sit ejus
deputationis nuntiatio, exercere facultates suas in 12
aliis Diœcesibus, ubi extant ejusdem Monasterii Grangiæ, seu membra, vel Bona, etiamsi coram illis Ordinariis prædictarum Diœcesum Conservatoris electi nuntiatio facta non sit. Quamobrem, ut refert citatus Doctor, cum Collegium Societatis Jesu Mediolanense possideat Grangiam, seu Tenutam in Oppido Galigolæ sub Diœcesi Papiensi, ubi unus Sacerdos residet Jesuita cum aliquibus Ministris, & Servitoribus, tam Jesuitis, quam Sæcularibus, & sequuta morte unius ex servientibus sæcularibus, præfatus Sacerdos in ejusdem Grangiæ Ecclesia, post Sacramentorum administrationem, sepulturam illi dedisset; Parochus illius loci querelas desuper porrexit coram Episcopo, qui proinde manus in cognitione apposuit: Collegium vero recursum habuit ad Conservatorem suorum privilegiorum in Civitate Mediolanensi, bene servata forma Constitutionis Gregorii XV. deputatum: qui inhibuit in forma consueta Episcopo: desuper propterea consuleri Sacram Congregationem Concilii: Unde super hisce duobus punctis consultus fuit ipsemet Cardinalis *de Luca*: primo nimirum in genere: An Conservator deputatus in una Diœcesi, cujus Ordinario facta sit denuntiatio electionis ejusdem juxta formam Constitutionis Gregorii XV., suas facultates exercere valeat in altera Diœcesi, coram cujus Ordinario eadem forma quoad præfatam nuntiationem servata non sit? secundo in specie; an scilicet posita etiam Jurisdictione dicti Conservatoris in suis Casibus, in quibus intrent privilegia; ea tamen comprehenderet istum casum, in quo agebatur de administratione Sacramentorum, aliorumque Jurium Parochialium? &

Ad primum affirmative respondit, quod proba- 13
bilius sibi visum est, & pluribus rationibus comprobavit.

Ad secundum item responsionem dedit affirma- 14
tivam, inde motus, quia de præfato serviente verificantur requisita per *Tridentinum sess. 24. de Refor. c. 22.* ad hoc, ut privilegiis, Regularium servitoribus, ipsisque Regularibus concessis frui possent: inter quæ est, quod ultima Sacramenta, sicut & sepulturam in Ecclesia Regulari ab ipsismet Religiosis suscipere possint, & defensionem Conservatoris habere. Sunt autem prædicta Requisita, quæ de præfato servitore verificantur, quod addictus servitio, vivebat intra septa Domus Regularis, & sub obedientia Superioris Religiosi. Nec officit declaratio Sacræ Congregationis *Episcop. & Regul. anno 1656. in una Parmen.*, seu

Terdon. apud Nicollum in Elucubrat. tom. 2. de Conservat. tit. 29., cui multum fidebat Parochus Galigolæ, & Episcopus Diœcesis Papien., inter Episcopum, & Religiosos S. Augustini in consimili controversia Sepulturæ, per illos Religiosos traditæ cuidam Sæculari, cujus cadaver repertum fuerat in puteo Conventus, ut cognitio causæ spectaret ad Ordinarium, non ad Conservatorem. Cum enim præfatus sæcularis, neque servitio Conventus addictus fuisset, neque intra illius septa sub obedientia Prioris vixisset; ut talis privilegiis servitorum minime fruebatur; & consequenter neque Conservatoris Regularium privilegio. Unde non poterant illi sepulturam in propria Ecclesia concedere Patres Augustiniani, nec eorum Conservator de hac causa cognoscere, sed solus Ordinarius, ut optime per Sacram Congregationem fuit resolutum.

Demum *Tancredus tom. 4. tr. 2. Q. 104.* loquens de Conservatore Episcopo, & Archiepiscopo, contendit, posse usque ad tres dietas procedere secundum Constitutionem Gregorii XIII. cum Constitutio Gregorii XV. sit odiosa; loquaturque de constitutis in Ecclesiastica Dignitate. Episcopi autem, eorumque Superiores in odiosis sub nomine constitutorum in Dignitate Ecclesiastica nullatenus comprehenduntur; ut retulimus supra *art. 14. asser. 2. in fin.*

Et hæc de finibus, intra quos procedere potest 15
Judicis Regularium Conservatoris potestas. Quomodo autem in iisdem procedat, & intra quod tempus causas occurrentes debeat terminare, examinabit

ARTICULUS VIGESIMUS QUARTUS.

Quomodo procedere in Causis occurrentibus; & intra quod tempus illas terminare, debeat Judex Conservator Regularium.

PRO terminorum intelligentia, facilique Quæstionis resolutione nonnulla hic explicanda; & ex iis, quæ fuse diximus in tertia nostri Juris Canonici parte, ubi *de Judiciis*, suoque aliis Judicibus Ecclesiasticis communia, supponenda sunt. Et

1 Primo: cum tripliciter de delictis agi queat in Judicio, criminaliter nimirum, civiliter, & mixte; tripliciter de illis cognoscere potest Judex; & contra illa, illorumque auctores procedere, criminaliter videlicet, civiliter, & mixte: sicque triplex esse potest causa, seu actio, & cognitio delicto-
2 rum, criminalis, civilis, & mixta. Agitur autem criminaliter, quando de crimine ad publicam vindictam, & utilitatem principaliter agitur. Agitur vero civiliter, quando ad privatam utilitatem, & commodum principaliter agitur. Agitur demum mixte, cum agitur de delicto ad publicam æque principaliter, ac ad privatam utilitatem: adeoque
3 causa criminalis est, cum de crimine ad publicam vindictam, & utilitatem agitur; etiamsi de cetero pœna pro eo pecuniaria imponatur, & quidem nedum Fisco, ut omnibus est in confesso, sed parti etiam, ut contendunt nonnulli Doctores, applicanda. Causa civilis est, cum principaliter ad privatam utilitatem, & commodum agitur de delicto. Causa demum mixta, cum actio partim ad publicam; partim vero ad privatam utilitatem dirigitur, & quidem æque principaliter ad utramque. Ita ex *Navar. in rubric. de Judic. a n. 31. Claro lib. 5. pract. crimin. §. fin. q. 1. a n. 2. Farin. 3. par. prax. crim. qu. 100. a n. 4. Monet. cap. 7. qu. 4. a n. 208. Nido de Conserv. Regul. c. 4. partic. 5. n. 1. & aliis communiter Peyr. ad Constit. Gregorii XV. §. 6. a n. 43.* ubi ex iisdem exemplum affert in furto; Sit enim damnificatus a fure, qui contra illum petat in Judicio, ut suspendatur, vel fustigetur; in hoc casu agitur de furto criminaliter, ad publicam nimirum vindictam, & utilitatem; cum Reipublicæ maximopere intersit, quod delicta non maneant impunita; sicque metu pœnæ fures a pessimo furandi munere, sicut & delinquentes alii, ab aliis in posterum perpetrandis delictis retrahantur, juxta tritum illud:

Oderunt peccare mali formidine pœnæ:

& causa est criminalis. Si vero mere petat restitutionem ablati; de pœna furibus debita jure, nihil curans, imo illam remittens; tunc in Judicio agitur civiliter, ad privatam videlicet utilitatem, & commodum; sicque causa civilis est. Quod si tum pœnam, tum restitutionem exposcat rei ablatæ, tunc in judicio mixte agitur de furto; & causa nuncupatur mixta.

Supponendum secundo: ex causis, agitandis in 4
Judicio, aliquæ sunt dubiæ, & obscuræ; in quibus nimirum dubium, incertumque est id, de quo agitur: Manifestæ, seu notoriæ aliæ; in quibus videlicet manifestum, seu notorium est id, quod discutitur: Et illæ de se judicialem exposcunt indaginem; non ita tamen hæ. Dixi *de se*: Siquidem

Supponendum tertio: inter causas dubias aliquæ 5
sunt Ordinariæ, seu Plenariæ, sive Solemnes; in quibus nimirum Judex cum ordinaria figura, & strepitu judicii, servatisque omnibus ejus solemnitatibus procedit, juxta præscriptum Juris. Aliæ vero causæ sunt extraordinariæ, seu summariæ, seu non solemnes; in quibus videlicet simpliciter, & de plano proceditur; sine strepitu, & figura judicii, seu non servatis adamussim ordinariis Judiciorum solemnitatibus, ambagibus, & terminis judicialibus. Unde earum judicium, seu processus consistit in hoc, quod in ipso ad præcavendas litium prolixitates omittantur complures solemnitates, quæ Jure solum positivo requiruntur; non ita tamen illæ quæ jure naturali, aut gentium ad legitimam causæ decisionem necessariæ sunt, ut tradunt *Bert. in Extravag. ad reprimendum v sine figur. Alex. consil. 6. n. 1. vol. 8. Maranta par. 4. spec. aur. dist. 9. a n. 8. Barbos. in Clem. Sæpe contingit, a num. 1. de verbor. signific.* & ex eadem satis superque conspicuum est.

Jam sic habet in *Clementina* laudata Clemens 6
V.

V. [Sæpe contingit, quod causas committimos, & io earum aliquibus *simpliciter*, & de *plano*, ac *sine strepitu*, & *figura judicii* procedi mandamus: de quorum significatione verborum a multis contenditur, & qualiter procedi debeat, dubitatur. Nos autem hujusmodi dubitationem, quantum nobis est possibile, decidere cupientes, hac in perpetuum valitura Constitutione sancimus, ut Judex, cui taliter causas committimus, necessario libellum non exigat, litis contestationem non postulet, tempore etiam Feriarum ob necessitates hominum indultarum a Jure, procedere valeat, non sedendo pro Tribunali: (non tamen ob honorem Dei, ut ibi notat *Gloss. v. ob necessitates*, nisi in causis summariis versetur pietas, vel necessitas juxta *Cap. fin. de fer.* ibi: *Nisi necessitas urgeat, vel pietas suadeat*. Quarum meminit *Gloss. in dic. Clem.* subjectis carminibus:

Hæc faciunt causas festis tractare diebus:
Pax, scelus admissum, manumissio, res peritura,
Terminus expirans, mora testis abesse volentis,
Cumque potestatis patriæ jus filius exit.)

Amputet dilationum materiam, litem, quantum poterit, faciat breviorem, exceptiones, & appellationes dilatorias, & frustratorias amputando: Partium, Advocatorum, & Procuratorum contentiones, & jurgia, testiumque superfluam multitudinem refrenando.] Et deinde subjungit: quod Judex [Sententiam deffinitivam (citatis ad id, licet non peremptorie partibus) in scriptis, & (pro ut magis sibi placuerit) stans, vel sedens proferat: aut (si ei videbitur) conclusione non facta, pro ut ex petitione, & probatione, & aliis Actitatis in causa fuerit faciendum.] En quomodo omittendæ sunt in causis Summariis solemnitates de Jure positivo requisitæ.

7 Quod autem omitti non possint, quæ de Jure naturali, aut gentium requiruntur, sic decernit Clemens laudatus: [Non sic tamen Judex litem abbreviet, quin probationes necessariæ, & defensiones legitimæ admittantur. Citationem vero, ac præstationem Juramenti de calumnia, vel malitia, sive de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commissionem hujusmodi intelligimus non excludi &c.] Et postea addit, quod [etiam petitio pro parte Actoris, immo & Rei, si quid petere voluerit, in ipso litis exordio, sive in scriptis, sive verbo, Actis tamen continuo inserenda, fieri debeat,] cum juxta eam pronuntiatio, sive Sententia Judicis sequi debeat. Et his de causis Judex pariter interrogare tenetur partes, sive ad earum instantiam, sive ex officio, ubicumque hoc æquitas suadebit. Et merito sane; cum talia de Jure naturali requirantur ad legitimam causæ decisionem hoc ipso, quod alioquin veritas occultaretur, sicque competens sententia sequi non posset.

8 Tandem permittit Pontifex, quod [si in præmissis casibus solemnis ordo judiciarius in toto, vel in parte, non contradicentibus partibus, observetur; non erit processus propter hoc irritus, nec irritandus.] Quamvis ex adverso in causis Ordinariis, seu plenariis, in quibus tela judiciaria, seu omnes solemnitates Juris servandæ sunt, ita necessario requirantur, ut etiam si partes velint, adhuc sine illis sententia lata invalida, & nulla sit, quemadmodum tradunt *Gloss. fin. Specul. tit. de probat. sent. §. juxta, vers. quod si de patrim. Bart. in l. si societatem §. Arbitrum ff. pro soc. in 2. quæst. & alii*, quibus adhæret Card. *de Luca tom. 3. dic. 1. de Judiciis n. 11. & 12.*

9 Et ratio diversitatis inter utrumque casum, quam assignat *Glossa communiter recepta*, est, quod in hoc sit contra Jus commune; in illo vero res ad Jus commune redit, & ad suam naturam, quod facile sit, *Can. ab exordio dist. 35. & l. si unus §. quod si non ut totum ff. de pactis*. Limitatur tamen hæc dispositio in duobus: primo, si partes velint, ut qui causam terminare debet, procedat non ut Judex, sed ut Arbitrator, *Gloss. in cap. fin. de re judic. in 6. & Gloss. fin. in dic. Clem. Sæpe*. Secundo, quod licet nequeant partes consentire, ut Judex in causa plenaria summarie omnino, idest quoad omnes actus procedat ita, quod si consenserint, processus fuerit nullus, irritaque sententia, possunt tamen, ut sic procedat, quoad aliquos actus consentire, puta in productione instrumentorum, positionibus, aliisque id genus, quibus etiam possunt renuntiare, *Gemin. dic. Cap. fin. de re judic. in 6. & alii*.

Supponendum est quarto; Causæ summariæ, earumque summarium judicium, seu processus summarius, ex duplici potissimum ratione institui solet: quarum 10

Prima est, cum ipsæmet ex natura sua celerem expeditionem requirunt: tunc enim, ne ex subtili Ordinis judiciarii observatione dispendiosa litium prorogatio contingat, summariter, ac de plano procedendum est, *Clem. dispendiosam n. hoc tit. Marant. p. 4. specul. aur. dist. 9. n. 42. Pirhing hoc tit. n. 101. & alii*. Et hujusmodi sunt inter alias,
quæ recensentur in *cit. Clem. 2.*, Causæ ecclesia- 11
sticæ, in quibus agitur super Electionibus, Postulationibus, vel Provisionibus, an nimirum validæ sint, nec ne. Item super Dignitatibus, Personatibus, Officiis, Canonicatibus, vel Præbendis, seu quibusvis Beneficiis Ecclesiasticis, de quorum videlicet titulo inter duos ad invicem de Collatione sibi facta litigatur: quia diuturna litis prorogatio in his casibus Ecclesiæ, utpote legitimo Rectore viduatæ, præjudicium afferret. Non ita tamen, si de proprietate Ecclesiæ ageretur, quam duo e. g. Episcopi de sua Diœcesi esse, contendant, *Marant. dist. 9. n. 42. & alii apud ipsum*. Rursus causæ super Decimis; ne, lite longius protracta, deperdantur: super Matrimoniis; ob periculum incontinentiæ, quod ex Matrimonio diutius suspenso immineret. Super Usuris, & eas quoquomodo tangentibus; ratione periculi damnificationis eorum, quibus de Jure debentur, *cit. Clem. dispendiosam 2. hoc tit.* Insuper causæ Pauperum, Pupillorum, Viduarum, Carceratorum, aliarumq; miserabilium personarum, *Auth. de Mandatis Principum §. sit tibi quoque collat. 3.* Causæ alimentorum, *L. 2. ff. de Feriis*. Causæ Spolii, Depositi, Mercedis, & Forensium, seu Peregrinorum, *Suting in Process. Judiciar. observ. 3. Marant. par. 4. specul. aur. dist. 9. a n. 166. usq. ad 201.* ubi alias complures enumerat. Tandem Causæ Religiosorum, quæ summariter tractandæ sunt; cum non deceat, Servos Dei talibus implicari, *cap. olim 26. de Accusat. Marant. ubi supra n. 170. & 171. cum aliis*.

Secunda vero ratio instituendi causas summa- 12
rias est earumdem parvitas, seu cum de rebus agitur levis momenti; vel in quibus de præjudicio facile reparabili controvertitur, *Aut. nisi breves, ibiq; Gloss. Barthol., Bald. c. de sent. ex brevicul. recitand. Marant. a n. 188. & alii*.

Quænam autem Causæ censeantur parvæ, & 13
leves, ut proinde valeant summariter tractari, non convenit inter Doctores: aliqui etenim causam levem ajunt, quæ est usq; ad 50. aureos, *L. 2. Cod. de defensoribus Civit.* Alii causam modicam reputant, quæ est usque ad trecentos aureos,

Auth. de defensor. Civit. §. & judicare, collat. 3. Quidam parvam censent, quæ est usque ad centum libras auri, *Auth. de Appellat. §. illud, Collat.* 3. Sed *Gloss. in dic. Auth. nisi breves. Bart. & alii*, melius causam parvam, & levem prudenti Judicis arbitrio, inspecta personarum qualitate, definiendam relinquunt.

14 Supponendum quinto: aliquando committitur Judici Causa djudicanda sub clausula: *Sola facti veritate inspecta*: quæ profecto maximæ virtutis est; & plus operetur, quam clausula, *summarie, simpliciter*, & *de plano* &c. *Barbos. tract. de Clausul. claus.* 173. *n.* 2. *post Hondedeum consil.* 93. *nu.* 53. *tom.* 1. cum importet, quod ubicumque committitur causa, *sola facti veritate inspecta*, recedatur a regula Juris positivi, *Jas. L. certi conditio §. si nummos num.* 22. & 23. *ff. si certum petatur*. Et censeatur commissum, ut Judex procedat manu regia, *Marant. p. 4. spec. aur. dist.* 9. *n.* 32. *cum aliis*. Unde virtute talis Clausulæ omittuntur solemnitates, & subtilitates, negotii veritatem non tangentes, quæ vocantur apices Juris, & negotium principale per Jura deciditur, *Bart. in l. Fidejussor §. quædam ff. mandat.* Immo Juramentum Calumniæ remittitur, *Natc. Clem. sæpe ad §. Non sic tamen, vers. vices, a n.* 35. *de verb. signific.* Et procedi potest nulla Juris positivi solemnitate servata, ut idem exponit *ibidem n.* 36. *cum Marant. in specul. aur. part.* 4. *dist.* 9. nu. 32. Item ferri potest sententia non conformis libello, *Maranc. cit. dist.* 9. *n.* 33. *cum aliis*. Habetque vim arbitrii, ac liberæ voluntatis, & licentiæ, *Felin. c. olim col. fin. de Accusat. Joa. Bapt. Asin. in praxi judic. p.* 1. *c.* 3. *§.* 3. nu. 13. *& alii*. Et tandem admittere potest Judex leviores probationes, seu persuasives solum, & non concludentes, *Barbos. claus.* 173. *n.* 15. *& alii cum Menochio de Arbitris Judic. lib.* 1. *q.* 24. *n.* 4. qui hoc ad Arbitros extendit, quatenus nimirum credere possint levioribus probationibus, ubi *sola facti veritate inspecta* debeant pronuntiare.

15 Supponendum denique: non semel Causa delegatur Judici cum clausula, ut in ea procedet, *Appellatione remota*. De qua nonnulla dicemus *artic.* 34. *Præmiss.* 4., & 5. ex iis, quæ fuse diximus in tertia nostri Juris Canonici parte, ubi *de Judiciis Ecclesiasticis*, differentes ex professo *de Appellationibus*.

His suppositis, ut ad decisionem veniamus;

16 Dico I. Judex Regularium Conservator, attento Jure antiquo, non nisi civiliter procedere potest, seu de causis dumtaxat Civilibus potest cognoscere favore aut Religiosorum contra extraneos, vel extraneorum adversus Religiosos. Assertio defenditur *a Moneta de Conserv. c.* 7. *qu.* 4. n *num.* 208. *Peyr.* n. 44. *Pellizz. qu.* 16. *n.* 110. *Lezana c.* 10. *n.* 32. *Bordon. q.* 10. *n.* 13. *Nido c.* 4. *partic.* 5. n *n.* 1. *& aliis passim*. Probatur, quia Conservator pro tuitione Regularium sibi commissorum *ex c.* 1. *2. & fin. de Offic. Jud. Deleg. in* 6. cognitionem habet aliquarum causarum, in quibus aliquo ex tribus supra recensitis modis procedere potest: Sed non criminalium, neque mistarum, procedendo nimirum criminaliter, & miste; sed dumtaxat civilium, civiliter procedendo. Ergo &c. Major est manifesta.

Minor quoad omnes partes evincitur: &

17 Quoad primam de cognitione causarum criminalium, modoque procedendi criminaliter, quia punire delicta ad publicam utilitatem, & vindictam, quod est criminaliter procedere ex dictis in I. suppositione, & causam criminalem instituere, proprium est Judicis Ordinarii, *cap. placuit* 6. *quæst.* 3. *cap. placuit, de Offic. Ord. l. Præses Provinciæ ff. de Offic. præsid.*, ubi dicitur: ad Præsidem pertinere ex Provincia perditos homines ejicere. Et *Auth. qua in Provincia cap. ubi de crim. agi oport.* Conservator autem ad limites Juris antiqui, delegatus est, non Ordinarius: & licet Ordinario comparetur propter Universitatem Causarum; absolute tamen, & simpliciter non Ordinarius, sed Delegatus est; ex superius dictis *art.* 1. *assert.* 3. *§. dicitur secundo Delegatus n.* 26. Unde Conservatoria materia sub rubrica de Officio, & Potestate Judicis Delegati ponitur. Recolite, quæ dicta sunt loco citato.

18 Quoad secundam de cognitione causarum mistarum modoque procedendi miste, quia Conservator nequit de Causa Criminali cognoscere, criminaliter nimirum procedendo: Ergo neque de causa mista ex Criminali, & Civili, misto seu criminaliter simul, & civiliter procedendo.

19 Quoad tertiam denique partem de cognitione causarum Civilium modoque procedendi civiliter probatur Minor: quia causæ omnes, & judicia, modique procedendi, vel criminalia sunt, ad publicam videlicet utilitatem, & vindictam institute; vel Civilia ad privatam dumtaxat utilitatem, vel mista ex Criminalibus simul, & Civilibus; neque datur quarta species, ut docent passim utriusque Juris Consulti tum in *rubr. de Jud. C. & in Decretal.* tum alibi. Cum ergo aliquam causam cognoscere possit Conservator, aliquod Judicium instituere, aliquem modum procedendi tenere; & nequeat Causam Criminalem, & Mistam cognoscere, judicium Criminale, & Mistum instituere, modumque procedendi criminaliter, & miste tenere; evidens est, quod Civilem dumtaxat causam cognoscere possit, judicium civile solum instituere, & civiliter tantum procedere. Et sane si nomen, munus, & finis Conservatorum ad fines Juris communis circa privatam dumtaxat utilitatem Regularium sibi commissorum versetur, ex fusius dictis *art.* 1. *per tot.*, & *art.* 18., ii nonnisi civiliter procedere, queunt, civilesque causas cognoscere.

20 Nec officit, quod ad impediendas injurias, quæ probabiliter inferendæ timentur; & ad obtinendam pro illatis debitam Regularibus ab injuriosis satisfactionem: ad tuendam jurisdictionem propriam: ac ad executioni mandandas sententias suas, Conservatores valeant censuris Ecclesiasticis uti; &, ubi opus fuerit, auxilium etiam brachii Episcopalis, aut sæcularis implorare, &c., ut videbimus *art. seq.* Id enim sufficienter exponi potest tamquam necessarium intra limites modi procedendi civiliter, ut notat *Lezana ubi supra, Peyr.* n. 45. *Pellizz. loc. cit.* & alii: quia cum mandatur alicui aliquod negotium faciendum, mandetur etiam id, sine quo negotium illud expleri non potest; præsertim quia frustra datur jurisdictio, quæ non est cum vi coactiva conjuncta, *Azor. t.* 2. *lib.* 5. *c.* 36. *Q.* 10. *Monet de Conserv. c.* 7. *Q.* 4. *n.* 719. & alii.

21 Dico II. Judex Conservator Regularium, attento Jure Novo, immo & Novissimo procedere potest pro Regularibus, sibi commendatis, adversus Extraneos, criminaliter etiam, & miste, seu in causis quoque criminalibus, & mistis judicare: Pro extraneis tamen adversus Regulares civiliter dumtaxat. Assertio

Quoad I. partem docetur a *Candid. Brignol. in spec. Cleric. tr.* 4. *c.* 19. *resol.* 24., & *aliis supra relatis art.* 21. *Resolutione* I. n. 3. Contra *Raym. Nidum de Conserv. Regul. c.* 4. *partic.* 5., ubi *nu.* 1. sic habet: I. Criminalibus in causis Conservatorem Regularium

rium judicare non posse, tradit Moneta, &c.] Et a *n.* 11. [Attendendæ sunt nihilominus Conservatoriæ: quia etsi, de Jure communi Conservator non possit criminales causas cognoscere, potest tamen ex speciali commissione, sibi data: quoniam potest Summus Pontifex eidem committere causas etiam criminales, cum non habeat facultatem limitatam. An vero de facto, stando in vi privilegiorum, Regularibus concessorum, in materia hac Conservatoriarum Conservatores de causis criminalibus cognoscere queant, censent plures, quod non: quandoquidem Pontificiis in Constitutionibus super hac materia nihil reperitur, ex quo inferri possit, Conservatores criminaliter procedere posse. Nihilominus attendatur Constitutio *Æquum* Gregorii XIII. ibi: *Ut in quibuscumque causis, tum Civilibus, quam criminalibus, ac etiam mistis.* Sed dicimus, de his cognoscere posse, sed non criminaliter.] Et *part.* 6. *n.* 4. [Stemus in voto, Conservatorem de mista causa cognoscere, nequire] Hactenus *Nidus*.

Verum cum cognoscere criminaliter, idem sit, ac in criminalibus causis judicare: unde ipsemet *Nidus num.* 1. *cit.* [Criminalibus in causis (ait) Conservatorem Regularium judicare non posse;] Si Judex Regularium Conservator potest in criminalibus causis judicare, potest etiam in iisdem criminaliter agere.

21 Quod autem possit Judex Regularium Conservator, attento Jure novo, immo & Novissimo, pro Regularibus sibi demandatis, adversus Extraneos, etiam criminaliter agere, adeoque & mistim procedere, quæ prima pars est nostræ Assertionis; manifeste convincitur ex dictis *art.* 2. *assert.* 2., ubi Regularium Conservatorem ad universitatem causarum, etiam criminalium, & mistarum, attento Jure Novo, deputatum esse stabilivimus, præsertim ex Constitutione Clementis VII. pro Minimis, incip. *Congnestionem* ibi: [Quavis occasione, vel causa, etiam criminali.] Et Gregorii XIII. pro Jesuitis, incip. *Æquum reputamus*, ubi sic: [In quibuscumque causis, tam Civilibus, quam Criminalibus, & Mistis.] Quod sane privilegium, ab utroque Pontifice indultum, a Gregorio XV. per Constitutionem, inchoatam *Sanctissimus*, revocatum non est, ut docent *Donat. in prax. tom.* 5. *tr.* 17. *de Conservat. Q.* 11. *num.* 4. *Antonius a Spiritu Sancto p.* 1. *Direct. Regul. tr.* 2. *disp.* 1. *sectione* 4. §. 3. *n.* 211. *Card. de Luca de Regul. discur.* 1. §. 2. *n.* 33. & *alibi*, *Card. de Lugo in Respons. Moral. lib.* 4. *dub.* 38. *Q.* 2. *n.* 4., & *alii*, contra *Pellizzarium Q.* 26. *n.* 227. Et nos diximus supra *art.* 3. *asser.* 2. §. *dicitur* 4. *art.* 19. *asser.* 2. §. 1. *extenditur ad Universitatem causarum art.* 20. *asser.* 1., & 2. *Et art.* 21. *asser.* 2. §. 1. *extendit se ad omnes causas*.

Quoad II. partem communissima est Assertio cum *Peyr.* ad Constit. *Sanctissimus* Gregorii XV. *n.* 43. & 44. Cui adhæret *Chiavetta lib.* 3. *Instit. Canonic. p.* 1. *c.* 3. §. 3. *n.* 16. Et patet ex dictis *art.* 21. *assert.* 2. *resol.* 12. §. *sicut neque demum*: cum ex una parte Jurisdictio Conservatoris sit ad utilitatem Regularium; sicque adversus ipsos favore Extraneorum nonnisi civiliter procedere potest. Et ex altera parte tanta potestas, procedendi nimirum criminaliter, & miste adversus Regulares, sibi commendatos, favore Extraneorum, nullam pro se certum jus, nullumque Doctorem agnoscat: quod non leve indicium est, eam Conservatoribus non convenire. Eaque adhuc data, potestas Regularium Prælatorum non parvum in religiosæ disciplinæ præjudicium elevaretur.

22 Dico III. Judex Regularium Conservator, attento Jure communi antiquo *c.* 1. & *fin. de Offic. Jud. Deleg. in* 6. in causis occurrentibus manifestis, seu notoriis ita debet illum Ordinem judiciarium exequi, qui in notoriis solet adhiberi; ut ne quidem de consensu partium, valeat Ordinem judiciarium, qui in causis plenariis, aut etiam in summariis adhibetur servare juxta ea, quæ contra *Monetam* diximus *supra art.* 5. *asser.* 3. §. *dicitur* 7. *nu.* 61. & §. *dicitur tandem per tot.* & innuimus *art.* 18. *asser.* 2. *fin.*

Attento autem Jure Novo, & Novissimo in causis occurrentibus, quæ judicialem indaginem exigunt, sive in plenariis debet Ordinem judiciarium, qui in Summariis est definitus, adhibere, procedendo nimirum [Summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura Judicii] modo explicato, ut liquet ex tot Pontificum Conservatoriis, quæ quantum ad hoc vigent, & non videntur a Constitutione Reformatoria Gregorii XV. limitatæ, ut notat *Donat. qu.* 22. *n.* 2. præsertim Clem. VII. pro Minimis, & Gregor. XIII. pro Jesuitis, utrobique *sic*: [In causis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem Summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura judicii.] Et recte quidem; cum, ubi de causis Regularium agitur, seu apud eorumdem Prælatos, sive apud Conservatores, servari non debeat illa subtilis, & angusta Juris forma, quæ in aliis causis servanda præscribitur in *c. qualiter*, & *quando*, *de Accus.* ubi hoc innuitur. Quod præter quam pateat *ex suppositione quarta*, ubi inter alias causas, celerem expeditionem requirentes, causæ enumerantur Regularium; etiam in propriis Religionum Constitutionibus caveri solet ad vitandas expensas alioqui necessario faciendas ab iis, qui in Juris figura strepituque judiciorum, exercentur ut notat *Rodriq. art.* 1. 23

Quamvis valeat, de consensu partium, ille etiam adhiberi, qui plenariarum proprius est, juxta dispositionem adductam *Clem. sæpe*, *in fin. sic*: [Si quis tamen in præmissis casibus solemnis Juris Ordo judiciarius in toto, vel in parte, *non contradicentibus partibus* observetur, non erit processus propter hoc irritus, nec etiam irritandus.] Et ita sustinent *Glossa*, & *Doctores* ibi; cum textus allatus indistincte de omnibus causis loquatur, in quibus proceditur sine figura judicii. Immo 24

Dico IV. Judex Regularium Conservator, attento Jure Novo, & Novissimo, in Causis occurrentibus, quæ judicialem indaginem exigunt, sive in plenariis debent Ordinem judiciarium prædictum, qui in Summariis est definitus, *sola facti veritate inspecta*, servare. Assertio propugnatur a *Confectio in summar. mater. privil. Mendic. tit.* 4. *c.* 8. & *Rodriq. q.* 65. *art.* 18. contra *Monet. cap.* 8. *q.* 2. *n.* 88. qui ut incautum utrumque laudatum Doctorem reprehendit, eo quod [Dixerit, Conservatorem Regularium posse procedere in causis eorum, sola facti veritate inspecta, pro ut in eorumdem privilegiis continetur: cum tamen ipse *Moneta* repererit, quod in dictis privilegiis hujusmodi Clausula non apponatur.] Sed ut incautus potius reprehendendus est ipse *Moneta*, cum non legerit, vel non attente legerit *Mare Magnum* Dominicanorum a Sixto IV. concessum in Bulla, quæ incipit [*Regimini*] *anno* 1474., quod sane legerunt, & bene *Confectius*, & *Rodriq.*, ibique præter alia invenerunt: [Ac etiam Summarie, & de plano sine strepitu, & figura judicii, *sola facti veritate inspecta*, contra quoscumque &c.] Et nedum sola facti veritate inspecta, verum etiam 25

Dico V. Judex Conservator Regularium, attento 26

to Jure Novo, & Novissimo, in causis oceurrentibns, quæ judicialem exposeunt indaginem, procedere potest, *appellatione postposita*, ut cavetur io laudato *Marl Magno* Siati IV. *sic*: [Contradictores Auctoritate Apostoliea, appellatinne postposita, compescendo &c.] In Bulla Clem. VII. pro Minimis *incip.* [*Conquestione*] *ibi*: [Auctoritate nostra per censuram ecclesiastieam, appellatinne postposita, compescendu.] In Bulla Gregorii XV. [*Æqnum repntamur*] pro Jesuitis, ubi sic decatnitur: [Auctnritate Apostolica per Senrentias, eensuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juria, & facti remedia, Appellatione postposita compescendo &c.] Et io aliis Summorum Pontifienm Conservatnriis Bullis.

27 Dico VI. Judex Regularium Conservator, modo dictn procedens, quam eitissime potest, debet causas terminare; non secua, ae quivis alius Judex, juxta monita nednm Clement. *Sæpe* eitatæ, verum etiam Concil. *Trident. sess.* 25. *c.* 10. *de refor.* sie; [Admonet dehinc Sancta Synodus tam Ordinarios, quam alios quoscumqne Judices, ut terminandis causis, quanta fieri poterit brevirate, studeant: ae litigatorum artibus, seu in litis contestatione, sive alia parte jndicii differenda, modis omnibus, aut termini præfixione, aot competenti alia ratione occurrant.] Non obligatur tamen, 28
ad illas saltem infra biennium terminandas, ita ut, eo elapso, liberum sit partibus, Jodices Superiores adite, ut staruit laudat. Concil. *sess.* 24. *c.* 20. *de refor. sic*: [Causæ omnes ad forum ecclesiasticum pertinentes, etiamsi beneficiales sint, in prima iostantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscaorur; atque omnino salrem infra biennium a die moræ litis terminentur: alioquin post id spatinm liberum sit pattibus, vel alteri illarum, Judices Superiotes, alias tamen competentes, adire, qui causam in eo statu, qno fuerit, assumant, & quam primnm terminari curent &c.]
Ut enim refert *Fognan. lib.* 2. *Decretal. in c. Venerabilis, de Judic. n.* 18. proposiro in Sacra Congregatione Coneilii dobio, an mnx laudata dispositio Conciliaris locum habeat in Judicibus Conservatoribus Religionnm; Sacra Congregatio dissensit; nam quatuor ex septem Cardinalibus affirmarnnt, comprehendi; trea vero negarunt. Quamnbrem res ad Sanctissimum delata est: qui respoodit, non comprehendi, eum Decretum sit editum io favorem Jorisdictionis Ordinariæ. 29

Et hæc de modo procedeodi Jodicis Regularium Conservatoris innuisse, sit satis. Exponet in posterom

ARTICULUS VIGESIMUS QUINTUS.

An, & per quem, ac quando Sententiam suam exequi valeat Judex Conservator Regularium.

1 Dico I. Judex Regularium Conservator, seu eonsideretur ut merus Apostolicns Delegatus, sive ut æquivalens Ordinario, otpote depnratus ad Universiratem Causarum, quo modo consideratur attento Jnte antiqon: sive demnm ut Judex Ordinarius, qon modo se habet, inspecto Jure Novo, & Nnvissimo ea dictis *art.* 2. *ass.* 1. & 2. & *art.* 3. *asser.* 1. & 2. potest seorentiam suam eaequi, & quidem per se ipsum. Assertio est commuoissima: & juata primam eoosiderationem aperte sustinetur ab *Innoc.*, *Archidiac.*, & *aliis in c.* 1. *de Offic. Deleg. in* 6. & satis superque colligitur ex *c. Quærenti de Offic. Deleg.* ubi exptesse caverur, quod Delegatns, saltem a Principe, sen a Sede Apostoliea, suam valeat senrentiam exequi; Ex *c. significasti*, *ex c. si quando*, & *ex c.* 1e *literis*, *de Offic. Deleg.*

Juxta secundam, & tertiam eonsideratinnem manifesta est; cum manifesti Juris sit, posse Judicem Ordinarinm, per se ipsum exequi sententiam suam ex *l. a Divo Pio ff. de re judic. l. Properandum Cod. de Judic.* & *c. Qua ud consultationem*, *de re judic. cnm vulgar.* Immo

2 Dico II. Judea Regularium Cooservator potest etiam per alium exequi senrentiam suam, per Ordinarium præsertim, seu de cetero Ecclesiasticum, sive Sæcularem; cui scilicet mandet, ut suam eaequatur senrenriam. Est Asaertio communis: & patet ex eo, quia id permissum est Judiei a Sede Apostolica Delegaro In *c. cnm contingat de rescript. in c. significasti*, *c. In litteris*, *c. Pastoralis* §. *quia vero*, *de Offic. Deleg.* & *in Clem. unic. vers. processus*, *de excess. Prælat.* ubi tamquam gravamen a Prelaris, Episcopis, eorumque Superioribos factum ponitur, quod processua, juste efformatos, & seotentias a Consetvatoribus juste latas pto eaemptis publicari, seu executioni mandari a sois subditis, noo permittebant.

3 Confirmatur Assertio ex eo, quia potest Judex Regularium Conservator Ecclesiasticum, vel sæeulare brachium implnrare, nedum ad hoe, ut ipse sæcularis, vel eeclesiastieus Judea, sibi auailium ptæstet, quo ipsemet Coosetvaror valeat faeilius exequi sententiam suam, ut videbimus *art. sequen.* in qun sensu accipirur textus in *Can. siquis pecnnia dist.* 79. *c.* 1. & *c. Quoniam*, *de Offic. Ordin. c. tanta fin. de excess. Prælat. c. dilecto*, *de Sent. Excom. in* 6. *cap. Præsidentes*, & *cap. Ut Officium* §. *Compescendi*, *de Hæret. eap. Periculoso unic.* §. *fin. de statu Regul. in* 6. Concil. *Trid. sess.* 24. *refor. cap.* 8. & *sess.* 25. *cap.* 3. & 5. *de refor.* sed etiam ut ipsemet Ecclesiastieus, seu Sæcularis Jodex sententiam Conservatoris exequatnr: in quo sensu sumitur textus in *Can. Ne licuit*, *dist.* 17. *C. eos*, *qui*, *dist.* 32. *C. Petimus*, & *C. Istud est*, 11. *q.* 1. *C. Prodest*, *C. Principes sæculi*, *C. de Liguribus*, & *C. quali* 23. *qu.* 5. *C.* 2. *de Maled.* & *L. Episcopale Cod. de Episcop. aud.* & Coostitot. V. Sancti Pii V. *incip.* [Cnm primnm] *vers. si quis crimen nefandum*, & Constit. 70. *incip.* [Horreodum] *vers. itaque*. Quamvis juxta priorem effectum magis pnprie, quam secundum hunc dicatur auxilium Braehii Episcopalia, vel sæcularis invocari, ut nntat *Moneta cap.* 8. *qu.* 10. *n.* 257.

4 Et saoe Judex Regnlarium Conservatur, seu nt me-

merus Apostolicus Delegatus consideretur; sive ut æquivalens Ordinario, quippe deputatus ad Universitatem Causarum infra limites Juris antiqui; sive demum ut Judex Ordinarius, secundum privilegia Juris Novi, & Novissimi, in quacumque consideratione semper potest hujusmodi brachium ab Ecclesiastico, vel sæculari Judice implorare, ut ipsemet Ecclesiasticus, laicusque Magistratus sententiam Conservatoris exequatur. Quod distincte per partes magis palam fiet. Nam

Si consideretur, ut merus Apostolicus Delegatus; id posse, liquet ex eo, quod universim Apostolico Delegato concedatur a *Gemin.*, & *Franc. dic. §. compescendi*, *Innoc.*, *Jo. Andr.*, & *Doctoribus passim in cap. Significasti, de Offic. Deleg.* ubi etiam *Card.*, *Abbas*, *Dec.*, & *Bero.*, qui hanc testantur, communem esse sententiam; ut etiam testantur *Lupo in cap. Per vestras, notab. 2. §. sed est Pulchra dubitatio, n. 17. de donat. inter vir. & uxor.*, *Covarr. practic. qq. cap. 10. n. 5.*, *Prob. in addit. ad Joa. Monach. cap. Periculoso a n. 16. de stat. Regul.* ubi cum pluribus Doctoribus plures rationes adducit. *Farinac. qu. 97. crimin. cas. 4. n. 86.*, *Martha de Jurisdict. p. 1. cap. 6. Franc. Mol. de Brach. sæcul. lib. 1. cap. 6.*, *aliisque communiter*. Et satis colligitur ex *cap. Ut officium §. comprehendi, de hæret. in 6. & cap. Tanta, fin. de excess. Prælat.*

Si consideretur etiam ut æquivalens Ordinario, quippe ad universitatem causarum deputatus; aut etiam ut Ordinarius; potest Regularium Conservator, in sensu, quo loquimur, auxilium præfati brachii implorare; cum certissimi Juris sit, id posse Judicem Ordinarium; ut satis superque conspicuum est ex Juribus præcitatis, præsertim *ex cap. 1.*, *Cap. Quoniam, de Offic. Ordin.*

5 Quod autem hujusmodi brachium implorare possit Conservator a Judice Ecclesiastico, liquet ex Juribus, adductis in nostra ratione, præsertim vero *ex cap. Pastoralis §. Quia vero, de Offic. Delegat.*

Quod etiam illud implorare valeat a Judice laico, ut ipsemet laicus Judex sententiam Conservatoris exequatur, patet ex *dic. cap. In litteris, de Offic. Deleg.* ubi generalius statuitur, eum posse per se, vel per alium exequi sententiam suam. Et ex *cap. Significasti eod. tit. ubi in* universum statuitur, quod Delegatus Apostolicus possit per Ordinarium exequi sententiam suam: & traditur a Doctoribus passim cum *Covarr. pract. qq. cap. 10. n. 1. & Farinac. dic. q. 97. a n. 81. Sylv. verb. Conservator num. 3. Monet. c. 8. a. 258. Barbos. de Offic. & pot. Episc. alleg. 106. a n. 38. Tambur. de Jur. Abb. tom. 3. disp. 15. Q. 2. n. 20. Azor. Instit. Mor. p. 2. lib. 5. c. 34. Confett. in Summ. privil. tit. 4. c. 3. & aliis*.

6 Atque hic nonnulla sunt animadvertenda: & Primo, Ordinarium, quo ad præstandum brachium suum in subjecta materia, seu quoad executionem Sententiæ Conservatoris, teneri eidem Conservatori obedire, ut de Papę Delegato statuitur in cit. *cap. Pastoralis §. Quia vero, de Offic. Deleg.* & dic. *cap. Cum contingat, de rescript.* etiamsi Legatus sit Apostolicæ Sedis, qui *ex cap. 2. de Offic. Legat.* est Ordinarius. Secus a Conservatore per censuras ecclesiasticas compelli poterit, ut quivis alius Ordinarius, præsertim ubi Legatus sit insimul Episcopus, ut tradunt *Jo. Andr. & alii in cap. Studuisti 2. de Offic. Legat.* Et quamvis in ea Provincia mere Legatus sit; ut de Jure verius, per Leges in Confirmatione laudatas, præsertim *cap. In litteris, & cap. Significasti, de Offic. Deleg.* generaliter, & indistincte de Ordinario loquentes, ex *Abbate* contendit *Monet. cap. 8. qu. 9. n. 248.* contra *Gloss.*, *Host.*, & *alios*, opinantes, non posse merum Legatum ad exequutionem compelli: quorum sententiam *Abbas* æquiorem appellat. Et sane cum Apostolicus Delegatus in causa sibi commissa major sit quocumque Ordinario, etiam Legato, *cap. Sane quia, 21. de Offic. Deleg.*, *Gloss. in dic. cap. Studuisti*: & aliunde nullius esset momenti Jurisdictio Conservatoris, si renitentem non posset compellere, *cap. Pastoralis 28. §. 1. eod. tit.* & notat *Gloss. in cap. Significasti, vers. non vult*, & *Abbas ibid. a n. 2. eod. tit.* concludendum, quemcumque Ordinarium, etiam Apostolicæ Sedis Legatum, posse per Conservatorem quoad executionem sententiæ suæ, quoad præstandum brachium in subjecta materia, compelli.

Nequit tamen per censuras compelli Supremus Princeps, & fortassis etiam Magistratus Supremus, ad præstandum brachium suum, seu ad sententiam Conservatoris exequendam: utpote qui monendi tantum sunt, & requirendi, ut cum aliis tradunt *Dual. in direct. Jud. Eccles. for. p. 2. cap. 13. n. 50.* & *Lopez in addit. ad pract. crimin. Diaz cap. 143. n. 9.* ac observasse videtur *Trident. sess. 25. cap. 5. & 22. de Regul.* & stylus Romanæ Curiæ, a censuris excipiens Imperatorem in brachii invocatione, ut notat *Vestr. in praxi Rom. Cur. lib. 8. cap. ult. n. 20.* Etsi contrarium de Jure verius existimet *Farinac. q. 97. crimin. n. 82.* 7

Secundo animadvertendum, si post Mandatum unius Conservatoris, alter oppositum mandet; tunc, si ante executionem innotuerit Ordinario, inter utrumque Conservatorem mandantem, contentionem esse de jurisdictione, debere Ordinarium utriusque litterarum copiam requirere, non ut jurisdictionaliter cognoscat; sed ut videat, an per secundas primæ revocentur litteræ. Quod si certo primæ revocentur; debere secundum Mandatum exequi. Sin autem, certo non revocentur; non posse secundum Mandatum executioni dare. Quod si dubium ipsi sit, num per secundas primæ revocentur litteræ; secundum Mandatum exequi non posse, donec inter Conservatores lis super jurisdictione per Arbitros Juris dirimatur, juxta *cap. Pastoralis in princ. de Offic. Deleg.* Atque ita *ex cap. Cum contingat, de Rescript.* docet *Monet. c. 8. q. 9. n. 247.* 8

Tertio animadvertendum, Apostolicæ Sedis Legatum non posse, jure Legationis, confirmare sententiam Conservatoris confirmatione authorizabili, seu juris, ex certa scientia, vel in forma communi; cum hæc spectet ad Superiorem, cujusmodi est Pontifex Maximus; non ad parem, vel minorem, qualis est Legatus respectu Conservatoris; sed approbationis, seu facti tantum, quæ etiam inferiori competit; ut de Papæ Delegato sustinet *Gloss. in dic. cap. Studuisti, ibique Hostien. & Abb. num. 4. & 5.* sic textum intelligentes, quod possit Legatus sententiam delegati Papæ confirmare. 9

Quarto animadvertendum, non posse Ordinarium violenter Conservatori resistere, injustam sententiam exequi volenti, sed dumtaxat apud eum instare, ut differat, donec Papa consulatur; prout de Judice Apostolicæ Sedis Delegato cavetur in *cap. Si quando, de Offic. Deleg.* 10

Quod si Conservator executionem injustæ sententiæ committat Ordinario, poterit hic curare, ut ab hoc onere eximatur. Et si nolit Conservator petitionibus Ordinarii morem gerere; ipsequemet Ordinarius pro certo habeat, sententiam esse injustam; in hoc casu an teneatur Conservatori obtemperare, injustam sententiam exequendo, non convenit inter Doctores. 11

Affir-

12 Affirmant siquidem plurimi, *cum Covarr. lib. 1. var. c. 1. n. 4. Anguian. de Legib. lib. 2. cap. 5. n. 549. Salgad. de Protect. reg. p. 4. c. 7. num. 25. Petr. Gregor. lib. 5. partit. tit. 5. c. 4. Gonzalez ad dic. c. Pastoralis §. Præterea n. 2*, quibus subscribit *Monet. cap. 8. qu. 9. n. 255. & qu. 10. n. 266.* ex eo, quia Ordinarius In hypothesi foret merus executor, dum non cognitio, sed executio tantum eidem demandaretur, ut expressum habetur in *dic. cap. Pastoralis 28. §. Quia vero*, & amplius declarat *Gloss. magna ibid.* Sic autem habet Innocentius III. Episcopo Elienfi in *dic. cap.*, & §. [Quia vero sæpe contingit, quod executio Sententiæ Ordinario demandatur, Sedem duxisti Apostolicam consulendam: Utrum, si Ordinarius ipsam injustam esse cognoverit, debeat eam executioni demandare; an sit ei potius subsistendum? Attendentes itaque, quod non cognitio, sed executio tantum demandatur eidem, inquisitioni tuæ taliter duximus respondendum, quod cum Ordinarius teneatur obsequi, etsi sciat illam sententiam injustam, exequi nihilominus tenetur eamdem, nisi apud Judicem efficere possit, ut ab hoc onere ipsum absolvat.] Huc usque Innocentius III.

13 Negant e converso alii cum *Abbate in C. 2. n. 62. de Offic. Ordin.*, *Mend. de retinend. possess. remed. 3. n. 36n.*, *Sbroz de Vicar. Episc. lib. 2. cap. 190. n. 7.*, *Riccius p. 2. praxis decis. 325. n. 1. & 328. n. item 1.*, *Cochier de Conser. Eccles. qu. 37. num. 2.*, inde moti, quia ex *cap. 2. de Offic. Ordin.* non debet Judex Ecclesiasticus, ad malum inferendum adjuvari, sed ad bonum, & justitiam faciendam. Quamobrem prius, quam Ordinarius sententiam Conservatoris exequatur, seu illi conferat brachium suum, (inquiunt allati Doctores,) debet de sententiæ justitia certus esse, ne (ut ait *Riccius loc. cit. n. 2.*) strictis oculis gravem pœnam exequatur: Quod enim nullum est, nullam executionem meretur, *L. 4. §. Condemnatum, ff. de re judic.* secus (addit laudatus Riccius) si injustam sententiam exequatur, puniri poterit. Hinc non teneri Judicem sæcularem, Conservatoria sententiam exequi, seu brachium suum eidem dare, nisi prius acta processus Judici laico exhibeantur, & examinentur ab illo, malunt allati Doctores.

14 *Rodriquez tom. 1. quæst. Regul. qu. 8. art. 25.* mediam inire contendit viam, secundæ sententię adhærens in causis misti fori, per tradita a Doctoribus *in cap. 2. de Offic. Ordin.* & post alios a *Rodin. in pract. de Majest. Princip. apud eumdem Rodriq.* primæ vero sententiæ in causis ecclesiasticis, cum *Avalos in Direct. Jud. Eccles. p. 2. cap. 12. n. 23.* [Nam (ut ait laudatus *Rodriq.*) si sæcularis Judex Ecclesiastico auxilium suum non debet impendere, nisi examinato processu, ac justitię causa prius discussa; quid igitur operatur communis opinio Doctorum asserentium, quod Ecclesiasticus Judex censuris queat Judicem sæcularem compellere ad exhibendum auxilium? profecto nihil: siquidem in manu cujuslibet Judicis sæcularis erit, non obedire censuris Ecclesiæ. Hac ex causa quilibet diceret, processum minime esse justificatum: quod par in parem facere solet, non tamen inferior adversus Superiorem. Quod etiam comprobasi videtur ex eo, quia si inter sæculares, & Ecclesiasticum Judicem controvertatur super Jurisdictionis competentia, ac præoccupatione, Ecclesiasticus, tamquam Superior, cognoscere, ac judicare habet, an sua sit Jurisdictio, ut eleganter resolvit. *Covarr. pract. quæst. cap. 33. n. 2. verb. quibus & suffragatur.* Igitur si eadem quæstio inter ipsosmet suboriatur Judices super causa, & processus justificatione, Ecclesiasticam sententiam prævalere, justius erit. Et ex eo potissimum id fieri debet, quia in similibus controversiis si sæcularis Judex injuste ab Ecclesiastico fuerit compulsus, eam vim, & injustitiam ejus Superiores per viam, ut ajunt (de la fuerca) dimovere possunt. Ex quibus patet, quomodo Judex Ecclesiasticus, Delegatus ad executionem eorum, quæ per privilegia conceduntur Regularibus, possit invocare auxilium brachii sæcularis, justa causa ad id suadente.]

Huc usque *Rodriquez*: qui tamen optime impugnatur a *Monet. ubi supra n. 262.* ex eo, quia non potest satis congrua discriminis ratio assignari; cum & illud præcipuum fundamentum, cui ipse *Rodriquez* innititur, quod alias locum habere non possit communis opinio, ut possit Sæcularis Judex compelli ad sententiam exequendam, & exhibendum brachium suum, æque militet etiam in causis misti fori: cum hæ quoque, facta præventione a Judice Ecclesiastico, statim evadant causæ Ecclesiasticæ.

Anacletus Reiffenstuel lib. 2. Decretal. tit. 29. de Offic. & potest. Jud. Deleg. §. 5. a n. 123. docet, quod ubi Delegatus Papæ, atque adeo Conservator in proposito, executionem Sententiæ suæ commiserit Ordinario; hic licet sciat, sententiam esse injustam, adhuc tamen eam exequi teneatur; dummodo sententia injusta sit ex eo, quod lata sit contra Jus litigantis, qui intra decemdium ab ea non appellavit, sicque in rem transiit judicatam. Talis enim sententia (ait *Anacletus*) valida est: & quamvis sit injusta, utpote lata contra jus condemnati: ex quo tamen hic non appellavit intra legitimum tempus, sicque sententia transiit in rem judicatam; de vigore juris, & ut aliquis sit finis litium, ea est executioni mandanda, *Gloss. Magna, & Doctores in cit. cap. Pastorales §. quia vero.* 15

Neque idcirco (pergit *Anacletus*) executor illius sententiæ peccat, aut cooperatur peccato Judicis Delegati male judicantis; neque etiam infert injuriam injuste condemnato: Tum quia ipse exequitur dumtaxat id, quod de rigore juris est introductum; ne alioquin merus executor, ut est iste, passim sententiam latam temere discutere, & calumniari possit. Tum etiam quia condemnatus vel sibi imputet, quod a sententia illa injusta non appellavit: vel habeat regressum contra Judicem Delegatum male judicantem, ad eum injuste condemnantem, ut damnum illatum sibi resarciat, *§. 1. Instit. de obligat. quæ ex quasi delicto*, *Gloss. Mag. in dic. cap. Pastoralis, §. Quia vero, in fin. ibique Abb. n. 4. & alii.* Hactenus *Reiffenstuel*, per quæ ut liquet, adhæret primæ sententiæ. Sed

Magis adhæret secundæ, dum addit: quod si executor certo sciat, sententiam non solum esse injustam, quatenus est contra jus condemnati, sed etiam esse nullam, ac invalidam, ut quia lata est per falsa instrumenta, sicque Delegatus jurisdictionem non habuit: vel quia lata est, nullo Juris Ordine servato: vel contra apertas Leges, seu Canones; sicque ipsa jure non tenet, *cap. 2. de de sent. & re judic.* tunc ipsam non debet executioni mandare. Ratio est, quia Delegatus hoc præcipiens, non agit ut Judex, *arg. cap. Forus an. de verb. signific. Abb. in cit. §. Quia vero n. 4., & Layman ibid.*, allegans communem: unde quia præcipit absque jurisdictione, non oportet, eidem obedire. Debet proinde in tali casu executor deputatus, negotium ad Superiorem referre, *cap. de cetero 5. juncta Gloss. fin. & cap. 2. De Crimin. fals. Pirhing de Of. Jud. Deleg. n. 49. & alii.* Simile quid accidit in 16

casu,

17 caso, quo Delegatus Papæ mandat, Clericum in possessionem Beneficii induci, quem tamen Ordinarius, puta Episcopus, certo sciat, non fuisse in eo canonice institutum. Quamvis enim tunc Judex Ordinarius, seu Episcopus non debeat Judicis Delegati mandato violenter resistere, (hic enim quoad talem causam est Superior Episcopo, *cit. cap. Sane quia* 11. *de Offic. Jud. Deleg.*) adhuc tamen potest, & debet, apud ipsum instare, ut differat, hujusmodi Clericum in possessionem mittere, donec Papæ rei veritas rite delegatur, atque innotescat, *tent. in cap. Si quando* 8. *de Offic. Jud. Deleg.* Hactenus *Reiffenst.* & nos de hoc puncto. Qui plura desiderat, consulat laudatos Doctores, aliosque passim cum *Marant. in spec. aur. disp.* 1. ubi fuse agit de Judice executore sententiæ alterius Judicis, quæ injusta sit, quando eam exequi valeat, & teneatur.

18 Dico tertio Judex Regularium Conservator intra limites juris antiqui debet, quemadmodum quivis alius Delegatus, infra annum, & non ultra exequi sententiam a se latam, ita ut interim, parere volentes, possit absolvere, & contradictores censuris etiam ecclesiasticis compescere: Immo si missus in possessionem a Conservatore, intra annum e sententia turbetur in possessione, potest eum intra dictum tempus tueri, excommunicando, & Contradictores compellendo; non autem ulterius causæ cognitionem adhibendo, *cap. Quærenti* 26. *injuncta Gloss. Vers. ad integrum annum, de Offic. Deleg. in* 6. Et in terminis *Innoc.*, *Archidiac.*, *& alii in cap.* 1. *eod. tit. & lib.* Ubi in specie pro Conservatoribus quoad sententiæ propriæ executionem, seu revocationem textum allegant *dic. cap. Quærenti.* Nec ei suffragatur, quod tamquam Delegatus ad Universitatem Causarum æquiparetur Ordinario; cum circa hoc punctum neque in Jure, neque a Doctoribus reperiatur facta æquiparatio, ut notat *Monet. cap.* 8. *qu.* 9. *n.* 254.

19 Intra fines vero privilegiorum, Judex Regularium Conservator, cum sit Judex Ordinarius deputatus, potest etiam post annum, non secus, ac quivis Judex Ordinarius, exequi sententiam suam, conformiter ad *L.* 1. *ff. Ne vis fiat ei, qui in possess. mittitur cum simil.* Quemadmodum ratione privilegii exemptionis ab omni potestate, & jurisdictione Ordinarii locorum, quod habent Regulares, potest eorumdem Conservator, etiam ultra annum, exequi sententiam e se latam: quia, ut arguit *Monet. loc. cit.*, cum tunc hujusmodi privilegiati non cogantur regulariter adire Ordinarium loci, habeantque proprium Judicem loco Ordinarii, Conservatorem nimirum, debent ab eo posse petere sententiarum executionem, quas obtinuerunt, quasque saltem tulit ipsemet Conservator, & is in judicatum quovis modo compererit transiisse,

ARTICULUS VIGESIMUS SEXTUS.

Quibus Juris Remediis, & qualiter Sententias suas exequi, valeat Judex Conservator Regularium: ac quomodo se gerere debeat cum Episcopis.

1 DIco primo. Judex Regularium Conservator, ut injurias illis probabiliter inferendas impediat; vel pro illatis ad debitam satisfactionem injuriosos quoscumque, seu laicos, sive ecclesiasticos, cujuscumque conditionis, & dignitatis existant, astringat; sicque mandet executioni sententias a se latas, uti potest, etiam iteratis vicibus, censuris ecclesiasticis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti: & quidem nedum de Jure communi antiquo, ut liquet *ex cap. Sane et il Secondo, de potest. Jud. Deleg.* & supponitur *in cap. Auctoritate de privil. in* 6. Sed etiam de Jure peculiari novo privilegiorum juxta potestatem amplissimam, eidem concessam a Sixto IV. in Conservatoria pro Carmelitis, Clemente VII. pro Minimis, Sancto Pio V. pro Dominicanis, & Gregorio XIII. pro Jesuitis, quos fideliter adduximus *art.* 15. *asser.* 2. *Ext. cas.* 9. *n.* 51., & alibi, ubi de potestate ferendi Censuras, Regularium Conservatoribus impertita loquuti sumus, & a Martino V. in Bulla pro Cisterciensibus, in quis ultra potestatem ferendi censuras, facultas etiam Conservatori Cisterciensium indulgetur, procedendi usque ad privationem exercitii, Officii, & Jurisdictionis ipso facto incurrendam. Immo & de Jure Novissimo Reformationis Gregorianæ, utpote quæ nec Juri Antiquo, neque Novo derogat in proposito. Et tale quidem; ut enim sæpe alibi diximus, quoties alicui mandatur aliquod negotium exequendum, mandatur etiam id, sine quo negotium illud expleri non potest; & frustra daretur Jurisdictio, quæ cum vi coercitiva conjuncta non esset, posset siquidem contemni, & pro nihilo reputari.

2 Hinc Regularium Conservator, si quos paratos viderit ad injuriandum Religiosis sibi commissis; poterit illos etiam per censuras impedire; Sicut & excommunicare, aliamve pœnam Ecclesiasticam ferre in contumacem, ratione contumaciæ suæ, ad effectum, ut compareat in Judicio, & causam prosequatur; aut etiam ratione inobedientiæ in non solvendo debitum, ad hoc, ut solvat, *cap. Præterea, de Offic. Deleg.* Vel alia ratione alios Regularium Injuriatores, quos, & in quibus casibus sese extendere diximus potestatem Judicis Conservatoris eorumdem Regularium *loc. cit.* Recolite, quę inibi diximus.

3 Verum & injuriæ debent esse manifestæ, & manifesti item injuriatores, ut usus censurarum subsistat. Unde si Conservator excommunicet contumacem, quem ex post facto constat, fuisse injuriatorem, sed non manifestum; excommunicatio non

subsistit, ut notat *Innoc. in c. 1. de offic. Deleg. in 6. n. 2. V. sed quæres*; & ex eo *Peyrin. in add. ad Constit. Gregor.* 15. §. 11. *nu.* 12. Siqui Monitorias Generales concesserit, generalem excommunicationem comminando, adversus detentores rerum personarum sibi commissarum; aut etiam contra non revelantes hujusmodi detentores, quorum habent notitiam: & ad hujusmodi generalem excommunicationem, aut etiam specialem devenerit; nulliter aget, ut docent *Confettias in Summar. Mater. privil. mendic. lit. A.*
4 *cap. 7.* & cum aliis *Monet. cap. 7. qu. 4. a n. 286.* Ubi id probat etiam ex eo, quod expressio, ac certitudo personarum, adversus quos conceduntur Monitoriæ, & ad excommunicationem devenitur, necessaria sit, ut Judex Conservator suam jurisdictionem exerceat. Quamobrem Concilium *Trident. sess. 25. cap. 3. de refor.* decrevit, quod [Excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmissis, ad finem revelationis, aut pro deperditis, seu subtractis rebus fieri solent, a nemine prorsus, præter quam ab Episcopo decernantur,] sive a Vicario, etiam Capituli Sede Vacante, ut ex Decreto Sacræ Congregationis contendunt *Sbroz de Offic. Vicar. qu. 171. a n. 2. & alii.*

5 Et nedum injuriatores debent esse manifesti, quemadmodum manifestæ esse debent injuriæ; sed etiam tales, ut privilegium non habeant injuriatores præfati, ne valeant censurari, aut alio modo coerceri: cujusmodi privilegium inter alios ha-
6 bent Inquisitores hæreticæ pravitatis, & nonnulli eorum Ministri quoad Executorem, & quemlibet Apostolicæ Sedis Delegatum, etiam Conservatorem, ex quadam *Extravag.* Urbani IV., prout referunt *Campeg. in addit. ad Zanchin. de Hæret. cap. 31. Eymeric. 3. par. direct. Inquisit. qu. 21. & Monet. c. 8. qu. 5. n. 171.* tenoris sequentis: [Urbanus Episcopus, Servus Servorum Dei &c. Ne Inquisitionis negotium contra damnatam hæresim, prudentiæ vestræ commissum, impediri (quod absit) propter aliquam astutiam, vel etiam retardari contingat; vobis auctoritate præsentium indulgemus, ut nullus Sedis Apostolicæ Delegatus, vel subdelegatus ab eo, Conservator, aut etiam Executor, a Sede Apostolica deputatus, in vos, vel quatuor Notarios, sive Scriptores vestros, super his vobis fideliter obsequentes, quamdiu in prosecutione hujusmodi negotii vos, & ipsi fueritis, possit excommunicationis, vel suspensionis, aut interdicti Sententiam promulgare, absque speciali mandato prædictæ Sedis, facientis plenam, & expressam de hac indulgentia mentionem: decernentes irritum, & inane, si secus fuerit attentatum.] Quod sane privilegium licet per dictam *Extravag.* Inquisitoribus Aragonensibus fuerit concessum, per alias tamen litteras indultum pariter est ceteris quibuscumque Apostolicis Inquisitoribus, ut ait *Apostillator.* Utique addit *Penna schol. 87.*, quod ibi de quatuor Notariis dicit, de pluribus etiam intelligit, si plures constituerentur: quatuor enim exprimuntur, quia tunc ii sufficiebant; & satis probabiliter ad Advocatos, Consultores, aliosque id genus Inquisitorum Ministros extendit: tum quia favores sunt ampliandi, *c. odia, de reg. Jur. in 6.* tum quia eadem est de hisce Ministris ra-
7 tio: unde idem Jus statuendum, *l. illud, ff. ad legem Aquil.* Tandem contendit *Monet. n. 172.* quod cum ratio unica, & expressa hujus privilegii sit, ne Inquisitionis negotium impediatur, aut retardetur; Conservator, aliusve Delegatus Apostolicus in Inquisitorem, aliosve Ministros non modo censuras, sed nec reliquas pœnas poterit exercere; cum lex extendatur ad limites rationis in ea ex-

pressæ; *l. regula §. fin. ff. de jur. & fact. ignor. Everar. in loc. a rat. leg. Carg. n. 1. & alii.*

Advertunt hic *Ugol. de Censur. c. 21. §. 2. n. 5. ex Sayr. ibid. lib. 1. c. 13. n. 22. per text. in princ. de privil. & Clem. 2. §. locorum, de pæn.* Et *alii ex Clem. fin. de censib. & c. Parochianos, de sent. excom.* quod licet possit Conservator excommunicare, ac excommunicatos a se in causis sibi commissis denuntiare; nequeat tamen denuntiare illum, qui excommunicationem incurrit latam a Jure; cum id nonnisi ad Ordinarium loci pertineat. Idque conjicit *Monet. c. 7. q. 4. nu. 284.* eo fortassis disponi, quia tunc solum agitur ad publicam vindictam. Quod si ad utilitatem privatam ageretur, puta ad satisfactionem; tunc probabiliter existimat, posse Conservatorem, aliumve Apostolicum Delegatum, denuntiare excommunicatum a Jure; maxime cum denuntiatio novum vinculum non injiciat, sed injectum declaret; ut in simili arguit *Ugol. loc. cit. n. 3. & 5. per text. in c. Pastoralis §. fin. de Appell.* Et ab eo fieri debeat, qui causam potest cognoscere, ut colligitur ex iis, quæ tradit *Ugol. laudatus dic. §. 2. & 3.* 8 9

Sed ex utraque *Ugolini*, & *Monetæ* doctrina liceat mihi plusquam probabiliter opinari, quod etsi attento Jure antiquo, ad cujus limites Conservator nonnisi civiliter, ad privatam videlicet utilitatem, procedere valet, nequeat excommunicatum a Jure denuntiare ob publicam vindictam, etsi valeat illum denuntiare ad utilitatem privatam, ut ad satisfactionem; poterit tamen attento Jure novo, vi cujus nedum civiliter, sed criminaliter etiam, procedere potest, ad publicam nimirum utilitatem, & vindictam, sicut & mixte ad publicam insimul, & privatam, ex dictis *art. 24. asser. 7. n. 21.* Immo attento etiam Jure Novissimo, utpote quod haud derogat Juri novo quo ad hoc punctum. 10

Dico II. Judex Regularium Conservator, nedum potest excommunicare, & censurare, ad impediendas injurias Regularibus sibi commendatis inferendas, vel ab iisdem debitam satisfactionem pro illatis injuriis obtinendam, atque adeo ad executionem sententiæ suæ; verum etiam potest attento Jure novo, & novissimo, pœnam pecuniariam Fisco, vel locis piis applicandam imponere; ut liquet ex Const. Gregor. XIII. pro Jesuitis, *ibi*: [sub censuris, & pœnis ecclesiasticis, ac etiam pecuniariis, eorum arbitrio moderandis;] non secus ac illam imponere potest quivis alius Apostolicæ Sedis Delegatus, & Judex Ecclesiasticus, & quidem non solum Clericis, sed laicis quoque, non modo in casibus a Jure expressis, verum etiam arbitrarie, ut ex praxi, communique Doctorum sententia firmat *Monet. cap. 7. qu. 4. n. 264.* Et uti Repræsaliis, ut ex *Pilaya* diximus *art. 21. asser. 2. resol. 20.* 11 12

Immo potest delinquentes incarcerare; cum habeat merum imperium, & potestatem Ordinariam. Atque ita docet *Corbier de Conservat. Eccles. q. 97. n. 4. Peyrin. supra n. 12. & Pellizz. q. 32. nu. 133.* Et quidem vel in Carceribus Episcopi, aut Potestatis sæcularis; non enim habet carceres proprios, *Peyr.*, & *Pelliz. ubi supra. Nidus de Conserv. c. 7. partic. 8. a n. 4.* ubi ait: posse Conservatorem, nedum incarcerare in Carceribus Episcopi, vel Judicis sæcularis, sed etiam citare, ac præcipere sub pœna pecuniaria, Fisco etiam applicanda; atque contra contumaces ad pœnæ executionem devenire, & quidem non solum in casibus, a Jure expressis, sed etiam arbitrarie: dummodo non ad vindictam publicam (cum supponat, non pos-

su

se Conservatorem Criminaliter procedere, nec habere merum imperium;) sed ad privatam tantum utilitatem suorum, propriamque jurisdictionem tuendam: quo pacto impositio præfatarum pœnarum non est meri imperii, ut foret, lata ad publicam vindictam; sed simplicis jurisdictionis, ad Conservatorem etiam spectans.

12 Dico III. Judex Regularium Conservator potest demum, ubi opus fuerit, Brachium Episcopale, vel Sæculare, seu familiam potestatis Episcopalis, aut sæcularis implorare, ut colligitur ex *c. 1. & c. Quoniam, de Offic. Ordin. c. Tanta, de excessib. Prælat. & c. Ut Officium §. compescendi, de Hæret.* Et expresse conceditur per allegatas Summorum Pontificem Bullas Conservatorias: ac docent *Cochier de Exempt. p. 4. q. 3. a num. 16. Peyrin. n. 12. Pelliz. q. 32. n. 133.* & alii communissime, & nos *art. præced.* innuimus *asser. 2. a n. 3.* Verum hic circa implorationem Brachii sæcularis nonnulla sunt animadvertenda: &

13 Primum, teneri potestatem sæcularem, Brachium suum, ordinate tamen a Judice Ecclesiastico petitum, illi concedere; *c. 1. c. quoniam, de Offic. Ordin. & cap. Statutum; de Maledic.* ita ut cogi possit per excommunicationem, ad illud exhibendum, eidemque suffragandum, ut in proposito, contra prædictas injurias, ipsasque inferentes, docent *Azor c. 34. q. 10. Rodriq. tom. 1. qu. 8. art. 15. Miranda qu. 47. art. 8. concl. 7.* & alii *apud Barbos. n. 38.* & quotidiana praxis confirmat: secus inutiliter facultas
14 Brachii sæcularis invocandi Ecclesiastico Judici concederetur. Tenetur igitur Potestas sæcularis Brachium suum, ordinate tamen a Judice ecclesiastico petitum, illi concedere: quemadmodum tenetur Potestas Ecclesiastica brachium suum, a Judice sæculari, ordinate tamen imploratum, præstare, *Abb. in c. 1. n. 10. & 14. de Offic. Ordin. Hostien. ibid. n. 5. Covarr. pract. qq. cap. 10. n. 1. v. eadem ratione, Riccius 1. p. prax. decis. 330. cit. notab. in mat.* &c. Cum enim Jurisdictio Sæcularis, & Ecclesiastica ab eodem fonte dimanent, qui est Christus Dominus, licet una ab alia diversa, distinctaque; debent sese invicem, cum Juris ratio postulat, adjuvare. Unde, ut ait *textus in C. Administratores 23. qu. 5. & dicat Innoc., & Gloss. in cap. 1. de Offic. Ordin.* debet potestas ecclesiastica per potestatem sæcularem adjuvari: quemadmodum, ut notant *Hostiens., & Covarr. ubi supra*, potestas sæcularis, ubi opus fuerit, adversus eos, in quos non habet coertitionis jus, adjuvari debet per potestatem ecclesiasticam.

15 Secundum, utramque potestatem debere sibi mutuo per brachii concessionem opitulari, si illud fuerit *ordinate* imploratum. Imploratur autem ordinate, quando illarum utraque pro executione sententiæ prius fecerit, quantum poterat propria potestate, ut E. G. si potestas ecclesiastica jam excommunicaverit. Et hujus ratio est, quia ex *c. 1. de Offic. Ordin.* debent præfatæ potestates sese invicem adjuvare, *cum opus fuerit*. Sed opus non est auxilio alieno, cum habet quis, ad se defendendum proprias vires. Ergo, nisi prius illos tulerit potestas ecclesiastica E. G., non debet a potestate sæculari brachium implorare. Quod vel ex eo confirmatur, quia imploratio brachii est remedium subsidiarium pro supplemento Justitiæ, ut docet *Felin. in c. significasti n. 4. de Offic. Deleg. & c.*
16 *cum sit generale, de for. compet. num. 8.* Et probat *Riccius 1. p. prax. decis. 324.* Imploratur etiam ordinate, si Juris ordine servato, & in executione Justitiæ petatur, ut ad coercendos rebelles, ad executioni justam sententiam mandandam &c. Quamobrem *dic. c. 1. de Offic. Ordin.* habetur: [Non ad præjudicandum alicui contra Justitiam, sed potius ad ea, quæ sunt Deo placita, prosequendum.]

Atque hic notat *Peyr. c. 6. in addit. ad Constit. Sancti Pii V. n. 3.* Jure communi jus implorandi brachium sæculare competere Episcopis, Abbatibus, Generalibus, Provincialibus, Correctoribus, ceterisque Prælatis, potestatem excommunicandi habentibus, ex *c. Periculoso §. fin. de stat. Regul. in 6. & Riccio loc. cit. decis. 320. n. 1.* Immo & eorum Delegatis, ut docet *Navarr. in c. cum contingat. de rescript. remed. 1. n. 1. & Riccius ubi supra num. 2.* Unde infert *Pellizz. loc. cit.* quod cum Conservatoribus, eorumque Delegatis competat excommunicandi potestas; nedum Conservatoribus, sed eorum etiam Delegatis competat jus brachium invocandi sæculare. 17

Tertium, Conservatorem debere potius brachium episcopale, sicut & episcopalem carcerem a potestate ecclesiastica implorare, quam brachium sæculare, & sæcularem carcerem a Judice Sæculari; illudque huic præferre, cum illud sit ecclesiasticum; & Judicem ecclesiasticum cujusmodi est Regularium Conservator, id magis deceat, ut monet *Pellizz. q. 32. cit. n. 133.* contra *Monet. c. 8. q. 10. n. 267.* Quamvis si propter rei potentiam satis esse non possit brachium ecclesiasticum, valeat brachium implorare Judicis Sæcularis, ut post alios tradit *Martha de Jurisdic. part. 1. c. 50.* 18

Quartum, Regularium Conservatorem, ut hujusmodi brachium imploret, non debere necessario contra reum, aliosve contradictores, censuras præmittere: sed posse in qualibet parte litis, vel in quolibet Judicii actu; & non solum in subsidium aliorum remediorum, & quando Ecclesia non habeat, quid faciat ultra, illud implorare. Atque ita *Cost. de remed. subsid. remed. 21. n. 6. Lopez in addit. ad pract. crim. Diaz c. 153. n. 4. & 5. Farinac. q. 97. crimin. cons. 4. num. 98.* & alii passim: contra nonnullos Doctores, inde motos, quod in *cap. cum ab homine de Jud.* mandetur expresse Judicibus Ecclesiasticis, ut procedant per censuras contra reos: etsi non proficiant, cum non habent amplius quid faciant, brachium invocent sæculare. Et *in cap. 1. de Offic. Ordin.* ac in aliis plerisque juribus approbantur illa verba: [Invocato, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.] Atqui donec Conservator, aliusve ecclesiasticus Judex, potest per censuras procedere; non videtur ei opus esse auxilio brachii sæcularis. Ergo &c. 19

Sed adductum *Cap. Cum non ab homine* vel est correctum per jura posteriora, ut complures ibi DD. autumarunt: vel procedit dumtaxat in proprio casu, cum agitur de sumenda pœna corporali a reo in causa criminali, tradendoque, ut plectatur, Curiæ sæculari, ut notat *Monet. cap. 8, qu. ult. n. 269.* addens & bene, Judicem ecclesiasticum in eo casu non dici, sententiam suam exequi per Magistratum Sæcularem; sed potius huic permittere, ut sua potestate utatur in reum, prout deducitur tum ex *cap. Novimus, de verb. signific. cum ibi adnotat.* tum ex aliis Juribus. Laudatum vero *c. 1. de Offic. Ordin.* aliaque id genus jura potius nobis prosunt, quam obsint, dum indistincte pronuntiant: *Si opus fuerit*. Ceterum ad- 20
versus præfata antiqua Jura nostrum definit assumptum Jus Novum *Trident. sess. 25. cap. 5. de Regul.* sic: [Invocato etiam auxilio, si opus fuerit, brachii sæcularis: impedientes vero, vel non obedientes per censuras ecclesiasticas parere compellant.] Ubi, ut liquet, brachii sæcularis invo-

catio compulſioni præmittitur per Cenſuras. Et *ſeſſ.* 25. *c.* 3. *de refor.* mox *aſſert.* ſequenti laudanda, ubi decernit, quod tam in procedendo, quam io definiendo in eauſis eivilibus, & criminalibus, contra laicos, vel Clericos per mulras pecuniarias &c. per ſuos, vel alienos executores Judex eccleſiaſticus ad executionem realem, vel perſonalem deveniat prius, quam ad Ceoſuras. Quomodo aotem poſſit Judex eccleſiaſtieus alienis executoribus uti ſine invocarione brachii ſæcularis, prorſus in intelligibile eſt.

Alia, quæ hie poſſent animadverti, mooulmus *art. præced.* illa recolite. Plura de Brachio ſæculari, ſed mious ad noſtrom ioſtitotum neceſſaria, tradunt paſſim Doctores, præſertim *Coſt. de Remed. ſubſid. remed.* 25. *Marth. de Juriſdict. p.* 1. *a cap.* 49. *Rudolfin. & Franciſcus Molina de Brachio ſæcul. & Cavalcan. de Brachio reg.*

21 Dico IV. Judex Regularium Conſervator prius, quam adverſus Reom, alioſqoe Contradictores ad Cenſuras ecelefiaſticas deveoiat, debet mitiores pœnas experiri, quæ ſi ſuetint efficaces, iotentum aſſequatur ſine pœnarum tam gravium irrogationo: ſin mioos; poterit illis uti. Atqua ita tradunt *Doctorez* oon inſrequenter eum *Confeſtio in ſummar. Mater. privil. Mendic. tit.* 4. *c.* 7. *& Bordono p.* 2. *reſol.* 78. *n* 223. Et rite quidem; cum Cenſuræ ecelefiaſtieæ ſint remedia ſubſidiaria, ſeu in ſubſidium aliorum: atque adeo tune adhibenda, eum deficiunt remedia ordinaria. Cumque, ut addit *Pellizz. in Man. Regul. tom.* 2. *tra.* 8. *c.* 9. *ſec.* 4. *q.* 34. *n.* 137. eenſuræ eeeleſiaſtieæ ſint remedia valde violenra, & odioſa, non niſi raro, & io caſu neceſſitatis (ut ita dicam) extremæ, debenr adhiberi, ad evitaoda incommoda longo majora. Quamobrem

22 Concilium *Tridentinum ſeſſ.* 25. *de refor. cap.* 3. [In cauſis Civilibus (ait) mandatur omnibus Judieibus Eccleſiaſticis, eujuſeomque Dignitatis exiſtant, ur quandocumque executio realis, vel perſooalis in qualibet parte Judicii propria auctoritate ab ipſis fieri poterit, abſtineant ſe tam in procedendo, quam in definiendo a cenſuſis eccleſiaſticis, ſeu Interdicto: ſed liceat eis (ſi expedira videbitur) io cauſis Civilibus, ad forum eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus, cootra quoſcumque etiam laicos, per multas pecuniarias, quæ locis piis ibi exiſtentibus, eo ipſo quod exactæ fuerint, aſſignentur, ſeu per captionem pigoorum, perſonarumque diſtrictionem, per ſuos proprios, aut alienos Executores faciendam, ſive etiam per privationem beneficiorum, aliaque Jutis semedia procedere, & caoſas definire. Quod ſi executio realis, vel perſonalis advetſos reos hac rariona fieri noo poterit; ſitqua erga Judicem contumacia; tunc eos etiam anathematis mucrone arbitrio ſuo, præter alias pœnas, ferire poterit. Io cauſis quoque Criminalibus, ubi axecutio realis, vel perſonalis, ut ſopra, fieri poterit, erit a cenſoris abſtinendum: ſed ſi dictæ executioni facile locus eſſe noo poſſit, licebit Judici hoc ſpirituali gladio in delinquentes uri, ſi tameo delicti qualitas, præcedente bina ſaltem monitione, etiam per Edictum, id poſtulet.] Hactanus *Tridentinum*.

23 Ubi ootandum, laudatum Concilii Decretum non ita formam præſcribera in cenſuris, & pœnis infligendis, ot, ſi omittatur, vitiet proceſſum, & ſententia nulla ſit: ut patet tum ex eo, quod nullum habeat decretum irritans oppoſitum, quod in aliis habere ſolet. Tum ex verbis ad finem Canonis adjectis, ſcilicet: [Nefas autem ſit ſæculari cuilibet Magiſtratui, prohibere Eccleſiaſtico Judici, ne quem excommuoicet; aut mandare, ut iſtam excommunicatiooem revocet ſub prætextu, qood contenta in præſenti Decreto non ſiot obſervata &c.] Revocatio ſiquidem excommunicationis validitatem ſupponit illius. Tum demum ex eo, quod declaravit Sacra Congreg. ad die. *cap.* 3. *Verſ. in cauſis vero judicialibus*, ſic: [Excommuoicationem latam a Judice Eeeleſiaſtico, priuſquam legitime conſtet de impedimento, vel perturbationibus, propter quam non poteſt devenire ad executionem realem, vel perſonalem propria auctoritate, validam eſſe: & qoi tali excommunicatione ligatus exiſtit abſolutione indigere.]

Dico V. Quandoquidem Judex Regularium 24 Conſervator procedere poteſt adverſus Epiſcopos, alioſque Pontificali Dignitate inſignitos, ex ſuperius dictis, ubi ad coactiones aliquas, ſive pœnas devenire, neceſſum erit; meminiſſe debebit, ſe cum Eccleſiæ Prælaris agere, quorum Pontificali Dignitsti, & Perſonæ maximus honor, & reverentia deferenda eſt: adeoque debebit eam modeſtiam, & caotelam, quam poterir, adhibere, ita ut mitius, quam alii inferiores puniantur, ut monent *Barboſ. in Collect.* n. 4. *Pirbing lib.* 5. *decretal. tit.* 29. *ſect.* 8. §. 2. *n.* 214. & alii paſſim, & quidem eohæreotor ad diſpoſitionem Innoe. III. *in cap. Paſtoralis in princ. eodem tit.* ubi generatim decrevit, quod Apoſtolieus Delegatus debeat ſolicite providere, ut ſi ipſis Superioribus, exigeote neceſſitate, duxerit negotiom delegandum; in coactionibus inferendis Dignitati deferat, & Perſonæ. Sieut & ad diſpoſitionem Alexandri III. in *cap. Sane, il Secondo de Offic. Jud. Deleg.* ibi: [Ideoque ſi Epiſcopus, vel alia perſona, quæ oon ſit de Juriſdictione illius, in eaoſa, quam ei delegamus, rebellis & contumax fuerit, ſeeundum qualitatem facti poterit, vel Interdicti, vel ſuſpenſionis ſententia, a Judice Delegato compelli, ita quod Judex ſecundum negotii qualitatem procedens, Epiſcopo vel ingreſſum Eccleſiæ, vel Saeerdotale Officium intardicar, (ea nimirom, ut explieant DD. paſſim, quæ propria ſunt Sacerdotis,) aut etiam terram illius, quæ ad Juriſdictionem ſuam pertinet, ſpeciali ioterdicto ſopponat.] Et Alxandri IV. *in cap. Quia Pontificali* 2. *eod. tit. in* 6. ſie: [Quia Pontificali Dignitate prædiris, ob reverentiam ſacri Officii quod exercent, plurimum deferri convenit, & eos plos aliis honorari, decer, ut cum Judieibus, vel Conſervatoribus, a Sede Apoſtolica depuratis, contra eos ad coactiones aliquas, ſive pœnas fuerit procedendum, gradus, ae modeſtia in hujuſmodi proceſſu ſervetur, ita qood eis, quadam condigna reverentia ſupportatis, ingreſſus primo ipſis Eccleſiæ, vel Sacerdotale interdicarur Miniſterium: ae deinde ab Officio Pontificali ſuſpendantor, (ideſt ab exercitio eorum, quæ tum ratione Ordinis, tom ratione Juriſdictionis vel alterius adminiſtrationis eccleſiaſticæ competont, *Barboſ. in Collect. n.* 10. & ſubſequenter aggravetur cenſura eccleſiaſtica contra eos: niſi forte alitar fieri ſuaſerit nimia contumaciæ protervitas, ſeu eolpa:] qoia ſcilicet, ut ait *Gloſſ. ibi Verb. Aliter*, injurias & verba contumelioſa in Conſervatorem proferret Epiſcopus; juxta id, quod ſtatuitur iu *cap. dilectus, de pœnis*.

Quæ ſane cautela ſervanda eſt, nedum eum 25 procedere debet Conſervator adverſus Epiſcopos electos, confirmatos, & conſeeratos; verum etiam adverſus Epiſcopos electos, & confirmatos, nondum tamen conſecratos; cum hujuſmodi privilegium

gium Episcopis concedatur, non ratione Ordinis, sed Officii, & Dignitatis Episcopalis, ut observat cum *Franco in cit. cap. Quia Pontificali n. 2. Pirbing de Offic. & potest. Jud. deleg. n. 214.*

26 Quod si Conservator, non servata forma prædicta, statim Episcopor suspendat, vel excommunicet; sententia quidem tenebit, inquit *Gloss. cit. cum Joan. Andr. & aliis in dic. cap. Sane il secondo de Offic. Deleg.*, enm rextus adductus procedat de honestate, ut notat *Pignatell. tom. 10. Consult. 96. n. 12.* & alii confirmant ex eo, quia cum Sacri Canones volunt, aliquam formam esse substantialem; solent apponere Decretum irritans, ut liquet *ea cap. statutum §. fin. de rescript. in 6. & dic. cap. fin. de Offic. Deleg. eod. lib. aliisque sexcentis*: quod sane Decretum irritans in præadductis locis non reperitur: Sed Conservaror erit reprehendendus, quia supradictam modestiam non servavit, juxta *C.1.11.qu.3.& Cap.Sacro, de Sent.excom.*

27 Advertunt hic *Miranda qu. 47. art. 8. concl. 5.* & alii, Episcopum non irrogare præfato Conservatori injuriam pro eo, quod ab eodem postulet, ut ostendat sibi literas suas Conservatorias; cum eidem neque secundum Jus teneatur obedire, nisi, dum ab eo expostulatur, suarum literarum faciat ostensionem, cohærenter ad *cap. Cum Jure de offic. deleg.* ubi statuitur, non esse fidem habendam Judici delegato asserenri, se habere mandatum delegationis, nisi eo presentato, Riccius *in Collect. decis. p. 3. collect. 532. Menoch. de arbitr. cas. 552. n. 8. Sanchez de Matr. L. 6. 8. disp. 27. n. 27. Fragos. p. 2. lib. 4. disp. 12. §. 2. n. 9. fin.*, ubi addit, etiamsi vir excelsus, atque illustris sit.

Sed, ut bene notat *Donat. qu. 20. n. 2.*, hoc quamvis antea poterat habere locum, non ita tamen hodie: quia ubi Regulares intimaverint Episcopo loci nominationem sui Conservatoris, juxta Decretum Sacræ Congregationis jussu Gregorii 13. editum, sicut & deposuerint Electionis Documentum penes Acta Curiæ Ordinarii loci juxta dispositionem Gregorii XV. de Conservatoribus, malitiose ageret Episcopus, petendo literarum ostensionem; dum quod quærit, intus habet, suitque ei notum semel, & bis ex dimissione Documenti prædicti.



ARTICULUS VIGESIMUS SEPTIMUS.

In Controversia inter Judicem Regularium Conservatorem & Ordinarium loci super Jurisdictionis competentia an necessario eligendi sint Arbitri: & a quibus, ac quales, & quot. Et num compelli valeant, ad acceptandum munus arbitrandi; ab iisque ad quem Appellatio interponenda.

Ubi

De Arbitris.

1 Dico primo. Quoties inter Judicem Regularium Conservatorem, & Ordinarium loci suboriatur controversia super Jurisdictionis competentia; neuter potest in causa procedere: sed Arbitri in forma Juris eligendi sunt, qui super competentia præfata controversiam dirimant, ut cohærenter ad dispositionem Concilii *Trident. Sess. 14. de refor. cap. 5.* decrevit in toties laudata Constitutione Gregorius XV. §. 10. sic: [Si qua vero inter Judices Conservatores hujusmodi, & locorum Ordinarios controversia super competentia Jurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per Arbitros, in forma Juris elector, super Jurisdictionis competentia fuerit judicatum.]

Est autem Arbiter, ut late definit *Vallens. de*
2 *Arbitr. §. 1. n. 2.* Vir bonus, ad aliquod negotium, puta litigiosum, æstimandum, & terminandum electus. Derivatur enim *Arbitri* nomen ab *arbitrando*, idest æstimando. Et per hanc definitionem convenit Arbiter cum Arbitratore, qui ex libera partium conventione, seu compromisso, ad negotium aliquod, super quo lis est, & controversia, dei bono, & equo æstimandum, eligitur: Et cum amicabili Compositore, qui, sponte sua, & sina prævio in ipsum compromisso, discordantes inter se componit, & pacificat. Ut autem strictius illum definit *Pirbing. eod. tit. n. 1. Sanntg ibid.* & alii communiter, ac prout Arbiter ab Arbitratore, & Compositore amicabili discriminatur, est: [Persona idonea, ad Judicium super exorta controversia pronuntiandum, ex Legis præscripto, aut ex conventione partium electa.] Et

Dicitur primo, *Persona idonea*; cum non quilibet sit, habilis ad Officium Arbitri subeundum: 3
Est enim Edictum de Arbitris prohibitorum, cer-
tarum

tanum videlicet Personarum, quemadmodum Edictum de Judicibus, *L. cum Prætor*, 12. *ff. de Judiciis*, eo quod arbitria ad similitudinem judiciorum redacta sint, *L.* 1. *ff. de Arbitr.* Unde nonnullæ personæ sunt jure inhabiles ad munus Arbitri suscipiendum, seu expresse prohibentur a jure; licet quæ tales expresse non sint, per consequentiam admittantur; seu quæ expresse non prohibeantur a Jure, consequenter valeant Officium Arbitri subire, *cit. L. cum Prætor*, & *cap. cum apud* 23. *juncta Gloss. v. Prohibitorium, de Sponsal.*

4 Sunt autem personę jure inhabiles ad Officium Arbitri subeundum, seu jure expresse prohibitæ ex dictis in 3. nostra Juris Can. parte *de Judice Ecclesiast.* ubi *de Judicibus*, & *Arbitris*, quotquot jure inhabiles sunt ad munus Judicis Ordinarii exequendum, & consequenter ad munus Judicis Delegati, ut notat *Pirhing lib.* 1. *tit.* 29. *n.* 29. Seu quotquot expresse excluduntur ab illo: scilicet Infames, Servi, Feminę; modo hę de Jure, vel Consuetudine jurisdictionem Ordinariam in Subditos non habeant; cum si illam habeant, ut Reginæ, Abbatissę &c. non excludantur, adeoque bene poterunt in Arbitras deputari *ex cap. dilecti, de Arbitr.* ibi: [Quia tamen juxta consuetudinem approbatam, quę pro lege servatur, in partibus Gallicanis Feminę præcellentes in subditos suos Ordinariam Jurisdictionem habere noscuntur, mandamus &c.] Item Excommunicati vitandi, Minores 20. annis, absque eo, quod his nullatenus suffragetur consensus partium, *L. cum Lege ff. de Arbitris*, Religiosi sine facultate Superioris, & Laici in causa spirituali, seu ecclesiastica, *cap. Contingit*, *de Arbitr.* nisi assumantur conjunctim cum Clerico, atque ex auctoritate Judicis Ecclesiastici, *cap. per tuas*, *eod. tit.*, ut etiam infra dicemus, & *alii*.

5 Dicitur secundo; *ad Judicium super exorta controversia pronuntiandum*: nam Arbiter proprie, licet Judex non sit, tamen [Judicis partes suscipit, finemque se, sua sententia, controversiis impositurum promittit,] ut habet *tex. in L. Idem Pomponius §. Accepisse ff. de recept. Arbitr.* adeoque quasi Judex est, & ad instar Judicis circa exortam controversiam pronuntiat.

6 Dicitur tandem: ex *Legis præscripto*, *aut ex conventione partium*; per quod duplex Arbitrorum species, sub Arbitri genere contenta, insinuatur: Arbitrorum videlicet Juris, seu Necessariorum, & Arbitrorum Voluntariorum, seu Compromissariorum.

7 Arbitri autem Juris, seu Necessarii sunt, qui ex necessitate, seu ex præscripto Legis, a Judice, vel a partibus constitui debent, *Menoch. de Arbitr. qu.* 6. *a n.* 1. *lib.* 1. *Tipat. var. sentent. tit.* 77. *per tot. Pax Jordan. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 7. *a n.* 2. de quibus varia in Jure habemus exempla: sic *Cap. suspicionis* 39. *de Offic. Deleg.* & *cap. De Arbitris eod. in* 6. ad causam recusationis suspecti Judicis dijudicandam, Arbitros eligi, præscribitur. *Cap. Pastoralis* 14. *de Rescript.* Si Judices discordent super revocatione litterarum Apostolicarum, eligendos fore Arbitros, statuitur. *Can. Si Clericus* 11. *qu.* 1. Si Episcopus cum Clerico subdito controversiam habeat, eam per Arbitros, utriusque partis consensu electos, terminandas esse, decernitur. Et in re demum nostra Concil. *Trident. sess.* 24. *de refor. cap.* 5. & Const. Gregorii XV. *incip.* [*Sanctissimus*] controversiam super Jurisdictionis com-
8 petentia Conservatorem inter, & Ordinarium loci, per Arbitros decidendam esse, præscribitur. Atque hi ex Lege jurisdictionem, & coercitionem quamdam habent, eaque omnia possunt, quæ ad causam definiendam necessaria sunt; ut citare partes, testes compellere, eosque examinare, & punire, si inobedientes sint, *cap. Suspicionis*, *de Offic. Deleg.* ubi *Gloss. v. ad quos omnia*, hujusmodi jurisdictionem Arbitrorum *quasi Ordinariam* appellat. Et in procedendo debent Juris ordinem servare. Unde circa exortam controversiam, servato Juris Ordine, sententiam suam, quæ *Arbitrium*,
& *Laudum* dicitur a *laudando*, pronuntiant a qua 9
non minus, quam a sententia Judicis, possunt partes appellare, *Cap. cum Arbitris*, *de Offic. Deleg. in* 6. *juncta Gloss. fin. ibi*, *Reiffenstuel lib.* 1. *Decretal. tit.* 43. *n.* 17. 22. & 32. *alii*; cum ex necessitate, & coactione Legis, non ex voluntaria ipsarum conventione electioni, & judicio Arbitrorum Juris stare teneantur.

Arbitri vero Voluntarii, seu Compromissarii 10
sunt, qui ex libera partium conventione, seu compromisso constituuntur: Unde *Voluntarii* appellantur, quia ex nulla Juris necessitate, sed ex privata dumtaxat voluntate partium assumuntur: & *Compromissarii*, quia ex concordi partium eliguntur compromisso. Et hi nullam habent Jurisdictionem, neque coercitionem sed tantum cognitionem, seu notionem quamdam, *L. Ait Prætor*, *ff. de re judicat.* Cum totam suam potestatem a partibus compromittentibus accipiant: privati autem nequeunt jurisdictionem conferre,
L. Privatorum Cod. de Jurisdict. omn. Judic. Unde 11
nec possunt testes ad comparendum compellere, nec eos deliquentes punire, neque partibus coram se litigantibus imperare, aut eorum contumaciam punire, nisi quatenus ipsę per compromissum sponte se obligarunt, *Gloss. in cap. Cum Dilectus*, *v. nisi de his*, *de Arbitr.* Neque procedunt Juris Ordine servato, sed extrajudicialiter, atque de bono, & ęquo.

Verum tamen est, quo si ita eligantur, ut 12
debeant procedere, ac pronuntiare, servato Juris Ordine, ac forma Judicii, [Arbitri] proprie nuncupentur, & *in ff. ad Cod.* [*Recepti Arbitri*], quia ex recepto, seu compromisso ad dirimendam modo dicto litem assumuntur, ut notat *Chiavetta lib.* 3. *Justit. Canon. p.* 1. *cap.* 2. *§.* 4. *n.* 46. eorumque sententia arbitrium, seu laudum etiam nuncupatur: licet ab ea nequeant partes appellare, utpote mera ipsarum voluntate propria hujusmodi Arbitri Compromissarii electi, *L.* 1. *Cod. de Arbitr.* ibi: [ex sententia Arbitri & compromisso Jure perfecto aditi, appellari non potest.] Sin autem, procedere debeant ex bono, & æquo, ac amicabiliter, juris ordine non servato, dicuntur [*Arbitratores*] & eorum sententia [*Arbitramentum*], *Barbos. in Jus Can. tit. de Arbitris n.* 10. *Lanfranc. de Arbitr. cap.* 1. *n.* 2. *Pax Jordan. loc. cit. n.* 16. & *alii passim*. Sed relictis hisce Voluntariis, & Compromissariis Arbitris, de quibus non est controversia præsens;

Dico II. In controversia inter Judicem Regu- 13
larium Conservatorem, & Ordinarium loci super jurisdictionis competentia, prædicta Arbitrorum Electio necessario facienda est, ita ut neque ex parte Ordinarii, si a Conservatore proponatur; neque ex parte Conservatoris, si proponatur ab Ordinario, recusari queat; cum assumantur de necessitate, seu ex coactione Legis, utpote ex ejusdem præscripto; dicanturque proinde Arbitri Juris, adeoque necessarii in præallegata Constitutione, quemadmodum in *Trid. loc. cit.* per illa verba in *forma Juris electos*, & notant *Pasqualig.*

ad

ad Lauret. de Franc. p. 1. n. 853. & alii cum *Monacello p. 3. Formul. tit. 1. in adnot. ad formulam 50. n. 8.* ubi addit, ita necessariam esse Arbitrorum electionem, ut, si facta propositione, respuatur, sicque Arbitrorum electio negligatur, actus jurisdictionis electionem recusantis, deinde
14 subsequuti, nulli sint. Et recte quidem; quia verba præallegata Constitutionis Gregorianæ [nequaquam in causa procedatur, donec &c.] quæ idem significant, quod nullo pacto, nullo casu, nulla ex parte, ut explicat Barbos. *dict.* 212, vim præcisæ prohibitionis habere videntur, ac æquipollere clausulæ *Nullateaus*, quæ nullitatem actus inducit ipso jure, ut docet laudatus Barbos. *diction.* 266. *n.* 24. & firmat *Rot. coram Dunoz. Jun. decis.* 732. *n.* 25. Adjuncta præsertim particula illa *donec*, quæ de per se conditionem facit, ut exponit *cit. Barbos. diction.* 93. *n.* 12. Et tandem concludit *Monacell. cit. n.* 26. ita necessariam esse Arbitrorum Electionem, ut si recusetur, et ipsemet recusans in causa procedat, tamquam usurpator Jurisdictionis Ordinariæ in excommunicationem incidat Bullæ Cœnæ.

15 Dico III. Arbitrorum electio facienda est ab utroque, Conservatore videlicet, & Ordinario, ita nimirum, ut, si proponatur ab Ordinario, ab eoque seligantur Arbitri, denuntiari debeant Conservatori, ut in dictam electionem, & Arbitros consentiat: sin minus, aliam faciat electionem, aliosque designet Arbitros, cum inhibitione tamen, non procedendi in causa, donec ab electis Arbitris, de competentia jurisdictionis decidatur. Si vero Arbitrorum Electio proponatur a Conservatore, & ab eo, Curiam Ordinarii loci præveniendo, deputentur Arbitri; denuntiari debent Ordinario, ut suo consensu electionem factam Arbitrorum confirmet, absque tamen inhibitione, ne Ordinarius procedat in causa. Ita *Monacellus supra n.* 12. ubi illam diversitatis rationem assignat: quia in casu dubio, & controverso nullam habet Conservator præsumptionem boni juris, quemadmodum habet Ordinarius, utpote qui jus, & potestatem legitimam habet cognoscendi de omnibus causis.

16 Dico IV. Hujusmodi autem Arbitri debent esse Clerici; cum non deceat, ut laici in rebus spiritualibus, & ecclesiasticis principaliter arbitrentur, *Cap. Contingit*, 8. *de Arbitr. & DD.* ibi, quibus adhærent *Pirbing. n.* 20. & *Monacell. n.* 24. nisi accedente auctoritate, seu jussu solius Romani Pontificis, ut limitant *Gloss. in cap. Decernimus, v. non præsumat, de Judiciis, & Abbas in cit. cap. Contingit n.* 2. & 3. Quamvis, si accedat auctoritas Papæ, valeat laicus, ut innuimus supra, simul cum Clerico ad arbitrandum de jure spirituali, & ecclesiastico assumi, laudumque ab ipsis prolatum subsistat, *text. in cap. Per tuas 9. de Arbitr. ibiq; Barbos. n. 3. Covarr. pract. qq. cap.* 34. *n.* 1. *& alii passim.*

17 Dico V. Arbitri in dispari numero eligendi sunt, adeoque vel unus tantum, vel tres, conformiter ad *text. in cap. 1. de Arbitr.* ibi: [Aut unus eligatur, aut tres.] *Gloss. ibid. ver. unus eligatur, Abb. n. 2., Vallensis §. 4. n. 1., Pirbing loc. cit. n. 32., Monacellus n. 12., & alii communiter.* Et ratio est, quia cum homines sint ad dissentiendum faciles, si ipsi in pari numero eligantur, & discordent, persæpe contingit, quod nihil ab ipsis concludatur: secus tamen, ubi eligantur in dispari numero: nam cum plures Arbitri in dispari numero, e. g. tres eliguntur, & discordant, statur sententiæ majoris partis concordantis: prævalet siquidem, ubi plures sint Arbitri, & non omnes conveniant, sententia majoris partis, *cap. 1. cit. de Arbitr. in fin.* ibi: [Si tres elegerint, aut omnium sequantur sententiam, aut duorum.] Consultius tamen *Monacello* videtur *n.* 13., quod unus tantum de consensu partium Arbiter eligatur, quia ita facilius, celeriusque res erit expedita.

Verum hæc de Consilio, non de necessitate 18
procedunt, ut notant passim Doctores, cum quibus *Monacell. laudatus n.* 12. rite siquidem eliguntur Arbitri in pari numero, ut liquet ex *cap. 2. & cap. Innotuit 12. de Arbitriis, ac L. Item si unus, §. si in duos; ff. eod.* ubi habetur expresse, posse in duos Arbitros compromitti, & ita olim compromissum fuisse. Non subsistit tamen Arbitrorum electio in pari numero facta, puta duorum, taliter, ut si non concordent, debeant ipsimet Arbitri tertium innominatum eligere, *L. Item si unus §. si in duobus ff. de Arbitr. & cap. Innotuit, de Arbitr.* ibi: [Cum legali sit provisione statutum, ut compromissum de incerta persona, in Arbitrum assumenda non teneat, dictam excommunicationis sententiam denunciatis penitus nullam esse.] Subsistit tamen, si tertius eligendus fuerit nominatus, puta Marcellus. Et ratio est, quia Arbitri illi, semel discordantes, possent etiam in eligendo tertio, si hic antea determinatus non esset, puta Marcellus, discordare; unde lites diutius perturbarentur, ac discordiæ ex discordiis nascerentur, sicque negotium indecisum maneret. Ut huic igitur occurreretur incommodo, optime per Leges dispositum, præstam electionem viribus ab initio carere.

Dico VI. Arbitri, de quibus loquimur, cum 19
eligantur in forma Juris, & sic habeant jurisdictionem, utpote ex præscripto Gregorianæ Constitutionis assumpti, compelli queunt ad acceptandum munus arbitrandi, & quidem etiam in virtute Obedientiæ, *C. cum Speciali 61. de Appellat.* & notat *Gloss. in C. Suspicionis, V. ad quos omnia, de Offic. Deleg. Reiffenst. lib. 1. Decretal. tit.* 43. §. 2. *n.* 20. *& alii*. Non secus, ac ad acceptandum munus judicandi, & conservandi Judices, & Conservatores possunt compelli: quia sicut munus judicandi est necessitatis, non secus, ac munus conservandi ex dictis *art.* 16. *asser.* 1. & 2., & necessario debet acceptari, *L. Munerum 18. §. judicandi, ff. de muner. & honor.* ita & munus arbitrandi, ut arguit *Pirbing ubi supra n.* 4., & cum eo *Monacell. n.* 23.

Dico VII. Ab Arbitris, in forma Juris ele- 20
ctis, in casu recusationis, & controversiæ de competentia Jurisdictionis Conservatoris Regularium cum Ordinario loci, ad Papam est Appellatio interponenda: quia in eo casu Arbitri electi censentur delegati Papæ, *cap. 12. de Arbitr., de offic. & pot. Jud. deleg. in 6. Abbas in c. 66. De-lecti li 3. v. 7. casus n. 24. de Appell. Marant. in Specul. p. 2. act. 2. principal. verb. Et quandoque appellatur, limit. 7. n. 376. & Felin. in c. 27. super quæst. §. porro n. 14. v. Item fallit in Arbitris, de offic. & pot. Jud. deleg.* Et a sententia illorum, qui sunt delegati a Lege, appellatur ad Principem, tamquam ad Delegantem, *Breder. de Appell. p. 2. tit. 15. col. 139. littera B. v. Appellatio a sententia*, cui adhæret *Fragosus p. 2. lib. 4. disp. 12. §. 3. n. 61.*, loquens in casu recusationis, & controversiæ de competentia Jurisdictionis Conservatoris Apostolici cum alio Conservatore, vel Delegato.

Ubi

Ubi addit, id non solum habere locum, quando est recusatus Delegatus Papæ, prout loquitur *dic. cap. 55. de Arbitris*; sed etiam quando est recusatus Ordinarius, a cujus sententia esset appellandum ad Papam. Secus tamen, quando qui recusatur, est Delegatus inferior, vel est talis Ordinarius, de cujus sententia non appellatur ad Papam, ut quando recusatus est Delegatus Regis, vel alterius Rege inferioris: quia tunc ab Arbitris est appellandum ad Regem, vel ad Dominum illum Rege inferiorem, *Scacc. de Appell. q. 7. n. 109., & 110.*

Et hæc de Arbitris, pro decidenda Jurisdictionis controversia inter Ordinarium loci, & Regularium Conservatorem, satis. Quibus nonnulla alia inferius adjiciemus *art.* 33. de Recusatione suspecti Conservatoris, ubi de Arbitris redibit sermo, *Præmiss. 5. 6. 7. ac 9. & asser.* 4. pro legitima ejusdem suspitionis causa decidenda.

ARTICULUS VIGESIMUS OCTAVUS.

Ubinam Judex Regularium Conservator possit Tribunal erigere: Illudque semel erectum an valeat immutare: & in eo pro ferenda Sententia Assessore, Notario, & Testibus, ac quibus præditis qualitatibus, uti.

1 Dico I. Judex Regularium Conservator, cum non habeat ullum certum, & fixum Tribunal erectum, in quo sententias ferat, certosque actus Judiciales exerceat, ut cohærentur ad *Trident. sess. 14. de refor. cap.* 5. ibi: [Non licest quoque Conservatoribus Judicibus, ullum habere Tribunal erectum,] ira fit unanimis Doctorum sententia cum *Monet. cap. 8. q. 7. n.* 210. qui id aliunde probare contendit; potest in quovis honesto loco, quem maluerit, illud erigere, ut post *Bald. in L. Cum sententiam Cod. de sent.* docet *Maranta in spec. aur. 3. part. cap. 6. part. priac. a n.* 72. & favet textus *in L. si locus ff. de Judic. juncta L. si cum dies §. si Arbitre ff. de Arbitr.*

2 Et semel erectum quamvis pro libito mutare possit, contendunt *Corbier. de Conserv. Eccles. p. 2. q. 4. n. 2., Pegu. tom. 3. privil. cap. 11. n. 11., Pellizz. q. 15. n.* 109. & alii; ea eo moti, quia ut erectio Tribunalis in aliquo determinato loco non est alicubi in jure præscripta; ita neque mutatio prohibita. Oppositum tamen sentio cum *Marant. n.* 74. & *Monet. n.* 214. unde in illo eodem loco, ad quem semel partes citavit, reliquos actus facere, & sententiam pronuntiare tenetur Conservator; ut de ceteris aliis Judicibus habetur *ex L. si ut proponis la seconda C. quomodo, & quando Judex*, & adnotarunt ibi *Bart. & Cast. Maranta supra n.* 74. & alii.

3 Quamvis de consensu partium illud mutare possit, ut docent *Gloss. L. cum non eo die C. Quando provoc. non est necess. Bart. L. pen. ff. de Just. & Jur. Abbas in cap. pen. col. 5. de Offic. Deleg.* quibus subscribit citatus *Marant. n.* 79. Sicut & justa exigente causa, ut habet *text. in Cap. statuimus, de Offic. Deleg. in 6. & Clem. 1 de for. compet.* notatque *Marant. a n. 83. & alii.* Modo tamen erectio, & mutatio fiat intra fines diœceseos; cum extra illos non valeat Conservator procedere, ne quidem de consensu partium, ut superius diximus.

4 Et modo locus, ubi Tribunalis erectio, & mutatio facienda est, sit Civitas populosa, aliusve locus insignis, in quo nimirum copia peritorum haberi queat, ut decernitur in *Cap. Statutum 11. de rescript. in 6.* ibi: [Nec audiantur alibi, quam in Civitatibus, vel locis insignibus, ubi possit commode copia peritorum haberi.] Quod sane Capitulum per toties laudatam *Constitutionem nonam* innovat Gregorius XV.

Dico secundo. Judex Regularium Conservator uti potest Assessore, ut sibi in Causarum examine, & decisione assideat, seu assistat; suoque consilio, & legali peritia adjuvat; quod sane munus est Assessoris ex *L. 1. & tot. fere tit. Cod. de Assess.* Unde ab Officio sic Assessorem definiunt *Specul. tit. de Assessore §. Assessor est is, Azor in Sum. eod. tit., & alii passim*: [Assessor est ille, quem sibi Judex associat, ut ad recte tractandam, decidendamque causam instruat.] Atque hinc Consiliarius etiam dicitur Assessor *L. pen. ff. de Offic. Assessor. & L. Consiliarios 3. de Assess.* 5

Et quidem nedum Judex Regularium Conservator uti potest Assessore, ubi eo indigeret: vel quia, ut explicat *Gloss. communiter recepta in cap. statutum §. Assessorem V. indigeat*, non sit peritus, ut expedit, ad omnia puncta causæ rimanda: vel sit variis negotiis suis occupatus, aut infirmitate impeditus: vel, ut colligunt alii ex Bulla *Leonis X. in Concil. Lateran.* mox adducenda, in altero Jurium graduatus non sit, atque a partibus requisitus: quia tunc nedum potest, sed omnino tenetur, eo uti, ex *cit. cap. Statutum, §. Assessorem*, ibi: [Assessorem autem, ut quandoque faciunt aliqui fraudulenter, nisi eo indigeat, (quod conscientiæ relinquitur ejusdem) sibi nequaquam adjungat: alioquin de suo proprio providere teneatur eidem. Sin autem indigeat, ipsorum neutri parti suspectum assumens, ei de competenti salario provide moderando ab eo, faciat a partibus communiter provideri.] Et ex Bulla Leonis X. in Concil Lateranen. *incip.* [Sacro approbante Concilio, Regimini universalis Ecclesiæ] *v. Judices autem*, ibi: [Judices autem, & Conservatores a Sede Apostolica deputati, si in altero Ju- 6

rium

rium graduati non fuerint, Assessorem partibus non suspectum, ab ipsis partibus, vel earum altera requisiti assumere, & secundum ejus relationem judicare teneantur.]

7 Verum etiam ubi fuerit in utroque Jure graduatus, adeoque a partibus non requisitus; sed suæ directioni, aut decisioni causarum se revera credat insufficientem; aut non satis peritiæ suæ ob difficultatem, & gravitatem causarum fidat. Cum enim laudatus *textus in cap. Statutum* relinquat conscientiæ propriæ Judicis Ecclesiastici examinare, oum indigeat Assessore; sufficit, quod ille judicet, se indigere, ut eum possit assumere, quemadmodum alius quivis in neutro Jure graduatus, & insufficiens, ut notat *Van Espen p. 3. Jur. Can. tit. 6. de Ministris Cur. Eccles.*
8 *cap. 4. a n. 2.* Immo & ubi non indiguerit, sed ut suæ commoditati prospiciat, & labore non admodum opprimatur, ut habet hodierna Judicum, etiam professione Jurisperitorum, atque in utroque Jure graduatorum praxis. Sed tune ipsemet Conservator expensis propriis tenetur, eidem de competenti salario providere, juxta *cit. cap. Statutum:* secus tamen, ubi indiguerit, vel existimarit, se illo indigere; sed expensis partium communiter, & quidem competenter, juxta moderationem ab ipsomet Conservatore faciendam, ne partes graventur, ut in *dic. cap. Statutum* præscribit Bonifacius VIII.

9 Monet tamen hic *Moneta cap. 9. q. 5. n. 53.* quod, licet valeat Conservator in casu non indigentiæ Assessorem eligere; melius tamen faciat, si ipsum non assumat. Quod convincit ex eo, quia id videtur innuere *dic. cap. Statutum*; cum fieri non possit, quin per ejusdem assumptionem lites differantur, quas tamen breviori potius convenit juxta *cap. Finem litibus*, & *cap. Venerabilis, de dol. & contum. L. Properandum in princ. c. de Jud.* Sed non satisfacit: tum quia Bonifacius VIII. *in dic. cap. Statutum* eatenus Assessorem assumere in casu non indigentiæ minus approbat, quatenus intendit, non gravare partes in expensis, providendo nimirum eidem de salario competenti; non autem si propriis ipsiusmet Conservatoris expensis providendus erit; ut liquet ex textu: tum etiam quia facilius, brevius, & rectius expediuntur lites per Conservatorem insimul, & Assessorem, quam per solum Conservatorem, ut de se patet. Unde, bona pace laudati Doctores, melius faciet Conservator, etiam in caso non indigentiæ, si Assessorem assumat, & quidem conformiter ad *cit. cap. Finem litibus, & Cap. Venerabilis, ac L. properandum*; quam si non assumat.

10 Assessor autem assumendus neutri parti debet esse suspectus, *cit. c. statutum §. Assessorem, & dic.* Bulla Leonis X. *v. Judices autem*; secus posset recusari, *L. fin. Cod. de Assessor §. debet autem*. Et quamvis non necessario de consenso partium eligi debeat, teste *Specul. supra citato vers. eligatur autem*; tamen, ut ipse addit, consuetudo est, rationi congrua, quod partium consensus accedat, ne earum altera possit eum postea revocare.

11 Esse item debet aptus, & idoneus ad Conservatorem instruendum, vel supplendas ejus partes, *L. 5. & tot. fere tit. C. de Assess. & ff. de Offic. Assess.* quod munus esse Assessoris, diximus supra: Cum Jure nedum humano, sed etiam naturali teneatur quivis, ea scire, quæ ad munus proprium obeundum necessaria sunt, ut monet *Navarr. in Man. Confess. c. 5. n. 8. & repet. c. inter verba concl. 1. num. 87. 11. q. 3.* per *tent. in c. Non sine culpa, de Reg. Jur. in 6. & l. Illicitas §. pen. ff. de Offic. Præsid., & alii*: Adeo ut Assessor per imperitiam, & contra Leges consulens, ait *Theodorus Balsamon ad Can. 15. Carthaginien.* teneatur, ac si dolo fecisset, secundum Legem, quæ definit [Imperitia negligentiæ æquiparatur.] Et rursus [Dolum quis facit, qui perfecte nescit, quod se scire, profitetur.] Et ut talis puniendus, ac ad damnum adstringendus ad arbitrium Judicis, ait *Farinac. q. 3. crimin. n. 459.* non secus, ac ipsemet Judex tenetur ad interesse partis, arbitrio superioris, si male per imperitiam Assessoris judicaverit, ut idem *Farinac.* pluribus comprobat *qu. 3. crimin. n. 467.*

Non negaverim tamen, quod, si de partium consensu assumatur a Conservatore imperito Assessor, non habens necessariam scientiam Juris, ejus sententia teneat, liceat injusta, *arg. text. in c. 1. de sent. ac re judic.* esset siquidem tunc sententia contra Jus litigatoris dumtaxat, & quivis potest juri suo renuntiare, velleque etiam ab imperito judicari. Sic etiam, si de partium consensu assumatur Assessor, peritus dumtaxat in Jure Civili; quamvis alioqui ut Assessor Judicis Ecclesiastici deberet esse peritus in Jure Canonico; secus, ut docent *Gemin. dic. c. Statutum in princ., & alii cum Dec. in cap. 2. n. 17. de Judic.*, posset recusari, puta ubi causa sit mere Canonica, seu spiritualis; ut de Consiliario distinguit *Specul. tit. de requisit. Consil. n. 4.*, & cum eo alii; subsistit talis Assessoris assumptio, & præfati Judicis sententia firma erit. 12

Esse quoque debet Assessor honesta persona ex 13
l. 2. ff. de Offic. Assess. & l. Neque C. de Dignit. l. 12. Quod per recensita Jura de cujusvis Judicis Assessore requiri, tradit *Specul. supra vers. debet autem.* Non infamis, ut etiam adnotat *Specul. loc. cit.* Nec excommunicatus, ut addit *Menoch. de Arbitrar. Judic. cas. 69. n. 9. en Dec. c. fin. num. 4. de Appell. & Soc. sent. consil. 45. col. 2. vers. si quis autem dubitat l. 1.* & recte quidem; cum, præter alia, excommunicatus honesta persona non sit.

Tandem debet esse Clericus, ubi ejus Consi- 14
lium sequi deberet Judex Conservator Regularium. Licet enim Assessor Ecclesiastici Judicis possit esse laicus, ut est communis Doctorum opinio, teste *Dec. in c. decernimus 2. n. 17.* quam sequuntur *Apostill.* ipsemet *Dec. Butr., Compost., & Abb. ibi, & n. 120., ac Fel. c. cum Dilecti, col. pen. de fide Instrum., Archid. can. plures 16. q. 1., Gemin., & complures in c. Statutum, §. Assessorem, de Rescript. in 6., Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 46. nn. 14. & alii*; nihilominus, advertit laudatus *Dec. ubi supra n. 17. cum Innoc. dic. c. 2., & Abb. ibid., ac in cap. Si pro debilitate, de Offic. Deleg. & Joa. Andr. ibi*, quod si consilium Assessoris foret ex necessitate sequendum, tunc non posset laicus esse Judicis Ecclesiastici, adeoque Conservatoris Assessor; cum in *dic. c. 2.* caveatur expresse, ne Prælati laicorum Judicio negotia disponant ecclesiastica. Ex quo infert, quod ubi consilium requiritur a Judice imperito, illud habere non possit a laico Ecclesiasticus Judex, utpote quod sequi teneretur in tali casu.

Assessor electus nullam habet jurisdictionem; 15
unde, absente Judice, nihil statuere potest, *l. Numquam 13. C. de Assess.* Et quamvis jurisdictionem nullam habeat, adhuc tamen recusari potest ut suspectus; prout ex ipso *textu in cap. statutum*, [Neutri parti suspectum] & *dic.* Bulla *Leonis X.* [Assessorem partibus non suspectum] infert & recte *Gloss. in dic. c.* [Quia potest inducere

Judicem, ad judicandum pro parte adversa,]Præsertim, ut addit *Van Espen supra n.* 32. quando Judex, jurisperitiam non habens, omnem pene causæ directionem, & decisionem a judicio Assessoris petere, & expectare debet: tunc enim Assessor, licet auctoritatem Judicis dicatur non habere, re tamen vera in causæ instructione, & decisione partes Judicis agit.

16 Assessoris autem non suspecti licet requirere debeat consilium Judex cordatus, non tamen illud necessario sequi tenetur; cum aliud sit, consilium petere debere; aliud vero longe diversum, consilium habitum sequi necessario debere. Et quamvis Judex ut recte procedat, teneatur consilium audire, non tenetur tamen exequi, *L.* 1. *ff. & C. de Assess. Auth. ad hæc C. de Judic., ubi Doctores passim & in c. Statutum §. Assessorem autem, de Rescript. in 6. Abbas, & alii in cap. decernimus, de Judic., Menoch. de Arbitrar. judic. cas.* 233., *Paris. de Put. tr. de Syndico, verb. Assessor n.* 22., *& alii.* Nisi in tribus casibus: scilicet I., si Judex sit imperitus, adeoque in neutro Jurium graduatus. II., si in rescripto commissionis necessitas sequendi illud imponatur. Et III. si assumatur Assessor loco Arbitrorum Juris, ubi Judex tamquam suspectus recusatur.

17 Illud hic pro coronide Judici Regularium Conservatori, & ex ejus occasione alii cuilibet Ecclesiastico Judici animadvertendum est ex *Van Espen n.* 37. quamvis ex justa causa associare sibi debeat Judex Assessorem, eoque frequenter uti, tam in discutiendis, quam in decidendis causis; conveniens tamen est, ut & ipsemet Acta causæ legat, & examinet, ipsumque Assessorem audiat, ne quid ex aliquo humano affectu, vel negligentia, aut imprudentia committatur, vel omittatur, quod uni, vel alteri parti officere, aut justitiam lædere possit: Quemadmodum voluit Justinianus *Novell.* 60. quod Judices saltem ipsam sententiæ dictionem sibi reservarent. Et hæc circa Assessorem: de quo plura in III. nostri Jur. Can. parte *ubi de Judiciis, dissert.* 20. *de Personis accessoriis in Judicio art.* 2. *de Assessore.*

18 Dico III. Judex Regularium Conservator potest, immo debet, ubi necessitas postulaverit, Notarium eligere. Et sane quem pro libito maluerit, *dic. c. Statutum, §. Notarium de Rescript. in 6. & c. Quoniam §. statuimus, de probat. Bald. l.* 2. *C. de sportulis &c. & c. Quoniam, de probat. num.* 9. *ibique Abbas n.* 3. *& Barbos. n.* 4. addentes, illum semel electum non posse, nec debere sine justa causa removeri.

19 Nec potest Episcopus Conservatorem cogere ut Notariis utatur Episcopalibus, ut docent passim Doctores cum *Pignatell. tom.* 2. *cons.* 25. *& Card. de Luca de Jurisdict. disc.* 4. *n.* 14. Tum quia, cum ut plurimum munus Conservatoris versetur in defendendis privilegiis Regularium adversus Officiales Fori Episcopalis, durum videtur, ut ad id peragendum uti teneatur opera Notarii ejusdem Fori, ut arguit *Card.* laudatus. Tum etiam quia, ut cum ipso arguit *Pignatellus*, interest Conservatoris, habere Notarium sibi cognitum, benevolum, & confidentem pro omnibus occurrentiis, etiam illis cum ipso Ordinario, ejusque Foro, & Officialibus, cum quibus frequenter munus Conservatoris exerceri solet. Unde Sac. Congreg. Concil. in sæpius adducta *Faventina Jurisdictionis* 17. *Decembris* 1667. absolute respondit: [Quo ad Notarium Conservatores hujusmodi posse ad sui libitum eum assumere.] Tum etiam, quia ex allegatis Juribus, & Doctoribus electio, & deputatio Notarii, pertinent ad Conservatorem, qui 20
sane est Delegatus Papæ, *C.* 1. *&* 2. *& cap. fin. de Offic. Jud. Deleg. in* 6. & Papæ jurisdictione utitur non propria, *L. solet ff. de Jurisdict. omn. Judic.* Et ut talis, ut supra etiam diximus *art.* 21. *assert.* 2. *resol.* 6., *& alibi*, a superior quoad hoc est ipsomet Ordinario; unde potest etiam illum punire, si in concernentibus suam jurisdictionem non obedierit, *c. sane, c. Pastoralis de Jud. Deleg. & c. Quia Pontificali eod. tit. in* 6. Inferior autem jus non dicit superiori, *Can. Inferior dist.* 21. Quamvis in reliquis extra Conservatoriam, tam Civilibus, quam Criminalibus, & Mistis si Conservator sit Clericus sæcularis subjiciatur Episcopo, eique velut legitimo suo superiori teneatur obedire; cum neque in Jure, neque in aliis Constitutionibus Apostolicis reperiatur, quod Conservator Clericus sæcularis a Jurisdictione Ordinarii sit exemptus: & docent passim Doctores cum *Pignatell. tom.* 2. *Consult.* 24., *& Card. de Luca de Jurisdict. cit. disc.* 4. *n.* 13.

21 Nec obstant Resolutiones Sacræ Congregationis pro Notariis Episcopalibus apud *Pignatellum laudatum tom.* 2. *cons.* 25. *n.* 5. quia illæ in suis casibus particularibus, ac cum suis circumstantiis considerandæ sunt, ut respondet *Card. de Luca loc. cit. & Pignatell. n.* 7. *fine.*

22 Quod si adsit Consuetudo, ut Conservator Notariis solum Episcopalibus utatur; ea nequit impedire, quin ille possit pro libito, quem maluerit, Notarium eligere, *Ut docet Peyr. in formul. lit.* 2. *c.* 20. *n.* 3. Quia licet teneatur Conservator Notarium eligere *c. Quoniam contra §. statuimus, de probat. c. statutum §. Notarium, de Rescript. in* 6. est tamen ipsi liberum, eligere hunc, vel illum; cum Legislator de hoc nihil statuerit, *c. de causis §. Illis etiam, de Offic. Deleg.* Sed privilegium aliquid faciendi, est de sui natura perpetuum, *reg. decet, de reg. Jur. in* 6. Et Juri, seu facultati aliquid faciendi, præscribi non potest, *L. viam publicam ff. de via publica, Ant. Gabr. commun. opinion. l.* 50. *concl.* 10. *n.* 1. cum pluribus ibi textibus, & Doctoribus: Ac libero arbitrio non præscribitur, *Gloss. in L. unic. Verb. pro socio C. de annul. except., Ant. Gabriel ubi supra concl.* 12. *n.* 2., *Monet. de Conserv. c.* 10. *num.* 417., *& de Option. Canonic. c.* 8. *q.* 2. *a n.* 20., *Palans de privil. trac.* 3. *d.* 4. *p.* 18. *n.* 5. *& alii.* Ergo &c.

23 Quod si, stante dicta Consuetudine, Episcopus Notariis inhibeat, vel Judex sæcularis, ne quidquam actuent pro Conservatore, ita ut Conservator nullum reperiat Notarium; in hoc casu potest utrumque excommunicare, tamquam suam jurisdictionem impedientem; cum Judici permittatur, suam Jurisdictionem defendere, *c. dilecto, de sent. excom., c. Ex parte, de verb. signific. Cassaneus de Consuet. Burgund. rubric.* 1. *§.* 5. *a n.* 85., *Innoc. in c. cum il secondo de rest. spoliat. n.* 8., *& in c. dilectis, de pœnit. n.* 2. Et, ut toties dictum est, concessa alicui jurisdictione, conceduntur eidem omnia ea, sine quibus jurisdictio illa expleri non potest, *c. Pastoralis in princ. c. Præterea, de Offic. Deleg. & L.* 2. *ff. de Jurisdict. omn. Judic.* Et interim, ne ejus officium impediatur, poterit vocare duos viros idoneos, qui fideliter universa Judicii Acta conscribant, videlicet Citationes &c., *c. Quoniam contra, de probat. ibique Glossa*, advertens *verb. duos viros*, quod quamvis textus non exprimat, quod isti duo viri debeant prædicta Acta coram testibus scribere, tutius tamen erit, quod, si adhiberi queant, dicti testes adhibeantur.

24 Notarius autem, a Conservatore eligendus, habere debet nedum qualitates illas, quæ ad mu-

nus

nus Notariatus legitime suscipiendum necessariæ sunt; sed illas quoque, quæ requiruntur ad idem recte exercendum. Sunt vero qualitates ad legitime suscipiendum Noteriatus munus necessariæ,

25 Prima, quod non sit notorie infamis infamia juris, vel facti, *Abbas in c. cum dilectas n. 7. de fid. Instrum. Felin. in c. Fraternitatis, de Hæret. Covarr. pract. q. c. 19. n. 5. & alii*. Repugnat siquidem, quod infamis hujusmodi esse queat [persona, officium publicum habens, scribendi Instrumenta ad faciendam fidem], ut communiter Notarius definitur cum *Sylvest. verb. Tabellio in princ.*

26 Secunda, quod non sit illegitime natus, & multo minus spurius; cum hi infames sint; ac ut tales Notarii esse non possint, *Angel. cons. 283. Alex. lib. 2. cons. 80. Joa. Lupus in c. per vestras notab. 3. §. 9. nu. 7.* Quamvis quoad hoc opponitur *Calder. consil. 2. de fid. Instrum. & Covarr. supra* n. 6. contendentes, spurium, & a fortiori ceteros illegitimos esse posse Notarios; nisi aliqua municipali Lege prohibeantur; utpote non infames infamia Juris, ut patet: neque infamie facti; cum nullum supponatur delictum, cui annexa sit infamia, commisisse: Unde si quam dicuntur infamiam habere, ea parentum est, ex quibus sunt orti, non propria.

27 Tertia, quod liber sit, & non servus, *Cod. de Tabul. & scrib.*

28 Quarta, quod laicus sit, non Clericus Beneficiatus, aut in Sacris constitutus; cum Beneficium habentes, vel in sacris constituti, ne quidem in foro Ecclesiastico esse queant Notarii, aut saltem Notariatus munus exercere: exceptis tamen Notariis Romanæ Curiæ, qui possunt indifferenter esse Beneficiati, & Sacerdotes, tum ob privilegium e Summo Pontifice concessum, tum ob dignitatem illius Curiæ, *Abb. in c. sicut te n. 7. Ne Cleric. vel Monac., Sayr. in Clavi Regia lib. 12. c. 25. n. 6., Covarr. pract. q. c. 19. n. 8.* Clerici autem in Minoribus non beneficiati esse queunt Notarii, etiam a Principe laico constituti, & Notariatus Officium exercere, etiam in foro sæculari: modo tamen aliqua municipalis lex, vel Constitutio oppositum non indixerit; cum id Jure communi non inter-
29 dicatur, *Sayr. loc. cit. & alii*. Idem dicendum de Monachis, quæ de Clericis beneficiatis, aut in Sacris constitutis dicta sunt: cum utrisque non liceat, sæcularibus negotiis se immiscere, ut colligitur ex *cit. C. sicut te, Ne Cleric. vel Monac.* & notat *Covarr. ubi supra n. 8.*, & Doctores passim.

30 Quinta, quod sit a potestatem habente creandi Notarios constitutus. Possunt autem creare Notarios Papa quoad Causas spirituales, seu Ecclesiasticas pro toto orbe Christiano: quoad laicas vero
31 pro statu dumtaxat Pontificio: Imperator pro terris, Imperio subjectis; Rex, aliique Principes, sicut & Duces, exercentes Jura Principis, pro suis statibus, *Abb. in capit. cum P. numer. 7. & 8. de fide Instrum., specul. de Instrum. editione §. restat videre n. 22. & alii*. Item qui a Supremo Principe speciale privilegium habent creandi Notarios pro locis, pro quibus privilegium concessum est: ut Comites Palatini; vel qui per immemorialem consuetudinem tale Jus legitime præscripserunt, & pro loco, pro quo præscripsere, *Arg. L. ult. Cod. de emancipat. & c. cum dilectus 9. de fide Instrum. & c. Accedentibus 12. §. fin. de excess. Prælat.* Rursus Principes inferiores, & Domini territoriorum, saltem in iis, quæ ad suam jurisdictionem pro suis territoriis pertinent; *Specul. de Instrum. edition. §. restat videre n. 22., Engel lib. 2. de fide Instrum. §. 1. sect. 1. n. 3.* Tandem Episcopi in Ecclesiasticis pro tota sua Diœcesi, *Abbas in dic. c. cum P. n. 8., Oldradus cons. 70. & 75. nu. 5. & 6., Bellet. disquisit. Cleric. p. 1. tit. 1. §. 29. n. 10., Tuscus lit. E. concl. 290. n. 1., & alii.*

Qualitates autem ad exequendum rite Notariatus Officium, sunt

Prima, Scientia; & secunda, Diligentia. Licet 32
enim Notarius non teneatur esse Doctor; debet tamen scientiam, saltem mediocrem, eorum habere, quæ ad munus suum pertinent: eaque cum omnimoda diligentia exequi; cum ex imperitia, & negligentia Notarii complurima damna, & lites innumeræ oriri soleant, & multorum conscientiæ in magno discrimine constitui, ut notat
Bald. cons. 6. lib. 6., & confirmat *Trident. sess. 22. de* 33
refor. c. 10. Unde præter mortale peccatum, quod Notarius imperitus, aut negligens committit, tenetur ad compensationem damnorum, quæ parti causantur, *Abb. in cap. 1. n. 7. de fid. Instrum. & in C. Sicut te, n. 22. Ne Cleric. vel Monac., Felin. in c. cum causam 1. col. 2. de Testibus & in c. tua, col. 2. Homicid. Angelus v. Tabellio*, §. 6. & alii.

Tertia, Veritas, seu Fidelitas; cum ex ea astringatur Notarius ad rectam officii sui executionem: Unde juramentum præstat initio muneris, se videlicet illud fideliter exequuturum, *Hostien., Joa. Andr., & Abbas in dic. cap. Sicut te, Sylv. verb. Tabellio qu. 7., Navarr. in Man. cap. 25. n. 57. & alii.* 34

Quarta demum, Justitia; cum Notarius in munere suo Justitiam debeat exercere, illam videlicet, quæ in conficiendo Instrumento, & in competenti exigendo pretio sita est. 35

Hic tamen adnotandum ex dictis *art. 5. asser. 2. n. 18.* ubi *de errore communi, & titulo colorato*, quod Notarius, qui re vera talis non est, sed communi opinione legitimus existimatur, si conficiat Instrumenta, habens titulum coloratum Officii sui, quia nimirum a Supremo Principe, potestatem habente creandi Notarios, fuit constitutus, sed propter occultum defectum, alicujus videlicet ex qualitatibus mox recensitis, ad conferendum, suscipiendumque Notariatus munus necessariis, inhabilis erat Jure; subsistunt Instrumenta per ipsum confecta: Non subsistunt tamen, si ea confecerit, titulum coloratum non habens, quia vel numquam fuerit, vel non a potestatem habente creatus Notarius, sed ipsemet in tale munus se intruserit. Assumptum satis superque liquet ex stabilitis loco citato, pro quo in proposito militant *Specul. de Instrum. edition. dic. §. restat videre n. 32., Abb. in cit. cap. Sicut te n. 21. Ne Cleric. vel Monac., Pirhing de fid. Instrum. n. 13., Zoes. eod. tit. n. 4., & alii cum Jasone in L. Barbarius num. 48.* ubi hanc sententiam appellat veram, & communem, ac intrepide tenendam. 36

Et quoad primam partem probatur: quia error communis cum titulo colorato jus facit; ac veritati præfertur, ut habet commune Juristarum, & Theologorum axioma, *loco citato* explicatum: & quidem *ex L. Barbarius ff. de Offic. Præt.* ubi Acta judicialia servi fugitivi, & ut talis ad Prætoris munus inhabilis, qui tamen nesciebatur servus esse, adeoque in Prætorem electus fuit, propter communem errorem, putantem eum liberum; ac publicam utilitatem, & ne innoxii, qui coram ipso bona fide egerunt, damnum paterentur, ipso jure communi sic disponente, sustinentur; ergo a pari in casu nostro. Rursus hujusmodi Notarius putativus est in quasi possessione Officii Notariatus: nihilque est, quod possit imputari parti, ab eo confectionem Instrumenti postulanti; cum ipse 37

& fuerit a potestatem habente constitutus, & publice habeatur pro Notario.

38 Quoad secundam partem evincitur: quia potestas creandi Notarium, est Supremo Principi in signum supremæ suæ Potestatis reservata, *arg. P. de fid. Instrum. & Auth. de Tabellionibus collat. 4.* Unde nullus est Notarius, nisi a Supremo Principe creatur. *Bart. in dic. L. Barbarius §. Et per hoc puto. ff. de Offic. Prætor.* Nec valet privatorum error, alicui hanc potestatem conferre, *L. Privatorum Cod. de Jurisdict. omn. Judic.*

39 Nec officit, quod hujusmodi Notarius sit in quasi possessione officii sui. Enim vero temeraria, & violenta occupatio Notariatus, cujusmodi est illa Notarii intrusi, & non per habentem potestatem constituti, non est possessio, quæ potest illius gestis validitatem tribuere: unde quantocumque tempore possessio illa continuetur, neque præscriptionem inducere potest; cum [Possessor malæ fidei ullo tempore non præscribat,] *Reg. 2. Jur. in 6.*

40 Non negaverim tamen, valere gesta per hujusmodi Notarium, si in quasi possessionem sui Notariatus se intruserit, illudque exequeretur, sciente, & patiente Supremo Principe, aliove habente privilegium, constituendi Notarios, *Jason cit. L. Barbarius n. 34. ff. de Offic. Prætor., Anton. in C. 1. de fide Instrum. & alii:* quia postquam Superior scivit, & tacuit, censetur tacite dictum Notarium confirmasse: unde constituitur is in quasi possessione Officii Notariatus, sicque valent gesta per ipsum. Quemadmodum in simili de habente potestatem Jurispatronatus statuitur *in C. Consultationibus 19. de Jurepatron.* Atque hæc circa Notarium insinuasse, sit satis: de quo plura diximus in 3. nostri Juris Can. par. *differ. 20. cit. art. 5. de Graphiariis, seu Notariis.*

41 Dico IV. Judex Regularium Conservator potest etiam testibus uti. Dicuntur autem testes illæ personæ, [Quæ ad fidem alicujus rei faciendam adhibentur:] earumque depositiones, seu assertiones, *attestationes* vel *testimonia* nuncupantur.

Assertio procedit nedum in terminis Juris Novi, & Novissimi, sed etiam Juris antiqui.

42 Et sane in terminis Juris Novi, & Novissimi potest Judex Regularium Conservator testibus uti, quoties in causis summariis de tacito, vel expresso consensu partium debet illum Juris Ordinem servare, qui adhibetur in plenariis, juxta dicta *art. 24. asser. 4. ex Clem. Sæpe, de verb. signif.* Quod extra controversiam est ex *cap. 2. de probat. & cap. super eo, de test. cog. & tot. tit. de Test.* ubi testes recipere, & examinare, ad solemnem Juris Ordinem maxime pertinere declaratur. Et deficiente tali consensu, adhuc potest Judex Regularium Conservator testibus uti in causis summariis, in quibus procedere debet simpliciter de plano, sine strepitu, & figura judicii, ut liquet ex *cit. Clem. Sæpe, §. Et quia*, dum ibi dicitur, hujusmodi Judicem causæ summariæ posse simul terminum ad dandum positiones, & articulos partibus assignare. Et postmodum, dum subditur, quod ubi remissionem fieri contingeret pro testibus producendis, valeant etiam Instrumenta produci. Et tandem ubi committitur, quod hujusmodi Judex litem, quantum poterit, faciat breviorem, testium superfluam multitudinem refrænando &c. Unde Doctores in hanc *Clem.* id passim supponentes, communiter tradunt, Judice sine figura Judicii procedente, adhuc debere testes regulariter jurare; faciendam testium examinationem secreto, postmodum eorum publicationem: qua facta, non posse super iisdem articulis, vel contrariis denuo testes examinari &c.

In terminis etiam Juris antiqui potest Judex Re- 43 gularium Conservator testibus uti, ut ad probandum e. g., aliquod esse notorium præcipue facti momentanei, seu transeuntis, quod per testes probatur &c. Atque ita docent *Innoc. in cap. 2. num. 5. & 6. de Offic. Jud. Deleg. in 6., ibique Joa. Andr., & alii; Sylv. v. Conservator num. 3., Angel., & Confett. in Summ. Mater. privil. Mendic. tit. 4. cap. 8. & alii.* Unde Bonifac. VIII. in *cap. fin. de Offic. Deleg. in 6. §. Circa munera* quoad personas coram Conservatore testimonii causa vocandas, illa præcipit per omnia observari, quæ in Delegatis Judicibus alia Constitutio, per ipsum super hoc edita, observanda decrevit. Hæc autem Constitutio est *Cap. Statutum de rescript. in 6.*, ubi sic habet in *§. pro ferendo*, qui est *fin.* [Pro ferendo quoque testimonio nullum ullatenus convocet, nisi quando conditio, & status causæ requirat &c.]

Debet autem Conservator in testes adhibere, 44 quotquot a Jure ad fidem alicujus rei faciendam, seu ad attestationem, & testimonium perhibendum, nequaquam prohibentur, *L. 1. §. Adhibere in fin. de Test.* Atque hi testes idonei nuncupantur, seu omni exceptione majores; contra quos videlicet non est exceptio, seu nihil jure opponi potest, cur non sit illis adhibenda fides, seu cur non debeant ad perhibendam attestationem, seu ad testificandum admitti. Quemadmodum ex adverso testes non idonei, seu minus idonei dicuntur illi, contra quos est exceptio in Jure, seu quibus aliquid opponi potest ex dispositione Juris, & ut tales ab attestatione in Judicio facienda prohibentur. Ve- 45 rum cum ex his nonnulli absolute, & simpliciter prohibeantur; alii vero secundum quid, vel pro certis nimirum personis, vel contra certas personas, vel in certis causis dumtaxat; hos eo modo, quo prohibentur, nequis in testes Judex Conservator adhibere, sed alios, quotquot hujusmodi prohibitionem non habent. Quinam autem sint hi prohibiti, ut vitentur; non abs re erit, recensere ex iis, quæ late diximus in 3. Nostri Juris Canon. parte *differt.* 12. ubi de Testibus egimus ex professo.

Prohibentur itaque absolute, & simpliciter ad 46 fidem alicujus rei faciendam Impubes, Mas scilicet 14. annis, & Femina 12. minor, utpote imbecilli, & admodum tenui judicio præditi, *L. 3. §. Lege Julia, & L. Inviti in fin., ubi Gloss. v. sed nec pupillis, ff. de Test. Pau Jordan. Elucubrat. vol. 3. lib. 14. tit. 19. num. 623., Montan. de Tut. cap. 30. a num. 189.* Excipe, nisi majores facti testentur de iis, quæ in pupillari ætate viderunt, dummodo ea talia sint, ut in intellectum impuberis cadere possint, *Gloss. in dic. L. 3. §. Lege Julia v. Impuberes, Farinac. in prax. crimin. qu. 58. n. 53. Rot. decis. 220. n. 7. p. 2. divers. decis. 75. n. 9. p. 10. & decis. 293. n. 7. p. 13. recent.*

Furiosus, & mente captus, *§. Item furiosi In-* 47 *stitut. quibus non est permissum facere Testam. Et L. in negotiis ff. de reg. Jur.* Quia non possunt jurare, non habentes usum rationis. Excipe tamen, quando habent lucida intervalla; quo tempore eos restari, non interdicitur, cum possint jurare. *Arg. L. Furiosus C. qui testam. facere possunt. Farinac. loc. cit. qu. 61. a n. 55., Mascard. lib. 2. de Probat. concl. 828.*

Cæcus, si debeat testificari de rebus, quæ visu 48 percipiuntur, & post cæcitatem acciderunt, *Can. Testes 3. qu. 9. cap. Cum causam de Testib. L. Testium Cod. eod. tit. L. Coram Titio ff. de verb. & rer. signific.* Secus tamen de iis, quæ ante cæcitatem acciderunt: aut quæ non visu, sed auditu, vel alio sensu

sensu percipiuntur; de quibus non prohibetur attestari; etsi numquam erit testis omni exceptione major, nec plenam fidem faciet, *Farinac. loc. cit. n. 24. & 32., Mascard. concl. 278. n. 9. & 15. Menoch. de Arbitr. cas. 475. n. 16., Dinan p. 8. trac. 7. resol. 88. & alii.*

49 Surdus simul, & Mutus: nisi sciat scribere, vel nutibus, & signis mentem suam explicare; in quo casu permittitur, Testimonium ferre. *L. Sermo §. Si pupillo ff. ad S. C. Tabell.*

50 Infames tam infamia Juris, cujusmodi sunt, qui de aliquo crimine sunt damnati; quam facti, reputantur inhabiles ad testandum, tum in Civilibus, tum etiam in Criminalibus, *Cap. Ex parte, & cap. Testimonium de test. & attestat.* Testimonium siquidem judiciale recensetur inter actus legitimos a *L. penult. C. de Hæret.* Actus autem legitimi infamibus sunt interdicti, *cap. Licet. Farinac. de testib. qu. 56. n. 29.* Nisi tamen veritas aliunde haberi non possit: vel infamia sit occulta, ut limitat *Farinac. loc. cit. n. 50. & 86.* Vel infames fuerint pristinæ famæ, & honoribus a Principe supremo integre restituti, ut excipit *Gloss. in L. 3. §. Lege Julia ff. de Test., & Farin. n. 79. & 81.* Vel emendati de crimine infames infamia facti, quos nec comitetur infamia; qui sane ultimi admittuntur in Civilibus, & cum de crimine civiliter agitur, *Chiavetta lib. 3. p. 1. cap. 9. §. 2. n. 12.*

51 Qui semel in Judicio falsum testimonium protulit, *Cap. Ex parte de Test. & Attestat.* ibi: [Quidam vero in Causa alia fuissent convicti de perjurio.] Et *Cap. Testimonium eod. tit.* ibi: [Præterquam pro reatu perjurii.] Qui enim semel pejeravit, censetur facile secundo pejeraturus.

52 Criminosus, sicut & reus delicti gravis, & capitalia, quoties se innocentem, & emendatum non probaverit, *Cap. Super eo, & cap. Testimonium de test. Carena de Offic. Sanctæ Inquisitionis p. 3. tit. 5. n. 46., Mascard. de Probat. concl. 27. n num. 1. lib. 1.* quamvis si aliunde veritas per testes idoneos haberi non possit, admittatur Criminosus ad testandum in Civilibus, ut limitat *Farin. de Test. qu. 56. n. 50. & Menoch. de Arbitr. qu. 27. n. 7.* Qui tamen notant, eum in hoc casu non secus, ac infamis, si testimonium ferat, integram fidem non facere.

53 Persona vilis, de qua habeatur suspicio, quod possit pecunia corrumpi, prohibetur absolute, & simpliciter testimonium dicere: secus tamen, si honesta sit, & talem suspicionem probabiliter non ingerat, *Chiavetta loc. cit. n. 14.*

54 Qui pecunia sunt conducti, ut testimonium ferant, etiamsi ad ferendum verum testimonium acceperint, arcentur absolute, & simpliciter a testificando; non secus, ac

55 Tandem servi stricte sumpti, seu mancipia: Excommunicati excommunicatione majori: Accusati de crimine aliquo, pendente adhuc accusatione: Incarcerati propter crimen, quod irrogat notam infamiæ: Banditi, seu proscripti ob crimen famosum: Concubinarii publici: Adulteri manifesti: Blasphemi, de blasphemia damnati: Malefici: Sodomitæ: Hæretici; & Spurii. *Chiavetta Instit. Canon. lib. 3. p. 1. §. 2. n. 19.*

56 Atque hic notandum ex *Lessio lib. 2. de Just. cap. 30. dubitat. 5. n. 41.* Testes minus idoneos quandoque tamquam idoneos in Judiciis admitti; puta quando testes idonei haberi non possunt, ex quibus veritas comprobetur: ut si delictum fuit patratum in loco, & tempore, quo soli testes minus idonei habebantur, e. g. nocturno tempore, in sylva, in monte &c. Item ex aliquibus Doctoribus apud *Pirbing lib. 2. tit. 20. n. 114.* testem minus idoneum cum teste valde fide digno posse facere plenam probationem.

Prohibentur testimonium facere pro certis personis: scilicet Filius pro Patre, & Pater pro Filio, *Can. Si testes §. testis idoneus 4. qu. 2. L. Testis ff. de Test. L. Parentes, injuncta Gloss. T. adversus se C. eod tit. Rolandus cons. 9. n. 32. lib. 3. Mascard. loc. cit. concl. 1357. n. 44. lib. 3. & alii.* Et recte quidem; cum Pater, & Filius una eademque persona censeantur: & naturalis amor, quo se invicem prosequuntur, persæpe soleat veritatem subvertere. *Farinac. loc. cit. qu. 44. n. 145., Mascard. de Probat. concl. 1145. n. 1. & 2.* 57

Nisi tamen, primo, ex depositione parentum nullum directe commodum filiis eveniret, sicut & e converso ex depositione filiorum, *Farin. num. 183.* ut si filius testimonium ferat in causa tertii, in qua Pater sit merus Procurator: quia tunc non diceretur filius testari pro Patre, sed pro Domino causæ, *Mascard. loc. cit. n. 12., & Farinac. a n. 150.* 58

Vel secundo, tales personæ a reo admittantur in Judicio; cum quilibet juri pro se introducto valeat renuntiare, ut excipiunt *Mascard. n. 17., Farinac. a n. 189., & alii.* 59

Aut, tertio, si filii litigent inter se, in quo casu potest quidem Pater testari pro uno adversus alium, propter parem affectionem, quam erga omnes præsumitur habere Pater: quæ sane præsumptio omnem suspicionem tollit, & consequenter motivum arcendi Patrem a testimonio ferendo pro filio, filiumque ab attestatione facienda pro Patre, *Mascard. loc. cit. n. 29. Farin. n. 105. & alii.* 60

Aut, quarto, Attestatio esse deberet in factis, quæ a nemine melius, quam a parentibus sciri possent, *Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 12. n. 24. Guazin. defens. reor. defens. 14. cap. 11. n. 13. & alii:* ut in probatione ætatis filiorum, *L. etiam Matris cum Gloss. v. professio ff. de probat. Mascard. loc. cit. n. 14. Farinac. ibid. n. 177.* Vel in causa Religionis, ut si dubitetur, an filius Religionem ingressus, animum vere illam profitendi habuerit: de quo sane potest testificari Pater, & animum filii rectius, quam alii, declarare, *Can. præsens cum Gloss. v. Patrem 2. 15. Farinac. n. 185. & alii.* 61

Aut demum, quinto, in causa Matrimoniali, juxta *text. in cap. Sup. eo 22. de test.* ubi decernitur, quod si agatur de Matrimonio a filio, vel filia contrahendo, & unus ex parentibus de impedimento dirimente Matrimonium contrahendum deponat; ei, quamvis uni, plena fides præstari debeat: agitur enim tunc de impediendo peccato, & irreverentia Sacramenti, *Abbas in dic. cap. num. 7 Sanchez lib. 1. de Matrim. disp. 71. & lib. 7. disp. 75.* Secus tamen, si de Matrimonio jam contracto dissolvendo agatur; tunc enim satis non est attestatio unius ex Parentibus: cum ex una parte non ita facile dissolvatur, ac contrahitur Matrimonium, & agatur ex altera de magno præjudicio conjugum, qui ad invicem forent separandi. Vel si agatur de Matrimonio contrahendo quidem inter filium, filiamve E. G., & aliam personam, at divitiis, vel nobilitate longe majorem filio, vel filia. Tunc enim attestatio unius ex Parentibus satis non esset, utpote quæ suspicione non careret; cum ex paterno, maternove affectu, prolis utilitati impense nimis prospiciente, originem ducat, ut, se ipsum limitans, excipit laudatus textus. 62

Quæ hactenus de Patre, vel Matre dicta sunt quoad testandum, vel non testandum pro filiis, dicta intelliguntur, 63

Primo, de quolibet ascendente quoad testandum

dum pro defendente, & vice versa; cum attestationis suspicio, a naturali amore prumanantis, in illo æque bene procedat, *L. Appellatia ff. de Verb. & rer. signific. Gloff. in L. Verb. Pareates Cod. de test. Mascard. loc. cit. n. 3. & 4. Farinac. supra n. 548.*

64 Secundo, de Filiis tam emancipatis, *Gloff. cit. Mascardus a n. 5. Farinac. a n. 545.* Quam naturalibus tantum; immo etiam spuriis, & incestuosis, cum eadem affectionis causa procedat in illis.

65 Tertio de Uxore testificante pro Marito, & consanguineis, vel affinibus usque ad tertium gradum inclusive; aut e converso, propter eamdem affectionis rationem, *Mascard. de Probat. concl. 68. & 1421., Farinac. de test. qu. 54.*

66 Prohibentur item testimunium ferre domestici, & familiares ejus, qui testes producit, *Cap. In literis de test. si testes, ff. Idonei 4. q. 2. L. etiam Cod. de Testib. & L. penult. ff. eod. Mascard. l. c. concl. 533. n. 1. & concl. 1357. n. 46. Farinacene lib. 2. de test. qu. 55. n. 5. 7. & 23. & alii.* Cujusmodi sunt, qui habitant in eadem domo sub potestate ejusdem patrisfamilias, qui possit ipsis aliquo modo præcipere, ut exemplificat *Glofs. fio. in L. 3. Cod. eod. tit. Ut famuli* qui pro mercede operas suas alicui locant. Cum enim suadere sibi hujusmodi personæ soleant; a se ipsis obtemperandum Domino, etiam injuste, immo & pejerando, depositiones ipsorum periculo falsitatis sunt obnoxiæ.

67 Excipiuntur tamen domestici vitæ probatæ; quia in iis non habetur ulla suspicio; *Farin. in cap. In litt: hoc tit. n. 4. Masc. de probat. concl. n. 28. & alii.* Item si testes essent æque domestici utriusq: partis; cum non possent in hoc casu ob parem affectionem erga utrumque collitigantem a testimonio ferendo repelli *Mascard. n. 36. Farinac. n. 92.* Vel si ab eo, contra quem producuntur, expresse admittantur, vel tacite, eo quod ille defectum ipsorum calleat, nec tamen contradicat, *Farinac. n. 504. & alii.* Tandem in iis factis, quæ a nemine melius sciri possunt, quam a domesticis, *Can. 1. 52. qu. 2. Mascard. concl 124. n. 48. Farinac. lib. 2. de test. q. 55. n. 50. & 51. Caball. resol. crimin. cas. 282. n. 52. cent. 2. & in cap. Veniens, juncta Glofs. v. Canonicus de test.* ubi notat, ea, quæ fiunt in Capitulo, non posse facile probari, nisi per ipsosmet Canonicos, qui de iis censentur instructi.

68 Prohibentur testimonium dicere contra certas personas scilicet Inimici inimicitia gravi, & capitali, puta contra inimicum; cum non sit danda manus hominum malitiæ, *L. 3. ff. de test. L. si quis Cod. eod. & cap. Cum oporteat, de Accusat. Giurb. cons. 37. n. 33. Mascard. concl. 857. Farinac. qu. 53. n. 52.* nisi tamen tempore depositionis jam fuerint inimico suo reconciliati; *Roland. consil. 24. n. 32. lib. 1. Farin. n. 58. & alii.* Et quidem reconciliati ab antiquo, non de recenti; quod definire, Judicis arbitrio remittitur, *Farin. n. 61. Carena de Off: S. Inquisitione p. 3. t. 5. n. 8. & alii.* Verum reconciliatus licet testari permittatur, numquam tamen testis erit omni exceptione major, *Carena l. c. Clarus in praxi §. fin. qu. 24. n. 9.*

69 Socius Criminis, *Cap. Veniens de test. & attestat.* ibi: [Eo quod ille, qui eodem erat infectus crimine, inde contra eum testificari non posset.] Nisi tamen delictum fuerit ex exceptis, in quo admitti potest ad testandum: quemadmodum admittitur in delictis, quæ fieri non possunt sine socio, ita ut depositio jurata socii, citata parte, faciat semiplenam probationem; &, si alius accedat contestis, cum hujus depositione plenam probationem constituat. Ita cum *Gomezio, & Abbate Lessius lib. 2. de Just. cap. 30. dubit. 5. n. 39.*

Hæretici, Judæi, ceterique infideles adversus 70
Catholicos Christianos; *Can. Non potest, Can. Pagani, Can. Si Hæreticus 2. q. 7. & Can. Ipsa pietas 23. qu. 4.* Etsi Christiani esse queant testes contra Hæreticos, Judæos, aliosve infideles, *Text. in cap. Judæi, juncta Glofs. v. præsumant de test. Et Clem. Cum Judæi eod. tit.* Cum post Legem Evangelicam Judæi Christianis, non Christiani debeant Judæis subjacere. Quemadmodum pro Christiano Catholico potest esse testis Hæreticus &c. *Eod. Can. Si Hæreticus*, ibi: [Sin autem Orthodoxus contra hæreticum litiget, pro Orthodoxo quidem etiam Hæretici testimonium valeat: contra Orthodoxum autem folius Orthodoxi testimonium valeat.]

Prohibentur testimonium dicere in certis cau- 71
sis, Mulier puta in causa feudali; *Text. in cap. Unic. Qui testes sunt necessarii ad novam investituram probandam lib. 2. in usib. feudor.* Nisi tamen esset Femina illustris, quæ feudum haberet sub se, *Mascard. de probat. concl. 764. n. 2., & Farin. de test. qu. 59. n. 40.*

Item Mulier in instrumentis publicis, *Farin. n.* 72
47. & 48. Nisi tamen ex relatione Notarii innotesceret, illam a partibus fuisse rogatam in testem. Ex regula siquidem legali personæ ceteroqui inhabiles, ut esse queant testes instrumentarii, si rogentur a partibus, censentur ab iisdem approbatæ per talem rogationem; cum partes valeant pro libito juri suo renuntiare, *Glofs. in Auth. de test. §. Neq. igitur collat. 7., Farin. qu. 62. a n. 110.*

Rursus Mulier jure Canonico in Causis Cri- 73
minalibus, *ex Cap. For. de verb. signif. & Can. Mulierem 33. qu. 5.* quamvis jure Civili in Causis tam Civilibus, quam Criminalibus admittatur, *L. ex eo ff. de test.* ibi: [Colligitur, etiam Mulieres in judicio testimonii dicendi jus habere.] Nisi fuerit damnata publico judicio; cum in hoc casu repellatur. In testamento autem jure Civili repellitur a testimonio dicendo, *L. Qui testamenta hæres §. cum ff. de testam. & qui testamenta facere possint, &c.*

In Legatis ad pias causas communis opinio do- 74
cet, Mulierem esse posse testem: quia non requiritur solemnitas juris: licet sententia opposita sit etiam probabilis, *Vallensis lib. 2. tit. 20. §. 8. n. 25.*

In Causis Civilibus admittitur Femina ad te- 75
standum, etiam jure Canonico: ut in Causis Matrimonialibus. *Gloff. v. Non femina in cit. cap. Forus.* Sicut & si agatur de crimine civiliter, etiam contra Clericum: aut si per viam Inquisitionis, vel Denuntiationis, aut exceptionis agatur, *Cap. Quoniam aliqua de test. & attest. Glofs. ibid. v. Mulieres, Vallensis loc. cit.*

Prohibentur etiam Minores 20. annis in Cri- 76
minalibus, *L. In testimonium ff. de test.* Quamvis eorum dictum faciat indicium sufficiens ad informationes capiendas. In Civilibus vero, qui jam sunt puberes, non prohibentur, *Lessius lib. 2. de Just. cap. 30. dub. 5. n. 37., Vallensis cum Farinacio, & Mascardo lib. 2. tit. 14. §. n. 26.*

Inimicus Rei inimicitia gravi, & capitali, etiam 77
in Criminalibus exceptis, in quibus testes alias minus idonei admittuntur, qualia sunt crimen læsæ Maestatis, Hæresis, Simoniæ &c. prohibetur, *Vallensis l. c. n. 18.*

Judex, Assessor, Executor, Advocatus, Procu- 78
rator, Tutor, Curator, & quivis alius Administrator in Causis, in quibus patrocinium dederunt, aut cognoverunt, ob specialem affectionem, quam erga illas habere præsumitur, *Can. si testes §. Patroni qu. 3. L. Ult. ff. de test. & cap. insuper in fine eod. tit. ac cap. Romana Ecclesia, de test. & attest. in 6.*

Similiter Proxeneta, seu mediator in illo ne- 79
gotio, in quo mediator fuit, *Cap. 1. ibiq. Gloff. v.*

civi-

civiliter hoc tit. in 6. Authent. de Test. §. Quoniam vero collat. 6. Gratianus discept. 514. n. 29. & discept. 573. n. 4., Farin. qu. 60. a n. 261., Pax Jordan. Elucubr. vol. 3. lib. 4. tit. 58. n. 580., & alii.

80 Quamvis si Proxeneta sit a publico deputatus, & approbatus possit de pertinentibus ad illius officium testificari, *Tuscus lit. P. concl. 954. & lit. T. concl. 225. a n. 5. Riccius collect. 715., & Rot. decis. 174. n. 11. p. 13. recent.* Et Parochus si fuerit Mediator alicujus Matrimonii contrahendi, plene probet ut testis promissionem dotis, factam a Muliere viro suo, *Card. de Luca de dote decis. 27. n. 20., Rot. coram Buratt. decis. 775. n. 19., & decis. 344. n. 54., decis. 29. n. 19., & decis. 276. n. 15. p. 40. recent.* Ac *in Romana dotis, & alimentorum 1. Julii 1686. §. Justitia coram Benincasa.* Et si desint aliæ personæ, ex quibus veritas haberi posset, tum Proxeneta, tum supradicti inhabiles ad testificandum, testari queunt in Contractibus, vel Instrumentis, in articulis non connexis, ac conjunctis &c. *Farinac. l. c. n. 176., & 178., 213. & seqq. & 417. & seqq. Mascar d. de probat. concl. 1039. n. 16.* Quemadmodum, si velint, in testes ab illis, contra quos quis fuit Advocatus, Procurator &c., admitti possunt, *Vallensis lib. 2. tit. 20. §. 2. n. 19.*

81 Tandem prohibetur quivis esse testis in propria causa, quam videlicet intentat proprio nomine; ejusque emolumentum, vel damnum spectat ad ipsum; *L. Nullus ff. de test. & L. Omnibus C. eod. tit.*

82 Quamvis Prælatus, seu Rector Ecclesiæ, vel Monasterii a testificando pro Ecclesia propria, vel Monasterio non repellatur; *Text. in cap. Insuper de test. Abbas ibid., Felinus utrobique n. 1., Farin. loc. cit. n. 544.* Et sane facilius repellitur Judex, quam testis, *Cap. Cum R. Canonicus, ibiq. Gloss. v. cum sint ejus socii Offic. Deleg.* Sed Prælatus in causa Ecclesiæ suæ non repellitur a judicando, *Can. Si quis 2. qu. 7. & cap. Cum. personæ de privil. in 6.* Ergo multo minus repellitur a testificando in illa. Repellitur tamen, si Prælatus suo nomine Procuratorem constituerit ad agendum in judicio pro juribus Ecclesiæ suæ: tunc enim censetur ipse Actor principalis, adeoque ut testis intervenire non potest, *Abb. in dic. cap. Insuper n. 5. de test., Felin. n. 9., Farinac. de test. qu. 60. n. 562.* Vel si agatur de reditibus, ad mensam Episcopalem spectantibus; in quo casu eum verius causam propriam, quam Ecclesiæ agat, in illa testificari non permittitur, *Abb. loc. cit. n. 6. Felin. n. 9. & Farin. n. 569.*

In Causa Universitatis, vel Collegii nulla persona, licet sit membrum illius, a testificando repellitur, *Cap. Nuntius de test. juncta Gloss. v. repellendum. Can. 1. 14. q. 2., & Farin. loc. cit. num. 450.* 83
Quamobrem Clerici esse queunt testes idonei, si agatur de donatione, vel Legato, Ecclesiæ relicto pro ejus fabrica, *Farinac. a n. 472., Mascard. de probat. concl. 1442. n. 16.* Et recte quidem; nam hujusmodi personæ non dicuntur testimonium ferre in propria causa; cum illam nomine suo agere nequeant, quod ad quidditatem causæ propriæ necessarium est per *text. in L. 1. §. In propria ff. quando appellandum sit*: & aliud sit jus Universitatis, aliud jus singulorum, & de illo dicere non possint singuli: [Hoc est meum.] Hinc *text. in L. sicut §. 1. ff. quando cujusque Universitatis nomine &c.* [Si quid (ait) Universitati debetur, singulis non debetur: nec quod debet Universitas, singuli debent.] Verum tamen est, quod in hoc casu testes pro Universitate, vel Collegio deponentes, non sint omni exceptione majores, ita ut duo ex illis faciant plenam probationem; idque ob aliquam affectionem, qua propriam Universitatem prosequi, vel Collegium non temere præsumuntur, *Masc. l. c. n. 15., & Farin. ib. a n. 537.*

Quod si Causa Universitatis sit talis, ut non dum interesse commune illius, sed particulare singulorum respiciat; in ea testificari singuli minime queunt: quia in hoc casu quodam-modo testificarentur in causa propria, cum vere de illorum privato commodo agatur: ut si controverteretur de pascuis, vel sylvis cæduis, in quibus singuli Cives jus pascendi, aut lignandi habeant; *Felin. in c. Insuper de test. n. 6., Farin. loc. cit. n. 495., Covarr. pract. quæst. c. 18. n. 4., Surd. decis. 236. n. 2., Rota coram Buratt. decis. 604. nu. 4., & coram Celso decis. 284. n. 3., decis. 233. num. 55. p. 12. rec., & in Pampilonen. Præeminentiarum 3. Februarii 1700. §. Nec possessio coram R. P. D. dell'Olmo.* 84

Atque hæc de Personis, a testando repulsis insinuasse, sit satis. Legatur *Can. 3. Si testes caus. 4. qu. 2. & 3.* ubi ex Legibus Civilibus recensentur Personæ, quæ a testimonio ferendo repelluntur. Legatur etiam *Pirhing. l. 2. tit. 20. a num. 50. usque ad 33.* 85

ARTICULUS VIGESIMUS NONUS.

An Judex Regularium Conservator, ejusque Assessor, Notarius, & Testes possint salarium exigere, recipere munera &c.

1 Dico primo Judex Regularium Conservator nequit a Monasterio, quod tuetur, salarium exigere, ne quidem pro sententia, quam profert: cum id ipsi prohibeatur in *c. fin. §. Circa munera, de Offic. Deleg. in 6. & c. Statutum, §. Insuper de Rescript. item in 6.* mox adducendis. Quemadmodum omnibus Judicibus Delegatis Apostolicæ Sedis prohibetur in *c. Cum ab omni, de vita, & honest. Cleric.*, ne super decima litis, vel parte alia, præter expensas victualium, salarium a litigantibus exigant; commendaturque, ut gratis vigorem judiciarium ipsis studeant impertiri.

Potest tamen moderatas expensas a partibus exigere quas ratione muneris extra domicilium facturus erit, ita tamen, ut non plus ab una, quam ab altera parte exigat. Et, ubi partes fuerint notabiliter pauperes, nihil prorsus pro expensis exigat ab iisdem, ut decernitur in *dic. cap. Statutum §. Insuper*, Et de simplici Delegato Apostolicæ Sedis cavetur in *cit. c. Cum ab omni*. Quod si non ambæ partes fuerint pauperes, sed una 2

dum-

dumtaxat; poterit ab alia integras expenſas exigere, ut docet *Gloſſ. de §. Inſuper, v. quam ab alia, Arg. tent. ibid.* dum ait in plurali, *litigantes*

3 *Et cap. Capientes §. ſi vero, & §. Denique de elect. in 6.* Neque ab his expenſis deducendæ ſunt illæ, quas domi facturus eſſet; ſed integras recipiet, ut notat *Gloſſ. dic. §. Inſuper, v. moderatas.* Idque etiamſi Conſervator haberet aliunde Beneficia ſufficientia, ut contra *Hoſtienſ.* contendunt Doctores paſſim *in dic. cap. Cum ab omni, & dic. §. Inſuper, cum Gloſſ. ibid. & Specul. de ſalar. Jud. ſub tit. gener. de ſalar.* Et ubi extra Domicilium Conſervator ſe conferret, ad teſtem ex cauſa in jure probata examinandum. Sed in hoc caſu non æqualiter ab utraque parte expenſas recipiet, ſed a procurante, ut monet *Gloſſ. dic. §. Inſuper, v. ab alia.* Inter has autem expenſas comprehenduntur illæ pro famulis neceſſariis, equis, vecturis, & ſimilibus; *Gloſſ. communiter recepta dic. §. Inſuper, v. moderatas, Cap. Procurationes, de cenſib., & alibi.*

4 Nequit tamen Conſervator, ſibi reſarcire damnum, ſi quod occaſione itineris extra ſuum domicilium paſſus ſit: cum aliud ſint damna, aliud expenſæ; nec unum alterius nomine comprehendatur, *c. in noſtra, de Injur. & ex L. Inter cauſas §. Non omnia, ff. mandat.* ut ex *dic. §. inſuper* tradit *Joa. Andr. in addit. ad Specul. §. dicturi litteris B.* concedens tamen, quod, ſi propter infirmitatem plus temporis, quam utilitas, aut neceſſitas cauſæ expoſcat, extra domicilium Judicem morari contingat, & plus ibi expendere, quam expenderet domi; hunc exceſſum, moderate tamen, poſſit exigere, *ex c. Cum pro cauſa, de procur. L. ex parte in princ. ff. fam. erciſc. & L. ſi communes, ff. de negot. geſt.*

5 Atque hic advertit *Cochier de Conſervat. qu. 13. n. 1.*, quod ſi adeſſet alicubi conſuetudo, poſſet ibi Conſervator ſportulas moderatas, ſeu ſalaria exigere, quamvis repugnent *dic. c. fin. de Offic. Deleg. in 6., Cap. ſtatutum §. Inſuper, de reſcript. in 6. & c. Cum ab omni, de Vit. & Honeſt. Cleric.* Quod idem ſentiunt *Veſtr. in Prax. Roman. Cur. lib. 7. c. 2. n. 13., Card. in Clem. ſtatutam, de elect., Jaſ. in §. Tripli n. 46. Inſtit. de Action., Rol. a Valle conſ. 87. n n. 2., Caroc. de Locat. & cond. p. 1. q. 7. n. 41.* qui a *n. 42.* uſque *ad 65.* contendit, ex generali hac conſuetudine non poſſe exigi in cauſis ſummariis, ſicut & in brevioribus, & a pauperibus, etiam ſponte offerentibus: poſſe tamen exigi in cauſis viduarum, pupillorum, & aliarum miſerabilium perſonarum aliunde, quam ratione paupertatis.

6 Opponitur tamen *Donat. qu. 24. n. 2.*, autumans non obſtante conſuetudine in oppoſitum, adhuc Conſervatorem non poſſe, ſportulas, ſeu ſalaria exigere pro Judicio; cum adverſa conſuetudo non deroget laudatis juribus, quæ id vetant expreſſe. Sed hoc gratis aſſerit *Donatus*, & ſine ulteriori ratione. Ratio igitur, quare adverſa conſuetudo laudatis juribus non deroget; immo derogetur ab illis, eſt decretum irritans, in fine appoſitum *dic. c. fin. de Offic. Jud. Deleg. in 6. & dic. c. ſtatutum de reſcript. item in 6.* Quod ſane omnem conſuetudinem abrogat, ne dum in præteritum, ſed etiam in futurum, juxta ea quæ diximus ſupra *art. 1. aſſer. 3. §. dicitur 7. in fin. & alibi.*

7 Sed in provincia Mediolanenſi, etiam citra conſuetudinem, poteſt Conſervator Apoſtolicus, ſalarium uſque ad certam quamdam ſummam recipere juxta taxam, deſcriptam in Conſtitutione Gregorii XIII. *incip.* [Romanum decet Pontificem] 4. *Junii* 1580. de taxis, & aliis, a Conſervatoribus ſervandis in eadem Provincia.

Atque hic ſciendum, ſportulas dici Munera Judicum, quorum quantitas a lege taxata non eſt, *Auth. Generaliter C. de Epiſc. & Cler.* Et hoc nomine vocari, accepto Contento ſub nomine Continentis: quia Sportulæ erant vaſa quædam, in quibus olim Judicibus munera deferebantur. Unde ad ſignificanda munera, quæ dantur Judicibus, Sportularum nomen translatum eſt. De cujus ſignificatione diſſerunt *Abbas in c. cum ab omni, n. 19. de vita, & honeſt. Cler. Syl. verb. Judex n. 13. Tabien. n. 6. Barboſ. in rubr. C. de Sportulis, & alii.* 8

Dico II. Judex Regularium Conſervator ne dum ſalarium exigere non poteſt; ſed neque munera recipere a Monaſterio ſibi commiſſo: &, ſi recipiat, ad integram reſtitutionem obligatur, nulla eorum, quibus reſtitutio facienda erit, remiſſione ullatenus eidem profutura, ut ſtatuis *dic. c. ſtatutum.* Munera ſiquidem prudentes excæcant, ut dicitur *Exod.* 23. & oculos ſapientum, ut habetur *Deuteron.* 16. & *Eccleſ.* 20. Utque cecinit ille Poeta. 9

Munera, crede mihi, placant hominesque Deoſque: 10

Quamvis, ut permittit *dic. cap. ſtatutum*, recipere valeat eſculenta, & poculenta ſeu comeſtibilia, & potabilia, mera liberalitate oblata, quæ paucis diebus conſumi poſſint, tribus ſcilicet, ut explicat *Menoch. de Arbitris lib. 2. cent. 6. caſ. 317. n. 9.* Et pro Provincia Mediolanenſi præſcripſit in cit. Conſtit. [*Romanum decet Pontificem*] Gregorius XIII. Sed alii eam paucitatem dierum ſtatuendam relinquunt judicio boni Viri, attenta qualitate perſonarum dantium, ac recipientium, & cauſæ, ob quam dantur; quibus patrocinatur *Gloſ. in dic. cap. ſtatutum*, ubi ſic habet: [Cum numerus non adjiciatur, crederem arbitrio boni Viri relinquendum, habita etiam conſideratione perſonarum] juxta *C. & ſi quæſtiones 18. de Simon.* ibi: [Cum in accipiendis, vel dandis muneribus, tria ſint maxime attendenda, perſonæ ſcilicet dantis, & accipientis, qualitas, quantitas muneris, & tempus donationis.]

Verum hæc ipſa eſculenta, & poculenta, mera liberalitate oblata, neque omnino, neque ſemper, neque ab omnibus ſunt recipienda, monet *Peyrin. tom. 3. c. 11. n. 14.* conformiter *ad L. ſolent ff. de Offic. Proconſ.*

Dico III. Aſſeſſor Judicis Regularium Conſervatoris poteſt ſalarium exigere; & quidem vel ab ipſomet Conſervatore, ſi eo Conſervator non indigeat, aſſumatque pro ſui commoditate, & libito: vel a partibus, ſi eo Conſervator indigeat; & propter ſuam indigentiam ſibi adjungat, ut *ex cit. c. ſtatutum* inſinuavimus *articulo præcedente, aſſer. 2.* Quod tamen ſalarium ab ipſomet Conſervatore, ut decrevit laudatum *c. ſtatutum*, & inſinuavimus *articulo præced. citato aſſer. 2. num. 6.* moderari debet, attenta nimirum qualitate cauſæ, partium conditione, præſtantia Aſſeſſoris in doctrina, & loci conſuetudine, ut notat *Gloſſ. in dic. c. ſtatutum, §. Aſſeſſorem v. moderandum*, juxta id, quod dicitur de Advocato in *L. 1. §. In honorariis ff. de var. & extraord. cogn.* 11

Poteſt etiam Conſervatoris Aſſeſſor eſculenta, & poculenta, immo & munera a partibus litigantibus accipere; cum hæc Aſſeſſori neutiquam prohibeantur, licet interdicantur Conſervatori per adductas *Leges*, & *Canones*; quæ ſane ſi munera etiam Aſſeſſori prohibere voluiſſent, facile exprimere potuiſſent, *arg. text. in c. Audientiam, de decim. c. Inter corporalia, v. unde ſi circa, de tranſlat. Prælat. L. Præcipimus C. de appell. L. Unic.* 12

§. ſi

§. *si vero*, *C. de caduc. toll. cum simil.* Quo argumento in materia Conservatorum utitur *Glos. in c. fin. v. præsumant*. Et aliunde non pendet ab Assessore judicium, & sententia, sed tantum consilium; quod quidem neque tenetur sequi Conservator, ex dictis *art. præced. asser. 2. cit. n. 16.* Et facile a Conservatore contineri potest Assessor, metu, & pœna remotionis a munere in illa causa,
23 conformiter ad *c. Quoniam contra*, *de probat.* Quamvis ubi teneatur Conservator, Assessoris consilium sequi, cum ab eo tunc judicium, & sententia pendeat, quod circa munera de Conservatore statutum est, idem de Assessore sit intelligendum, ut optime notat *Monet. c. 8. q. 8. concl. 2. num. 224.*

24 Dico IV. Notarius Conservatoris si salarium habeat a Principe, seu Republica pro exercendo Notariatus Officio in communi, nequit salarium ullum exigere in subjecta peculiari materia: sin minus, potest illud exigere, sed prout a Principe, seu Republica taxatum est. Quod si neque taxatum sit Notarii salarium; debet, illud exigere, quod labori consentaneum est, habito quoque respectu ad conditionem litigatoris, seu alterius cujuscumque personæ, ejus acta postulantis; consuetudinem fori, seu loci; & causæ, seu Instrumenti qualitatem. Atque ita *Sylv. Verb. Tabellio q. 6. & Doctores* passim, qua Morales, qua Canonistæ. Et, si aliquid in notabili quantitate accipiat, ne dum mortaliter peccat contra Justitiam cum onere restituendi; sed contra Religionem etiam, cum in principio muneris juramentum emiserit, se fideliter munus suum, & Leges circa illud latas observaturum, *Bald. in Auth. sed hodie C. de Episcop. & Cleric.* & Doctores communiter. Ceterum ad evitanda incommoda, quæ in hac materia possent occurrere, salarium, Notario consentaneum, per Conservatorem etiam moderandum fore, decrevit Bonifacius VIII. *in dic. c. statutum*.

25 Notarius nedum esculenta, & poculenta potest accipere, ut Conservator, & Assessor; sed etiam munera, ut Assessor; cum id neque ipsi prohibeatur, etsi prohibitum sit Conservatori. Neque ab ipso judicium pendeat, & sententia, sed solum Acta conscribere: ipsumque valeat Conservator, facili negotio continere metu, & pœna remotionis ab officio.

26 Dico V. Possunt etiam vocati pro testimonio ferendo, expensas, quas veniendo, stando, & redeundo fecerunt, exigere; & quidem, Conservatoris diligentia, nonnisi ab eos producente ministrandas, ut decernitur *in dic. c. statutum 11. de Rescript. in 6.* Quam sane Constitutionem circa munera, & expensas, Assessores, Notarios, ac Testes Bonifacius VIII. *in c. fin. de Offic. Jud. Deleg. in 6.* voluit, a Conservatoribus etiam, per omnia observari, sic: [Circa munera vero, & expensas, Assessores, ac Notarios, & personas testimonii causa vocandas, illa præcipimus in hujusmodi Conservatoribus per omnia observari, quæ in Delegatis Judicibus Constitutio a nobis super his edita observanda decrevit.]

Constitutio autem hæc, in qua integra hujus Articuli doctrina fundatur, tum circa Conservatorem, salarium, & munera, ab ipso neutiquam recipienda. Sicut & quo ad Assessorem, Notarium, & Testes ab eodem adhibendos, salarium ipsis persolvendum, expensas, ac munera &c. modumque, quo illi adhibendi sunt, sic habet a §. *Insuper* [Insuper ut gratis, & cum omni puritate judicium coram ipso procedat, nullum munus, vel quidquid aliud (nisi forsan esculentum, vel poculentum, mera liberalitate oblatum, quod paucis consumi possit diebus: vel nisi cum ipsum, propter causam sibi commissam, contigerit extra suum domicilium proficisci, moderatas expensas) recipere ab eisdem partibus qualitercumque præsumat. Provisurus attente, quod in ipsis expensis modum nequaquam excedat: nec plus ab una parte, quam ab alia exigat; cum commune gerat negotium utriusque: Quodque (ubi causæ sibi commissæ utilitas, vel necessitas non exegerit) occasionem propter habendas expensas proficiscendi extra domicilium non assumat: sed & ubi notabiliter fuerint pauperes litigantes, etiam pro expensis nil prorsus exigat ab eisdem. Assessorem autem, ut quandoque faciunt aliqui fraudulenter, nisi eo indigeat, (quod conscientiæ relinquatur ejusdem,) sibi nequaquam adjungat: alioquin de suo providere teneatur eidem. Si autem indigeat, ipsum neutri parti suspectum assumens, ei da competenti salario provide moderando ab eo, faciat a partibus communiter provideri. Notarium vero, vel Notarios in causa sibi commissa scribentes, qui ut plurimum in exigendo salario metas rationis excedunt, ut ad ipsius spectat officium, prudenter refrænet; nec cum ipsis, aut cum Assessore præfato lucrum participet ullo modo. Si quid autem contra Constitutionem præsentem receperit, ad ipsius restitutionem integram teneatur, nulla eorum, quibus restitutio facienda fuerit, remissione ullatenus profutura eidem. Pro ferendo quoque testimonio (prætextu cujus aliqui alios fraudulenter interdum a Judicibus vocari procurant, ut eos laboribus, & expensis fatigent, aut extorqueant aliquid ab eisdem;) nullum ullatenus convocent, nisi quod conditio, & status causæ requirent: sed nec tunc, nisi a producente, competentes vocato pro testimonio, veniendo, stando, & redeundo faciat ministrari expensas. Quidquid autem contra præmissa, vel eorum aliquid contigerit attentari, sit ipso jure irritum, & inane.]

Huc usque laudata Constitutio, in qua circa 28
clausulam illam [si quid autem contra Constitutionem præsentem receperit, ad ipsius restitutionem integram teneatur nulla eorum, quibus restitutio facienda fuerit, remissione ullatenus profutura] advertendum ex *Pellizz. q. 18. n. 113.* & doctis recentioribus ab ipso consultis, per ultimas particulas non tolli, quin dominium rei, quæ remittitur, valeat in manibus ejus, qui rem illam injuste accepit, relinqui; non quidem titulo remissionis proprie dictæ, utpote hic a Pontifice prohibitæ, sed titulo donationis; cum quivis propriarum rerum dominus sit, & arbiter, valeatque proinde de illis pro arbitrio disponere.

ARTICULUS TRIGESIMUS.

An Judex Regularium Conservator impediri, vel molestari valeat, præsertim a Legato Nato, aut de Latere, a Delegato Apostolico, ab alio Conservatore, ab Ordinario loci, vel a Magistratu Sæculari, quo minus exercere possit munus suum. Et quibus subjiciantur pœnis illum impedientes, vel molestantes; ac contra hos num, & quomodo procedere possit.

1 Dico I. Cum Judex Regulatium Conservator sit Judex Apostolicæ Sedis Delegatus, immo & Ordinarius; a nemine, qoi non sit Pontifex Maximus, impediri, vel molestari potest, quominus libere munus suum exequatur in favorem Religiosorum sibi commissorum, eorumque Conventuum, Bonorum, Jurium, Privilegiorum, Agentium, Procuratorum, Syndicorum, Familiarium, Servitorum &c. Quod si ab aliquo impediatur, vel molestetur, impediens aut molestans hujusmodi ipso facto Censuram incurrit, ac ut censuratus potest ab ipsomet Conservatore declarari, ut docent passim Doctores, & infra videbimus. Hinc

2 Dico II. Judex Regularium Conservator, ne quidem a Legato Nato, aut de latere impediri, vel molestari potest in munere sibi demandato. Assertio perspicua est ex *Cap. Studuisti*, *de Offic. Legat.* ubi cavetur, Legatum Apostolicæ Sedis impedire non posse commissionem Apostolicam, alii factam: idest (secundum communem Doctorum explicationem ibi) non posse, se intromittere in causa specialiter alicui a Pontifice delegata: neque latam ab eo sententiam irritare, nisi speciale super hoc mandatum receperit: sed solum, si rationabiliter lata fuerit, confirmare, sive approbare, & executioni mandare: idque ob rationem,
3 qua nos superius *art. 1. assert. 3. §. dicitur. 8. per tot. art. 21. assert. 2. resol. 6. & alibi*, non semel usi sumus, scilicet tum insinuatam a *textu*, & *in cap. 1. & cap. Pastoralis, de Rescript.* quoniam mandatum speciale derogat generali: tum etiam ex eo, quia, specialis Delegatus in causa sibi commissa major est Delegato generali; cum ratione Delegationis major quis eo fiat, cui aliunde par, aut etiam minor est, ut liquet ex *cap. Sane il secondo de Offic. Jud. Deleg. cap. Pastoralis, §. Præterea, de Offic. Ordin.* & advertit *Gloss.* communiter recepta in *Cap. Innotuit verb. in parem*, *de elect.* Unde Conservatorem in causis sibi demandatis majorem esse Legato, docuere *Anchar. cons. 132. a n. 2. Ruin. cons. 3. vol. 4. Mandos. de Signat. Grat. verb. Conservatoria*, vers. *Conservatores dicuntur*, & alii. Vel saltem specialis Delegatus in causa sibi demandata, si non major, est generali par. Sed nequit Minor inhibere majori, neque par pari, sed Major solummodo, ex *L. Judicium solvitur*, ibi: [Vel eo vetante, qui majus imperium in eadem jurisdictione habet.] *ff. de Jud.* & [Par in parem non habet imperium.] *ex L. Ille, a quo §. Tempestivum ff. ad Trebell. L. 3. in fin. & L. Nam Magistratus ff. de Arbitr.* & *Cap. Innotuit, cum simil.* Quemadmodum nec privilegiatus contra pariter privilegiatum uti potest privilegio suo, *Auth. de Sanctissimis Episcopis, §. Sed hac præsenti*, & *L. Verum §. ult. cum Legib. seq. ff. de Minor.* Et simile non agit in simile juxta Philosophum *4. generat. cap. 7. text. 50.* & docent *Mandosius de Inhibit. qu. 3. n. 2. & 3. qu. 4. n. 2. qu. 6. n. 1. qu. 7. n. 2. qu. 8. n. 2. & q. 9. in fine, & alii.*

Nec officit, quod Legati de latere, præsertim qui aliquibus Provinciis præsunt, ibi Personam Papæ repræsentent, ejusque vices gerant. Id enim est mandatum generale, cui per speciale Conservatoris derogatur. Et aliunde ipse etiam Conservator, in causa sibi commissa, personam Papæ repræsentat, ejusque vices gerit, ex *cap. Sane il secondo de Offic. Deleg. & Doctoribus passim cum Ancharano n. 4. Ruin. ubi supra, Nevizan. cons. 35. n. 9.* Par autem, ut diximus, pari inhibere non potest. 4

Dico III. Judex Regularium Conservator impediri, aut molestari neque potest a Delegato Apostolico in executione muneris sibi demandati. Assertio probatur: quia Conservator vel simpliciter major est Delegato Apostolico, ut tradunt Doctores non infrequenter cum Gloss. in *cap. Statutum in princ. verb. Canonicis, & Gomes. in repet. dic. cap. Statutum n. 8. de Rescript. in 6.* Vel saltem est illi par. Sed si Major; Major minorem, non minor majorem impedire potest &c. Si vero par; par in parem non habet imperium, ex dictis *asser. præced.* Ergo &c. 5

Unde quamvis Ordinarius loci, sive Episcopus per Sacros Canones, & *Tridentinum* pluribi constituatur Apostolicæ Sedis Delegatus; non poterit tamen Conservatorem impedire, vel molestare, aut in ejus sese commissionem intromittere: quemadmo- 6

admodum neque id poterit Conservator io iis, quę privative pertinent ad Episcopum, etiam ut Apostolicæ Sedia Delegatom.

Poterit oihilominus Delegatos Apostolicus specialiter in aliqua causa ex pertinentibus etiam ad Coofervatorem, inhibere Conservatori, si procedere velir in ea, cum mandatom speciale Delegati
7 hojua Apostolici specialis deroget generali Conservatoris, ex traditia *asser. præced.* Sicut & poterit idem Delegatns specialis, si ei causa appellationia a Sententia Coofervatoris fuerit demandsta, Conservatori inhibere, nt probat *text. in cap. Romana §. Si vero*, & *Cap. Non solum, de Appellat. in 6. Mandosias de Inhibit. qu. 4. a n. 11. & qu. 11. n. 2. & alii*. Sicque illum coercere, etiam per censuras, ntpote suæ jurisdictioni resistentem, ex *cap. 1., cap. Præterea, cap. Significasti, & cap. Sane il secondo de Offic. Deleg.*

8 Dico IV. Judex Regularium Conservator neque ab alio Conservatore, ejusdem Ordinis Monasterii, sive alterins diversi Ordinis impediri, vel molestari valet in exereitio sui maneris. Assertio probator: quia par in parem non haber imperium; nec privilegiatus contra pariter privilegiatum uti potest privilegio suo; neque simile agit in omnino simile, ex dictis. Quod tamen limitari debet:

9 Primo, ubi aliquis sit adjunctus, seu Collega Conservatori, sen de cetero ille sit etiam Conservator, sive non: eum possit adjunctus, seu Collega alicujns Judicia, statim ac sibi commissio est præsenrata, Conjndicibna inhibere, ne ulterius sine eo procedant in causa, ut docent *Staphil.*, referens praxim, in *tract. de lit. grat. & just. §. 2. vers. in Commissionibus justitiæ pag. mihi 178. Mandos. de Inhibit. qu. 6. n. 2. & 3., sicut & qu. 8. num. 2. & alii*.

10 Secundo, ubi duo Conservatorea, vel Conservator eum alio Delegato essent in solidum deputati, juxta limites *cap. Cum plures de Offic. Deleg. in 6.* Quia tunc si unus prævenisset alium, qui nihilominus vellet procedere enm eo, vel etiam sine eo, qni prævenit, posset præveniens inhibere prævento, ut docent *Alex. cons. 9. lib. 4. Bero. cons. 217. n. 4. lib. 3. & alii*. Nisi tamen præventus procedere vellet, quia foret impeditus præveniens, vel nollet, aut malitiose recusaret, juxta *Text. dic. cap. Cum plures de Off. Deleg. in 6.* Et

11 Tertio, ubi unus Conservator alteri foret ex aliquo justo titulo præferendus, juxta ea, quæ superius diximus *art. 1. asser. 2. §. dicitur 8. a n. 69.*

12 Illud hic animadversione dignum est: in hujusmodi casibus, in quibus ob competentiam præserrim Jorisdictionis ioter dnos Conservatores, vel Conservatorem, & Legatum, aut Apostolicum Delegatum quoad cognitionem alicujus causæ, persæpe rixæ, & contentionea oriri solent; unde unna ab altero impeditur, & molestator, anathematis mucrone percutitur, aliisque censuria ligatur &c. non sine personarum maxime laicarum admiratione, & scandalo; controversiam omnem per ipsosmet Judices pacifice definiendam, ac extingnendam esse. Quod si forte nequiverint in unnm concordare, per Arbitros coocorditer electos tandem aliquando terminandam, cohęrenter ad dispositionem *Cap. Pastoralis in princ. de rescript.* approbatam per *cap. Cum contingat, eod. tit. & cap. ab Arbitris de Off. Deleg. in 6.* Quemadmodum controversiam super jurisdictionia competentia inter Judicem Regularium Conservatorem, & loci Ordinarium per Arbitros Juria componendam esse *supra art. 27. per totum* dictum est.

13 Dico V. Judex Regularium Conservator neque ab Ordinario loci impediri, vel molestari potest, quo minus exercere valeat munua suum. Assertio manifesta est ex *Cap. Sane il secondo de Offic. Deleg.* Ubi statuitur, Episcopum, aliamve personam rebellem, & contumacem in causa, ab Apostolica Sede alicui delegata, posse ab eo Delegato per censuram Ecclesiasticam compelli. Plus autem est Conservator, quam Delegatus Apostolicus, ut supra diximns ex *Gloss. in cap. Statutum, in princ. v. Canonicis, de Rescript. in 6., & Gomes. ibid. n. 88.* Ergo si potest Delegatua Episcopnm, aliumve rebellem per censuram compellere; multo magia poterit Conservator, qui Delegato major est ex dictis, aut saltem par: sicque nequit ab Episcopo in suæ Jurisdictionis exercitio impediri, & molestari. Item ex *cap. Si quando, eod. tit.* ubi Ordinariua non debet Judicis Delegati mandato violenter resistere, sed apud ipsum instare, precibus videlicet, ut notat *ibid. Gloss. v. ressistere*. Et ex *Cap. Pastoralis §. Quia vere, de Offic. Deleg.* Ubi præscribitur, quod Ordinarius, cui mandat Apostolicus Delegatus, ut exeqnatur Sententiam, ab ipso Delegato latam, teneatur illam exeqni quantumvia sciat, esse injustam; nisi apud eum efficere possit, ut ab hoc ooere absolvatur. Cujus rei illam assignat rationem Pontifex: quia Ordinaaius obsequi tenetur Delegato. Et tandem ex *cap. Pastoralis §. Præterea, de Off. Ordin.*, per quod nequie Ordinarius se ingerere in causa, a Sede Apostolica delegata, etiam mortuo ipsomet Delegato, & qnamvia agatur de absolvendo excommunicato ob contnmaciam. Quoniam (estqoe ratio ibi assignata a Pontifice) Delegatua in negotio sibi commisso major est Ordinario. Quamobrem Doctores communiter cum *Mandos. de Signat. Grat. verb. Conservatoria, Anchar. dec. cons. 232., Tusco in concl. Jur. verb. Conservatores n. 1.* firmant, Conservatorea tamquam Apostolicos delegatos non posse ab Ordinario impediri, seu molestari in eorum jurisdictione, sive in exercitio muneris sui.

Nec officit, quod ex *cap. Cum contingat, de Rescript.* valeat Ordinarius cognoscere de validitate rescriptorum commissionis duorum Delegatorum, qui cootraria illi mandant. 14

Non enim exinde potest Ordinarius Delegato præcipere, inhibere &c. ut liquet ex verbis *textus* ibi: [Aut ex hia certa tibi detur doctrina, qualiter in his te debeas habere: nulla tameo tibi potestas attribuitur, nt inter Delegatos, ant partes de jurisdictione debeas judieare.] Et qnamvis ex speciali delegatione Pontificis possit petere copiam litterarum, ur mandatum alterius Delegatoram non eaequatur; non tamen ad id valet Delegatoa, aot partes astringere, ur ex illis *textus* verbia manifestum est: [Tunc litteratum ad utrosque a Sede Apostolica obtentarom copia postnlata, quas tibi anctoritate præsentium districte præcipimus exhiberi.] Ac ex *Gloss.* & Doctoribus *ibi*, notantibua dici *postulata*, non *obtenta*, aut quid simile. Neque demum potest de competentia Jurisdictionis inter eosdem Delegstos cognoscere; cum ea, ut *ibid. in fin.* cavetur, *v. quod si super hoc*, juxta tenorem *cap. Pastoralis in princ. eod. tit. de Rescript.* sopiri debeat, nimirum per Arbitros Juris. 15

Nec etiam officit, quod Ordinariua ob maliriam, vel desidiam Judicis delegati in procedendo, possit absolntos per Apostolicum Delegatnm ab excommunicatione in pristinam excommunicationis sententiam revocare, eosdemqne tamdiu eadem sententia ligatos tenere, quamdin causa legitimum habere progressum non iocipiat, nt decernitur in *cap. Significavit, de Offic. Ordin.* 16

17 Nam non exinde potest Ordinarius Delegato præcipere, inhibere &c, sed tantum potest, se aliquo modo in ejus causa intromittere. Idque, ratione periculi peccati, adeoque favore animæ; ut ait *ibid.* Pontifex: [Cum pro malitia, vel desidia Judicis Delegati non debeat quis ad remanendum in copula coojunctionis iniquæ suffragium invenire.] Cum, favore animæ, & ad vitandum peccatum possit optime a regulis Juris recedi, cohærenter ad *cap. Novit, de Judic.* Immo & ad vitandum ipsummet peccati periculum, & scandalum, juxta *Can. Illa, dist.* 11. *Can.* 1. *dist.* 51., *Can. Generalis, dist.* 54., *Cap. Cum ex injuncto, de nov. oper. nuntiat.*, *& cap.* 2. *ubi Felin.*, *& alii, de præscript.*

18 Dico VI. Judex Regularium Conservator nequn a Magistratu Sæculari potest in sua Jurisdictione impediri, vel molestari. Assertio manifesta est ex eo, quia, ut sæpe alibi diximus, Judex Regularium Conservator, utpote delegatus a Papa adversus quascumque personas, etiam laicos, cujuscumque conditionis, & dignitatis eæ sint, pro Conservatione Regularium Judex competens est; & quidem nedum Regularium sibi commissorum, verum etiam quorumcumque aliorum, tam Ecclesiasticorum, quam laicorum; quemadmodum Papa (cujus vices gerit Conservator) Judex Ordinarius est omnium, etiam laicorum, cum damna inferunt personis, & rebus ecclesiasticis, *Cap. Cum sit generale, de for. compet.* Ubi cavetur, quod Rectores locorum Venerabilium possint laicos malefactores suos coram Judice Ecclesiastico convenire. *Cap. Conquestus eod. tit.*, ubi decernitur, quod laici per violentiam usurpantes bona Ecclesiæ, etiam temporalis jurisdictionis, per censuram Ecclesiasticam ab Ecclesiastico Judice ad cessandum ab hujusmodi violentia cogendi sint, & faciendum satis de præteritis damnis, & injuriis. Si autem Judex Regularium Conservator Judex pariter est omnium, & quarumcumque personarum, etiam laicarum, nequit ab his in suo munere im-
19 pediri, aut molestari. Nec suffragatur, quod male Conservator procedat. Cum adhuc Sæcularis Judex, qui minorem habet potestatem, supplere non possit negligentiam Ecclesiastici, qui ipso potestate, & auctoritate major est, ut firmant passim Doctores in *cap. Qualiter, & quando, cum Jo: Andr. Abb. n. d. Collect. Card. in fin. Anchar. n.* 5. *Butr. n.* 8. *Imol. n.* 7. Sed illam supplest Ecclesiasticus, *cap. Ex transmissa, de For. compet.* Quamobrem

20 Dico VII. Impediens, vel molestans Judicem Regulariom Conservatorem, quominus libere valeat exequi munus suum, si fuerit Legatus, seu Natus, sive etiam de Latere, Delegatus Apostolicus, Conservator Monasterii ejusdem Ordinis, vel alterius Ordinis diversi, Episcopus, aliave persona Ecclesiastica, excommunicationem, sive suspensionem a Divinis incurrit, & quidem ipso facto, a Sancto Pio V. latam in Conservatoria pro Dominicanis, *Incip.* [Ad hoc nos Deus:] Et quamvis præfata Bulla dubiæ Auctoritatis videatur *Lezanæ n.* 72., non ita tamen *Pellizzario qu.* 34. *n.* 137., ubi autumat, eam suffragari posse; cum in dubio melior sit conditio possidentis; & in proposito possessio stet pro concessione, quam constat, factam fuisse. Sin autem præfatus impediens, vel molestans fuerit Magistratus Sæcularis, aliave persona laica, eo ipso excommunicationem incurret. Atque ita ex *cap.* 1. *de Offic. Deleg. Cap. Sæculares* 2. *de for. compet. Cap. Licet, de except. eod. lib.* Ac ex cit. Constit. Conservat. Sancti Pii V. pro Prædicatoribus late comprobant *Mandos. de Inhibit. qu.* 10. *Lancellot. de Attent. cap.* 20. *a n.* 40. *& a n.* 70. *usque ad* 94. *Pellizz. supra, & alii.* Sed circa præfatam Constitutionem Pianam

Notandum, censuram sub forma disjonctiva la- 21
tam, ut in proposito a S. Pio V. in præcitata Constitutione adversus impedientes, vel molestantes Dominicanorum Conservatorem sic: [Qui quamdio dictum officium exercueritis, & ipsi exercuerint, a nemine, quominus illud exerceatis, & exerceant sub aliquo prætextu, ac *sub excommunicationis, sive suspensionis a Divinis* latæ sententiæ, quam eo ipso incurrere volumus, & declaramus respective pœna impediri, vel molestari possitis, & possint, dicta auctoritate declaramus:] censuram, inquam, sub forma disjunctiva prolatam, nullius esse roboris, & firmitatis, contendunt *Navarr. cap.* 27. *n.* 161. *Sayr. de Cens. lib.* 4. *cap.* 7. *n.* 3. *Henriquez lib.* 13. *cap.* 32. *n.* 4. *Ugolin. de Cens. tit.* 1. *§.* 2. *n.* 4. *Gordon. in summ. tom.* 2. *lib.* 7. *qu.* 5. *cap.* 1. *n.* 5. *& alii*, quibus patrocinari P. *Vasquium in tract. manuscript. de Suspens. §.* 2. refert *Turrian.* mox citandus; quia censura, disjunctive lata hoc modo: [suspensus maneas, vel excommunicatus] nihil determinate significat; ergo nihil determinate efficit; cum verba non plus efficiant, quam significant: præsertim quod nec utrumque præstare valeant, cum sit disjunctive prolata; nec alterum tantum, cum non sit major ratio unius, quare alterius.

Nihilominus illam firmam, & validam esse, 22
probabilius arbitrantur, sgentes de censuris *Suarez disp.* 3. *sec.* 2. *n.* 12. *Alterius tom.* 1. *lib.* 3. *disp.* 9. *c.* 3. *Turrian. lib.* 1. *disp.* 4. *dub.* 1. *Filliuc. quæsit.* 5. *n.* 58. *Bonacina disp.* 1. *qu.* 1. *pun.* 7. *propos.* 3. *n.* 4. *Cornejus in* 3. *p. dis.* 5. *dub.* 4. *Diana p.* 5. *trac.* 9. *resol.* 63. *Pellizz. in Man. tom.* 2. *trac.* 7. *de Cens. in gen. quoad Regul. c.* 1. *sect.* 2. *qu.* 16. *n.* 72. *& alii*, quibus subscripsimus in tertia Nostri Juris Canonici parte, ubi *de pœnis ecclesiasticis*: eo quia contendunt, Judicis intentionem in hujusmodi sententiis pœnalibus, sub forma disjunctiva prolatis esse, ut is, contra contra quem proferuntur, unam ex duabus pœnis, sub dicta forma contentis, & sane quam maluerit, eligat pro libito, ac determinet, ita tamen, ut si neutram elegerit, utraque pœna ligatus remaneat, & quidem ex eadem Judicis intentione, modo dicto indicata, ut addit *Pellizz. in man. tom.* 2 *trac.* 7. *de Censur. in gen. quoad Regul. cap.* 1. *sec.* 2. *Q.* 16. *n.* 72. Unde quamvis sententia non sit ad aliquam particularem pœnam explicite a Judice determinata, talis attamen est implicite, & in confuso, ad illam videlicet, sub forma disjunctiva contentam, quam pro arbitrio selegerit reus: eamdemque proinde significat, & consequenter operatur; cum præsertim necesse non sit ex aliquo jure, quod ipse Judex determinate intendat speciem pœnæ; & sufficit, ut illam relinquat delinquen-
tis arbitrio. Quod probatur a simili: quia senten- 23
tia, lata in foro fori sub forma disjunctiva, delinquentis arbitrio determinanda, sic: [Vel solvat mille aureos, vel mittatur ad triremes per biennium:] Sicut & in foro conscientiæ pænitentialis, ubi Confessarius satisfactionem imponat suo pœnitenti hoc modo: [Vel tali die jejuna, vel fac eleemosynam:] Et in concessione Indulgentiarum sub hac forma: [Si tali die jejunaveris, aut eleemosynam feceris,] firma, & valida est, ut vel ipsa quotidiana praxis suadet; ergo a pari valida, firmaque erit sententia censoræ, lata sub forma disjunctiva, delinquentis arbitrio determinanda, Immo

Addit

24 Addit *Turrianus ubi supra*, nonnullos opinari, censuram disjunctive prolatam, firmam quidem esse, sed per eam intendere judicem, ut hoc ipso, quod velit subditus violare præceptum, sub ea pœna disjunctiva prolatum, ligetur minori censura earum, quæ in dicta forma continentur: idque, non sine ipsiusmet subditi consensu, qui hoc ipso, quod velit, violare præceptum, sub dictis pœnis impositum, virtualiter censetur eligere minorem, ne alioqui maneat omnino impunitus: quod tamen nullo firmo argumento probari, ait *Diana*.

25 Advertit hic, & bene *Suarez n.* 14. non semel præfatam disjunctivam posse ex intentione Judicis hunc sensum habere, ut nimirum singulæ illius partes ad diversas personas, juxta diversas earum conditiones, applicentur: ut si aliqua prohibitio dirigatur ad laicos simul, & clericos; dicaturque [Sub pœna excommunicationis, aut suspensionis.] Vel dirigatur ad solos Clericos, quorum tamen aliqui solum Officium habeant, alii etiam Beneficium, & dicatur [sub pœna suspensionis ab officio, aut beneficio.] Et juxta hunc sensum pœna, sub forma disjunctiva prolata, incerta, & indeterminate non est; sed maxime definita, & determinata. Cum autem in nostro proposito censura Piana adversus omnes, & singulos impedientes, vel molestantes Dominicanorum Conservatores lata sit, cujuscumque de cetero conditionis, Ecclesiasticæ, vel Sæcularis ii sint; optime dici potest, quod non sit sub forma disjunctiva prolata, sed definita, & determinata, ita uimirum, ut pœna excommunicationis, in ea contenta, Sæcularibus applicetur; suspensionis vero a Divinis, quæ in eadem Sententia continetur, Ecclesiasticis.

26 Verum monet *Diana n.* 3., cum ferre censuras sub forma disjunctiva, non sit in usu Ecclesiæ, mortaliter peccaturum Ecclesiasticum Judicem, qui sub ea forma censuras inuret. Quod tamen, ut notat *Pellizz. n.* 73., locum non habet in supremo Judice, Papa nimirum, utpote qui, cum sit supra Jus commune, quod non approbat talem modum ferendi censuras, non tenetur illud servare: unde & non servavit in *cap. A crapula de Vit. & Honest. Cleric.* ubi legitur: [Siquis autem se culpabilem exhibuerit, &, a Superiore commonitus, non satisfecerit, ab officio, vel beneficio suspendatur.] Et in Constit. [Ad hoc nos Deus,] de qua hactenus.

Dico VIII., Judex Regularium Conservator adversus impedientes, aut molestantes executionem sui muneris, si illi personæ laicæ sint, procedere potest per declarationem excommunicationis, ipso facto ab iisdem incursæ: vel excommunicationis, aut suspensionis, si sint personæ Ecclesiasticæ. Ita Doctores passim *cum Pelliz. qu.* 33. *ubi n.* 134. monet, servandam esse modestiam, ac reverentiam debitam Pontificali Dignitati, quoties adversus Episcopos, eorumque Superiores impedientes, & molestantes procedendum erit, juxta *cap. Pastorale in princ. de Offic. Jud. Deleg. Cap. Sane il secondo, & cap. Quia Pontificali a. eod. tit. in* 6. Quemadmodum in universum quoties procedendum erit per Censuras, sive de cetero adversus Ecclesiasticos servandam esse illam cautelam, ut nonnisi raro, & in casu necessitatis (ut ita dicam) extremæ, deveniatur ad illas, ac probatis antea mitioribus remediis, ut addit laudatus *Pellizz. sequenti qu.* 34. *nu.* 137. Sed nos fuse egimus de hoc puncto *art.* 26. *assert.* 4. & 5. 27 28

ARTICULUS TRIGESIMUS PRIMUS.

Quas pœna incurrat Judex Regularium Conservator, limites suæ Jurisdictionis excedens: Sicut & Conservatoris procurans excessum. Et a quonam denuntiandus incursus.

1 Dico I. Potestas Judicis Regularium Conservatoris, deputati ad terminos Juris antiqui, ita debet intra suos limites contineri, qui Religiosorum, eorumque Monasteriorum, Bonorum, Jurium, Privilegiorum, &c. manifestas conetnunt injurias, & violentias, judiciali neutiquam indigentes indagine, modo superius dicto, ut, si illos scienter excesserit, ad alia progrediendo, quæ non sunt hujusmodi, eo ipso Conservator per annum ab Officio sit suspensus, irritumque ipso facto, & inane quiquid contra fuerit per excessum attentatum. Atque ita statuitur a Bonifacio octavo *in cap. fin de Off. Deleg. in* 6. ibi: [Ut autem Conservatores limites sibi traditæ potestatis (quos frequenter excedunt) metu pœnæ diligenter observent; decernimus, ut si de aliis, quam de manifestis injuriis, & violentiis scienter se intromiserint; seu ad alia, quæ judicialem indaginem exigunt, suam extenderint potestatem, eo ipso per unum annum ab officio sint suspensi. Quidquid autem contra præmissa, vel eorum aliquid etientari contigerit, omnino decernimus irritum, & inane.]

2 Potestas quoque Judicis Regularium Conservatoris, ad terminos Juris Novi privilegiorum designati, sicut & Novissimi, eorumdem privilegiorum reformatorii, ita debet intra suos fines, supra explicatos *art.* 2. 3. & 19. 20, 21, 22, & 23. cohiberi, ut ubicumque illos excesserit, eamdem pœnam incurrat Conservator, ut decrevit Gregorius XV. in sua Constit. Reformatoria §. 12. sic: [Quod siqui Conservatores sive in hac parte, sive alias quomodolibet suos limites excesserint, per annum ab officio Conservatoris hujusmodi suspensi sint.] Sed in his Juribus nonnulla sunt animadvertenda: scilicet.

3 Primum, ly *scienter*, appositum in dicta Constitutione Bonifacii VIII., quod omittitur in Gregoria

na laudata. Enim vero ad dictam suspensionem incurrendam requiritur in Conservatore scientia excessus suę jurisdictionis per Bonifacium VIII., taliter, ut illa non incurratur, si propriam exeedac Conservator potestatem ex inadvertentia, & ignorantia, dummodo non affectata, & multo minus crassa, & supina, *Rodriquez tom. 1. quęst. Regul. qu. 65. art. 19.* Cum illa particula *scienter* claram Juris notitiam denotet.

4 Est antem Ignorantia in genere ex *D. Dionysio, & D. Thoma 1. 2. qu. 76. art. 2.* Privatio scientiæ eorum, quæ quis aptus natus est scire. Secaturque 5 multifariam: & primo in ignorantiam puræ privationis, quę est mera carentia scientiæ: & ignorentiam malę dispositionis, quę simul includit positivum errorem. Secundo in vincibilem; quando quis potest scire; & in Invincibilem; quando quis scire non potest. Tertio, in Culpabilem; quando quis potest, & debet scire; sed negligit: Atque hęc ab aliis dicitur consequens, quia ad aliquem actum voluntatis consequitur: & in Inculpabilem, quando quis val non potest, vel non tenetur scire: & hæc ab iisdem dicitur antecedens, & non est imputabilis; cum eam antecedenter ad actum, voluntati nostræ imputabilem, habeamus. Quarto Ignorantia culpabilis, & consequens subdividitus in Affectatam, quæ directe est volita, & quæsita, ut docet *D. Thom. qu. 6. art. 8.* ut E. G. si e templo exeas, ne audias promulgari jejunium: atque hæc videtur habere contemptum scientiæ; & in Simplicem, quam quis directe non quærit, nec vult; sed illam habet, quia negligit inquirere, ut sciat, & ideo indirecte tantum voluntaria: & hæc videtus habere, non contemptum scientiæ, ut affectata; sed neglectum dumtaxat veritatis. Unde ab *Hugone Card. apud Terill. de Consc. probab. qu. 16. n. 5.* sic utraque Ignorantia explicatus: [simplex dicitur ignorantia, quando homo non laborat scire: Affectata dicitur, quando aliquis ex industria omittit scire, ne scientia in eo aggravet peccatum, ne magis teneatur ad non peccandum &c.] Ignorantia antem Affectata potest esse supina, & crassa si negligentia inquirendi fuerit magna. Quinto demum ratione objecti dividitus Ignorantia in Ignorantiam Juris, quæ est circa Leges, vel obligationem Legum; & solet etiam dici Universalis; & Ignorantiam Facti, quæ est de aliquo facto, vel non facto; soletque proinde dici Particularis, ut si ignorem, an jaculando occiderim virum, nec ne. Jam

6 Eadem excessus scientia, quæ pes Bonifacium VIII. requiritur in Conservatore ad incurrendam præfatam suspensionem, probabiliter etiam requititus per Gregorium XV. & quamvis ab hoc Pontifice non apponatur ly *scienter*, quod apponitur a Bonifacio; nihilominus cum se remittat Gregorius in sua Constitutione ad Bullam Bonifacii Octavi, ubi loquitur de excommunicatione, quam contrahit pars, quæ Conservatoris excessum procuraverit; probabile est, quod ad eamdem etiam se remittat, loquens de Conservatore, qui limites suæ potestatis excesserit; ut optime notant *Peyr. loc. cit.*, & ex eo *Pellizz. n. 144. ac Lezana n. 70.*

7 Verum ubi Judex scientiæ carentiam, seu ignorantiam, aut inadvertentiam in suo excessu prætendat, illam probare debebit, juxta ea, quæ habentur in Jure, *L. Generali, C. de tabul. lib. 10.* & notantur *a Gloss. in L. In rem §. Lignum ff. de rei vendit.* & ab *Alex. in L. de Pupill. §. Nuntiationem, de nov. oper. nunciat.* Quia si lex aliquid fieri prohibeat, & nihilominus fiat; non præsumitus ignorantia, sed scientia, conformiter ad *L. Juris ignorantiam C. de Jur. & fact. ignor.*, ut advertit *Rodriquez qu. 59. in fin. & Bonac. de Excomm. extra Bull. Cœn. disp. 2. qu. 2. p. 35. n. 53.*

Secundum, quod animadverti debet, est ly pes 8 *unum annum*: per quod suspensio est temporanea: & ut talis, elapso præfixo tempore, anno videlicet in nostro proposito, (qui ut notant *Monet. cap. 7. qu. 12. n. 614., Donat. qu. 42. n. 2. & alii*, currere incipit a die commissi delicti de momento in momentum,) absque ulla absolutione statim cessat. Suspensio enim, cum non reddat suspensum extra Ecclesiam, ut sane reddit excommunicatio, absolutione non indiget: unde suspensus per annum ab officio Conservatoris, transacto anno, statim, absque aliqua absolutione, est suo muneri restitutus; ut secundum communia principia de suspensione tradunt DD. apud *Suarex disp. 26. de Censur. sect. 1. n. 14.* Et innuum in re nostra *Peyr. n. 64. Lezana ubi supra, Pellizz. n. 143. & Donat. qu. 42. n. 2.*

Tertium, ly *suspensi ab officio*, ut dicitus in 9 *Cap. fin.*, & *ab officio Conservatoris*, ut habetus in Const. Gregor. XV. occasione siqnidem primi textus non levis ferbuit olim inter DD. controversia, num illa suspensio ab officio Ecclesiastica censura sit, quæ nimirum suspendit simul ab Ordine seu ab exercitio Ordinis, ab Ecclesię ministerio, seu a rerum Ecclesiasticarum administratione, & a jurisdictione Ecclesiastica, vel temporali; an mera suspensio ab officio Conservatoris, seu potestate hujusmodi munus exercendi; & in ea.

Aliqui, quos inter *Monet. cap. 7. qu. 12. n. 562.* 10 illam esse censuram Ecclesiasticam contendebant, ex eo, quia semper in Jure, ubi mentio fit suspensionis ab officio, intelligitur de illa, quę censura ecclesiastica est; cum ex una parte, ubi de suspensione a temporali officio, vel tantum a jurisdictione intelligit Conditor Canonis, id exprimat; ut in *cap. 1. de elect. in 6.*, & *Extravag. unic. Joannis XXII. de sent. excom.*, & *alibi*. Et ex altera parte nomen officii, quod ad personas ecclesiasticas attinet, ex proprietate sermonis Ordinis executionem, jurisdictionem ecclesiasticam, & Ecclesię, rerumve ecclesiasticarum, ad Dei nimirum cultum pertinentium, administrationem contineat, ut docent passim DD. ex *rubr. de offic. Ordin.*, *de offic. Jud. deleg.*, *de offic. Vicar.*, *de offic. Legat.*, *de offic. Archid.*, *de offic. Archipresbyt.*, *de offi. Custod.*, *de offic. Sacrist.*, *de offic. Primic.*, juncto *Can. Perlectis, dist. 25.* Et in pœnalibus etiam proprietati sermonis standum sit; quę, si attendatur, non dicitur fieri proprie extensio, sed interpretatio ex vi comprehensiva, ut notant DD. in *cap. Odia*, de *reg. Jur. in 6.* Et *cap. In pęnis*, *ibid. Et L. Interpretatione ff. de pœnis*. Eaque pœna infligenda, quę verisimiliter magis timeatur, *cap. Quoniam frequenter*, *§. fin. Ut lit. non contest. & alibi*, ut arguit *Monet. loc. cit.*

Alii ex adverso DD., illam esse Censuram ec- 11 clesiasticam pernegabant, sed dumtaxat suspensionem a munere Conservatoris: tum quia datur, & aliquando infligitur a Jure Suspensio tantum a parte Jurisdictionis, in in *cap. 5. de translat. Episc. Cap. Nihil est*, *de elect. Cap. Provida*, *eod. tit. in 6. Cap. Unic. Ne sed vac. eod. lib. Clem. 2. §. Si quis*, *de stat. Monach. & alibi*. Tum etiam, quia Juri consonum est, ut in quo quis peccaverit, in eo quoque puniatur, *Cap. Pastoralis*, *de Jure patr. Cap. fin. de tempor. Ord. in 6. Extrav. Unic. Joa. 22. de sent. excom.* Et quilibet juxta mensuram delicti puniatur, *Cap. Quæsivit*, *de iis quæ fiunt a major. parl. Cap.* Tum denique, quia cum versemur in

odio-

odiosia, & pœnalibus; pœnę restringendę sunt, *cap. In pœnis*, & *cap. Odia*, *de reg. jur. in 6.* Et interpretatione Juris pœnę sunt emolliendę, ut ait *Jurisconsul. in L. Interpretatione*, *ff. de pœn. Cum simil.*

12 Verum ex secundo textu hodie Controversia extincta est; Cum per eum juxta unanimem Doctorum intelligentiam declaretur, illam esse suspensionem tantum ab officio Conservatoris, & potestate illud exercendi.

13 Quartum, quod animadverti debet, est nullitas adjecta actui; Contra quæcumque disposita in *dic. Cap. fin.* per excessum attentato; quæ fane ipso jure incurritur, absque ulla Sententia Judicis annullante, ut in *Cap. 2. de Regular. in 6. cap. Provida*, & *cap. Cupientes*, *de elect. item in 6.* Quod expresse colligis, tum ex verbo temporia præsentis *decernimus*, quod regulariter, & in dubio inducit Canonem latæ Sententiæ, ut docent *Tiraquell. in L. Si unquam*, *Verb. revertuntur a n. 21. C. de revocat; Donat.*, & *alii*: tum ex dictione *Omnino*, quæ etiam in dubio inducet latam Sententiam, ut tradunt laudatus *Tiraquell. dict. v. revertuntur*, *Fel. Cap. Rodulphus n. 34. de rescript.*, & alii Communiter, adnotantes *Cum Gloss. Singulari*
14 *in dic. Cap. fin. Verb. omnino*, prædictam dictionem ita nullitatem ipso jure importare, ut non sit necessaria exceptio. Quamobrem absque ulla Sententia Judicis, & ope exceptionis, nullum, irritum, & inane erit, quidquid per suæ jurisdictionis excessum a Judice Conservatore fuerit attentatum.

15 Dico II. Suadens Judici Conservatori, ut limites suæ potestatis excedat, si sit pars in judicio, puta Reus, vel Actor, & scienter persuadens, ac eum effectu, sententiam excommunicationis incurrit ipso facto; a qua non potest absolvi nisi prius integre satisfecerit parti læsæ, seu indebite fatigatæ de expensis. Ita *Cap. fin. de offic. deleg. in 6.* ibi: [Pars vero, quæ hoc fieri procurabit, sententiam excommunicationia incurrat, a qua non possit absolvi, nisi ei, quem sic fatigavit indebite, primo satisfaciat integraliter de expensis.] & Coust. Gregorii XV. §. 11. [Et pars, quæ hoc fieri procuraverit, Sententiam excommunicationis incurrat, juxta formam alterius Constitutionia ejusdem Bonifacii prædecessoris, quæ incipit, *Hac Constitutione*, &c.] Et ita quidem integra debet esse satisfactio, ut mera cautio satis non sit, prout advertunt Doctores apud *Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg. 106. n. 49.*

16 Dixi 1. *Si sit pars in Judicio*, *puta Reus*, *vel Actor*: quia Ceteræ personæ, quæ partes non sunt, dictam excommunicationem non incurrunt, etiamsi ad earum instantiam Conservator limites suæ jurisdictionis excesserit, ut notant *Lezana n. 71.*, *Donat. Q. 43. n. 2.*, & alii; Cum textus de parte loquatur: [Pars vero, quæ hoc procurabit.] & [Pars, quæ hoc fieri procuraverit:] & aliunde versemur in odiosis, & pœnalibus, in quibus locum non habet extensio.

17 Sola igitur pars memoratam excommunicationem incurret, scilicet etiamsi illa fuerit Episcopus, aut etiam Cardinalis; cum Episcopi, eorumque superiores satis exprimantur in *dic. Cap. fin.*, ut optime ostendit *Monet. C. 7. Q. 12. Concl. 3. a n. 571.* Et etiamsi sufficienter non exprimerentur; cum Constitutio *Cap. Quia periculosum*, *de Sent. excom. tab.* quæ Episcopos eximit a generalibus Censuris, loquatur de suspensione dumtaxat, & Interdicto, non etiam de excommunicatione adhuc in generali excommunicatione a Jure lata comprehenduntur Episcopi; ut notat *ibid. Gloss. v. suspensionis*; sicut & continentur Cardinales, ut etiam advertit *Ugol. de Cens. tab. 1. C. 17. §. 6. a n. 11.*

Immo excommunicationem præfatam incurret 18
dicta para, procurans in judicio, etiamsi ea fuerit non singularis persona, sed Collegium Ecclesiasticum, sive Universitas aliqua. Verum cum nequeat Universitas, seu Collegium in Judicio comparere, & agere, nisi per Syndicum, *Cap. unic. de Syndic. l. 1. & l. Item eorum §. si decuriones*, *ff. Quod cui univer. nom.*, si universitas, seu Collegium per Syndicum, speciale mandatum habentem, procuraverit Conservatoris excessum, tam Syndicus ipse, quam singuli de Universitate, seu Collegio, qui ejus mandato consenserunt, excommunicarionem incurrent. Non ita tamen Universitas, seu Collegium, sed merus Syndicus excommunicationem incurret, si ad id speciale mandatum non habuerit, ut recte tradit *Monet. a n. 596.* Quia licet Collegium, aut Universitas ut sic, excommunicari non possit ex *Const. Innoc. 4. In Cap. Romana § fin. de excom. in 6.* nihilominus ratio ibi assignata a Pontifice, & quæ deinde subjungitur, nostrum intentum expressissime demonstrant. Sic enim babet Pontifex, interdicens ne, [In Universitatem, vel Collegium excommunicationia sententia proferatur, volens animarum periculum evitare, quod exinde sequi posset, cum nonnumquam contigerit, innoxios hujusmodi sententia irretiri; sed in illos dumtaxat de Collegio, aut Universitate, quos Culpabiles esse contigerit, promulgetur.] Sed in proposito si Syndicus speciale mandatum habuerit, nedum ipse, sed Universitas, seu Collegium, a quo speciale mandatum recepit, culpabilis est: sin autem, mandatum speciale non receperit, ipse solus est culpabilis, non autem Universitas, aut Collegium: ergo &c.

Ubi notandum ex *Gloss. dict. Cap. Romana*, *v.* 19
Culpabiles, quod ubi in aliquibus Collegiis, aut Universitatibua, non omnes de Collegio, aut Universitate, gubernent, sed dumtaxat Superior, & aliqui Majores, seu officiales, quorum consilio regitur Superior; in hoc Casu cum tantum culpabilis sit superior, & majores, non autem reliqui; non hi, sed illi excommunicationem incurrunt, latam in Culpabiles, per *text. in Cap. dilectus il 2.* & *Cap. Veniens cum sua Gloss. de Simon.*

Dixi 2. *Scienter persuadens*; Cum hujusmodi 20
pœna illata sit adversus partes temere procurantes: temeritas autem includit dolum, & scientiam legis violatæ. Unde, quemadmodum de Conservatore dictum est, si ex inadvertentia, vel ignorantia excessum suaderent, excommunicationem non incurrerent. Sed illam deberent probare, juxta *præd. ass. præced. §. 1. ly scienter n. 3.* Modo tamen ignorantia non sit affectata, & multo minus Crassa, & supina, ut dictum est *ass. cit. Rodriq. tom. 1. Q. 65. art. 29. Peyr. ad Const. Gregorii* XV. *§. 8. n. 66.*

Dixi 3. *Et cum effectu*, seu *effectu sequuto*; Cum 21
ex sola procuratione, nisi procuratus effectus sequatur, neque ab ipsa parte procurante excommunicatio prædicta incurratur, ut etiam notat, *Lezana*, *ubi supra* & *Donat. n. 2.* quia Lex excommunicans facientem aliquid, non ligat, nisi effectu sequuto, ut docent *Suarez tom. 5. in 3. p. d. 23. sect. 4. n. 10. Cajet. in summ. verb. excommunicatio C. 60.*, *Sylv. verb. Conservator n. 5.*, & *Verbo Excomm. 9. n. 45.*, *Navarr. in Man. c. 27. n. 125.* Cum aliis passim, & nos supra notavimus *art. 7. ass. 2. n. 5.*

Dixi 4. *Ipso facto*: quia licet talis clausula in
utroque textu non apponatur, sufficienter tamen col- 22
ligi-

ligitur ex eo, quod utrobique dicatur *incurrat*, *ut asser. præced.* animadvertimus ex verbo temporis præsentis *decernimus*, & ex *Gloss. ibid. v. incurrant* notant *Peyr. dic. §. 8. n. 65. Pellizz. Q. 38. n. 145., & a.*

23 Dixi tandem: A qua non potest absolvi, nisi prius integre *satisfecerit parti læsæ &c.* quia ante Compensationem a nemine hujusmodi excommunicatio absolvi potest, nisi a solo Papa. Post Compensationem vero ab Episcopo, ut cum pluribus docent *Azor p. 2. lib. 5. C. 35. Q. 13. & Monet. de Conser. c. 7. Q. 12. n. 591.* vel a quovis simplici Confessario; cum hæc excommunicatio licet ante Compensationem sit Papæ soli reservata, post Compensationem vero simpliciter reservata non sit: ab excommunicatione autem simpliciter non reservata potest quivis Confessarius simplex absolvere, ut docent *Bonac. tom. 3. disp. 2. pun. 35. n. 5., Pellizz. loc. cit. Alphons. de Leon. de Censur. recoll. 4. verb. Confer. in fin.*

24 Dico III. Cum tam suspensio adversus Conservatorem, limites suæ jurisdictionis excedentem, quam excommunicatio adversus partem, dictum excessum procurantem, sit latæ sententiæ ex dictis, utraque bene potest ab ordinario denuntiari, ut docet *Monacell. in Formul. p. 3. tit. 2. Adnot. ad form. 48. n. 23. pag. Mihi* 178. Et quidem non solum in Casibus, in quibus clarum est, Conservatorem jurisdictionem non habere; sed etiam in aliis Caussis dubiis, & requirentibus altiorem indaginem, in quibus se non potest Conservator ingerere, ut explicant *Pirhing lib. 1. Jur. Canon. tit. 29. n. 209. & ats.* Immo & ubi cognoverit de injuria simplici, quam Conservator defendere non potest, si Regulares Actores fuerint, sed tantum qualificatam, idest notoriam, ut addit *Riccius decis. Archiepisc. Neap. 258., a n. 9. p. 2.* 25

Et nedum potest ab Ordinario denuntiari suspensio incursa propter excessum Conservatoris, in pœnam *Cap. fin. & Constit. Gregorii* XV., verum etiam, si excessus fuerit dolosus, & præsumptuosus, denuntiari potest incursa excommunicatio Bullæ Cænæ propter usurpatam a Conservatore jurisdictionem Ordinariam, ut ex *Donat. Q. 42. n. 5. Pignatell. tom. 2. Consult. 24. n. 8. Ventriglia in prax. p. 1. adnot. 27. n. 10.* notat *Monacell. supra n. 26.* Vel iterum poterit Conservator excommunicari; cum ratione offensæ jurisdictionis fiat subditus Ordinario, ut notant *Donat. n 6. Barb. de offic., & pot. Episc. alleg. 106. n. 37.,* & alii, ac etiam mox dicemus *art. seq.* Interim adnotandum, quæ in tertia hac 26
Assertione de Suspensionis, Excommunicationisque denuntiatione, ab Episcopo Conservatori facienda, limites suæ jurisdictionis excedenti, dicta sunt; intelligenda, ubi notorius contingat excessus: secus tamen, si dubius, vel Conservator ipse neget, excessum commisisse; cum tunc sit controversia de jurisdictione: & in Constitutione Gregorii XV. §. 10. cavetur, mutuatis verbis a *Tridentino c. 5. sess. 14.*, quod si qua inter Conservatores Judices, & Ordinarios locorum controversia super competentia jurisdictionis orta fuerit, per Arbitros Juris dirimatur; ut etiam advertit *Nidus de Conser. Regul. c. 8. partic. 5. n. 51.*

ARTICULUS TRIGESIMUS SECUNDUS.

Quibus modis possit se tueri, Excessum patiens a Judice Conservatore Regularium.

1 Dico I. Cum Judex Regularium Conservator valeat tramites suæ potestatis excedere, tum in præjudicium jurisdictionis Ecclesiasticæ, seu Episcopi diœcesani, sive Ordinarii loci; tum in præjudicium etiam jurisdictionis sæcularis, seu Judicis laici; tum demum in præjudicium aliorum; & aliunde defensio sit de jure naturæ, armaque defensionis proinde a Sacris Canonibus impertita sint, jure quæritur hic, quibus modis, seu quibusnam armis, per Canonicas Sanctiones institutis, valeat se tueri Ordinarius loci, Judex Sæcularis, & quivis alius, excessum patiens a Judice Conservatore Regularium, sive in cujus præjudicium limites suæ potestatis excedit Judex Conservator Regularium. Et pro solutione, ordinatim procedendo,

2 Dico II. Si Judex Conservator Regularium Cancellos suæ jurisdictionis in præjudicium Ordinarii loci prætergrediatur; poterit hic, Censuris suam jurisdictionem tueri, *Cap. Dilecto, de sent. excomm. in 6. Cap. ex parte II. de verb. signif.* Cum in tali Casu transgressionis limitum in munere suo Conservator habendus sit, non ut Papæ delegatus, sed velut merus privatus; *Navarr. in Cap. Cum Contingat de Rescrip. remed. 4. n. 11., Cochier de exempt. p. 1. Q. 39. n. 35., Peyr. in addit. ad Constit. Gregorii 15. n. 16. Donat. Q. 42. n. 6.* quamobrem nedum potest Ordinarius denuntiare Conservatorem in pœnam *Cap. fin.* & Gregorianæ Constitutionis incursum; verum etiam illum, tamquam usurpatorem Ecclesiasticæ Jurisdictionis Ordinariorum, in Censuram Bullæ cœnæ incursum proclamare, ut *art. præced. in fin.* insinuavimus cum *Pignatell. tom. 2. Consult. 24. n. 8., Donat. loc. cit., Ventrigl. in prax. p. 1. adnot. 27. n. 10., Monacell. ubi supra*, vel eum iterum excommunicare. Cum ratione offensæ jurisdictionis fiat subditus illi, ut cum *Barbos. de offic. & pot. Episc. alleg. 106. n. 37., Donat. loc. cit. n. 6. & aliis* diximus *art. præced. cit. in fine.*

Neque dicas: Ecclesiasticos Censura Bullæ cœnæ non ligari; Cum per eam Pontifex maximus dumtaxat voluerit, bonis Ecclesiasticorum consulere. 3

Ne, inquam, id dicas: quia Summus Pontifex in dicta Bulla Cœnæ non distinguit personas, sed indefinite de usurpatoribus loquitur: ubi autem lex non distinguit, neque nos distinguere debemus; & loquens indefinite, universaliter est intelligenda, ut doctoribus passim tritum est.

Dico III. Si Judex Regularium Conservator terminos suæ Jurisdictionis excedat in præjudicium Judicis Sæcularis, poterit hic suam jurisdictionem tueri, non obstante, quod sit Laicus puniendo dictum Conservatorem, ceteroqui Ecclesiasticum, pœnis condignis; etsi permittatur Judici Laico 4

in aliquibus Casibus, de Causis Clericorum cognoscere; eosque, ubi necessitas postularir, corrigere; ergo a fortiori in iis, quæ defensionem propriæ jurisdictionis concernunt, ut eruitur ex *cit. Cap. Dilecto de sent. excomm., & dic. Cap. ex parte, de verb. signific.* ee docent *Cassan. de Consuet. Brugund. rubr. 5. §. 5. a n. 85., Innoc. in Cap. olim ll 5. n. 8. de restit. spoliat.* & in *Cap. Dilectis n. 2. de pænit.* [Nam (inquit ibid.) Concessa jurisdictione, concedunrur ei omnie, sine quibus illa expleri non potest, *Cap. Pastoralis, Cap. Præterea, de offic. deleg., & L. 2. ff. do juris. omn. Judic.*] Et sequitur *Peyr. in addit. ad Constit. Gregor. 15. c. 51. n. 56.*

5 Casus autem, in quibus sæcularis Judex Coguoseere potest de Causis Clericorum, recensentur a *G. Bened. in Cap. Raynutius verb. Et uxorem Nomine Adelasiam, x n. 459., Filliuc. tom. 5. tr. 56. C. 55. n. 314., Cassan. de Consuet. Brugund. rubr. 5. §. 5. n n. 47., Sessa de inhibit. C. 8. §. 2. a n. 3. & §. 4. a n. 29. & §. 3. a n. 98.* ubi in specie tradit, quod Judex Ecclesiasticus expelli possit a Regno, & jure Originis privati, si violentiem inferat; vel si injuriosus sit, eut molestus vassallis Regis; vel si ut rurbstor pacis, vel Coronæ suspectus. Quod prius dixeret *Abbas in Cap. 5. Col. fin. 2. item potest in fin. de Elect.* ubi addit, quod Princeps Sæcularis admirrere non tenetut Prælatum, de quo non possit confidere, ne forte panderet adversario Secreta Provinciæ: quod etiam repetit io *Cap. cum terra, Col. a. eodem tit.* Idem quoque dixerat *Innoc. in Cap. super hic, Col. penult., de recusat. & Felin. in Cap. a. v. decimo de præse.* Et hoc non esse contra excommunicationem sa. Bullæ Cœnæ, notar laudatus *Sessa n.* 50r.

6 Sed integram hane *Sessæ, Abbatis, Innocentii, & Felini* doctrine non habere locum extra Hispaniam censuit *Cocbier de Exempt. part. 5. quæst. 39. in fin. & Baldus in Cap. 1. §. Si Clericus, de pace tuend.* notat, quod, si periculum non sit in mora, debeat hujusmodi correctio, & emotio Judicis Ecclesiastici per Judicem Laicum fieri cum consensu Papæ. *Baldo* subscribunt *Addition. ad quæst. 36. Jul. Clari n. 6.* Cum pii Principes etiam in hoc casu curare valeant, ut Judex Ecclesiasticus per suum Superiorem corrigatur, & amoveatur, ut refert *Cocbier de exempt. p. 5. q. 39. cit. in fin., & Peyr. ubi supra n. 56. etiam in fin.*

7 Dico IV. Si Judex Regularium Conservator in præjudicium aliorum suam potestatem excesserit, poterit coram Ordinario loci, in quo excessus committitur, conveniri, eb eoque condignis pœnis affici, ut recte docent *Petrus Caball. tom. 1. resol. Crim. cas. 53. n. 1., Jacobus Laurent. de Judice suspecto c. 4. n. 33. Farin. fragm. crim. p. 2. litera L n. 973.,* ubi *n. 978.* docer, posse etiam delegarum conveniri corem Judice Ordinario pro damnis, & interesse, si delinquat in Cause, in que est delegatus, in judicando, vel in non judicando, & non reddendo jus, & abutendo sua jurisdictinne, & illam excedendo, eut alias litem suam faciendo. Er *n. 977.* resolvir, Judici delegato resisti posse ab Ordinario, quando voluerit exequi aliquod injustum: Citatque *Glossam in cap. ex literis de offic. deleg. Gig. Cons. 563., Jacobum Laurent. dic. cap. 4. n. 33. Aufrer. ad Capell. decis. 424.* Favent *Montaluus in l. 4. tit. 7. lib. 1.* 8 *Fori leg. gloss. fin.,* ubi indistincte pronuntiat, posse Delegatum Principis, delinquentem in ceusa processus ab Ordinario puniri, per textum in *Auth. ut Judicec sine quoquo suffragio §. volumuc collat. 2. Jason in l. 2. n. 2. ff. de in jus vocando. Baldus in Auth. qua in Provincia n. 10. Cod. ubi de crimine agi oporteat,* asserens Delegatum Principis, delinquentem in causa sibi commissa, & abutentem sua jurisdictione, posse conveniri ratione delicti in loco, ubi delinquit: quia etsi in ceusa sibi delegata major sit quocumque Ordinario; ratione tamen delicti subdirur Ordinario. Et *Lucas de Penna in l. Probibitum C. de Jure Fisci,* ubi docet, quod Ordinarii possint resistere Delegato: & debent illud facere, elias puniri debent, per *l. unic. C. Siquis jus dicenti.*



ARTICULUS VIGESIMUS TERTIUS.

An, & in quibusnam Causis, quomodo, quando, ac quare Judex Conservator Regularium valeat ut suspectus recusari.

Ubi

De Recusationibus.

Controversia præsens, Universam fere de Recusarionibus materiam ettingit, ideoque, juxta ea, quæ in tertia nostri Juris Canonici parte *de Judiciis Ecclesiastic. dissert. 19. de recusationibus* late tredidimus, potissimum venit decidenda. Ut eutem expeditior decisio eontingat; ex fuse stabilitis *loc. cit.* summatim

1 Præmitto I. quod Recusatio Communiter definitur: [Deelinatio Judicis, ejusque Jurisdictionis, proposite de eo suspicionis Causa.] *Can. Quod suspecti 3. q. 5., Cap. suspicionis, de offic. Judic. deleg. specul. p. 1. tit. de Recusat., Pirbing. eod. tit. n. 265., Sanchez Consil. Moral. lib. 6. cap. 8. dub. 3. n. 2.* Et per priores particulas, velut per genus, recusatio conveniat cum Appelletione, quæ pariformirer est declinatio Judicis, ejusque jurisdictionis: a qua disconveniat per posteriores, tamquam per differentiam. Jam

2 Recusetio, de que loquimur, est de Jure Na-

turæ. Ita *Panormitanus in c. Ad hæc de rescriptis, & in cap. cum inter de except., Dominic. in Cap. Judex de offic. deleg. in 6., Mynsing cent. 3. observ. 63. & alii*; en eo moti, quia licet fides Judicis sit publica auctoritate approbata, æquum tamen non est, quod quis judicio illius, quem hic, & nunc ex justis Causis privatis suspectum habet, stare cogatur; cum teste *dic. cap. cum inter, de except.* nihil gravius, & periculosius eo sit, quod litigare sub Judice suspecto. Quamobrem *c. suspecti 3. q. 5.* quodammodo naturale esse dicitur, suspectorum Judicum insidias declinare, & Judicum inimicorum Judicium velle refugere,

3 Et ita quidem de Jure Naturæ est Recusatio, ut non solum Princeps inferior, etiam Legatus a Latere, ut est certum; & docent *Sanchez loc. cit. n. 13., & Franc. in c. Postremo hoc tit.* Sed ipse etiam supremus Princeps ex gravi motivo nequeat illam tollere, committendo nimirum causam sub Clausula: [Recusatione remota:] Ut sustinent *Abb. loc. cit. & in cap. cum inter, Gemin. in c. Judex de offic. deleg. in 6., & alii*.

4 Quamvis quoad supremum Principem, an gravi Causa procedantem, adversentur *Specul. loc. cit., Bald. in l. fin. C. de sent., Lapus in dic. Cap. Judex, Gloss. in l. Apertissimi, C. de Jud., Joann. Andreas, & Hostiens. in Cap. ex transmissa, de for. compet., Sanchez loc. cit. n. 15.; Gall. lib. 1. obser. 33. n. 4. & alii*, ex eo, quia si potest Princeps Supremus committere causam sub clausula. [Appellatione remota] a fortiori poterit ex gravi motivo illam committere sub clausula: [Recusatione remota;] Cum pars minor gravetur per sublationem recusationis; dum, ea sublata, adhuc su-
5 perfit Appellationis remedium. Intelligenda tamen est hæc sententia, ubi Princeps supremus expresse, & signate recusationem tollat, Quare si ex certa scientia, nihil ulterius addendo, Causam committat notorie suspecto; adhuc non intelligitur, recusationem tollere, *Gloss. in c. Ad hæc de præscript., Innoc. in c. ex transmissa, Franc. loc. cit., Hipp. de Marsil. singul. 292., Mynsing. loc. cit., Sanchez ubi supra*. Immo etiam si addat: [Omni recusatione remota;] adhuc non est intelligendus, recusationem gravem ob justam suspicionem tollere, sed frivolam, ut advertunt *Specul. loc. cit., Franc., & Mynf. ubi supra. Gall. n. 5., & Sanchez n. 16.* Et recte; cum Principum rescripta ita sint accipienda, ut nemini noceant; *cap. super eo, de offic. deleg. & l. ex facto ff. de vulg. & pupil.*

6 Præmitto II. quod non omnes personæ, ut suspecti Judices recusare possint: nec omnes irrecusabiles sint. Utrarumque Catalogus ex utroque Jure, ac probatis doctoribus ille est, ut nimirum recusari non possint,

7 I., Supremus Princeps, Papa videlicet, Imperator, Rex, &c. Cum de his quod injustitiam faciant, præsumendum non sit. *Franc. in c. cum speciali de recusat.* n. 32., *Hostiens., Abb., Joann. Andreas, in c. Querelam, de elect., Sanchez loc. cit. n. 9., & alii*.

8 II., Cardinales propter eminentiam dignitatis, eorumque fidem, & justitiam, *cap. Novit hoc tit., ibique Imola, Franc. in C. Pastoralis eod. tit. num. 24., Sanchez loc. cit., Card. de Luca de Judic. disc. 3. n. 67.* ubi monet, quod etsi in Cardinalibus ob Eminentiam dignitatis non admittatur suspicionis allegatio, præsertim in Causis, quæ vertuntur in Sacris Congregationibus; frequenter tamen, voluntarie, & libenter ipsi abstineant ratione Conjunctionis sanguinis a Judiciis: quamvis abstinere nolentes, non proinde repelli queant. Testaturque, se vidisse practicari in illis Cardinalibus Episcopis, intervenientibus in Sacra Congregatione Episcoporum, vel Concilii in causis propriæ Ecclesiæ.

III. Concilium Generale, auctoritate Pontificis Congregatum, & approbatum, *Franc. in cap. Postremo de recusat. num. 16. & 19., Sanchez ubi supra*. 9

IV. Judex deputatus, & approbatus ab initio de Consensu partium, nisi tamen nova Causa recusationis superveniat; *Marches. de Commiss. susp. Jud. p. 2. c. 8., Card. de Luca de Judic. disc. 3. n. 65., Ridbulph. pract. judic. p. 2. c. 8. n. 129.* ubi cum aliis id procedere docet, etiam in aliis jurisdictionem non habentibus, puta Notariis, & similibus. 10

V., Prælati Regulares quoad Correctionem subditorum, juxta Regularia instituta faciendam, *argum. cap. cum speciali hoc tit., ibiq. Abb., Joann. Andreas, Alexander*, quos citatos sequitur *Barbos. ibid. n. 16. & in cap. Ad nostram eod. tit.* n. 12. Nisi tamen modum excederent in corrigendo; vel procederent ut Judices contra proprios subditos, essentque valde suspecti, & Causa suspicionis manifesta; in quibus Casibus optime queunt recusari, ut probant *Sanchez l. 6. mor. c. 8. dub. 3. n. 17. & in summ. lib. 6. c. 8. n. 111., & Pignatellus t. 2. Cons. 85. a n. 1.* 11

VI., Demum Commissarii cum Clausula: [Recusatione remota]. 12

E contra tamen recusari queunt ut suspecti Judices,

I., Concilium Provinciale, sicut & diœcesanum, Universitates, & Collegia, eorumque Rectores; *Cap. licet ex suspecto, de for. Compet., Sanchez n. 10., Franc. loc. cit., Navarr. lib. 3. Consil. tit. de Appellat. cons. 1., & alii.* Contra *Vivium lib. 1. opin. commun. v. suspectus*, ubi tamquam Commune sustinet, totum Senatum, vel Decurionum Ordinem, ut suspectum recusari non posse. An autem totum Parlamentum, vel tota Synodus, aut Universitas recusari possit, eo quia Caput illius suspectum est, non resolvit, sed remittit ad *Boer. decis. 269.* 13

II., Legatus de Latere. *Navarr. lib. 1. Consil. tit. de Appellat. Cons. 1., Sanchez* n. 10. *loc. cit.* 14

III., Episcopus: immo etiam ejus Successor, si suspicio dignitatem Episcopalem concernat. Et in universum si suspicio concernat dignitatem, quivis alius in eadem dignitate successor recusari potest, ut suspectus, sicuti ejusdem prædecessor, *Franc. in cap. si contra, Sanchez loc. cit.* 15

IV. Officialis, seu Vicarius Generalis Episcopi, cum suspicio ipsum concernit: immo & cum concernit Episcopum suum, etiam si contra Vicarium nulla alia sit suspicio. *Maranta p. 6. tit. de Appellat. n. 28., laudans Abbatem, & Felinum*. Hinc suspecto ex aliqua justa Causa Episcopo, potest ex eadem Causa recusari ejus Vicarius, etsi aliunde non suspectus. Non ita tamen a converso: quamobrem non recusato Episcopo ut suspecto, recusari potest ejus Vicarius. Facienda autem est Vicarii recusatio coram ipsomet Episcopo, non obstante, quod non detur appellatio a Vicario Episcopi ad Episcopum, *Sanchez n. 27. citatis Franc., & Ancher.* Quia appellatio jurisdictionem respicit, quæ eadem est Episcopi, & Vicarii, idemque utriusque Tribunal: Recusatio autem suspicionem respicit, adhærentem recusato. Excipitur tamen Casus, quo recusetur Vicarius ex Causa concernente Episcopum: quia tunc recusatio non coram Episco- 16

piscopo, sed coram Arbitris facienda est, *Oltrad. consf. 168., Franc. in c. si contra de offic. deleg. in 6., Sanchez loc. cit.*

17 V. Judex tam ordinatiua, quam delegatus de Jure Canonico, *Abb. in c. cum speciali num. 2., Præpositus ibi. n. 21., Decius a n. 5., Barb. num. 10., Maranta p. 4. spectaur. dist. 5. n. 42., Seaccia de Jud. cap. 66. n. 13., Gall. lib. 1. obser. 33. n. 8., Sanchez n. 4., & alii communiter.* Etiamsi sit delegatus Papæ, & cujusvis alterius Principis, *Argum. Cap. Juden de offic. deleg. in 6.* Ubi expressa fit mentio de recusatione Judicis, dati ab Apostolica Sede, *Franc. in cap. Postremo hoc tit. n. 25., Navarr. lib. 1. Consil. de Appellat. cons. 1. & alii*: ita ut uterque recusari queat in totum; & per recusationem desinat esse omnino Judex in illa Causa, *c. Juden, c. cum speciali, ibique Abbas n. 1. & c. si quis contra Clericum, de for. comp., ibique Abbas, & alii. Maranta cum Sanchez loc. cit.* testana, id servari in Regno Neapolitano.

18 Dixi: [de jure Canonico:] Nam de Jure Civili etsi delegatus recusari queat in totum, *l. Apertissimi C. de Judic., Marant., Sanchez loc. cit., Bart. & alii in dic. lege*; Nequit tamen Judex ordinarius in totum recusari, *Gall. lib. 1. obser. 33., & alii.* Sicuti nec delegatus ad Universitatem Causarum, de quo eodem modo discurritur, ut non semel insinuavimus supra, quo de ordinario, *Marant. loc. cit., Sanchez nu. 4., & alii.* Sed si circa ordinarium aliqua suspicio, & dubitatio emerserit, tunc eidem Episcopus loci adjungendus est, qui una cum dicto Judice ordinario Causam audiat, eamque vel amicabiliter componat, vel simul cum eo cognitionaliter dirimat. *Auth. si vero, Cod. de Judic., Baldus* tamen in *summ. ad cit. Auth.*, & *Covarr. pract. quæst. cap. 26. n. 1.* notant, dictam Authenticam quoad assumptionem Episcopi in socium dicti Judicis non esse de consuetudine receptam, sed loco Episcopi solere per Judicem recusatum recipi alium quempiam bonum virum, ad observandam, quæ de se orta fuerat, suspicionem.

19 VI. Demum, in Causa commissa pluribus in solidum, recusato uno, censentur & alii recusati, ita ut procedere nequeant, & de Causa Recusationis, & principali cognoscere. *Arg. c. si contra de offic. deleg. in 6.* Nisi tamen in commissione adsit expressa Clausula, seu conditio, id concedens, scilicet ut in *dic. cap. si contra*, si ambo non possunt interesse, alter eorum in Causa procedat. Et *in c. per plures de offic. deleg. in 6.* uno inchoante, alter prosequi non possit, nisi prior fuerit impeditus. Sed opponitur *Sanchez n. 25.*, contendens, recusato uno, posse alios in causa procedere, etiam non expressa tali Clausula, eo quod illa tacite subintelligatur, cum recusatus sit impeditus, & habeat se per modum absentia.

20 Præmitto III. quod recusatio locum habeat, I., tam in Causis Civilibus, quam in Criminalibus: idque, sive procedatur judicio ordinario per accusationem, sive extraordinario per Inquisitionem ex officio Judicis, *Gloss. in c. cum speciali verb. Judice, Alen. ibid. n. 29. Pirbing de Recusat. nu. 273. in fin.* Et specialiter in Causis Criminalibus Judicem velut suspectum recusari posse, tamquam communiter receptam sententiam cum *Gloss. in cap. qualiter, & quando de Accusat. & ibid. Marian. nu. 78.* aliisque, tradit *Clarus prax. Crimin. lib. 5. §. fin. q. 43. num. 5.* Si enim, ut idem arguit, in Causis Civilibus, in quibus dumtaxat agitur de re pecuniaria, admittitur recusatio Judicis suspecti; multo magis erit admittenda in Criminalibus, ubi agitur de vita.

II. Nedum in obscuris, & non manifestis, sed
etiam in notoriis, & manifestis facti transeuntis, 21
ut docet Communis Sententia *cum Bursat. cons. 21. n. 23. lib. 2., Lancellot. de attent. p. 2. C. 6. n. 33., Caravit. Super rit. magn. cur. 265. nu. 11., Farinac. q. 21. Crim. n. 131., & aliis.* Non tamen in notoriis facti permanentis: ut enim in his locum non habet Appellatio ex dicendis *art. sequenti*, ita nec locum habet Recusatio; etsi locum habeat exceptio incompetentiæ Judicis; cum Judex incompetens censeatur semper gravare, quantumvis factum notorium sit, *Pirbing hoc tit. n. 267. in fin.*, citans *Alen. in c. Proposuit, eod. tit. a n. 4.*

III. In notoriis etiam facti permanentis, si id 22
certo notorium non sit: in dubio siquidem, an factum notorium sit, Judex dum de illo cognoscere vult, cum valeat injuste declarare, potest ut suspectus recusari, *Abb. cons. 100. part. 1. & alii.*

Et IV. Demum, ubi pœna non sit ordinaria, 23
& certa, præscriptaque a jure; sed arbitrio Judicis relinquatur; quia in hoc casu potest reum gravare, imponendo pœnam delicto supra meritum; sicque potest, ut suspectus recusari, *Abb. in c. si quis contra Clericum, num. 11., de for. comp., Farinac. p. 3. pran. Crimin. q. 21. n. 330., & alii.*

Præmitto IV. quod Recusatio Judicis suspecti 24
ex jure Canonico, & Civili facienda sit ante inchoationem Judicii, seu litis contestationem, ac intra viginti dies post libellum oblatum, qui dantur ad deliberandum, & respondendum libello. *Auth. offeratur. C. de litis contest.* ibi: [offeratur ei, qui vocatur ad Judicum libellus; & exinde viginti dierum gaudeat induciis, quibus deliberet, cedat, an contendat; aut Judici alium associari petat, vel recuset eum &c.] *Can. quod suspecti 3. q. 1. & l. Apertissimi Cod. de Jud.* ibi: [Apertissimi Juris est, licere litigatoribus Judices datos, antequam lis inchoetur, recusare.]
Et recte quidem; nam siquia coram Judice semel 25
inceperit litigare, hoc ipso censetur in eum consensisse, ipsumque approbasse; & sic utpote a se semel approbatum amplius recusare non potest.
Immo cum Recusatio sit una ex dilatoriis exce- 26
ptionibus, & simul declinatoriis fori, ut tradunt communiter Doctores in *dic. l. apertissimi, & in c. Postremo, & c. cum speciali*, quæ ante litis contestationem proponi debent, *c. Inter de sent. & re judic. Pirbing hoc tit. n. 268.* nedum ante litis contestationem, sed etiam ante alias exceptiones proponenda est: quia si alia exceptio dilatoria proponatur, censetur provocari Judex, ut supra ea cognoscat, & pronuntiet; & sic ejus judicium subeundo, censetur in eum datus consensus, ejusque persona approbata, adeoque recusationi renuntiatur, ita ut ille postmodum recusari non possit. *l. fin. Cod. de except. l. Et si susceperit ff. de Judic. dic. l. Apertissimi, Maranta p. 6. tit. de Appellat. n. 26., Sanchez loc. cit. n. 19., & alii.*

Verum hæc intelligenda, I., Nisi Judex ob in- 27
competentiam recusari posset, tunc enim recusatio ob incompetentiam, præcedit recusationem ob suspicionem; cum frustra objiciatur esse suspectum, si jurisdictione careat, *Abb. in c. cum inter, Pirbing hoc tit. n. 269.*

II., Nisi post litem contestatam, vel aliam ex- 28
ceptionem objectam, de novo Causa recusandi supervenerit: quia potest tunc in quacumque litis parte fieri Recusatio, *c. insinuante 25. leg. de offic.*

deleg., ubi Judex delegatus post litem jam contestatam, & diutius agitatam recusatur, eo quod postea alterum collitigantem in suum familiarem admiserit; Et,

29 III., Nisi post litis contestationem tunc primum causa Recusationis in notitiam venerit recusantis, etsi de novo non contigerit; idque juramento deponat, *c. Pastoralis de except.*, *Covar. pract. quæst. c. 26. n. 2.*, *Zoes. hoc tit. nu. 34.* & alii. Cum ignorantia illius Causæ recusandi removeat nunc consensum in approbationem talis Judicis.

30 Atque in his casibus fieri potest recusatio, etiam post conclusionem in Causa, si tunc primum Causa recusationis, ejusque notitia supervenerit, *Sanchez loc. cit.*, laudans *Felinum in c. insinuante*, *Abb. in cap. 1. de mutuis petit*, *& alios*. Immo, & data jam sententia scribæ, ut pronuntiet, ante pronuntiationem, si tunc recusationis occurrerit Causa, vel ejus notitia.

31 Præmitto V. quod Recusatio Judicis de Jure Canonico proponi debeat cum illius Causa coram Judice recusato, sive Ordinario, sive Delegato, & quidem in scriptis, in libello videlicet recusatorio, *c. quoniam, de probat.* *v. Recusationes, ibique Gloss.* sic: [Et sic patet, quod Judicis recusatio redigenda est in scriptis.] Et *l. Apertissimi C. de Jud.* [Libello recusationis ei porrecto.] Et dein eligi debeant Arbitri; coram quibus, non coram Judice recusato, probanda erit Causa; & quidem plene, ita ut non sufficiat juramentum; licet hoc satis sit in recusatione Notarii, Procuratoris, &c. *Marches. de Commiss. Judic. suspect. p. 2. cap. 8. §. 2. n. 33.*, *& alii*.

32 Sed Card. *de Luca de Judic. disc. 3. num. 63.* distinguit quoad propositionem Recusationis cum Causa, illiusque probationem inter Judicem delegatum particularem, & delegatum universalem, seu datum ad universitatem Causarum: docetque, primum recusari posse re integra, sine allegatione, & probatione causæ: secundum vero nonnisi allegata, & probata causa. Concludit tamen, in hoc locorum stylis deferendum; cum in curia Romana ex recepto stylo Judices etiam ordinarii re integra ante consensum in jurisdictionem sint recusabiles nulla probata, immo nec allegata Causa.

33 *Monet. de conserv. c. 9. n. 4.* notat, supradicta non procedere I. in Delegato, vel Officiali Episcopi: si enim is recusetur, non eliguntur Arbitri, sed causa suspicionis probanda est coram Episcopo, ut in *cap. si contra unum de offic. deleg. in 6.* II. ubi Causa a Sede Apostolica sit delegata duobus cum clausula: [si ambo interesse non possunt, alter eorum in causa procedat:] tunc enim, si contra unum ex illis causa suspicionis legitima proponatur, ea probari, & expediri debet coram Conjudice non recusato, ut dicitur in *cit. cap. si contra unum*, secus tamen, si causa, cum aliis clausulis commissa sit, scilicet; [quod si non omnes, tu cum altero;] vel cum illa, de qua in *cap. coram, extra eod. tit.* quia tunc coram Arbitris probanda, & expedienda est causa. Et III. in subdelegato Apostolico: quia si recusetur, debet recusans coram delegato justam recusationis causam ostendere, ut habet in *cap. super quæst. §. quem vero, de offic. deleg.*

34 De jure tamen Civili recusatio licet proponi debeat coram Judice recusato in scriptis, libello recusationis ei porrecto; *Gail. lib. 1. obser. 33. n. 13. & alii*, non tamen necessario exprimere debet causam recusationis; adeoque nec ea probanda est, *L. fin. Cod. de Jud.*, *Gail. Pirbing loc. cit.*, *& alii*, cum sufficiat, quod recusans, præstito juramento calumniæ, asserat, Judicem esse sibi suspectum in genere: quod sane juramentum stat loco probationis; cum quilibet præsumatur memor suæ æternæ salutis, *cit. l. Apertissimi, ibique Gloss. verb. Libello*, *Bald. n. 7.*, *Jason n. 25.*, *Sanchez loc. cit. n. 5. & Doctores passim.*

Præmitto VI. quod Arbitri, in causa recusationis eligendi, possint esse, vel unus, si in eum ambæ partes consenserint, *Gloss. in cap. secundo eequiris hoc tit. v. in aliquos*, *Alex. ibi num. 22.*, *Pirbing n. 270.*, *Sanchez n. 25.*, *& alii*, vel si partes in illum non consenserint, duo, & quidem unus ab una, alter ab altera parte electus, *Sanchez n. 22.*, *Barbosa in c. cum speciali n. 2.* Qui si non conveniant in judicando, eligendus est tertius: & standum judicio duorum; *cit. cap. secundo, ibique Gloss. v. allegare. Et c. cum speciali*, *Sanchez n. 22.* Atque ad hoc potest cogere partes etiam ipse Judex recusatus, *Pirbing. loc. cit. n. 270.* 35

Notat hic *Sanchez*, hujusmodi Arbitros per solas partes eligendos, ubi ex earum instantia proceditur: ubi vero Judex procedit ex officio; per partem, contra quam proceditur, & Judicem in simul. Nec necessario eligendi sunt ex eodem loco, in quo Judex recusatus suam jurisdictionem exercet, ne forte ob illius potentiam reperiri non possent idonei, quibus fideretur. Neque ex loco nimis remoto, e. g. ultra unam dietam, *Arg. c. 2. ibique Abbas num. 7.*, *Alex. n. 6. Sanchez n. 22.*, *Pirbing n. 271.* Et in causis spiritualibus ac Ecclesiasticis debent esse Ecclesiastici; in temporalibus vero etiam Clericorum esse possunt Laici, *Franch. in cit. cap. II.*, *Sanchez loc. cit.* A quorum sententia locum habet appellatio; cum sint Arbitri Juris, & ex necessitate, succedentes in locum Judicis recusati; *l. Apertissimi. Et cap. cum speciali, ac L. fin. C. de Judic.*, *ibique Bald. nu. 3.*, *Jason n. 6. & Doctores passim cum Gail. num. 15.* Et quidem ad superiorem Judicis recusati, nimirum ad Principem, si recusatus sit delegatus Principis: si vero subdelegatus, ad subdelegantem, juxta *c. Arbitris de offic. deleg. in 6. ibique Gloss. v. Appellandum, & Doctores in cap. legitima, hoc tit.* 36 37

Præmitto VII. quod Arbitri, modo prædicto electi, de jure Canonico super causa suspicionis cognoscere debeant: unde apud illos intra terminum, ab iisdem recusanti præfixum, probanda venit, & plene, ut supra insinuavimus. Quod si intra dictum tempus probata non fuerit; aut tamquam illegitima ab iisdem reprobata, Causa principalis ad Judicem recusatum remittenda est, ut ipse in eadem procedat, *Gail. loc. cit.* sin autem Causa suspicionis fuerit ab Arbitris tamquam legitima judicata, Judex recusatus debet in illius cognitione supersedere; *dic. c. secundo*; adeo ut si ad ulteriora procedat, processus sit nullus: & de consensu recusantis debet idem Judex causam alteri dijudicandam committere, vel ad superiorem remittere, ut ipsemet de ea judicet; vel eamdem alteri non superiori deleget, *cap. cum speciali hoc tit.* 38

Non autem possunt iidem Arbitri, dictam causam principalem cognoscere, ut docent *specul. tit. de recus. §. fin. n. 1.*, *Lanfranc. eod. tit. num. 13.* *Pirbing. n. 272.*, laudans *Abbatem in cit. cap. secundo, n. 14.* cum, pronuntiando super causa suspicionis, jam functi sint officio suo, eorumque potestas expiraverit. Contra *Castrensem in cit. l. Apertissimi, num. 8.*, & alios, contendentes causam principalem per ipsos Arbitros cognoscendam, ubi 39

causa

cause suspicionis fuerit legitime judicate.

40 De jure tamen Civili quamvis Arbitri eodem modo eligendi sint, servetis nimirum iisdem, de quibus supre *præmiss. VI. num. 35.* ipsi tamen de causa suspicionis cognoscere nequeunt; sed ea dumtaxat allegata, & non probata, & præstito a recusante Juramento calumniæ prædicto, de causa principali cognoscere debent, *l. Apertissimi, Cod. de Judic., Gail. num. 14., Mynsing cent. 3. obser.*
41 *63., Pirbing num. 271.* Sed in hoc spectandum, quid consuetudine receptum sit, monet laudatus *Gail. n. 35.* notans, communi Judiciorum usu servari Jus Canonicum, quod nimirum in libello requiretur expressio causæ; quod etiam testatur *Mynsinger:* & quod Arbitri tantum de causa suspicionis cognoscant. Et ubi de consuetudine non innotescat, contendit idem *Gail.* cum *Franco in c. cum speciali n. 46.* in terris Imperii, & in foro sæculari servandum Jus Civile; in terris vero subjectis Ecclesiæ, & in foro Ecclesiastico servandum jus Canonicum, juxta *Gloss. in c. 2. de Arbitris in 6. Verb. lex Civilis.*

42 Præmitto VIII. quod Causæ legitimæ Recusationis Judicis complures a Doctoribus enumerentur; nos præcipues infra *ass. 5. n. 68.* recensebimus, ne diutius hic immoremur.

43 Præmitto IX. quod effectus Recusationis sit, jurisdictionem Judicis recusati suspendere, adeo ut recusetione rite proposite, & pendente super ejus justitia cognitione, Judex recusatus in causa supersedere debeat, & ad ulteriora non procedere, *Can. quod suspecti 2. q. 5. Et cap. secundo requiris 4. §. fin. hoc. tit.* Cujus ibi ratio assignatur sic: [Ipsa namque ratio dictet, quod suspecti, &
44 inimici, Judices esse non debent.] Quamobrem si ad ulteriora procedat, erit processus totus nullus, ipsaque sententia nulla ipso Jure, *Gloss. in can. Quoties 2. qu. 6. v. appellent, Marant., Gail. Sanchez loc. cit.* cum acta, quæ fiunt, suspensa quoad illa jurisdictione, perinde sint irrita ipso jure, ac quæ geruntur a non jurisdictionem habente.

45 Excipe tamen, nisi suspicionis Causa sit manifeste frivole: in quo casu potest rejici a Judice, & ea non obstante ad ulteriora procedere, absque eo, quod astringatur eligere Arbitros; aut possit scrupulum nullitatis processus, & actorum pertimescere: modo tamen rejectionis suæ exprimat causam, *Farinac. fragm. Crimin. p. 2. verb. Judex nu. 806.* apud *Barbosam in cod. cum speciali hoc tit. n. 12.*

46 Dixi: [Jurisdictionem Judicis recusati suspendere:] non extinguere: cum etiam post Recusationem, & Approbationem Causæ suspicionis, de consensu partis, queat Judex recusatus in causa procedere, vel eam alteri delegare; ut si accedat recessus partis e recusatione per novum consensum in Jurisdictionem: vel, si pars recusans, post suam recusationem litiget coram Judice recusato; eique permittat, quod alteri causam discutiendam deleget: quia hoc ipso redit ad Judicem recusatum usus suæ jurisdictionis, quoad illam Causam, *c. Judex de off. deleg. in 6., ibique Franc. num. 2., Sanchez loc. cit. nu. 3., Card. de Luca de Judic. discur. 3. n. 71. & alii.*

47 Hic tamen non levis est controversia inter Doctores, num Recusatio ita suspendat jurisdictionem Judicis recusati, ut ejus gesta ipso jure nulla sint, quando causa recusationis est notoria, vel electi sunt Arbitri ad cognoscendum de ea dumtaxat; vel etiam quando causa notoria non est, neque electi sunt Arbitri. Et

Quoad primum, videlicet geste post recusationem e Judice recusato, quando causa recusationis est notorie, vel jam electi sunt Arbitri, qui cognoscant de ea, esse nulle ipso jure; docent unanimiter omnes, teste *Pirbing. n. 276.* 48

Quoad II., an scilicet ubi Causa Recusationis notoria non est, neque electi sunt Arbitri ad cognoscendum de ea, acta per Judicem recusatum sint ipso jure nulla, discrepent Doctores inter se. Affirmant *Gloss. Abb. in c. cum speciali in princ. n. 5., & alii.* Moventur tum ex *can. Quoties 2. q. in fin.* ibi: [Quod si aliter a quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, & viribus carebit.] Tum ex *c. secundo requiris, & can. quod suspecti, sup. cit.* ibi: [suspecti, & inimici, Judices esse non debent.] Tum denique ex eo, quod satius sit, ut impediatur, ne quid fiat, quam ut factum declaretur nullum, cum verecundia factoris. Atque adeo satius est dicere, quod acta post recusationem, ubi ejus cause notoria non est, & nondum electi sunt Arbitri, sint ipso jure nulla; quam quod sint postea annullanda, cum Judicis, qui ea gessit, verecundia. 49

Negant *Innoc. in cit. cap. cum speciali num. 7., Imola ibid. n. 18., & 21., Alex. a nu. 46.* quos citat, & sequitur *Pirbing*, contendentes gesta per Judicem recusatum, seu ordinarius sit, sive delegatus, non esse ipso jure nulla, sed valida, nisi interponetur Appelletio, vel alio modo causa cum effectu ad alium transferetur: Moventur ex *cap. super quæstionum de offic. deleg.* ubi dicitur: si delegatus noluerit, justa causa Recusationis admittere, licite posse appelleri: [Quodque post appellationem hujusmodi præsumptum, seu attentatum fuerit, judicari debere irritum, & inane.] Ergo gesta post Recusationem, sed ante Appellationem a tali iniqua non admissione Recusationis non sunt irrite, sed solum acta post illam Appellationem. 50

Engel hoc tit. n. 35. cum aliis apud Abbatem in c. cum speciali n. 12. verb. tertio, opinatur, validitatem talium gestorum, post Recusationem attentatorum, pendere ex futuro eventu admissæ, vel non admissæ recusationis: nam si pronuntietur, hanc non tenuisse, valebunt, (ait) hujusmodi gesta: sin minus, non valebunt; ut in simili dicitur de attentatis per Judicem, a quo, post appellationem a sententia interlocutoria, *cap. non solum hoc tit. in 6.* sed hæc sententie minus placet *Laurentio lib. 2. tit. 28. q. 1163.* dum hac ratione suspenditus valor, vel invaliditas gestorum a Judice. 51

Alii, distinguentes inter Jus Canonicum, & Civile, arbitrantur, attentate post Recusationem non valere secundum Jus Civile; valere tamen secundum Jus Canonicum. Cujus sententiæ plures allegat Auctores *Abb. in cit. cap. cum speciali n. 12. verb. quarta fuit hoc tit.* 52

His præmissis, ut ad resolutionem controversiæ veniamus,

Dico I. Judex Regularium Conservetor, nequit ut suspectus a Reo contra quem procedit, recusari in causa de manifestis, seu notoriis injuriis, & violentiis, Regularibus illatis, secundum formam *c. 1. & fin. de offic. Judic. deleg. in 6.* Ita Doctores passim cum *Sylv. verb. conservator n. 5. & Monet. c. 9. q. 1. concl. 1. n. 9.* quia in notoriis locum non habet Recusatio ex dictis in *III. præmiss. a n. 20.* Verum id, juxta limitationem factam in dict. *III. præmiss.*, procedit. 53

I. In Causa de notoriis facti permanentis, non autem transeuntie: quia in notoriis facti transeuntie 54

euntis recuſari poſſe Judicem ſuſpectum, cum communi Sententia innuavimus ibi: Immo

55 II. In notoriis ipſius facti permanentis, ſi id certo notorium ſit; cum id in dubio, an factum notorium ſit, quia poteſt Conſervator injuſte declarare, recuſari poteſt ut ſuſpectus, ut in *præcit.* 3. *præmiſſa* diximus cum *Abb. & aliis*, quibus ſubſcribunt *Pirhing de off. & pot. Jud. Deleg. tit.* 29. *ſect.* 8. §. 2. *n.* n10., *Leuren. ibid. q.* 336., *& alii.* Et

56 III. Ubi pœna eſt in jure præſcripta, & determinata: quia in hoc caſu videtur Conſervator ſe gerere, tamquam merus executor, qui eum gravare non poſſit, neque poteſt ut ſuſpectus recuſari, *Azor. p.* 1° *Inſt. mor. lib.* 5. *C.* 34. *q.* 11., *Cochier de Juriſdict. Ordin. in exempt. p.* 1. *q.* 39. *n.* 33.; *& alii paſſim.* Secus tamen, ubi pœna non ſit in jure præſcripta, ſed Conſervatoris arbitrio relinquatur: cum enim tunc reum gravare poſſit, excedendo modum in arbitrando, imponendo videlicet majorem pœnam delicto, quam ipſi de jure debeatur; poterit utique tamquam ſuſpectus recuſari, quantumcumque manifeſta ſit injuria: quia in his, & ſimilibus terminis, etiam in notoriis admittitur recuſatio, ut tradunt *Abb. in Cap. Si quis contra Clericum num.* 11. *de for. compet.*, *Farinac.* 1. *p. prax. crim. q.* 21. *num.* 130., *Cochier, ubi ſupra, & de Conſerv. p.* 2. *q.* 10. Unde Concilium *Tridentinum ſeſſ.* 14. *de refor. c.* 5. Formam præſcribit, juxta quam procedi debet, ſi Conſervator ſuſpectus eſſe dicatur. Quod utique, (ut recte notat *Pellizz. c.* 35. *n.* 139.) non faceret, ſi ſupponeret, Conſervatorem tamquam ſuſpectum recuſari non poſſe.

57 Dico II. In aliis vero Cauſis, de injuriis, & violentiis non manifeſtis, de quibus Conſervator cognoſcere poteſt, ubi Regulares ſint rei, adhuc poſt Conſtitutionem Gregorii XV., quæ tamen Cauſæ illi commiſſæ ſunt, ut ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura Judicii, terminentur, cohærenter ad inſinuata in dicta 3. *præmiſſa*, poteſt ab ipſiſmet Regularibus per communia jura, ut ſuſpectus recuſari, quemadmodum in Cauſis, in quibus plenariam habet cognitionem, *Cap. Si quis contra Clericum, de for. compet. Cap. Secundo requiris*, §. *Tertio poſtulas, de appellat.* Atque ita cum Doctoribus paſſim, & *Monet. c.* 9. *q.* 1. *Concl.* n. *a n.* 18., *& Concl.* 3. *a n.* 22., *Barboſ. loc. cit. n.* 32., *& Donat. q.* 44. *n.* 3.

58 Dico III. Recuſatio Conſervatoris ante inchoationem Judicii, ſeu ante litis conteſtationem, ac intra 20. dies poſt oblatum libellum facienda eſt, immo ante alias exceptiones proponenda ex dictis in 4. *præmiſſa a n.* 24. Ita Doctores paſſim, quos inter *Monet. c.* 9. *q.* 1. *Concl.* 4. *n.* 29. Verum juxta limitationes in 4. *præmiſſa*, inſinuatas,

59 Aſſertio procedit I., niſi Conſervator ob incompetentiam recuſari valeat: quia recuſatio ob incompetentiam præcedit recuſationem ob ſuſpicionem; cum fruſtra objiciatur, eſſe ſuſpectum, ſi juriſdictione careat.

60 II., Niſi poſt litem conteſtatam, vel aliam exceptionem objectam, Cauſa recuſationis de novo ſupervenerit; tunc enim in quacumque litis parte fieri poteſt recuſatio.

61 Et III. niſi poſt litis conteſtationem tunc primum Cauſa recuſationis in notitiam venerit recuſantis, etſi de novo non contigerit ea Cauſa: modo tamen recuſans id, præſtito juramento, deponat: cum ignorantia illius Cauſæ recuſandi tunc conſenſum in approbationem removeat talis Judi-
62 cis. Et in his caſibus recuſatio fieri poteſt, etiam poſt Concluſionem in Cauſa, ſi tunc primum Cauſa recuſationis, ejuſque notitia ſupervenerit: immo & data jam ſententia ſcribæ, ut illa pronuntiet; ſed nondum jam pronuntiata, ſi tunc ante pronuntiationem recuſationis occurrerit Cauſa, vel ejus notitia.

Dico IV. In præfatis Cauſis, in quibus Judex 63
Regularium Conſervator recuſari poteſt ut ſuſpectus, propoſita coram eodem per recuſatorem legitima ſuſpicionis Cauſa, ad Arbitrorum electionem, in forma juris, qui de Cauſa ſuſpicionis cognoſcant, an nimirum ipſi dandus ſit locus, deveniendum eſt. Et Arbitrorum pendente judicio, non procedendum in Cauſa, juxta præſcriptum *Tridentini loc. cit.* Quod ſane ſervandum eſt, non obſtante, quod ab eo Decreto, & toto illo Canone excludantur in fine Regularium loca, &c. Cum ſit conforme juri antiquo *Cap. Cum ſpeciali, de appell. Cap. Legitima eod. tit. in* 6. *Cap. Suſpicionis, de Off. Deleg. item in* 6.

Excipe tamen ex dictis in 5. *præmiſſa a n.* 31., 64
ubi Cauſa ſit delegata duobus cum clauſula: [Quod ſi ambo intereſſe non poſſint, alter eorum in Cauſa procedat:] tunc enim coram utroque Conſervatore Judice, tam recuſato, quam non recuſato proponenda eſt: licet coram ſolo non recuſato probanda, non autem coram recuſato, aut coram Arbitris, *Cap. Si contra in unum, de Offic. Deleg. in* 6. Secus tamen, ſi Cauſa cum alia clauſula commiſſa ſit, puta: [Quod ſi non omnes, tu cum altero.] Vel cum illa, de qua in *Cap. Coram, extra eod. tit. Gloſſ. dic. Cap. Si contra, v. probari:* quia tunc coram Arbitris probanda, & expedienda eſt, *Monet. c.* 9. *q.* 1. *n.* 5. *&* 35.

Excipe quoque ex dictis *præmiſſ. cit.*, ubi re- 65
cuſandus ſit Apoſtolicus Subconſervator; cujus ſane recuſationis Cauſa non coram Arbitris, ſed coram Conſervatore probanda eſt a recuſante, *Cap. Super Quæſtionum* §. *quem vero de Offic. Deleg.*

Erunt autem eligendi Arbitri, ſi recuſans non 66
habeat Adverſarium, ab ipſomet recuſatore, & Conſervatore ſimul recuſato. Quod ſi adverſarium habeat; ab adverſario, & ipſomet recuſante, *Monet. Concl.* 5. *n.* 33. Et Conſervator, electis jam Arbitris, illos cogit, ad conveniendum, ſi diſcordes fuerint, in una Sententia: vel ut tertium concorditer advocent; cum quo duo, vel alter eorum concordet, competenti ad id iiſdem Arbitris termino per Conſervatorem aſſignato, *Monet. ſupra Concl.* 6. *n.* 39. Qui ſane Arbitri, non vero Conſervator recuſatus, debent partibus terminum aſſignare ad Cauſam ſuſpicionis probandam, *Monet. Concl.* 7. *n.* 40. Et, Cauſa ſuſpicionis pro legiti- 67
ma non probata, utitur Conſervator ex tunc ſua juriſdictione. Admiſſa vero pro legitima, debet alicui perſonæ idoneæ, de recuſatoris aſſenſu, negotium committere recuſatus Conſervator; vel ad Superiorem, ut in eo ipſe procedat, prout fuerit procedendum, tranſmittere. Poteſt ſiquidem recuſatus Conſervator poſt recuſationem propoſitam, ſi recuſatoris accedat aſſenſus, vices ſuas alteri committere: immo, & poſt recuſationem jam probatam; modo tamen ſuper ea pronuntiatum non fuerit. Quemadmodum priuſquam recuſatio contra ipſum proponatur, committere poteſt vices ſuas, ita tamen, ut ſi in totum commiſerit, recuſari ulterius, aut facta per eum commiſſio, impugnari non poſſit: ſecus tamen, ſi aliquid ſibi de juriſdictione reſervarit, & recuſari ulterius poſſit, & impugnari commiſſio facta per ipſum, ut de Apoſtolicæ Sedis delegato ſtatuitur in *Cap. Ju-*

dex

dex de Offic. Deleg. in 6. Ubi *Gloss. v. nequibit*, *Jo. Monac.*, *& alii*, addunt, quod adhuc posset recusari Conservatos, si Subconservator commissionem non recepisset: vel, si antequam uti jurisdictione cepisset, mortuus esset: vel Conservator ab eo commissionem revocasset, conformiter ad *text. in Cap. Quamvis eod. tit. & lib.*, *Monet. concl. 9. a n. 44.*, *& alii.*

68 Dico V. Causæ, propter quas Judex Conservator, ut suspectus recusari potest, non secus, ac quibus alius Judex, complures recensentur a Doctoribus; præcipuæ autem sunt:

Prima, si Judex sit consanguineus alterius partis, *Cap. Accedens il secondo*, *Ut lite non Contest. Cap. Postremo hoc tit. ibique Anchar. n. 1.*, *Butrius n. 3.*, *Alex. n. 2.*, & *cum aliis passim Maranta p. 6. de Appellat. n. 29.*, notans proinde, Judicem consanguineum alicujus Prælati Ecclesiæ posse ut suspectum recusari in Causa illius Ecclesiæ. Et hujusmodi consanguinitas extenditur usque ad gradum septimum, & ultra; *Barb. in cap. Postremo n. 7.* Item si Judex sit affinis *L. qui jurisdictionem, ff. de Jurisd. omn. Jud. Marant. loc. cit. & alii passim.* Vel si collactaneus sit, aut Privignus, *Cap. Postremo de Appell.* Recusari non potest tamen Judex, si utrique parti æque sit consanguineus, vel affinis, *Marant. loc. cit. n. 80.*, *Barb. in cap. Postremo n. 9.*, *& alii.*

69 Secunda, si sit Compater alterius partis, *Imola in cap. Prudentiam de Offic. Deleg.*, *Jason in L. Apertissimi de Jud.*, *Marant. n. 71.*

70 Tertia, si Judex sit intimus amicus adversarii, *Marant. n. 43.*, *Barb. n. 10.*, *& alii.* Secus tamen, si amicitia sit modica, vel æqualis erga utramque partem, *Abb.*, *Franch.*, *Marant. loc. cit. cum Menoch. cas. 152.* Item recusari potest, si sit valde familiaris parti adversæ. *Cap. Insinuante de Offic. Deleg. ibique Abb.*, *& Felin.*, *Marant. n. 45.*, *Barb. cum aliis loc. cit. n. 12.* Si sit domesticus, & socius, ac commensalis, *Farinac. frag. crim. v. Judex n. 809. & 812.*, *Marant. cum aliis n. 59.* Unde recusari potest quis, dum est Canonicus illius ejusdem Ecclesiæ, cujus est adversarius, *Cap. Cum Rom. de Offic. Deleg.*, *Specul. tit. de Judic. §. super est n. 56.*

71 Quarta, si sint Concives extra propriam Patriam Judex, & pars adversa: quia soleat ibi se diligere, ut fratres, *Abb. in cap. Accedens*, *Ut lite non contest. col. 2.*, *Marant. n. 59.* secus tamen, si sint in propria patria, & Judex sit Ordinarius: recusari autem potest, si sint in propria patria, sed Judex sit delegatus, *Abb. loc. cit. col. 2.*

72 Quinta, si Judex sit inimicus: cum inimicus nequeat esse Judex, *Cap. Cum Rom. de Offic. Deleg.*, *Marant. loc. cit. n. 35.*, *Barb. Cum pluribus in cap. Secundo requiris n. 7.* etiamsi inimicitia non sit capitalis, *Rebuf. ad Leges Galliæ tit. 3. ar. de Recus. n. 9.*, *Gloss. unic. n. 16.*, *Franch. in Cap. Postremo col. 9. v. 32.*, *Marant.*, *Barb. loc. cit.* Et provenerit culpa recusantis, *Farinac. loc. cit. n. 882.* Aut etiam dolo partis, *Barb. cum aliis n. 7. in fin.* Quæ sane inimicitia præsumitur, quando quis non alloquitur, & salutat eum, quem prius alloqui, & salutare solebat, *Marant. loc. cit. n. 48.*, *Gratianus discept. forens. cap. 284. a n. 26.*, *& alii.* Vel ratione litis, quam ut privatus gerit cum recusante: quia inter litigantes præcise ex lite aliqua inimicitia oriri solet, *Abb. in cap. Cum super de Off. Deleg.*, *Marant. num. 46.*

73 Sexta, si sit inimicus Domini mei; cum propter Dominum recusare Judicem probe valeat tota familia: & contra, omnes de familia recusari queant propter eum, *L. unic. C. si quis præd. pot. Cap. Insinuante*, ibique *Gloss. 2.*, *& Abb. num. 6. de Off. Judic. Deleg.*, *Jas. in l. Apertissimi n. 7. c. de Jud.*

Septima, si sit consanguineus inimici mei: si copulet parentelam cum illo: quia censetur ejusdem intentionis cum eodem, adeoque meus inimicus, *Abb. in cap. Accedens il secondo*, *Ut lite non contest. notab. 2.*, *Felin. ibid. col. 1. Bald. in L. quoniam liberi, c. de testib.* 74

Octava, si sit familiaris, & commensalis inimici mei: si confederatus cum illo: si multum cum eodem conversetur, ludendo, bibendo, pernoctando, &c. *Marant. n. 35.*, *36.*, *& 37.*, *Farinac. num. 874.*, *& 875.*, *Rebuf. n. 20.* 75

Nona, si aliquando minatus fuerit, se nociturum, *Marant. n. 49.*, *citans Abbatem.* 76

Decima, si aliquando fuit inimicus, & modo est reconciliatus; cum inimicus reconciliatus maneat suspectus, *Franc. in c. Postremo*, *Marant. n. 64.* 77

Undecima, si vellet esse Judex in propria Causa; cum nemo in propria Causa possit esse Judex, *L. Qui Jurisdict. ff. de Jurisd. omn. Judic.*, *& L. 1. Cod. Ne quis in sua Causa.* Ita ut neque Rex, aut Imperator esse valeat Judex in propria Causa, sed debeat eam delegare, *Marant. cum aliis num. 32.* addens *num.* 34. quod licet id procedat in Causa, quam Princeps supremus habet cum non Subdito suo; secus tamen cum Subdito suo. Unde Prælatus, agere volens in Causa Ecclesiæ suæ, quamvis alias Judex esse posset, potest tamen recusari ratione nimiæ affectionis erga illam, vel potius propter commodum, & interesse suum, quod inde habet, *Marant. n. 52.*, citans Francum *in cap. Postremo.* Unde 78

Duodecima, si Causa respiciat commodum, vel incommodum Judicis, ut si est fidejussor alterius partis, *Marant. n. 65. cum Franco loc. cit.* 79

Decimatertia, si adversarii Dominus sit; cum Patronus in Causa Vasalli, & Clientis a non cliente recusari valeat, *C. Causam, quæ, de Offic. Deleg. l. Si quacumque C. præd. pot.* 80

Decimaquarta, si fuit corruptus prece, vel pretio ab adversario, aut donum aliquod accepit ab eo, *Marant. n. 62.*, *& 66.* 81

Decimaquinta, si Judex ut privatus litigat cum alio in consimili Causa: quia tunc præsumitur judicaturus in mea Causa, prout optaret judicari in sua, *Abb. in cap. Causam, quæ il secondo de Judic.*, *Barb. in cap. Postremo, hoc tit. n. 15. cum aliis*, *& Marant. n. 96.* 82

Decimasexta, si sit nimis severus, & crudelis; si indiscretus, &c. *Marant. cum aliis n. 69.* 83

Decimaseptima, si consuevit esse iniquus, *Marant. n. 70.* si animose, injuste, & extrajudicialiter procederet, *Marant. n. 75.* 84

Decimaoctava, si sit illiteratus, imperitus, ac grossus, & Causa ardua, & subtilis, *Felin. in cap. Suscitatus de rescript. col. 7. Marant. cum aliis num. 67.* Cum Causæ subtiles grossis Judicibus committendæ non sint, teste *Baldo in l. fin. cod. de hæredit. institution. in quæst. 16.* 85

Decimanona, si operam suam dederit in eadem Causa: ut si fuerit in ea Advocatus partis contrariæ, *Barb. in cap. Postremo hoc tit. num. 1. cum aliis*, *Marant. n. 42.* Si fuerit in ea consultus, *Barb. num. 14.*, *Marant. num. 52.* Si fuerit assessor, votumque suum pro parte contraria propalarit: si fuerit sollicitator, *Rot. decis. 156. in antiq.* sicque demum fuerit in eadem testis, *L. fin. ff. de testibus. Specul. tit. de Judic. Deleg. §. Superest*, *Marant. n. 54.* Secus tamen, si operam suam dederit advocando, consulendo, &c. in alia Causa, *Marant. n. 42. & alii.* 86

Vige-

87 Vigesimi, si semel Judex in alia Causa gravasit; unde fuit appellatum a recusante. In hoc siquidem casu posse in omni Causa Judicem recusari, docet *Marant. n. 61. cum Franco, Barb. in C. Ad hac il primo hoc tit. n. 11.* laudans *Menochiam de Arbitr. cas. 121. a n. 1. Scaccia de Appell. qu. 17. limit. 45. n. 5. Tuschus v. suspectus concl. 900. n. 30. Fariasc. fragm. crim. p. 1. verb. Judex n. 781.* & alii contra *Decium in cap. 1. de Judic. n. 7., Ripam ibid. n. 13., Oltead. cons. 302. n. 5. Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 11. Wiestnerum hoc tit. num. 130. & alios.* Quorum sententia conformis est juri civili, ut patet ex *Rabe. & L. unic. ff. apud eum, a quo appellatur, aliam Causam agere compellendum.* Et ex eo probatur, quia appellatio non est juxta Cansa offensionis, cum per eam nulla injuria irrogetur Judici, juxta *L. Et in majoribus hoc tit.* immo, ut addit *Wiestnerus*, appellationem Judex debeat exoptare: quia si ea pronuntietur male interposita, confirmatio Sententiæ in hannrem Judicis redundat; sin autem bene appellatum; revocatio Sententiæ conscientiæ Judicis futura est levamini.

88 Sed Sententia opposita priorum Doctorum conformis est juri Canonico, *cit. cap. Ad hæc.* Per quod etiam correctum esse jus civile, contendit *Bald. in cit. L. unic.* Et ex adverso principio convincitur: scilicet quod per appellationem aliqua vis, & injuria videatur inferri Judici, a quo appellatur, *Scaccia loc. cit. limit. 47. memb. 3. num. 4.* Quod vel ex ipsa experientia compertum est, cum videamus multos Judices odio prosequi appellantes, *Rebuf. 3. ad Leges Galliæ tr. de appellat. in præfat. n. 35.* itaque contra ipsos indignari, ut timeant appellare, & timore offensionis, ac indignationis Judicum vix audeant nomen appellationis proferre, *Scaccia loc. cit. qu. 6. a n. 3.*

89 Sed *Gonzalez Tellez in cit. cap. Ad hæc num. 2.* utramque Sententiam cum propriis juribus Canonico, & civili, hac adhibita distinctione conciliare contendit: scilicet appellatione interposita, & adhuc pendente, nequit Judex ut suspectus recusari: quia anin appellationis exitum nescitur, an inique, vel imperite judicarit. Item neque potest recusari tamquam suspectus, postquam pronuntiatum est: male appellatum. Neque demum dari potest ut suspectus, si ab eo appellans in prima instantia, ideo succubuit, quia omisit, quæ debebat proponere, & suam intentionem non satis probavit: cum id non in imperitiam, vel iniquitatem Judicis cedat, sed in appellantis negligentiam: unde non est, cur Judex offendi possit ob appellationem, *Wiestner hoc tit. n. 132.* E contra tamen recusari potest ut suspectus, ubi pronuntiatum est: bene esse appellatum; cum per talem pronuntiationem plerumque injuste, aut imperite judicasse, redarguatur. Unde rite supponi potest offensus, & ut talis recusari.

Vigesimaprima, si Judex curaverit sibi causam committi, *Spec. ad accusat. v. Item si ipse, & alii.* Qui enim se ingerit, suspectus est, *L. Nata ad ea, ff. de peccar.*

90 Vigesimasecunda, si adsit aliqua Causa, quę ad removendum Procuratorem, Arbitrum, vel Testes, sufficiens sit: cum omnis Causa, quæ sufficit ad Procuratorem, vel Arbitrum removendum, satis etiam sit ad removendum Judicem, *Abb. in cap. Postremo hoc tit.* ibique etiam *Francus, Marant. n. 73.* Et omnis Causa, ob quam recusari possunt Testes, talis sit, ut per eam, & quidem a fortiori, recusari queat Judex; cum facilius sit, alium Judicem inveniri, quam testem; & non semel victoria in uno teste consistat, *Jason in L. Antiquissimi n. 7. Gail. lib. 1. obser. 33., & alii.*

91 Vigesimatertia, si urgeat aliqua Causa, etiam in jure non expressa, dummodo major, vel æqualis expressis, seu in qua eadem, vel fortior ratio sit, quam in expressis, *Gloss. in cap. Cum speciali hoc tit. v. juste, Francus ibid. n. 7. Sanchez loc. cit. n. 6.* Immo etiamsi minor sit ratio; cum ex quavis, etiam levi Causa, suspectus Judex recusari possit, *Hostiens. in cap. Postremo hoc tit. n. 5. Butrius n. 10. Franc. n. 20. Alex. n. 12. Tuschus v. suspectus concl. 907. n. 17, Fariaac. fragm. crim. p. 2. verb. Judex n. 777. & alii.* quibus laudatis adhæret *Barbos. in cit. cap. Postremo num. 8.*

92 Vigesimaquarta tandem, si detur alia Causa, quę arbitrio prudentis viri sufficiens ad recusandum Judicem censeatur. Cum enim super particularibus Causis certa regula statui non possit, num hic, & nunc ad recusationem sit satis, quia totum pendet ex singulorum casuum circumstantiis, & particularibus locorum legibus, & stylis, ut notat *Card. de Luca de Judic. disc. 3. n. 69.*, id arbitrio prudentis viri relinquendum censet *Abb. in c. Cum speciali 61. n. 7. hoc tit.* Videantur Doctores citati, & *Pignatellus tom. 9. cons. 151. a n. 9. usque ad 39.*, ubi justas Causas recenset recusationis Judicis.

93 Dico VI. Acta, processus, & Sententia, a Judice Conservatore Regularium post recusationem lata, sunt ipso jure nulla, quemadmodum, quæ gesta sunt a quovis alio Judice, juxta ea, quę in *præmiss. 9. a n. 43.* dicta sunt. Atque ita Doctores communiter, quibus subscribit *Monet. concl. 9. num. 43.*

94 Et hæc de recusatione suspecti Conservatoris insinuasse, sufficiat. Alia, quæ in hac materia possent occurrere, facile dilui queunt ex insinuatis præmissis. Quoniam vero recusationi finitima est appellatio: unde compilator juris Canonici, sub eodem titulo, simul agit de appellationibus, & recusationibus, ut notat *Gloss. ad Rubric. hoc tit.*, a recusatione suspecti Conservatoris ad Appellationem ab ejusdem Sententia gradum facit sequens.



ARTICULUS VIGESIMUS QUARTUS.

An, & in quibusnam Casibus, quomodo, ac Quando a Sententia Judicis Regularium Conservatoris liceat Appellare & ad quem.

Ubi

De Appellationibus deque Judice Apostolicæ Legationis, seu Regiæ Monarchiæ in Regno Siciliæ.

IN tertia nostri Juris Caoocici parte *de Judiciis Ecclesiasticis differt. 38. per totam* ex professo *de Appellationibus* differuimus; ex quarum principiis eruenda venit, tota qosnta est præseotis Controversiæ decisio, Nihilominus, quia Appellario a Senteuria Jndicis Regularium Conservatoris hodie frequentissima est, ac quotidiana, ur facilitati consulamus, universam de Appellarinuibus materiam copiose ibi, & abundaurer discussam; hic fummarim expeditam premittere importunum non sit. Itaque Præmitto I. Appellatio
1 est [Provnecario a Judice inferiori ad Superiorem, ratione gravaminis illati, vel inferendi facta.] Ita *Abb. ad Rubr. n. 3. De Appell., Marant. p. 6. Spec. aur. eod. tit. n. 1., Scaccia de Appell. qu. 2. n. 1.*, & alii enmmoniter, qui traditam explicationem pro recta definitione Appellatinnis agnoscunt. Pro cujus intelligencia Appellatio.

2 Dicitur I. *Provocatio*, atque hæc omnem auxilii invocationem, & quascumque preces, Superiori porrectas, complectitur: unde per eam Appellatio a Judice inferiori ad Superiorem, veluti per genus, convenir eum omni alio actu, quo officium, vel auxilium, & favor Judicis imploratur, puta cum Supplicatione, Revisione, Oppositione Nullitatis Sententiæ &c. a quibus ramen per reliquas particulas, velut per differentiam, discriminatur.

3 Dicitur II. *a Judice Inferiori ad Superiorem*: non enim interponi potest ad inferiorem, aut æqualem; Cum par in parem non habeat imperium, ur fert stritissimum Juristarum proloqnium; & multo minus in Superiorem Inferior. Jam Judex inferior, a quo per Appellarionem fit transitus ad Superiorem, dicitur *Judex a quo*: quemadmodum Judex Superior, ad quem ab inferiori fit dictus transitus *Judex ad quem*, vel absolute *Judex Appellationis* dici consuevit.

4 Dicitur III. *Ratione gravaminis illati vel inferendi*: Cum nedum ab injusto gravamine jam illato; sed etiam a probabiliter inferendo, seu judicialiter, sive extrajudicialiter concedatur, & recte Appellatio, *Cap. Bonæ Memoriæ 51., c. Cum teneamur 17. et seq., & c. Propterea 40. de Appellat.* Quamobrem

5 Appellatio quoad substantiam est de Jure Naturæ: quia eum fiat ob gravamen injuste oppressis illatum, vel inferendum, est quædam defensio sui, & præsidium Innocentiæ, ur dicitur io *Cap. speciali §. Porro, & Cap. Sugestum de Appell.* Quamvis quoad formam, & solemnitates sit de jure positivo, Unde quoad illas mutari potest, & tolli; non tamen quoad substantiam, *l. unic. c. de Sent. præf. Abbas in Rubr. de Appell. n. 7.*

Et inductum fuit a jure Appellationis remedium: 6
I. Ad removendum gravamen injuste illatum, aut probabiliter inferendum, *Cap. Sugestum in fin. hoc tit.* II. Ne læsus ex propria ignorantia, vel negligentia dampnum sentiat; & sic ea quæ coram Judice prioris instantiæ non probavit, vel allegavit, probare, vel allegare possit coram alio Judice, *l. Prolatam cod. de temp. Appell. & Cap. cum Joannes de fid. instrum.* III. Demum, ut iniquitas, vel imperitia unius Judicis ab alio Judice corrigatur, *l. 1. §. 2. de Appell. & Relat.* ibi: [Appellandi usus iniquitatem judicantium, vel imperitiam corrigit.] & *cap. Interposita 70. §. fin. hoc tit.* ibi: [Cum in hoc casu (Appellationis a gravamine) iniquitas prioris Judicis principaliter arguatur.]

Appellatio bifariam dividitur: in Judicialem nimirum, & extrajudicialem; *Clem. 3. de Appell:* ibi: 7
[Sicut appellationem Judicialem, sic & extrajudicialem.] Primi generis fit ab actibus judicialibus, quibus se quis gravatum existimat: & hujusmodi est illa, quæ fit a Sententia, seu deficitiva, sive interlocutoria: sicut & qua quis, citatus a Judice, gravatur in hoc, quod sibi nimis brevis datus fuerit terminus peremptorius, *Cap. 1. de dilat.*, vel in eo gravatur, quod Judex Delegatus justam exceptionem partis admittere nolit, puta quod non possit conveniri vi Rescripti Pontificii, vel similis, *Pirbing de Appell. n. 2.*

Secundi vero generis fit ab actibus extrajudicialibus, 8
quibus aliquis gravatur, vel probabiliter timet se gravandum; ut si quis injuste sit Captus, & incarceratus; vel nominatus ad tutelam: Vel se gravatum sentit ex Electione ad beneficium, Collatione, Provisione in persona alterius jam facta: aut videt Electores, paratos ad eligendum alium, ideoque appellat ad Papam, ut impediatur Electio, vel non fiat, nisi Canonica Electio, &c. *Cap. Bonæ Memoriæ, de Appell., Cap. Concertationi eod.*

tit. 6., *Cap. Conſideravimus*, & *Cap. Auditis*, *de elect.* Jam

8 Appellatio judicialis, & extrajudicialis diſcriminantur inter ſe, & I., quia judicialis proprie eſt Appellatio, utpote provocatio e Judice inferiori ad Superiorem de judicio facto; unde judicium ceptum ſupponit; ſecus tamen extrajudicialis; Cum hæc non ſit provocatio a judice Inferiore ad Superiorem de Judicio facto, ſed poſſit eſſe inchoatio cauſæ; adeoque potius eſt provocatio ad cauſam apud Superiorem, quæ vim habet Conventionis, quam Appellatio. *c. cum ſit Romana 5. hoc tit.* ibi: [Sacri Canones, etiam extra judicium, paſſim appellare permittunt: nec ſolent hujuſmodi dici Appellationes, ſed Provocationes ad cauſam.] Quare in materia odioſe pœnali Appellatio extrajudicialis non comprehenditur, *Pirbing lib. 2. tit. 28. n. 3.*

9 II. Judicialis ſupponit Judicem a quo, & ad quem: non ſupponit tamen neceſſario Judicem a quo, Extrajudicialis; Cum poſſit extrajudicialiter appellari, etiam contra alium, qui gravamen infert, *Pirbing loc. cit.*, Et

III. Quia Appellatio Judicialis, etiam male, & ſimpliciter propoſita, ſuſpendit executionem, & facit in contrarium attentata revocari, *Can. Poſt appellationem §. Appellatione 2. q. 6. & cap. Dilectis filiis 55. de Appell:* Non ita tamen extrajudicialis, in qua neceſſum eſt, rationabilem cauſam appellandi exprimere, ita nimirum, ut ſi ea fuerit per Superiorem admiſſa, tunc primum attentata medio tempore revocentur; Secus tamen, ſi admiſſa non fuerit, *Cap. cum inter, R. 17. de elect.*, *Engel. au. 10. de Appell.*, & *alii*.

10 Appellatio Judicialis bifariam ſubdividitur: in Appellationem videlicet ab Interlocutoria, & in Appellationem a Sententia Definitiva. Et præter diverſitatem, quam habent hæ duæ Appellationes in effectibus, de quibus infra, in quatuor potiſſimum diſcriminantur.

11 I. Videlicet in eo, quod Appellatio a Definitiva incontinenti, ſeu (ut ajunt) *ſtante pede* fieri poſſit; & viva voce per verbum *Appello*, vel quid ſimile, *l. 2.*, & *l. a Sententia ff. de Appell.* Quamvis ſi fiat ex intervallo, V. G. poſt unum, vel alterum diem, in ſcriptis proponi debeat, ſeu per porrectum libellum appellatorium, *l. Si quis 28. Cod. hoc tit.* Appellatio autem ab Interlocutoria fieri debeat in ſcriptis, *c. 1. hoc tit. in 6.*

12 II. Quod Appellatio a Definitiva (niſi Appellatio a Lege, vel ab Homine, ſeu Superiore ſit prohibita) non debeat neceſſario cauſam gravaminis in ſpecie exprimere; Cum ſufficiat, dicere in genere [Appello ab hac Sententia] *l. 2. ff. hoc tit.* Appellatio autem ab Interlocutoria, vel gravamine aliquo, non aliter valebit, niſi appellans Cauſam Appellationis in ſcriptis exhibeat, *dic. Cap. 1. hoc tit. in 6.*

13 III. Quod Appellatio a definitiva ex novis probationibus, & inſtrumentis juſtificari poſſit ab utraque parte, Actore videlicet, & Reo; dummodo cauſam principalem antiquam, & non novam reſpiciant: Unde locum habet Beneficium illud Juris: [Non deducta deducam, non probata probabo,] *l. Per hanc 4. ibiq. Barth. Cod. de temp. Appell.* & *l. eos qui §. Si quid autem, de Appell.* Exceptis duntaxat novis probationibus per teſtes, utpote qui publicatis ſemel atteſtationibus, propter ſubornationis periculum, nequeunt amplius in cauſa appellationis ſuper iiſdem articulis, vel directe contrariis produci, *Clem. ult. de Teſtib.* Quamvis ſuper novis articulis, cauſam principalem antiquam reſpicientibus, optime produci queant; *Cap. Fraternitatis 17. de Teſtib.* ibiq: *Gloſſ. v. novis*, *Joan. Andr. n. 13.*, *Abbas n. 3.*, *Barboſa in Collect. ibi n. 2.*, & *3.*, & *alii apud ipſum*. Appellatio autem ab Interlocutoria nonniſi ex iiſdem cauſis antiquis, & in appellatione expreſſis juſtificatur, *Clem. Appellanti 5. hoc tit.*

IV. Quod Appellatio a Definitiva ſemper proponi queat, quandocumque per eam ſeſe quis gravatum ſenſerit: non ita tamen ab Interlocutoria, niſi vim habeat definitivæ, vel ejus gravamen per appellationem a Definitiva reparari non poſſit: ut ſi Judex decernat, Reum eſſe torquendum, incarcerandum, aut excommunicandum: quia gravamen torturæ, incarcerationis, vel excommunicationis nequit amplius reparari. Item ſi Judex teſtes, vel probationes rejiciat, ſitque periculum, ne proceſſu durante ejuſmodi probationes pereant, & in cauſa Appellationis produci non poſſint: Vel ſi gravamen ſit reparabile quidem, non tamen ex toto, vel nonniſi cum magna difficultate, vel præjudicio partis, *Barboſ. in Trident. Cap. 20. a n. 21.*, *Riccius in praxi for. Eccleſ. p. 1. reſol. 415.* Quamvis olim de jure Canonico antiquo, etiam ab Interlocutoria permiſſum fuerit appellare; *c. de Appell: 11.* & *c. ſuper eo 12. hoc tit.* Non tamen de jure Civili, niſi in aliquibus duntaxat caſibus; *l. Ante ſententiæ Cod. quorum Appellatione*: Cui *Trident.* adhæſit *ſeſſ. 13. Cap. 1. de refor.*, & *ſeſſ. 24. Cap. 20. de refor.* ad coercendas frivolas, atque fruſtratorias appellationes, corrigendo Jus Canonicum vetus. 14

Appellatio ſeu Judicialis, ſive extrajudicialis, tam quæ fit ab Interlocutoria, quam quæ a Definitiva, alia eſt rationabilis, ſeu legitima: alia fruſtratoria: alia demum frivola, inanis, & levis. Prima eſt, quæ fit juſta de cauſa, ut quando vere adeſt gravamen illatum, aut inferendum a Judice; ac ſervatis de jure ſervandis. II. Quæ retardandæ ſolutionis debiti, aut protrahendæ litis ergo interponitur, *l. Tutor ff. de uſuris*. III. Tandem, quæ ex levibus rationibus fit, ſeu quæ non interponit cauſam rationabilem appellandi, nec ullum affert injuſtum gravamen per ſententiam illatum; & ut talis, veluti temeraria motio rejicitur, non obſtante quod pro levioribus, & minimis cauſis, ſive rebus poſſit appellari, *Cap. de Appell. 12. hoc tit. ibiq: Gloſſ. fin.* Quid autem ſit Sententia Definitiva, quid Interlocutoria, vel pura, vel habens vim definitivæ fuſe ſatis explicuimus in noſtra III. juris Canonici parte *diſſ. 17. de ſent. Judic. art. 1. aſſer. 2.* de utraque tamen nonnulla celeri calamo inſinuare, nec abs re, nec citra operæ pretium continget. Ideoque 15

Præmitto II. Sententia definitiva eſt [definitio judicialis, damnationem, vel abſolutionem continens,] Ita ex *l. 1. ff. de re jud. Gloſſ. in caſ. Clem. unic. de dol.*, & *Contum. Nebriſſenſis in Vocabulario Juris v. ſententia*, & Doctores paſſim. Pro cujus explicatione 16

Dicitur I. *Definitio*, ideſt enunciatio, ſive deciſio; quæ particula locum generis obtinet; quemadmodum locum differentiæ tenent reliquæ particulæ. 17

Dicitur II. *Judicialis*; ut excludatur ſententia Arbitri, vel Arbitratoris, quæ proprie, & ſimpliciter ſententia non eſt; cum ille non habeat juriſdictionem, ſed ſolam notionem, *l. ait Prætor, ff. de re judic.* Unde in materia reſtringibili non venit nomine *ſententiæ*, *Jaſon l. 1. n. 3. ff. eod.*, & *Abb. c. 1. n. 2. de Arbitris*. Et proprio nomine *Laudum* appellatur. Non negaverim tamen, 18

quod

quod minus proprie, & cum addito diei possit *sententia Arbitri*, prout dicitur *c. 1. de Arbitris*, *& l. qualem autem, ff. de receptis Arbitris*.

19 Dicitur III. *Controversiæ finem imponens*, ad differentiam, tum sententiæ Interlocutoriæ, quæ Causam non terminat ex dicendis; tum sententiæ Absolutoriæ ab Observatione Judicii, per quam finis Controversiæ non imponitur, uti per sententiam Definitivam, sed tantum liberatur Reus ab Observatione Judicii, seu factæ instantiæ, vel ratione libelli Actoris inepti, *c. examinata 15. de Judic.* vel ratione defectus, seu Contumaciæ Actoris, *tit. 14. de dol. & Contum. §. 3. num. 98. & 99.* vel alia id genus ratione.

20 Dicitur tandem *damnationem, vel absolutionem continens*: per quod duplex ipsius species insinuatur. Enim vero

21 Sententia definitiva subdividitur in Absolutoriam, & Condemnatoriam. Prima fertur absolvendo Reum, secunda illum condemnando.

22 Sententia Interlocutoria, ab *inter*, & *loqui* dicta, est: [Definitio Judicis inter principium (quod est citatio, seu præceptum Judicis de comparendo), & finem Causæ (quæ est sententia definitiva), non super quæstione principali, sed super aliquo incidenti, vel emergenti facta.] Ita *Gloss. Clem. 1. v. definitiva de sequestrat. possess. Abb. ad Rub. hoc tit. n. 6. & 7. Speculator tit. de sent. §. species n. 1. Jason ad Rub. ff. de re judic. n. 3. & alii*. Et hujusmodi est illa, qua E. G. Judex alterutri parti onus probandi imponit: Procuratorem non esse idoneum, pronuntiat: vel quæ fertur super dilationibus concedendis, producendis testibus, examinandis, aut repellendis; aliave hujusmodi, inter principium, & finem causæ incidentia, vel emergentia decidit.

21 Ubi notandum, sententiam Interlocutoriam nonnisi minus proprie, & late sumpto vocabulo *Sententiam* nuncupari, & cum addito *interlocutoriam*; cum proprie, & stricte nomine sententiæ absolute, & simpliciter prolatæ veniat sola Definitiva, utpote quæ negotium definit principale, & controversiæ finem imponit, per absolutionem, vel condemnationem; non ita tamen illa. *Gloss. fin. & margin. l. quod jussit, ff. de re judic. juncto text. ibid. Alex. cons. 50. n. 2. lib. 2. Jason in l. quod jussit n. 16. ff. de re judic.* Quare lex de sententia loquens, in dubio intelligenda venit dumtaxat de sententia definitiva, non de interlocutoria, ubi aliud non apparet. *Felin. ad Rubr. hoc tit. col. 5. Abb. cap. super eo, caus. 22. n. 6. de Appell. Maranta p. 6. Spec. aur. tit. de sent. num. 5.* & alii. Dummodo tamen materia foret indifferens, ac talis, in qua intelligendo sententiam etiam pro Interlocutoria, nullum sequeretur inconveniens, *Arg. C. Causam 16. de offic. deleg.* Jam

24 Sententia Interlocutoria dividitur in Interlocutoriam puram, & interlocutoriam mistam, seu quasi mediam, quæ nimirum habet vim sententię definitivæ.

25 Interlocutoria pura est, quæ super aliquo incidenti, seu emergenti fertur inter principium, & finem Causæ, negotio principali finem neutiquam imponens; unde opus est alia sententia, quæ toti Causæ finem imponat.

26 Sententia Interlocutoria mista, seu media, habens vim definitivæ, est, quę licet negotium principale, & causam principalem non definit, illam tamen ferme perimit. Ita Doctores Communiter. Dicitur autem Interlocutoria *mista*, seu *media*, quia participat de pure Definitiva, & de mera Interlocutoria, estque inter utramque quasi media. Et secundum quod de alterutra magis participat, regulanda venit quoad effectum interponendæ Appellationis, & alios juris effectus, non autem ex toto ut definitiva, neque ex toto ut Interlocutoria; ut notat *Abbas in c. pervenit, n. 8. & 9. de Appell.* Hinc ubi hæc sententia talis est, ut officio Judicis omnino finem imponat, sicut Definitiva; tunc ab ea, tamquam a Definitiva, debet appellari: non secus, ac fieri cum cognitione Causæ, præsentibus partibus, & legitime citatis, *l. de unoquoque ff. de Judic. Barth. in l. nec quicquam §. ubi decretum, ff. de offic. Proconsul.* Ubi vero officio Judicis non omnino finem imponit, sed potest adhuc ab eo justitia expectari; quia tunc magis propendet ad naturam Interlocutoriæ puræ, secundum eam regulari debet.

Verum cum non facile sit dignoscere, quandonam sententia Interlocutoria mista sit, seu media, seu vim habeat sententiæ Definitivæ; pro facilitate ea signa traduntur a Doctoribus, quibus verificatis sententia Interlocutoria habenda erit pro mista, media, & vim habente sententiæ Definitivæ: scilicet

Primum, quando post ipsam non expectatur alia ferenda sententia, eo quod ipsi omnino finem imponit. Cujusmodi est e. g., quando Judex interloquendo pronuntiat, aliquos non posse, vel non potuisse de Jure appellare, *Abb. in cap. sua nobis, 65. de Appell. n. 3.* vel sententia absolutoria ab observatione Judicii: vel qua pronuntiatur, appellationem esse desertam: cum hujusmodi sententiæ finem omnino imponant instantiæ, *Abb. in cap. Pervenit 28. de Appell., Vallensis hoc tit. §. 1. n. 3. & alii*. 27

Secundum, quando per ipsam definitur unus Articulus Causæ principalis: ut e. g. si, minorenni petente restitutionem in integrum, Judex pronuntiet super ætate, puta ipsum non esse minorem 25. annis: cum per talem sententiam Interlocutoriam definiatur unus articulus Causæ principalis, & minorennis excludatur tacite a beneficio restitutionis in integrum, *l. Intra utile §. 1. de Minoribus, Marant. p. 6. Spec. aur. tit. de sent. n. 44.*, & apud ipsum *Alex. in Rub. ff. de re judic., & Baldus in l. 1. Cod. quando provocare non est necesse*. 28

Tertium, quando per ipsam expirat Officium Judicis etiam Ordinarii. *Barthol. in l. quod jussit ff. de re judic. Jason. dic. l. quod jussit n. 29.* Ut quando Judex interloquendo declarat, se non esse Judicem competentem; cum Judicis sit existimase, an sua sit Jurisdictio, *l. si quis 5. ff. de Judic.* sic enim pronuntiando, jam functus est officio suo, *c. significantibus 28. de offic. deleg.* 29

Quartum, quando per ipsam Judex interloquendo, affirmative pronuntiat, se esse Judicem competentem, *Abb. in c. ex parte Decani n. 6. de rescriptis, Jason loc. cit.* Unde etiam de Jure Civili potest appellari, *Gloss. notab. in Authen. habita v. cadat. Cod. ne filius pro Patre &c.* 30

Quintum, quando per ipsam admittitur, vel rejicitur exceptio peremptoria, *Arg. Clem. ult., juncta Gloss. ibid. v. repulsione de Appell., Maranta num. 44., Vallensis §. 1. num. 9. hoc tit., & alii*. 31

Sextum denique, vim habet sententiæ Definitivæ sententia Interlocutoria, quando continet aliquid dari, vel fieri a parte, *Barthol. in leg. nec quidquam, ff. de offic. Proconsul., Maranta num. 42.*, & alii, id exemplificantes in præcepto Judicis de solvendo, ac in sententia multam imponente &c.

Sententia Definitiva, & mere Interlocutoria 32

trifariam potissimum inter se discriminantur: Et primo quidem quoad rem controversam. II. quoad ordinem judieiatium. III. demum quoad effectus, qui ab utraque promanant, *Scaccia tr. de sent.*, & *re judic.*, *Gloss.* 14. *qu.* 4. *a n.* 5. & sane.

34 Quoad rem controversam discriminantur inter se, quia sententia Definitiva controversiam principalem determinat, seu negotium principale, illud videlicet, quod principaliter deductum fuit in Judicium; unde continere debet absolutionem, vel condemnationem; secus nulla erit, *l.* 1. *ff. de re judic. l. Præses, Cod. eod. speculat. tit. de sent. §. species n.* 3.; *Scaccia loc. cit. n.* 1., *& alii*. Interlocutoria causam principalem, seu principale negotium non definit; sed quæstiones dumtaxat incidentes, & emergentes, quæ inter principium, & finem controversiæ principalis oriuntur, *Abb. ad Rub. hoc tit. n.* 6., *Speculat. loc. cit. n.* 5., *& alii*. Quod ex utriusque definitione satis superque conspicuum est.

35 Quoad ordinem judiciarium discriminantur: quia Definitiva ferri non potest, absque eo, quod præcesserit ordo, & tela judiciaria; secus nulla erit ipso Jure, nec Auctoritatem inducet rei judicatæ, *Specul. tit. de sent. §. nunc videndum n.* 1., *Scaccia n.* 30., *& alii*. E contra tamen Interlocutoria ferri potest, nullo præcedente ordine judicia-
36 rio, qui ad ipsam ordinetur, *Maranta loc. cit. n.* 20., *Scaccia n.* 31., *& alii*. Item definitiva ferri debet in scriptis, & scripto recitari, *c. ult. hoc tit. in* 6. *l. ult. Cod. de sent. ex brevic. recit.* Interlocutoria vero ferri potest sine scriptura; quamvis deinde in scriptis redigi debeat, ut de ipsa ex Actis appareat, *Gloss. cap. quoniam contra, v. Interlocutiones, de probat. & alia Gloss. in cap. ult. v. definitiva hoc tit. Abb. cap.* 1. *n.* 21. *de Postulat. Prælat. Specul. tit. de sent. §. juncta n.* 14., *& alii*: Quæ sane in scriptis redactio ad validitatem actus necessaria non est, sed ad probationem; cum Judici non credatur, nisi de ipsa pateat per scri-
37 pta in Actis, *c. quoniam contra*, 11. *§. final. de Probat.* Tandem definitiva ferri non potest, nisi Judice pro Tribunali sedente, *l. cum sententiam Cod. de sent. & interloc. omnium Judic.* Et præsentibus partibus, vel saltem legitime citatis, & contumaciter absentibus, *l. ea, quæ, & l. consentaneum C. quomodo, & quando Judex*. Interlocutoria vero ferri potest etiam parte absente, & per nuntium, vel epistolam, *leg. rem proferre ff. de recept. Arbitr. ibique Barthol. in summ. Gloss. in l. nec quidquam v. Decretum ff. de offic. Proconsul. & Gloss. fin. in l. A procedente, juncto text. ibi, C. de dilationibus*.

38 Quoad effectus tandem inter se discriminantur Sententia Definitiva, & Interlocutoria pura; quia si a prima non fuerit appellatum ea Controversiæ finem imponit; non ita tamen secunda.

39 Item per primam sententiam irrogatur infamia condamnatus de crimine: unde per illam redditus infamis, *l.* 1. *§. qui in Judicio, ff. de his, qui notantur infam.* non ita tamen per secundam *leg. quid ergo §. quantum*.

40 Rursus prima sententia, semel a Judice prolata, si valida fuerit, nequit ab eodem revocari, *l. hac leg. Cod. de sent. ex brevic. recitan. & l. Judex ff. de re judic. can. quod bene* 6. *qu.* 4. *& cap. in litteris* 9. *de offic. deleg.* secunda vero ante subsequutam primam potest a Judice revocari, *l. quod jussit ff. de re judic. Scaccia de sent.*, *Gloss.* 14. *qu.* 4. *n.* 36., *& alii ex citata l. siquidem l. Judex ff. de re judic.* ibi: [Judex (etiam Ordinarius) postquam semel dixit sententiam (definitivam), Judex esse desinit (quoad illam causam, licet remaneat quoad alias, ut bene notat *Jason in l. quod jussit cit. num.* 26. *ff. de re judic.*) ut amplius sententiam suam corrigere non possit, (quamvis pluris vel minoris condemnaverit;) semel enim sive male, sive bene officio functus est.] E converso tamen, si sententiam tulerit interlocutoriam, adhuc remanet Judex in dicta Causa, donec eam per sententiam definitivam terminatit.

Dixi [si valida fuerit,] seu si contra jus Constitutionis sententia definitiva non fuerit, etiamsi fortassis fuerit iniqua, utpote contra jus litigatoris, seu partis. Nam si fuerit ipso jure invalida, poterit eam Judex ordinarius revocare, & causam de novo cognoscere *l.* 1. *ff. de sent. & interloc. omn. Judic.*, *& l. Si Accusatoribus, ff. de Accusat.* Non secus, ac delegatus ad Universitatem causarum, qui quasi ordinarius reputatur; *Reiffenst. lib.* 1. *decretal. tit.* 29. *§.* 3. *n.* 62. *&* 63. *& lib.* 2. *tit.* 27. *§.* 1. *n.* 36. non ita tamen delegatus ad causam particularem, qui sive bene, sive male sententiam tulerit, sive ea teneat, sive non, nequit illam revocare; cum statim, ac illam pronunciat, [ejus auctoritas, & jurisdictio cesset, quia semel est suo officio functus,] ut habetur in *cit. cap. in litteris* 9. *de offic. deleg.*, *& l. Si a proponis part.* 4., *ibique Gloss. §. Commisit*, & docet *Abb. in cap. qualiter, & quando*, 17. *n.* 4. *&* 5. *de accusat. & alii*. Et ratio disparitatis, quam *Gloss. margin. in fin. c. ult. hoc tit.* assignat, probantque *Pirhing de offic. Judic. deleg. n.* 156., *&* 157. *& alii*, est, quia cum jurisdictio ordinaria sit naturalis, & favorabilis, non ita tamen delegata, magis deferunt illi, quam huic. 41

Tandem a sententia definitiva potest regulariter appellari, non ita tamen ab Interlocutoria, nisi vim habeat definitivæ, vel damnum irreparabile contineat, *l. Ante sententiam, Cod. Quorum Appellationes non recipiuntur. Ibique Glossa v. discussores. Trid. sess.* 24. *cap.* 10. *de refor. Sacra Congreg. Episcoporum* 18. *Septembris* 1600. *a Clem.* 8. approbata, inferius allegandа. 42

His de sententia definitiva, & interlocutoria prætactis, ut ad Compendiariam de Appellatione notitiam revertamur.

Præmitto III. Regulariter loquendo omnes possunt appellare, tum a gravamine sibi extrajudicialiter illato, tum a sententia contra se pronuntiata, per quam existiment sese injuste gravatus esse, ut docet Communis Doctorum opinio ex eo, quia appellatio est quædam defensionis species, *c. cum speciali* 61. *§. Porro hoc tit.* Defensio autem de jure naturæ ita omnibus permittitur, ut neque Diabolo, ut ait *Speculator*, denegetur; ergo & Appellatio. 43

Nec appellans injuriam ullam irrogat Judici, a cujus sententia appellat; cum utatur legitima defensione, sibi de jure concessa. Et quamvis ex Appellatione aliqua derivetur injuria Judici, *Arg. l. Litigatores ff. de recept. Arbitr. & l. ult. §. fin. C. Quando provocare non est necesse*; non tamen tanta, ut injuste gravato impediatur Appellatio; nec ea ab ipsomet appellante intenditur, utpote qui appellando utitur Jure suo: & nemini facit injuriam, qui jure suo utitur; *c. cum Ecclesia Vulterana* 31. *de election.* Quamobrem *l. & in majoribus C. de Appellat. & relat.* habetur: [Et in majoribus, & in minoribus negotiis appellandi facultas est; nec enim Judicem oportet, injuriam sibi fieri, existimare, eo quod litigator ad provocationis auxilium convolavit.] Hinc 44

I. Potest ab eadem sententia utraque pars appella- 45

pellare, si ea utrique affetat gravamen, *c. si duobus* 10., *ibique Abb. n.* 2., *Barbos. in collect. n.* 2, *hoc tit.*, *Scaccia qu.* 10. *n.* 5., *& alii. Item c. Raynaldus* 18. *de testam.* ubi legitur, utramque partem ab eadem sentantia appellasse. Sic si eadem sententia complura membra, seu articulos contineat, quorum unus uni, & alter alteri parti præjudicium afferre videatur; poterit ab utraque parte peti, ut infirmetur in eo, quod est sibi præjudiciale, & quoad reliqua executioni mandetur. Ad eum modum, quo utraque pars, seu Ecelasia in eadem causa petere potest in integrum restitui; ut de facto petiit, suisque in integrum restituta, in *c. Auditis* 6. *de in integrum restit.*

46 II. Possunt appellata ii omnes, [Quorum interest, vel quibus mandatum est, vel qui negotium alienum gerunt, quod mox ratum Reus habeat], ut arguitur ex *Can. Non solent* 2. *qu.* 6. *& l.* 1. *ff. de Appell. recipiend.* adeoque Pater, vel Mater ratione affectionis, & necessitudinis appellare possunt in causa deserta Filii, *dic. l.* 1. *ff. de Appell. recip. & cit. Can. Non solent*, Item Procurator in causa sui Principalis; & alieni negotii gestor, dummodo id Dominus mandaverit, vel postea ratum habuerit, *l.* 1. *cit. & dic. Can. Non solent*. Tutor, & Curator nomine Pupilli, & minoris, *l. Tutor ff. de Appell. & relat. l.* 2. *ff. si Tutor vel Curator appell. Specul. lib.* 2. *p.* 3. *hoc tit. §.* 1. *n.* 3. Fidejussor a sententia lata contra principalem debitorem, *l. a sententia ff. Cod.* Episcopus pro suo Clerico, Abbas pro suo Monacho, Civitas pro Civa, Dominus pro subdito, *c. cum super* 17. *de sent. & re judic. & c. Dilectis filiis* 55. *de Appellat.*

47 III. Potest appellare, non solum ille, contra quem sententia lata est; verum etiam quilibet tertius, habens interesse, si per illam sententiam aliquod sibi censeat præjudicium obventurum, *dic. cap. cum super, & dilectis filiis, ibique Innoc., & Abb. n.* 6. *Gail. lib.* 1. *pract. obser.* 152. *n.* 6. *&* 7.

48 IV. In causa pluribus communi, ubi una eademque sententia plures condemnet, cæteris etiam non appellantibus, qui si in causa appellationis victoriam obtineat, hæc ceteris prodarit, dummodo communi jure juventur, eademque pro omnibus sit causa defensionis, *c. Una sententia* 72. *hoc tit.* ubi *Summarium* [Appellatio unius (inquit) prodest alteri, si communi jure juventur,] Quod etiam procedit, quando plures sunt in criminalibus correi, teste *Claro §. fin. q.* 4. *apud Vallensem n.* 2.

49 V. Quamvis appellare non possint, qui gravati non sunt, & quorum non interest, *l.* 1. *ff. de Appell. recip.* Et *Can. Non solent.* 2. *Q.* 6. *Item cap. cum inter R.* 16. *de elect.* ibi: [cum nisi, quorum interest, audiri non soleant appellationes, appellationem illam dicimus legitimam non fuisse:] cum appellationis causa sit gravamen; quo cessante, cessat appellatio: & is, cujus non interest, nullum patiatur gravamen: Nihilominus in causa sanguinis, ut E. G. cum quis post latam sententiam ad ultimum supplicium ducitur, quem alius innocentem esse novit; aut probare velit; hic licet extraneus, dictante ita nedum lumina naturæ, teste *Ulpiano*, Humanitate, & Pietate, sed etiam statuente, *l. Non tandem ff. de Appell., & Relat.*, ne sangnis innoxius effundatur; etiamsi damnatus ipse invitus sit, & resistat, citoque perire festinet, ut addit *Bart. in Summario cit. l. Non tantum* sic: [Cuilibet licet provocare pro eo, qui ad supplicium ducitur, etiam eo invito.]

50 VI. Demum, appellare potest judicialiter excommunicatus, quia appellatio est defensio; & defensio nemini deneganda, *cap. cum inter priorem, cap. significaverunt, de except. cap. fin. eod. tit.* Secus tamen extrajudicialiter; cum Appellatio extrajudicialis vim habeat Conventionis, ut supra insinuavimus *in prima præmissa n.* 8. & excommunicato prohibitum sit, alterum convenire, *cap. decernimus de sent. Excom.* ibi: [Ab agendo], *Vallensis lib.* 2. *tit.* 28. *§.* 2. *n.* 4.

An autem, ante absolutionem, saltem ad cautelam, & reincidentiam; vel post illam obtentam valeat excommunicatus appellare, decidi non potest, nisi hac adhibita distinctione: scilicet

51 Excommunicatus si appellet de Nullitate excommunicationis, quamvis antea non obtinuerit, immo nec petierit absolutionem, nequidem conditionatam ad cautelam, ad affectum agendi, aut reincidentiam, potest utique judicialiter appellare: quemadmodum excommunicatus, appellans a declaratoria excommunicationis. Sin autem appellet de excommunicationis injustitia admittendus non est, nisi prius absolutionem, saltem conditionatam ad cautelam, vel ad effectum agendi, aut ad reincidentiam obtineat, *Abb. in cap. Per tuas n.* 3., 4., *&* 7. *de sent. excom. Suarez tom.* 5. *in* 3. *p. De Censur. disp.* 16. *sect.* 3. *n.* 1. *Fagnan. in dict. cap. Per tuas a n.* 8. ex permultis textibus, & Doctoribus, quibus recenter adhæsit *Pignatell. tom.* 6. *consult.* 19.

52 Est autem excommunicationis sententia nulla: 1. Si lata sit a Judice incompetente, aut qui sit excommunicatus, non toleratus; 2. Si contineat errorem intolerabilem, ut si feratur contra eum, qui certo scitur non peccasse mortaliter. 3. Si contra tenorem privilegiorum feratur. 4. Si post legitimam appellationem interpositam lata sit. 5. Demum est nulla etiam declaratoria excommunicationis latæ in Jure, si, qui declaratur excommunicatus, non commiserit illud delictum, cui est excommunicatio annexa, quodque in ipsa declaratoria exprimitur, *Pignatell. t.* 6. *Cens.* 19. *a n.* 36. *ex cit. cap. Per tuas de sent. excom., & Decreto Gregorii XV. Nicolius lib.* 18. *Canon. Jur. tit.* 39. *a n.* 8.

53 Est tamen sententia excommunicationis injusta, primo, si feratur quidem cum vera, & legitima causa, (nam sine hac nedum injusta, sed nulla est), at non ad correctionem, sed ad vindictam. &

Secundo, si etiam non servetur in ea Ordo judiciarius, præscriptus *in cap. Sacro, de sent. Excomm. in cap.* 1. *eod. tit. in* 6. *& in Trident. Sess.* 25. *de refor. cap.* 3., & in his duobus casibus excommunicatio valida quidem est, sed insimul injusta. Ita Doctores citati.

54 Quod autem excommunicatus, appellans de nullitate excommunicationis, ante absolutionem obtentam, saltem ad cautelam, ad effectum agendi, aut reincidentiam, legitime judicialiter appellet; manifestum est ex *cap. cum contingat, de offic. & potest. Judic. Deleg.* ibi: [Nisi tunc tantum, cum asserit, in excommunicationis sententia intolerabilem errorem fuisse patenter expressum, ad quod probandum admittitur, antequam absolutionis gratiam consequatur.] Et ex *cap. Per tuas de sent. excomm.* ibi: [Ad probationem eorum (idest importantium nullitatem excommunicationis, vel propter legitimam appellationem interpositam, vel intolerabilem errorem in forma excommunicationis patenter expressum) &c. etiamsi absolutionem non petat, debet admitti.]

55 Quod etiam appellans a declaratione excommunicationis, ante absolutionem prædictam obtentam, appellet legitime, probatur ex eo, quia excommunicatus, appellans a declaratoria excommunicationis, negat se commisisse delictum, cui est

a

a Jure pœna excommunicationis affixa: Non enim
quis per declarationem, seu denunriationem ex-
communicarione ligarur, sed quia delictum illud
commisit, *cap. Pastoralis*, §. *Veram de Appell.* ibi:
[Per denuntiationem amplius non ligatur.] Cnm
ergo potuerit Episcnpus e. g., declarationem fe-
rens, ex falsis testibus, vel aliunde decipi super
facto, potest Judex appellationis, non præmissa ab-
solutione, declaratum appellantem audire.
56 Atque hic illud est animadvertendum, posse qui-
dem in utroque casu de appellante a nullitate,
& a declaratoria excommunicationis Judicem ap-
pellarionis absolutionem impertiri, vel ad caute-
lam, vel ad effectum agendi, aut ad reineiden-
tiam, ex *cap. Per tuas de sent. excomm.* ibi: [quam-
vis Apostolica sedes tales consueverit ad cautelam
absolvere.] Dummodo ramen appellationia Judex
potestatem habeat absolute, & simpliciter illum ex-
communicatum absolvendi; cum teste *Suarez t. 5.*
57 *in 3. p. de censur. disp. 7. sect. 8. a n. 14.* eadem
requiratur potestas ad absolvendum, ad cautelam,
ad effectum agendi, & ad reincidentiam, quæ ad
absolvendum absolute. Et recte qnidem; cum ab-
solvere ad cautelam, ad effectum agendi, vel ad
reincidentiam aliquem, sie absolvere illum casu,
quo sit revera excommunicatus; ac proinda indi-
geat absolutione, ut possit aliquam actionem face-
re, ceteroqui prohibitam fieri ab eacommunicato.
Ergo si appellans revera sit excommunicatus, &
ut talis, indigens absolutione; & absolvens non
habeat potestatem simpliciter absolvendi ab ea ex-
communicatione, nihil illi proderit absolutio ad
cautelam; & consequenter nulla est absolutio ad
cautelam, &c. ab eo lata, qui non potest absolu-
58 te, & simpliciter absolvere: quemadmodum non
prodest nlli, adeoque nulla est absolutio a peccatis
dara ad cautelam, vel ad effectum recipiendi Eu-
charistiam, a Saeerdote, per Episcopnm non ap-
probato, atque adeo non potente absolute, & sim-
pliciter absolvere. Videstur laudatus *Suarez sect. 8.*
59 *cit. per totam.* Quoad effectum vero agendi aliquem
tantnm actum, videlicet præcise testimoninm ne-
cessarium dicendi, ne protrahantur lites, potest
Judex Ecclesiasticus, etiamsi non habeat potesta-
rem absolute, & simpliciter absolvendi ab eacom-
mnnicatione, absolutionem ad caurelam excommu-
nicato impertiri; cum, ur notat cum aliis *laud.
Suarez*, id sit a Jure introductum; pateatque ex
cap. Veniens il 2. de testib. in fin. ibi: [Volumus,
ur ad cautelam absolvatis eosdem, ur vocati ad
testimonium librre valeant pro utraque parte te-
stari.]
60 Quod denique excommunicatns, appellans de
injustitia excommnnicationis, legitime non appel-
let; nisi prius obtineat absolntionem, salrem con-
ditionatam, ad cantelam, vel ad effectnm agen-
di, aur ad reiacidentiam, liquet ea *cit. cap. Per
tuas*, ibi: [Vernm in aliis (ubi nimirum non
intenditur nullitas, sed injustitia eacommunicatio-
nis) nisi gratiam absolutionis imploret, non de-
bee audiri.] Et *cap. cum contingat de offic. & pot.
Jud. deleg.* ibi: [In eo vero casu excommunieatum
qui se asserat injnste, vix numquam est ejus (an-
tequam absolurns fuerit) probatio admittenda.]
61 Er sane cum stet injustitia excommunicationis
cum illius validitate, salrem qnoad Ecclesiam, ita
ut si excommunicatio contemnatnr, adhuc liget
apnd Deum: Unde in *Can. sententia 11. qu. 3.* ad-
vertitur [sententia Pastoris, sive justa, sive inju-
sta, timenda est.] Et in *Can. si Episcopus eadem
causa, & quæst. §. Præmissis*: [Timenda est ergo,
idest non ex superbia contemnenda.] Et *cap.*
1. de sent. Excomm. in 6. [Dum ramen is, in
quem lata fuit, non contemnat;] qui inju-
ste est excommunicarus ex defectu servati ordi-
nis, vel ad vindictam, non ramen nulliter, petere
debet absolutionem, ne videatur excommunicatio-
nem contemnere. Legantur citati *Fagnan. in cit.
cap. Per tuas de sent. Excomm. & Pignatell. dic. Con-
sult. 19.*
Præmitto IV. Quotquot ex dictis possunt appel- 62
lare, nonnisi in casibus, in quibus sunt injuste gra-
vati, vel se probabiliter injuste gravandos existi-
mant, appellare possunt; cum appellationis funda-
mentum sit gravamen, & quidem injustum, *cap.
consuluit hoc tit.* excipiuntur nihilominus aliqui ca-
sus, in quibus jura prohibent appellare, *cap. Non
solum §. 1. hoc tit. in 6.* ibi: [Exceptis casibus in
qnibus jura post sententiam prohibent appellare]: 63
Suntque numero quindecim sequentibns versicu-
lis, ut Memoriæ prospiciatur, comprehensi.

Appellare vetant Scelus, Excellentia, Pactum
Arbitrium, Fatale, aut si dilatio nulla,
Clausula, quæ removet, Res quæ notoria constat,
Corrige, Contemptus, Possessio, Jusqnoque clarum,
Postexecutio, Minima, & Res longius acta.

Quamvis, & in his etiam casibns aliquando lo- 64
cnm habeat Appellatio, scilicet eum possit in
continenti justa Causa appellationis, atqne illati
gravaminis allegari, per quam elidatur Præsum-
ptio juris, quæ in dictis Casibus exeeptis stat
contra appellantem, ut constabit ea dicendia in
singulorum casuum explieatione.
Primus igitnr casus, in quo prohibetur Appel- 65
latio, est *Scelus*, de qno videlicet quis in judicio
convictns est, & confessus; vel ut notat *Faria.
cum aliis lib. 3. Prax. criminal. q. 101. a n. 167.* spon-
te sna confessus est, sed nullam in appellarione
sufficientem suæ Confessionis eacnsationem addncit,
*l. 2. cod. Quorum appellationes non recipiantur, & l.
Constitutiones, ff. hoc tit.*, ubi dicitur, Constitutiones
de Appellationibus recipiendis: [locum non ha-
bere in eorum persona, qnos damnatos statim
(ne dilato per appellationem Jndicio, eandem ali-
quando delicta maneant impunita, ut notant *Lay-
man. in C. Querenti n. 2. de offi. deleg., & Engel
hoc tit. n. 26.*) puniri publice (idest communi
Reipnblicæ qnieti, & indemnitati) interest: ut
sunt insignes latrones, vel seditionum concitatores
vel dnces factionum.] Vel condemnati de crimi-
ne falsæ monetæ, *l. 2. Cod. de falsa monet.* Aut
læsæ Majestatis divinæ, seu hæresis; *Cap. Ut In-
quisitiones de hæret. in 6.* Aut de raptu Virginis,
l. unic. §. si autem, cod. de raptu Virginum. Vel pro
delicto publico, seu fiscali, quoties Fiscus certat,
non de lucro captando, sed de damno vitando,
Can. ei, qui appell. §. Quoties 2. Q. 6. Pro debito
personæ privatæ, *cit. can. ei, qui appellat. §. quo-
ties &c.* Et Officialis alicujus Judicis condemnati
pro gestis in officio, *l. Nulli, Cod. Quorum appell.
non recip.* Quod si de scelere commisso qnis nec
convictus, nec saltem confessus sit; potest appel-
lare, *c. cum sit Romana 5. §. fin. hoc tit.* ibi:
[Nisi forte manifestus raptor, vel fornicator exi-
stat.] *C. pervenit 13., & c. consuluit 14., ac l. Non
tantum ff. de Appellat.*
Secundus Casus est *excellentia*, scilicet Judicis 66
supremi, Papæ nimirum, Concilii generalis, Im-
peratoris, Regis, &c. a qnibus nequit appellari;
cum Appellatio sit a Judiee inferiori ad superio-
rem; & Jndex supremns, ex terminis ipsis, non
agnoscat sui Snperiorem.
Tertins Casus est *Pactum*, quo litigantes in 67
Judicio transegerunt, *cap. 5. & ult. de transact. & l.*

caufat, ac l. non minorem cod. eod. ex hoc Capito prohibetur Appellatio iis, qui caufam per delationem jurameoti voluntarii, aut judicialis terminarunt. Vel expreffe, aut taeite renunsiarunt appellationi; expreffe per pactum de acquiefcendo fententiæ. Judicis & oon appellando, *l. ult. §. fin. c. de temp. appell. & l. 1. ff. a quibus appellare non licet*: Taeite vero, exerceodo actum, appellationi contrarinm; cum fic ipfo facto fententiam approbent contra fe latam, *cap. folicitudinem 54. §. fin. hoc tit. c. cum veniffet 25. de teftib. & c. Gratum 20. de offic. deleg.*

68 Quartus Cafus eft *Arbitrium*, quo nimirum litigatores, prætermiffo Judice ordinario, compromiferunt io Arbitrum voluntarium; a quo proinde appellare non poffunt, nifi maoifeftam iniquitatem contineat, per partes non remiffibilem. *l. 1. cod. De recept. Arbitr. c. a Judicibus 2. Q. 6. c. Non fine 2. §. fin. de Arbitr.*

69 Quintus Cafus eft *Fatalia* appellationis interponendæ intra decemdium, & introducendæ, profequendæ, ac finiendæ tempore legitimo; quæ fi non obferventur, nequit impofterum appellari.

70 Sextus Cafus eft *dilatio nulla*, feu ubi res nullam dilationem patitur: ut [Ne teftamentum aperiatur, oe frumentum in ufum militum in annonæ fubfidia contrahatur,] *l. ult. ff. de Appell. recip.* Cum enim prædicta, aliaque id genus, fi admitteretur appellatio, vel gravis forent præjudicii, vel penitus ioterirent; dilationem minime patiuntur; &, eum periculum fit in mora, faltem quoad effectum fufpenfivum non admittunt appellationem.

71 Septimus Cafus eft *Claufula quæ removet*, fcilicet appellationem, eujufmodi eft elaufula *Appellatione remota*, de qua infra.

72 Octavus Cafus eft *Res, quæ notoria conftat*, notorietate videlicet facti, *c. cum fit Romana 5. §. fin.* & *c. pervenit 13. & c. confuluit 14. hoc tit.* Si enim eaufa, five delictum per ootorietatem facti conftaret, & nihilominus appellaretur; nonnifi ad protrahendam litem, & execntionem juftæ fententiæ impediendam appellaretur; unde appellationis remedium non foret ad præfidium innocentiæ inftitutum, ut dicitur in *c. cum fpeciali 61. §. Porro hoc tit.* fed ad defeofionem iniquitatis.

73 *Notorium* autem in propofito dicitur factum illud, feu erimen, de quo conftat, vel [Per evidentiam rei, quæ nulla poffit tergiverfatione celari,] *c. ult. de cohabit. Cleric. & cap. cum olim 24. de verb. fignific.* vel [Per propriam confeffionem ipfiufmet rei factam in Judicio,] *c. cum fpeciali 61. de appellat.* fcilicet [fponte factam, non autem metu gravi, vel vi tormentorum,] ut notat *Pirbing hoc tit. n.* 30. vel [Per fententiam eondemnatoriam, a qua non fuit appellatum.] *cit. cap. ult. de cohabit. Cleric.* & *c. 1. de exception.* vel [Per teftes idoneos, aliafque legitimas probationes, fi nihil poffit illis opponi, firque jam in eaufa conclufum,] *cit. cap. cum olim de verb. fignific. Gloff. in c. fignificaverunt v. liquere, de teftib. Pirbing hoc tit. n. 55.*

74 Verum [eum multa dicantur notoria, quæ non funt; providendum effe, oe quod dubium eft, pro notorio habeatur,] monet Pootifex *in cit. c. Confuluit 14. hoc tit.* Ubi fiquidem factum, vel delictum dubium eft, modo caufa probabilis exponatur eoram Judice, locum habet appellatio. Quam tamen fi oon profequatur appellans, aut caufam allegatam non probet, Judex a quo procedit in caufa, *c. cum fpeciali 61. hoc tit.*

75 Atque hie nonnulla funt adnotatione digna: Primum, admitti poffe appellationem, fi in ipfa de facto notorio legitima Caufa exprimatur. Sic qui hominem occidit in confpectu Populi, fi in appellatione exprimat, fe occidiffe in fui defenfionem, poteft ejus admitti appellatio; *Abb. in cit. Cap. Confuluit il Primo n. 4. de appellat. Pirbing lib. 2. tit. 28. n. 53.* Secundus, in notoriis, etfi nequeat appellari quoad effectum fufpenfivum; poffe tamen quoad devolutivum. Quemadmodum appellari poteft a declaratione notorii, quamvis non ab ipfo facto notorio, *Pirbing loc. cit., Barbofa in Collect. in Cap. Confuluit il Primo n. 4. & 5. de appellat.* Tandem Judieem a quo, fi defert appellationi, debere terminum præfigere, & cogero appellantem, ut intra illum appellationem profequatur; vel, eo elapfo, coram fe fpondeat, *Cap. cum fpeciali de appellat.*

Nonus Cafus eft *Corrige*, feu Correctio legitima, *Cap. licet 12. de offic. ordinar.* ibi: [Licet in corrigendis exceffibus, juxta Canonicas Sanctiones, appellationis, fit diffugium interclufum.] Quod pro Ecclefiafticis Sæcularibus æque, ac pro Regularibus procedit. 76

Et pro Ecclefiafticis fæcularibus præcipitur *in C. Reprehenfibilis 26. hoc tit.* [Ne contra difciplinam Ecclefiafticam in vocem appellationis erumpant. Si vero quifpiam pro fua neceffitate crediderit appellandum, competens ei ad profequendam appellationem terminus præfigatur, infra quem, fi forte profequi neglexerit, tunc Epifcopus libere fua auctoritate utatur, &c.] & a *Trident. feff. 13. Cap. 1. de refor.* prohibetur appellatio in caufis vifitarioois, & correctionis; *& feff. 22. Cap. 1. de refor.* interdicitur: [Ne appellatio oxecutionem hanc, quæ ad morum Correctionem pertinet, fufpendat.] 77

Pro Regularibus, *cit. Cap. reprehenfibilis §. fin. & C. ad noftram 3. eod.* expreffe ftatuitur, ne a legitima correctione Prælati Regularis, facta videlicet juxta regulæ Præfcriptum, & Ordinis Conftitutiones, difciplinæ regularis caufa, fiat appellatio, nifi modus excedatur: [Quia (ut ibi loquitur Pontifex) remedium appellatioois oon ideo eft inventum, ut alicui a Religionis, & Ordinis obfervantia exorbitanti, debeat in fua nequitia patrocinium exhibere.] Et a *Trident. feff. 25. de Regul. Cap. 4.* vetatur Regularibus, oe exeant a Monafteriis, prætextu adeundi fuperiorem mediatum. 78

Dixi *nifi modus excedatur*: Religiofis fiquidem indebite, & eontra Ordinis conftitutiones per Superiorem fuum prægravatis, tametfi Superior per viam correctionis procedat, permittitur appellatio, ut optime docet *Abb. cit. Cap. ad noftram n. 5. hoc tit. ex cit. C. Reprehenfibilis 26. §. fin. hoc tit.* Ubi religiofis, per Superiores fuos indebite excommunicatis, vel alio modo gravatis, atque adeo appellantibus, rigorofe præcipitur hujus Decretalis obfervantia; & confequenter quod indebite gravati contra Ordinis conftitutinoes valeant appellare. 79

Decimus Cafus eft *Contemptus*, feu contumacia, illius nimirum, qui tribus edictis, vel uno pro tribus peremptorio, legitime per Judicem citatus eft; tamen non impeditus morbo, vel alia legitima caufa, venire contemnit. Hic igitur a fententia, contra ipfum lata, appellare non poteft, *l. 5. C. Quorum appellat., non recipiantur, l. ex confenfu, ff. de appellat., & l. contumacia ff. de re Judic.* ibi: [contumacia eorum, qui jus dicenti non obtemperant, litis damno coercetur.] Ideft, (ut explicat *Gloff. ibid. v. litis* damno coercetur) ut non appellent. 80

Unde-

81 Undecimus Casus est *Possessio*, seu sententia, lata in Judicio possessorio, de Jure civili, *l. unic. C. si de momentanea possess. &c. Gratian. discep. 74. n. ea., Scaccia de appellat. Q. 17. limit. 6. per totam, Tuscus lit. a conclus. 407. & seq., Ridolphus in prax. p. 2. Cap. 6. a n.127., & alii.* Cum gravamine, quod ab illa infertur, facile reparari queat in Judicio petitorio. Quod si reparari non posset in Judicio petitorio, adhuc de jure civili danda esset appellatio a sententia, lata in possessorio, juxta *Theoricam Bart. in l. 2. n. 3. ff. de appellat. recip., Sperellus decis. 87. n. 9., Rota Coram Merlino decis. 611., coram Cevat. decis. 510., & decis. 137. per totam p. 13. recent.*

82 De jure tamen Canonico etiam a sententia lata in possessorio permittitur appellatio, *clem. un. de sequest. possess.* ubi statuitur, neminem esse privandum beneficii possessione per unam tantum sententiam in possessorio latam; sed fructus illius penes tertium sequestrari debere, restituendos postea in causa victori. Cujus ratio est, tum quia jus Canonicum, utpote admodum consonum æquitati, etiam in iis, quæ modici præjudicii sunt, defert appellationi. Tum etiam, quia magnum est commodum possessionis; cum in dubio, & in casu, quo probationes hinc inde sunt æquales, melior sit conditio possidentis; & consequenter possessor absolvi debeat, juxta *Abb. in Cap. cum ad sedem n. 30. de rest. spoliat., Bart. l. 2. n. 10. ff. de appellat. recip., Gratianum discept. 74. a n. 16. Rotam decis. 442. n. 2. p. 9., & decis. 389. n. 44. p. 10. recent.*

83 Quamvis *Pachiu. lib. 2. controvers. 35.* contendat, in hoc nullam esse differentiam inter jus civile, & Canonicum; cum de Jure civili etiam denegetur appellatio suspensiva in possessorio, non autem devolutiva, *juxta Abb. loc. cit., Bart. ubi supra n. 10., & alios*: Ex jure tamen Canonico non videtur erui posse, quod appellatio suspensiva generaliter concedatur, qualibet sententia lata in possessorio, quia *Clem. cit.* procedit tantum in casu speciali, idest in causis beneficialibus; & consequenter ad causas prolatas extendenda non est. Hactenus *Pachin. loc. cit.*

84 Duodecimus Casus est *Jus clarum*. Cum enim jus commune neminem gravet, cessat ratio appellationis interponendæ, injustum videlicet gravamen, ad quod tollendum inventa est appellatio. Et sic appellatio a sententia lata juxta clarum jus, utpote frivola, & iniqua, admittenda non est.

85 Decimustertius Casus est *executio*, sententiæ videlicet, quæ in rem transit judicatam, vel secundum jus clarum lata fuit. Merus siquidem executor, exequendo sententiam Judicis, non gravat; cum non habeat cognitionem causæ, sed nudum ministerium: &, si quod inferatur præjudicium, id non inferat executor, sed Judicis sententia; adeoque ab hac, non ab executione conceditur appellatio. Nisi tamen executor, male sententiam interpretatus executionis modum excedat: in quo casu permittitur appellatio; *l. Ab executione, C. quorum appellationes, &c. & l. Ab executore, ff. de appellat. Cap. Novit 43. hoc tit. & C. Quoad consultationem 15. §. sed nec, de sent. & re judic. & alibi.* Quemadmodum appellatio permittitur, etiamsi adhuc non detur excessus, sed probabiliter timeatur, *Gonzalez in Cap. Irrefragabili n. 3. de offic. Jud. Ordin.*

86 Multipliciter autem potest modus excedi in executione: I. nimirum, cum executio fit in aliena re, quam in sententia contenta. II. si ordo executionis invertatur, quin executor procedat via ordinaria, & cum cognitione Causæ, *l. minor, ff. de minor.* Vel non exequatur sententiam prius in mobilibus, quam in immobilibus, contra *textum in l. A D. Pio ff. de re judic.* III. si tempus, datum condemnatis ad solvendum, ab executore imminuatur, *cap. Quod, de re judic.* IV. si absque citatione ab executione incipiat, contra *textum in l. 1., & l. ult. Cod. de exec. rei judic., & l. si pacto, Cod. de pacto.*

87 Decimusquartus casus est *minima* res, & exigui momenti, saltem spectatis specialibus locorum statutis. Quamobrem in curia Romana non admittitur appellatio in causis, non excedentibus quinque ducatos auri de Camera, teste *Barbos. cit. C. de Appell. 4. n. 3. hoc tit.* ubi nonnulla alia refert. Neque in Camera Imperiali, si summa appellationis sit infra centum quinquaginta Florenos, ut refert *Gall. lib. 1. observat. 123. n. 1.*

88 De Jure tamen Canonico recipitur appellatio etiam pro causis minimis, *dic. c. de Appellat. et. tit.* cum Appellatio non in quantitate gravaminis, sed super injustitia sententiæ, & iniquitate, seu imperitia Judicis innitatur, *l. 1. §. 1. ff. de Appell.* quæ etiam in minimis causis potest intervenire. Ob hanc rationem infert *Pirhing n. 36. hoc tit.*, etiam de jure Civili posse in minoribus causis appellari, juxta *l. Et in majoribus C. hoc tit.* ibi: [Et in majoribus, & in minoribus negotiis appellandi facultas est.] Quamvis nonnulli *cum Gloss. ibid. p. majora negotia* causas Criminales intelligant, & per *minora* causas Civiles.

89 Decimus quintus casus est, *Res longius acta*, per trinam videlicet appellationem ab eadem sententia, seu definitiva, sive interlocutoria, & super eodem articulo, seu gravamine, etiam in illis causis, quæ non transeunt in rem judicatam: in quibus etsi possit causa de novo inchoari, non tamen potest tertio appellari. *L. unic. Cod. ne liceat in una eademque causa ter provocare.* Et *Can. sua nobis 65. hoc tit., ibique Abb., Barb. nu. 2., & alii.* Idque, ne detur processus appellationum in infinitum, & lites evadant immortales. Et aliunde præsumptio Juris, & de jure militat contra eum, qui tam in prima instantia, quam bis provocando, ter succubuit. Quod si tertia sententia novum gravamen inferat, damnando e. g. in expensas, in quas alii Judices non damnaverant, ab hoc novo gravamine permittitur appellatio.

Atque hic tria sunt animadvertenda: &

90 Primum; quamvis ab eadem sententia, & super eodem articulo non liceat ter appellare; licet tamen ter, & pluries, siquis ter, & pluries super diversis articulis, immo toties quoties, licet in eadem causa gravaretur, *C. quoties Episcopus 2. q. 6., Abb. in cit. cau. sua nobis num. 7. & alii.*

91 Secundum; Appellatio trina ab eadem sententia, & super eodem articulo, seu gravamine cuilibet prohibita est, seu de cetero illa fiat interpolatim, sive successive. Hinc si Titius, contra Cajum litigans, in prima instantia condemnetur, ipse potest appellare: si dein in altera instantia condemnetur Titius, potest denuo Titius appellationem interponere. Et si iterum Cajus condemnetur; & ipsi Cajo quoque permissum est, iterum appellare. Neutri autem, qui condemnetur in hac tertia instantia, licebit amplius appellare; & victoriam obtinebit, qui in hac ultima instantia superando, tres conformes sententias pro se retulit *Argum. Clem. 2. de re judic. Abb. loc. cit. num. 6.*

92 Tertium; quamvis Appellatio trina nemini permit-

mittstur, immo neque de potenria ordinaria a supremu Principe permitti quear; poteſt tamen ab eodem per viam privilegii, & ea certa ſcientia iudulgeri, *Piebing hoc tit. num.* 126. vel loco tertiæ appellationis intentari *eemedium nullitatis ſententiæ* ab eo, qui bia appellando, ter ſnceubuir, per oſtenſionem videlicet, quod terria ſenteotia fuerit ipſo Jure nnlla, in quo eaſu audiendus quidem eſt, *Vallenſis lib.* a. *tit.* a8. §. 4. *n.* 5., ſed tertia ſententia contra eum lata poteſt executioni mandari. *Clem.* t. *de ſent. & re judic.* Vel poteſt ſupplicari Principi, non obſtaute bina appellatione præmiſſa. Quoniam vero ſupplicatio hodie propemodum receſſit ab aula, & in ejus locum ſucceſſit reviſio; poteſt hoc remedium intentari. Vel demnm peti reſtitutio in integrum, ſervatis tamen de jure ſervandis; eum hoc remedium adverſus ſonteutiam, quomodolibet inappellabilem concedi queat. *L. minor.* §. a. *ff. de minoribus.*

Et hæc de caſibus, in quibua appellate non licet. Quoniam vero inter hos caſus Clauſula [Appellatione remota] eoumeratur, ar ſupra inſinuavimus, qnæ ſuſiorem eapoſcit declarationem; in ea aliquantulum immorari, operæ pretinm etit, non imporiunum. Itaque

93 Præmitto V. Clauſula *appellatione remota* apponitur aliqusndo, cum alicui cognitio cauſæ delegatur, ut in ea procedat *appellatione remota:* & quidem a Principe ſupremo, Papa videlicet, ſi demandatur cognitio Cauſæ Eccleſiaſticæ: Vel Imperarore, ant Rege, ſi committitur canſa profana; non autem a Principe ioſeriore, neque a Legato dn Latere, niſi id ei ſpecialiter concedatur; cum nequear inſerior Princeps legibus communibus Principum ſuperiorum, omnibus appellationem permittentibus, derogare, *C. ſuper quæſt.* 27. *§. ſi vera de off. delrg., Abb. in c. Paſtoralis n.* 4., *&* 5. *hoc tit., Maranta p. 6. Spec. aue. tit. de Appellat. n.* 337., *Barbaſ. tr. de Clau,ulis Clauſ.* 9. *a n.* a. *Marchſ. de Commiſ. p.* t. *c.* 8. *n.* 77., *& alii.*

Complures autem ſunt effectus hujus clauſulæ: &

94 Primus eſt, quod per ipſam nedum interdicatur appellatio ſrivola, & ſruſtratoria, ſed quævis alia, quæ alioquin a Jure non indulgetur expreſſe, *cap. Paſtoralis* 53. *dr Appell.* ibi: [Quælibet provocatio intelligitur remoreri, quæ a jute non indulgetur eapreſſe.] Profecto ſi per eam ſola appellatio ſrivola, & illegitima prohiberetur, ipſa omnino ſruſtratoria eſſer, cum certam in jure ſit, appellationibus ſrivolis, & illegitimis non poſſe a Jodice deferri. Cum aurem clauſula, vel diſpoſitio nihil operetur, non debet ſtricte interpretsri, quantumvis odioſa ſit, & eaorbitans a jute communi, *l. ſtipulatus ff. dr verb. abligat. ibique Bart. in princ.* docens, contractum, etiam ſtricti Juris, late ſore interpetrandum, ſi alias nullum haberet effectum.

95 Sunt autem caſus in jure eapreſſi, in quibus non obſtante prædicta Clanſula, indulgetur appellatio: I. Cum Judex denegat ſpoliato reſtitutionem ſpolii, *Argum. c. ex canqueſtione, de reſtit. ſpoliat.* II. Cum delegatus eſt conſanguineus ejns, qui litteras impetravir, vel ejuſdem ſuit advocatus in eadem cauſa, vel ea alia ratione ſuſpectua eſt, *c. Paſtremo, hoc tit.* III. Cum ciratus non poteſt accedere tutus ad locum Judicii, & hæc exceptiu reeuſatur a Judice, *c. ex parte* 47. *hoc tit.*, & ſane in his, aliiſque id genus caſibus, in quibus jura expreſſe appellationem indulgenr, gravamen videtur notorium, & maniſeſtum a gravamine autem notorio, & maniſeſto poteſt appellari, quantumvis cauſa commiſſa fuerit *appellatione remata, Gloſſ. in Cod. conquæſtione V. poſt appellationem de reſtit. ſpoliat. Tuſcus lit. A. cenclnſ.* 400. *nn.* 15., *&* 21. *Barbaſ. clanſ.* 9. *n.* 21. *& alii.* Princeps ſiquidem, committens cauſam eum dicta clanſula, exiſtimst, Judicem non injuſte gravaturum partes; ſecus non poſſet, citra iniquitatem, cauſam cum dicta elauſula committere: ergo in prædictis, aliiſque id genus cauſis præſata clauſula non ſortitur effectum ſuum ex præſumpts deficienria voluntatis in Principe, cauſam cum tali elauſula committere, *Abb. in dic. c. Paſtora'is n.* 14. Hinc

96 Adduot alii eum *Hoſtienſi in dic. cap. Paſtaralis, v. exprrſſe, Abbate ibidem n.* 14. & Doctores paſſim, quos ſequitur *Pirbing loc. cit. n.* 79. appellationem fieri poſſe, nedum quando Jura expreſſe illam concedunt, non obſtante dicta clauſula; verum etiam quando expreſſe appellationem in univerſum admitrunt, licet nullatenus exprimant, quod appellatio ſit remota. Hoe enim ipſo, quod jura permittnnt appellare, maniſeſtum videtur eſſe gravamen: ſed elauſula, removens appellationem, illam uon removet, ubi maniſeſtum eſt gravamen; ergo &c.

97 Secundus effectus eſt, qnod appellatio etiam ceteroqui juſta, non admittitur, niſi prius exprimatur cauſa gravaminis, propter quam eapreſſe in Jure appellationem concedi reperiatur, *dic. c. Paſtaralis* 53. *hoc tit.* non obſtante, quod a ſententia definitiva abſolute valeat appellare, oulla in ſpecie expreſſa cauſa gravaminis; *Engel hoc tit. n.* 36. *& alii.*

98 Tertius effectus eſt, quod Judex a quo, datus ſub hac clauſula, non obſtante appellatione, poſſit ſuam ſententiam exequi, niſi prius appellatio ea certa ſcientia ſuerit a Judice ad quem recepta, illique inhibitum, ne exequatur, *c. ſuper queſtionrm* 27. *§. Porra, de off. deleg. Barboſ. clauſ.* 11. *n.* 9. *& alii apud ipſum.* Quamobrem tenet Eacommnnicatio, lata in contumacem a Judice, dato ſub hac elauſula poſt appellarionem illius; dummodo ea appellatio eapreſſe non approbetur a Jure, *Abb. C. Paſtaralis* 53. *n.* 9. *Scarcia de Appellat. q.* 17. *limit.* 22. *nn.* 56. *Barb. cit. clanſ.* 9. *num.* 17. *& alii.*

99 Quartus effectus eſt, quod Judea virtute talis elanſnlæ, earra caſus expreſſos in jure, ſi non deſerat appellationi, mioime puniatur, *Reiffrn. lib.* 2. *decretal. tit.* 28. *dr Appell. §.* 10., *n.* 285. *& alii.*

100 Quintus effectus eſt, qnod attentata a Judice a quo, poſt interpoſitam hujuſmodi appellationem, nequeant per viam nullitatis revocari; ſed tantum per viam querelæ. Cum enim per dictam appellationem non ſuſpendatur juriſdictio Judicis a quo, geſta ab ipſo ſubſiſtunt; & ſic per viam nullitatis revocari non poſſunt, etſi revocari queant per viam querelæ, ubi a ſuperiore cognoſcantur, aliquam iniquiratem, ſeu injuſtnm gravameo continere, *Abb. in c. Paſtaralis num.* 11. *hoc tit. Pirbing n.* 75. *& alii.*

101 Sextus effectus eſt, quod appellatio quamvis de ſe ſuſpendat juriſdictionem Judicis a quo, virtute tamen hujus clauſulæ ſuſpenſionem hanc non operetur. *Rriffen. n.* 285. *cit.*

102 Septimus effectns eſt, qnod reſcriptum poſterius non revocet prius datum ſub hac clauſula, niſi prioris reſcripti, ac hujus clauſulæ mentionem eapreſſam ſecerit, *Abb. loc. cit. n.* 14. id deducens ex *c. ex Canqneſtione* 10. & amplians ad quamlibet aliam notabilem elauſulam, *arg. c.* 2. *de dol. & Contum. & C. Paſtulaſti* 27. *dr reſcriptis.*

103 Octavus demum effectus eſt, qnod ſi appoſita fuerit in Commiſſione alicujus cauſæ, plures articulos

eulos intes se connexos continentis; in quaecumque Rescripti parte sita fuerit, ceaseatur omnes, & singulos articulos comprehendera, & ad umnes, ac singulos extendi: non enim est assignabilis posiur ratio, cur unum magis, quam alium articulum complectatur, extan latucque ad buac potius, quam ad illum; eum inter se connexa diversu ju-
104 re censeri non debeant, c. secundo requiris hoc tit. Menoch. lib. 2. de Arbitr. cas. 64. Apposita vero in delegarione causæ, plures articulos, seu inter se non counexos continentis, si in medio Rascripti sita sit, ad solos præcadentes articulos, non ad subsequentes refertus: quia cum sit odiosa, ad præcedentes est restringenda, non amplianda ad subsequentes. Quod si nedum in medio, sed in fine quoque Rescripti sit apposita, omnia, & singula in dispositiona contenta comprehendit & ad omnia, & singula refertur.

Contra sententiam Judicis dati eum Clausula *Appellatione remota*, multiplex remedium habet, qui se injuste gravatum eaistimat: scilicet

105 Primum, Appellationis, non obstante tali Clausula; dummodu prius exprimatur causa gravaminis, *cit. c. Pastoralis 53. hoc tit. ibique Abb. n. 15. & alii*. Cum Princeps pes appositionem dictę Clausulæ non censeatur, penirus auferre gravato facultatem appellandi, quæ est species defensionis, & da jura naturæ; sed raurum, quod non possit libere appellare, etiam nulla prius allagata causa gravaminis. Quamobrem censet *Barbos. cum aliis dict. Claus. 9. n. 23.*, quod non prohibeat appellationem, quoties iu continenti gravatus valaat de justa, & legirima causa gravaminis docere.

106 Secundum, nulliratis sententiæ, *Scaccia q. 19. de Appellat. remed. 1. Gail. lib. 1. pract. observ. 135. nu. 7. & alii*. Cum enim Appellario, sentantiæ nullitas, ejusqua oppositio, sint diversa ramedia, sublato uno, scilicet Appellationis, alterum non aufertur. Propterea *c. inter ceteras 9. de sent. & re judic.* expresse decernitur, iniquam sententiam pes superiorem retractandam esse, quantumvis fuerir delegata, *appellatione remota*.

107 Tertium, supplicationis; cum quilibet valeat supplicare, quantumcumque remota sit appellatio. Sed supplicatio hodie fere recessit ab aula, ac in ejus locum successit Revisio, ut notat *Reiffenst. lib. 2. decretal. tit. 28. §. 10.*

108 Quartum denique, Restitutionis in integrum; utpote quæ cuilibet læso permittitur adversus sententiam inappellabilem *l. Minor. §. 2. ff. de Minoribus*; seu de cetero sentenria inappellabilis sit ex natura causæ, sive ob excelleatiam Judicis, aut ex Commissione sub Clausula *Appellatione remota*. De qua, præter Doctores laudatos, fuse differit *Scaccia q. 19. de Appell. remed. 1.*

109 Præmitto VI. Cum Appellatio sit species quædam defensionis adversus injuriam Judicis, ab utroque Jure, naturali videlicet, & humanu oppressis injuste collata; & remedium ad præsidium innocentiæ, iniquitatem judicantium, vel imperitiam corrigendam ex superius repetitis; a quolibet Judice, seu Ordinario, sive delegato injuriam inferente potest Appellatio interponi; dummodo tamen

110 Primo, gravatus nequaquam [ante sententiam professus fuerit, se a Judice non provocaturum] *l. 1. ff. a quibus appellare non licet*, scilicet in judicio, ut notat ibi *Gloss. v. Perdidi*: quia sic professus in Judicio, appellare non posset: secus tamen, si extra judicium, ut *l. cum falsa C. de Jur. & facti ignor.*

111 Secundo, idem gravatus pactum non inierit cum adversariu suo, etiam extra judicium, de non appellando a sententia electi Judicis. Quia si iniisset, non posset appellare, *l. ultim. §. fin. Cod. de temp. appell.*

Tertio, Judex a quo gravatus vellet appellare, non sit Episcopus, judicans inter laicos, ex prorogatione jurisdictionis circa causam Civilem. Si enim laici, non subditi Jurisdictioni Episcopi in causis Civilibus, ejus judicio se committant, illius jurisdictionem prorogandu; ab eo nequeunt appellare ob speciale privilegium Episcopali dignitati a piissimis Imperatoribus collatum, *l. Episcopale C. de Episcopal. audien.* 112

Quartus, Judex a quo non sit Arbiter compromissarius: cum ab Arbitris compromissariis ex utraque lege, civili, & Canonica, non detur Appellario, quamvis permittatur ab Arbitris Juris. 113

Quinto, neque sit Princeps Supremus, a quo fieri nequit appellatio, utpote quæ est a minori ad majorem Judicem provocatio; & Princeps supremus non agnoscit majorem se, ut ex terminis liquet. 114

Propterea *l. 1. ff. a quibus appellare non licet*, legitur: [stultum est, illud admonere, a Principe appellare fas non esse; cum ipse sit, qui provocatur.] adeoque

Sexto, neque Pontifex maximus: cum a sententia Sanctę Romanæ Ecclesiæ seu Pontificis maximi appellari non possit, *Can. Ipsi sunt, & Can. cuncta per Mundum 9. q. 3.* ita ut appellantes ab ea ad futurum generale Concilium, excommunicationem incurrant in Bulla Cęnę Domini contentam. Hinc 115

Septimo, neque Concilium generale, legitime Congregatum, & a Summo Pontifice approbatum, utpote, quod, una cum Pontifice Summo, qui illud approbavit, Ecclesiam universalem repræsentat: Immo 116

Octavu, neque Sacra Congregatio Cardinalium; a cujus sententia non licet appellari, ut addit *Pirhing hoc tit. n. 81. Sannig. eod. tit. c. 5. n. 3. ex Diana in summ. v. Appellatio 3. n. 6. & Doctoribus passim.* 117

Nono, neque Imperatores, Reges, aliique Principes, Superiorem quoad temporalia non agnoscentes. 118

Decimo taudem, neque Principes Inferiores, a quibus ex speciali privilegio, iisdem concesso, prohibitum est appellare, ut olim a sententia Præfecti Prætorio appellare non licuit; sed solum poterat Principi supplicasi *l. un. C. de sententiis Præfectorum Prætorio*, & hodie a sententia Electorum Sacri Romani Imperii appellare non licet juxta Bullam Auream, *Engel hoc tit. n. 21., & alii*. Unde quoties ab his quis se gravatum existimet; potest remedium supplicationis, seu Revisionis intentare. 119

Præmitto VII. Appellatio interponi debet gradatim ad proximum Judicem superiorem ejus, a quo appellatur; non autem ad remotum, & mediatum, omisso medio proximo, & immediatu; e. g. Ab Archidiacono ad Episcopum, ab Episcopo ad Archiepiscopum, ab Archiepiscopo ad Patriarcham, vel Legatum Apostolicæ Sedis, a Patriarcha, vel Legato ad Papam: idque nedum de Jure Canonico, *c. Dilecti Filii il terzo de Appellat. c. Romana eod. tit. in 6. & Can. Anterioram §. Ita tamen 2. q. 6.* verum etiam de Jure Civili, *l. Imperatores §. de Appellat. & l. Præcipimus Cod. eod.* Ubi appellationem gradatim esse faciendam decernitur; & aliter factam ad Judices inferiores remittendam. Et recte satis ab utroque Jure id sancitum est: quia juris- 120

jurisdictiones confundi non debent, sed sua cuilibet Jurisdictio conservari, *can. Pervenit ad eos* 11. *q.* 1. *& l. Nemo, ibique Gloss. v. Auxilium C. de Jurisdict. omn. Judic.*, *Scaccia de Appell. q.* 7. *n.* 1. *&* 2., *& alii*. Verum lex ita universaliter proposita nonnullas patitur limitationes: quarum

121 Prima est in Summo Pontifice, ad quem omisso medio, vel mediis interponi potest appellatio ex universo orbe in Causis Ecclesiasticis, & spiritualibus; & ex iis, qui temporali Papæ jurisdictioni subduntur, in causis etiam temporalibus; *Can. Siquis vestrum, Can. Ad Romanam, & Can. quoties* 2. *q.* 6. Cum Pontifex sit Ordinariorum omnium Ordinarius, habeatque potestatem concurrentem cum omnibus Judicibus Inferioribus. Quod sane privilegium solius Apostolicæ Sedis est speciale, *Can. Ideo*, 2. *q.* 6. Et ne quidem Imperatoriæ majestati commune, quia [Non ita Ecclesiasticis agendum est negotiis, sicut in sæcularibus,] ut habet Pontifex *in Can. Non ita* 2. *quæst.* 6.

122 Sed hæc ipsa limitatio duplicem patitur exceptionem: unam in Appellatione a subdelegato delegati Papæ, qui non in totum, sed aliquid sibi de jurisdictione reservando, subdelegavit. Cum enim Papæ delegatus eamdem ipsius Papæ personam repræsentet, non ad ipsum Papam, sed ad ejus delegatum delegantem a subdelegato interponi debet appellatio. Idque tum ob reverentiam illius delegati, quippe Papæ personam repræsentantis; tum ob parcendum gravioribus partium expensis, & laboribus, *c. Cum te Consulente* 18. *de offic. deleg.*, *& c. super quæstionum* 27. *§. Porro eod. tit. Abb. in cit. Cap. Dilecti Filii c.* 11. *Pirhing n.* 90. *hoc tit. & alii*.

123 Alteram exceptionem patitur adducta limitatio in Gallia ex Concessione Leonis X. in Concordatis inter ipsum Leonem, & Franciscum primum: & in Belgio ex privilegio Apostolicæ Sedis, ut refert *Van Espen p.* 3. *tit.* 10. *De Appell. C.* 2. *a n.* 6. Sicut & in nostra Sicilia ex ejusdem Apostolicæ Sedis indulto, ubi nedum appellari non potest ad Papam omisso medio; sed neque extra Regnum extrahi queunt Causæ, seu Civiles, sive Criminales, sed in illo judicari debent, & terminari. Atque hinc infert Jurisconsultus *Antonius Xibecca*, Concessum fuit Rogerio Comiti Tribunal Regiæ Monarchiæ in regno Siciliæ, ut refert Doctor *Marius Muta in Capitula Regni Siciliæ Regis Alphonsi tom.* 5. *c.* 442. *num.* 2. sic: [Infert *Antonius Xibecca*, U. J. D., eruditissimus Protonotarius olim in hoc Regno, in suo curioso discursu circa Regiam Monarchiam *nu.* 48. Quod hac etiam de Causa (nempe ne hinc extrahantur Siculi) fuit concessa ipsa Regia Monarchia per Summum Pontificem Comiti Rogerio, ut tetigi in *decision. M. R. C.* 91. c. 6. *& in consuetud. Panormit. c.* 3. *n.* 24., ubi de hoc Capite mentionem feci.] Videatur laudatus *Muta*, tum locis citatis, tum etiam *tom.* 6. *in Capitulis Regis incliti Joannis c.* 33. ubi hac de re complura Siculis scitu digna, immo necessaria congeruntur. Cum his tamen stat, quod si Extractioni causarum extra Regnum ipsæmet partes consentirent: vel deberet Superioris auxilium per viam querelæ, & recursus implorari: vel justitia denegaretur: in his casibus extrahi possint de Regno causæ, ut advertit *Muta citates dic. cap.* 442. *a nu.* 23. secus tamen in aliis.

Illud hic addit *Chiavetta lib.* 3. *p.* 1. *c.* 12. *de Appell.* §. 7. *n.* 62. scilicet quod siquis Siculus declaretur ab Ordinario excommunicatus, excommunicatione soli Papæ reservata, a qua neque Legatus de latere absolvere possit; debet in hoc casu, ut servetur Privilegium Regni Siciliæ ad Sedem Apostolicam per viam Appellationis recurri, fierique supplicatio, ut secundum privilegia Regni, committatur cognitio causæ alicui personæ, in Regno existenti, cum potestate absolvendi (si opus fuerit) appellantem.

Secunda limitatio est in Legato Papæ: ad quem 124
omissis mediis potest appellari in ejus Legatione, seu Provincia; cum in ea gerat vices Papæ, *c.* 2. *de offic. leg.*, *Abb. cit. c. Dilecti Filii c.* 12., *&* 19., *Speculat. tit. de appellat. §. Nunc tractemus num.* 15., *Scaccia cit. q.* 7. *de appellat. com.* 103., *& alii communiter*.

Affert tamen *Nicolius lib.* 2. *can. tit.* 28. *a nu.* 125
65. complura Decreta, per quæ Legatus Papæ, qui est Nuncius, licet sit Judex appellationis in locis exemptis, non debet tamen appellationes admittere Regularium; sed illas gradatim Superioribus suis cognoscendas relinquere, remittendo eisdem Superioribus Regulares, qui recurrunt ad ipsum; maxime quando per hoc ministraretur illis fomentum, in sua inobedientia, & contumacia, ut sæpe contingit, perseverandi.

Tertia est in quolibet Patriarcha: ad quem im- 126
mediate institui potest appellatio, *Gloss.* 1. *can. Renovantes dist.* 12., *Scaccia cit. n.* 104., *Socinus in Fallentiis reg.* 23. *Fallent. ult.*, *Maract. p.* 6. *Specul. var. tit. de Appellat. n.* 371. *cum aliis*.

Quarta est in primo Delegante. Quamvis enim 127
a subdelegato non valeat appellatio ad primum Delegantem, sed ad ipsum subdelegatum subdelegantem, si non totam causam, sed tantum partem subdelegaverit, sibi quoad alia jurisdictionem reservando: si is tamen alteri totam causam subdelegaverit, omnem jurisdictionem suam in illum transferendo; jam non ad ipsum, sed ad primum delegantem interponenda erit appellatio, *cap. super quæstionum* 27. *§. Porro, de offic. deleg.*

Quinta est in Vicario Generali, sive Officiali 128
Episcopi, a quo nequit ad Episcopum appellari, sed ad superiorem Episcopi; secus appellatio non fieret ab inferiori ad superiorem, sed ab eodem ad se ipsum; cum idem sit Tribunal Episcopi, & Vicarii, seu Officialis Episcopi. Nec subsistit in hoc casu consuetudo in oppositum, *C. Nec putamus* 2. *de Consuet. in* 6. utpote destructiva substantiæ appellationis, *Abb. cit. Dilecti Filii* 66. *nu.* 16. *hoc tit.* cum de substantia appellationis sit, quod ab eodem non appelletur ad idem, sed ab inferiori ad superiorem; etsi de accidentali sit, quod non appelletur, omisso medio: quare, ut mox videbimus, licet subsistat consuetudo, quod appelletur omisso medio, non subsistit tamen illa appellandi a Vicario Generali seu Officiali Episcopi ad Episcopum, cum idem sit Auditorium utriusque.

A Vicario tamen Episcopi foraneo, sicut & a 129
Judicibus Delegatis Episcopi, etiam ad universitatem causarum, ad Episcopum ipsum subsistit appellatio; cum non idem, sed diversum Tribunal constituant, *Chiavetta cum aliis lib.* 3. *p.* 1. *c.* 12. §. 6. *n.* 54.

Sexta est in consuetudine legitime præscripta 130
appellandi ab inferiore ad Superiorem mediatum, omisso immediato, *c. Romana hoc tit. in* 6., ubi præscribitur, appellationem interponendam esse ab Archidiacono, aliisque Prælatis inferioribus, ad Episcopum, non tamen immediate ad Archiepiscopum, [Nisi aliud Archiepiscopo de consuetudine competat in hac parte.]

Septima est in habente privilegium appellandi, 131

omisso madio; cum ex una parte privilegium sit Lex privata, *cap. Abbate* 25. *§. cetera, de verb. signific.* & ex altara consuetudo, & privilegium æquiparentur; *Can. Conquestus est* 9. *q.* 3. *& cap. duo simul* 9. *de Offic. Jud. Ord. Gloss. c. Romana, v. consuetudine, hoc tit. in* 6., *Marant. p.* 6. *Spec. aar. tit. de appell. n.* 372., *Scaccia q.* 7. *cit. de Appell. n.* 95. *&* 99., *& alii*. Et hujusmodi privilegium, præter alios, habent Scholares, qui indebite gravati possunt ad superiorem appellare, puta ad Regem, Imperatorem, &c. omisso madio, ut liquet ex *Auth. Habita C. ne Filii pro Parentibus, ibique Bald., & alii, Marant. hoc tit. n.* 372. Item Viduæ, pupilli, aliæque miserabiles personæ, quę nedum omisso medio, sed atiam in prima instantia Principem adire possunt; *l. nat. C. quando Imperator inter pupillos, &c., Scaccia dic. q.* 7. *de Appellat. a n.* 113. *cum aliis*.

132 Octava est in Judice intermedio inhabili, puta excommunicato, hæretico, suspenso, &c. *C. si is, cui* 10. *de Offic. deleg. in* 6., *Marant. loc. cit. nu.* 375., *Scaccia ubi supra n.* 37. val longe absente, & impedito, impedimento longo tempore duraturo; ita ut expectari non possit, *Scaccia n.* 111., *Marant. n.* 379. Aut deneganta Justitiam, vel sponte sua Causam ad Superiorem remittente, *Scaccia n.* 43. *Gail. lib.* 1. *pract. obser.* 119. *n.* 2. Et demum suspecto, adeoque recusato, *Marant. n.* 387., *Scaccia n.* 40., *& alii*: quia in his casibus, sublato intermedio, ad mediatum est interponenda appellatio, ne cuipiam subtrahatur necessaria appellationis defensio, omni jure concessa gravato; neque insimul prægravatur quis odio alterius, contra *Reg.* 22. *Jur. in* 6.

133 Nona est in Episcopo, litigante cum suo subdito, puta cum Clerico: quia tune eligendi sunt Arbitri, *Can. si Clericus adversus Clericum* 2. *q.* 1. a quorum sentantia si appellari contingat, ad Papam omisso medio appellatio est deferenda, *cap. Ab Arbitris, de Offic. Deleg. in* 6., *ibique Gloss. fin., Abbas cit. c. Dilecti n.* 14., *Marant. n.* 376., *Scaccia n.* 107. *& alii*.

134 Decima est in Appallatione ad superiorem omisso medio, facta per errorem; cum hic dictam appellationem non vitiat, utpote circa accidentalia; quemadmodum vitiaret, si facta esset ad Judicem inferiorem, utpote circa substantialia appellationis. Quamobram dicta Appellatio ad superiorem omisso madio, facta per errorem subsistit, donec excipiat contra eam Advesarius; & tunc remitti debet ad Judicem Competentem; *l.* 1. *§. Siquis in appellatione, ibique Bart. n.* 5. *&* 6. *ff. hoc tit., Abb. dic. c. Dilecti* 66. *n.* 8. *hoc tit., Scaccia loc. cit. num.* 96. *& alii*.

135 Undecima demum limitatio est in Appellatione facta omisso medio ad superiorem, contra quam non opponitur exceptio per partem adversam; cum tunc non sit ipso Jure nulla, sed valeat una cum gestis per dictum Superiorem: hoc enim ipso, quod non excipiat pars adversa, censetur in appellationem consentira, atque jurisdictionem illius Superioris in se ipso facto, ac tacito suo consensu prorogare, *Gloss. in c. Dilecti Filii cit. v. post hujusmodi appellationem, Abb. n.* 7., *Barbos. n.* 4. *hoc tit.*; *Marant. cit. p.* 6. *tit. de Appell. n.* 373., *Scaccia cit. q.* 7. *nu.* 18., 19., *&* 46., *Rota decis.* 387. *in c. si tres, &c. in novis; Vallensis lib.* 2. *tit.* 28. *§.* 6. *n.* 4. ubi id, ait, procedere etiam de jure Civili.

136 Præmitto VIII. Appellatio proponi debet coram solo Judice, qui sententiam tulit, & a quo appellatur, *c. Ut debitus* 59. *de Appellat.* ibi [cum autem ex rationabili causa putaverit appellandum coram eodem Judice Causa probabili appellationis exposita, &c. superior de appellatione cognoscat.] Et recte quidem; cum appellatio ipsimet Judici ne amplius immisceat se in causa, debeat esse nota. Quamobram si a pluribus simul Judicibus fuit 137
pronuntiata sententia, coram omnibus simul, vel coram singulis, aut majori ipsorum parte separatim proponanda est Appellatio, *Clem.* 2. *de Appell.* Quod si non possit coram omnibus, vel singulis separatim; sufficit, quod proponatur coram eo, val iis, cujus, vel quorum copia haberi potest, facta tamen protestatione. Quod si nullius Judicis a quo copia haberi queat, sed solius Judicis ad quem; coram hoc fieri debet appellatio, modo tamen deinde ea intimetur alterius Judici a quo, ad hoc ut non procedat in causa, ejusque suspendatur Jurisdictio, *l.* 1. *§. dices autem ff. quando appellandum sit. Can. Biduum §. siquis* 2. *q.* 6.

Quod si neutrius Judicis copia haberi queat; 138
coram viris honestis, aut una saltem authentica persona, puta Notario, adhibitis ei testibus, est appellatio proponanda, *c. fin. de Appell.* ibi: [Vel si habere ipsius copiam nequivisti, in præsentia bonorum virorum, protestatione super hoc proposita, causas appellationis duxeris exprimandas:] Ea videlicet protestatione, qua appellans coram Judice ad quem, aut viris honestis, vel authentica persona dicat, se coram Judice appellare voluisse, sed ejus copiam habere minime potuisse.

Quod si volens appellare gravi, injustoque me- 139
tu cadente in virum constantem, impediatur, quominus appellet; in hoc casu si coram Judice a quo, vel ejus deficiente copia, coram viris honestis intra decem dies protestetur, se velle appellare (exprimendo simul causas appellationis, saltem in genere, e. g. quod contra se iniqua sententia lata fuerit;) sed tamen non audere; atque hoc ipsum sese coram ipsis protastari; hujusmodi protestans habatur pro appellante: atque hoc ipso intelligitur appellasse, *c. ult. hoc tit.* Et merito quidem; ne madium justæ defensionis, cujusmodi est appellatio, cuipiam per metum gravem, atque injuste incussum, præcludatur.

In his tamen casibus, in quibus coram aliis, 140
quam Judice a quo proponitur Appellatio, ea deinde ipsimet Judici a quo semper debet intimari, ne, ut paulo ante diximus, amplius in causa procedat. Et reputatur copia Judicis, seu ipsum adeundi facultas tunc haberi, si in publico sui copiam fecerit; cum non sit necessario ab appellante requirendus in horto, aut Villa suburbana; sed sufficiat, quod in loco publico perquiratur, *l.* 1. *§. Dies autem ff. quando appellandum sit can. Biduum §. Adeundi* 2. *q.* 6., *Scaccia de Appell. q.* 6. *n.* 18. *&* 19., *Mysing. in singularibus obser. cent.* 2. *obser.* 1., *& alii*.

Præmitto IX. Appellatio generaliter, & irrestri- 141
cte proposita, super omni videlicet causa, quæ adversus appellantem quovis tempore moveri queat, non subsistit, *c. inter cettera* 2. *hoc tit.* Quemadmodum neque tenet, quæ generaliter, & vage proponeretur, respectu cujuscumque gravaminis, quod sibi contingere posset, *c. consuluit* 18. *§.* 2. *hoc tit.* cum, utroque modo proposita, non respiceret gravamen de præsenti, ad quod removendum appellatio inventa est. Subsistit tamen appellatio generaliter, sed restricte proposita ad certam causam, ut si quis appellaret a Judice super omni gravamine, quod in una determinata causa sibi posset inferri, *cit. c. Consuluit hoc tit., ibique Abb. n.* 1. *&* 3. *Barbos. n.* 2., *& alii*. Quia circa talem cau-

4 caufam, vel jem præceffit, vel præceffiffe exiftimatur gravameo aliquod de præfenti, faltem quoad unum articulum: quod fane totam quodammodo caofam contingete, reputatur, ob coonexionem, & uoitatem eum tota enufa.

142 Præmitto X. Appellatio ab interlocutotia, vel gravamine extrajudiciali, five ad Papam, five ad inferiorer Judices directa, proponi debet exprimendo caufam appellationis io fpecie, & nominatim, ita ut de cjus ratiooabilitate poffit Judex cognofcere: fecus non fubfiftet; & appellans ad prioris Judieis examen redibit, lo legitimis tamen expenfir condemnandus, *Cap. 1. hoc tit. in 6., Cap. Ut debitus 59. hoc tit., Clem. appellanti hoc tit.* ibi: [Appellanti ab interlocurotia, vel gravamine Judicis non licet, alias eaufas profequi, quam in appellatione fua nominatim dumtaxat expteffas.]

143 Hioc fatis non eft, proponere caufam ita generaliter: [Appello ab iniqua interlocutoria, quia me gravafti: appello, quia interlocutoria eft injufta.] Immo neque eaufam exprimere generalitet, fed pet relatinnem ad acta: [Appello ab iniqua Sententia interlocotoria, & pro caufa gravamiois allego omner caufas, quæ ex Actis colligi poffuot.] *Marant. p. 6. tit. de appell. n. 153., Scaccia q. 4. de appell. n. 53., Rota decif. 2. n. 5. de appell. in novis, & alii.*
144 Quamvis fufficiat, fi proponatur pet relationem nd certam partem Actorum, in qua dicetetur apparere de gravamine; cum tunc eaofa gravaminis diei poffet nominatim expreffa, *Bald., & Fraacas in cap. Ut debitas q. 12. aam. 23. hoc tit., Scaccia loc. cit. aam. 32.* uti fatis eft, fi dicatut: [Appello, quia nnn attendiftis exemptionem pacti, de qua conftat ea Actis:] quia caofa gravaminis cenfetor in ea fufficientet expreffa, *Scaccia loc. cit. n. 32.* Verum

Afferta lex, quod videlicet appellatio ab interlocutoria, vel gravamine extrajudiciali fieri debeat cum eapreffione caufæ ipfiur, feu illati gravaminis in fpecie, fallit in nonnullis: &

145 Primo, In appellatione ab interlocutoria, habente vim definitivæ; quæ cum fecundom naturam definitivæ reguletur, *Alex. Confil. 182. a. 1. lib. 6., Gall. lib. 1. pract. obfer. n. 4. & 6., Pirhing de fent. & re judic. aum. 2., & alii*; ut appellatio a definitiva non debet regulariter exprimere caufam in fpecie; ita neque appellatio ab interlocutotia, habente vim definitivæ, *Bald. in l. Minoribus col. 3. Cod. de bis quibns ut indignis, &c. Marauta p. 6. de appell. n. 142., & 157., & alii*: Sic quia appellatio a definitiva, facta in continenti, opponi poteft viva voce; appellatio ab interlocutoria, habente vim definitivæ, facta io continenti, fieri poteft viva voce, cum fecundum oaturam definitivæ reguletur, *Scaccia dic. qu. 4. num. 52. ex Franco in cap. Ut debitas qu. 7. aam. 16. hoc tit., & alii.*

146 Secondo, In Caufis, in qnibus proceditur fummaritet, & de plano: cum in his appellatio ab interlocutoria fieri queat, nedum in continenti, viva voce, feu fine feriptis; verum etiam caufa gravaminis non expreffa, *Scaccia q. 4. n. 10., 11., & 37., Maranta n. 154., & alii.* Quorum ratio eft, quia caufa appellationis eft ejufdem naturæ, cujus eft caufa principalis: ergo ut in hac procedi poteft, pofitivis folemnitatibus jurir non fervatis, *Clem. fæpe contingit, de verb. Signific.*, ita & io appellatione quoad caufas, io quibus fummarie, ac de plano procedendum.

147 Tertio, Quando caufa gravaminis confiftit in mero jure, ita quod nullam requirat probationem in facto; ut cum ex forma, tenore, & iofpectione ipfius fententiæ conftat de gravamine: prout fieret, fi in ea exprimatur Caufa, a jure reprobata: vel faltem de gravamine appareat præfumptione joris; ut fi Judex intetloquatut, feqoeftrum effe faciendam; quod tamen de Jure regulatiret eft prohibitum. Quia tunc fubfiftit appellatio ab interlocotoria, fine alia eapreffione caufæ, utpote quæ ca allegationibus juris deduci poteft. *Bald. in l. Minoribus Cod. De his qui, ut indigni, &c. Franc. C. Ut debitus q. 11. hoc tit. Marant. n. 156. Scaccia n. 34., & alii.*

Quatto, Quando caofa gravaminis, licet non appofita in Ipfa appellatione ab interlocutoria, exprimitur tamen poftea intra decemdium, *Scaccia loc. cit. n. 37., Franc. dic. C. Ut debitus, Angelus de Aretio l. 2. qu. alt. aam. 10. ff. de appellat. & relat.* 148

Quinto, Ubi confuetudo fit in oppofitum, fcilicet, quod ab interlocutoria poffit in continenti, viva voce appellari; cum folemnitas appellandi fit de jure dumtaxat pofitivo humano, adeoque cedit confuetudini in oppofitum legitime præferiptæ, *Ferrarienfis in form. appell. ab interloc. verf. Caufis a. 4., Franc. dic. Cap. Ut debitus a. 27. hoc tit., Gall. lib. 1. pract. obfer. 130. n. 3., Angel. Conf. 263. num. 5.* 149

Tandem fallit afferta Lex, fi nemo adverfus talem appellationem ab interlocutoria, caofam in fpecie non exprimentem, exeipiat; & Judex illam admittat: quia tali appellationi deferendo, quantum in fe eft, Judex inferior abdicat jurifdictionem a fe, & Caufæ totins decifionem tranfert io poteftatem Judicis Superioris, *c. Cum appell. hoc tit. in 6., Scaccia n. 14., & alii.* 150

Appellatio a Sententia definitiva debet ita proponi, ot non neceffario Caufam appellationis exprimat in fpecie; fed fufficit, fi in genere dicat appellans: [Se effe gravatom.] aut [Appellare a Sententia iniqua:] Immo, & [Appello;] fi in continenti poft latam fententiam fiat appellatio, *l. 2. ff. de appell. Cap. 1. hoc tit. in 6. ibique Gloff. v. ftatuit, & Doctores paffim.* Et fane cum Judex a quo, poft latam fententiam definitivam functus jam fit officio fuo, ita ut non poffit amplius de caufa cognofcere; fruftra in appellatione a definitiva ea caufa exprimeretur in fpecie. E coutra tamen, poft latam fenteotiam interlocutoriam, perfeverat officium judicis. Unde in appellatione a tali fententia, vel a gravamine, poteft de caufa cognofcere, ac, fuadente æquitate, fenteotiam revocare; eaque revocata, io caufa principali procedere. Debet itaque ea caofa io fpecie exprimi, ut deliberare valeat, num ob expreffam caufam revocaodum gravamen, vel appellationi deferendum, *Cap. Cum ceffante 60. hoc tit.* 151

Sed hæc etiam generalis doctrina fuas patitur exceptiones: Et

Primo, In omnibus illis Cafibus, ubi a Jure, vel ab homine per Claufulam *appellatione remota* prohibitum eft, a defioitiva fententia appellare: in quibus, ut fupra diximus, fiqnis injufte fe gravatum fenferit, adeoque voluerit ad Superiorem recurrere, debebit neceffario caofam appellationis exprimere: fecus appellatio non admittetur. Et recte quidem, quia fi prohibetur appellatio, præfumptio Juris ftat adverfus appellantem: unde nifi hæc præfumptio per affignatam caufam elidatur, non poterit Judex appellationi deferre, *Gloff. in cap. Romana §. Si autem v. mandetur hoc tit. in 6. Marant. de appellat. n. 153. & 155., Pirhing hoc tit. n. 123., & alii.* 152

Secundo, Io appellatione ab executione Sententiæ 153

tiæ definitivæ: cum enim appellatio ab executione generaliter sit prohibita, *l. Ab executione Cod. Quorum appellationes &c. Et Can. Et qui §. Ab executione 2. q. 6.*, præsumptio Juris stat adversus appellantem; quæ nisi per expressam causam elidatur, appellatio non subsistet, *Specul. tit. de execut. sent. §. Nunc dicendum num. 9.*, *Scaccia qu. 4. a num. 29.*

154 Tertio demum, in appellatione a definitiva, per aliquem tertium interposita propter suum interesse, *l. A sententia ff. hoc tit.*, *ibique Barth. n. 9.*, *& Abb. cap. Cum super n. 5. de sent. & re jud.*, *Scaccia q. 4. cit. n. 29.*, *& q. 17. a n. 106.*, *& alii.* Quia cum ex Sententia, inter alios lata, non præsumatur gravamen alicui tertio inferri, juxta regulam illam: [Res inter alios acta aliis non noceat.] *l. 1. Cod. Res inter alios acta*, &c. *Et Cap. penult. de sent. & re judic.* præsumptio est contra dictum tertium, nisi is causam sui gravaminis ostendat.

155 Præmitto XI. Appellatio ab interlocutoria, vel gravamine extrajudiciali, ad Papam interposita, necessario fieri debet in scriptis, *Cap. 1. hoc tit. in 6. ibique Gloss. v. vel extra*, *& v. Interlocutoria Vivianus in Rational. Jur. Cap. 1.*, *Barbos. ibidem a n. 1.*, *& alii.* Pariformiter si ad Judices inferiores interponatur, *Gloss. cit.*, *& alii:* Quia in citata Decretali dicitur: [Maxime si ad Papam appelletur:] Unde appellationes ad Judices inferiores nullatenus excluduntur; cum præsertim eadem, quæ pro Papa, militare videatur ratio pro Judicibus inferioribus.

156 Appellatio autem a definitiva, vel interlocutoria, habente vim definitivę; sicut & appellatio in Causis, summariter, ac de plano tractandis, si fiat in continenti, seu *stante pede*, ac Judice adhuc pro Tribunali sedente, fit viva voce; & sufficit dicere: [Appello] *l. 2. ff. de Appell.*, *& l. Litigatoribus Cod. eod.* Quamvis id ipsum statim sit actis publicis inserendum. Si vero fiat ex intervallo, intra decem dies facienda est, & in scriptis, seu per libellum (ut ajunt) appellatorium; in quo contineri debent persona appellantis, Judicis a quo, & sententia, a qua appellatur, *l. 1. §. fin. ff. hoc tit.* Non necessario tamen persona adversarii contineri debet; licet melius sit, quod contineatur, *l. Scio 3. ff. eod.*

157 Atque hic animadvertendum, ad legitimam appellationem non necessaria esse verba formalia: [Appello, vel provoco;] cum sufficiant etiam æquivalentia: ut e. g. [Proclamo, vel provoco:] a tali sententia: Vel [Conqueror.] de ea. Vel [Submitto me, meaque omnia protectioni Superioris,] *Scaccia de Appell. q. 4. n. 19.*, *Pirhing hoc tit.*, *& alii.* Quia cum ad substantiam actus certa verborum forma minime requiratur, ut in proposito; sufficit, mentem exprimere verbis æquipollentibus, *Cap. In his de verb. signific.* Immo, & sufficit ipsum factum, ut est e. g. arreptio itineris ad Superiorem: quia [Plus est, facto provocare, quam verbo:] immo & melius; cum verba quandoque falsa sint, non facta, *Cap. Dilecti Filii 52. hoc tit. Et doctores communiter*, id intelligentes, quando per verba æquipollentia, vel facta sufficienter innotescat de mente appellantis: & advertentes, dummodo serventur ea, quæ ceteroquin ad appellationem requiruntur, ut est Apostolorum petitio, expressio Causæ gravaminis, &c., sine quibus censetur quis, appellationi renunciasse; cum non sufficiat sola itineris arreptio, aut missio ad superiorem pro appellatione prosequenda, *Cap. Ab eo hoc tit. in 6.*

Præmitto XII. Facta jam appellatione, petendi 158
sunt Apostoli, ne appellatio efficiatur deserta. Quid autem sint Apostoli, & quotuplices: in quanam appellatione, quando, ubi, ac quando petendi sint, ne appellatio fiat deserta, mox explicabitur. Itaque

Apostoli in proposito sunt libelli dimissorii, seu 159
litteræ dimissoriæ, quas Judex a quo transmittit ad Judicem ad quem, in quibus testatur, Titium e. g. appellasse a sententia sua, quam inter ipsam, & Cajum circa talem causam pronuntiaverat, *l. 1. ff. de libell. dimissor.* vocantur autem tales libelli, seu litteræ *Apostoli*, hoc est *Missi*: quia mittuntur ad Judicem, ut de Causa appellationis instruatur, *Gloss. in cap. 1. verb. petas Apostolos hoc tit. in 6.*

Quinque autem sunt hujusmodi Apostolorum spe- 160
cies: quarum tres dantur in judicio, ideoque *judiciales* nuncupantur: scilicet Apostoli dimissorii, reverentiales, & refutatorii: duæ vero extra judicium, unde *extrajudiciales* appellantur: suntque Conventionales, & Testimoniales. Jam

Apostoli dimissorii vocantur litteræ, ad Judicem 161
ad quem directæ, quibus Judex a quo deferens appellationi, testatur de appellatione interposita, & a se admissa, *Can. Ab eo, 2. q. 6.* ibi: [Ab eo, a quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, dimissoriæ litteræ dirigantur, quæ vulgo Apostoli appellantur.] Et vocantur *dimissorii*, quia per eos [Causa ad eum, qui appellatus est, dimittitur.] *l. Dimissoriæ ff. de verb. Signific.*

Apostoli Reverentiales dicuntur, quando Judex a 162
quo defert appellationi, non quidem ob justitiam Causæ, sed ob reverentiam Superioris, ad quem fuit appellatum, *Cap. 2. hoc tit. in 6.* ibi: [Vel si appellationi forsan ex Superioris reverentia sit delatum.] Ubi notat *Gloss. v. Delatum in Addit.* id fieri solere, cum dubitatur de veritate appellationis, ejusque justitia, ut propter diversitatem Sententiarum inter Doctores.

Apostoli Refutatorii nuncupantur, quos dat Ju- 163
dex a quo, non deferens appellationi, exprimendo insimul Causam, cur appellationem non admittat; cum hujusmodi Causa exprimi debeat, *Cap. 1. hoc tit. in 6.*, *& l. Sciendum ff. de Appell. recipien.* Aliter si absque Causa Judex appellationi non deferat, punitur, *l. Quoniam Cod. hoc tit.*

Ubi notandum, quod quamvis Judex a quo ap- 164
pellationem non admittat; non proinde ea interposita, & non admissa procedere possit ad executionem Sententiæ *l. unic. ff. Nihil novari appellatione interposita*, ibi: [Appellatione interposita, sive recepta sit, sive non, medio tempore nihil novari oportet:] Ne videlicet interim, dum per Superiorem deliberatur, an appellatio recipienda sit, necne, per executionem Judicis inferioris præjudicium fiat appellanti. Sed Judex ad quem, si cognoscat appellationem esse vere illegitimam, quemadmodum autumavit judex a quo; tenetur, ut infra dicemus, appellantem remittere ad priorem judicem, illumque eadem die in expensis condemnare, *Cap. Cum appellationibus §. 1. hoc tit. in 6.* ibi: [Cum appellationibus frivolis, nec justitia deferat, nec sit a judice deferendum; si judex inferior appellationem minus legitimam non admittat, eam appellatore nihilominus prosequente, Superior de ipsa cognoscens, causam ad priorem judicem (juxta Sanctiones Canonicas) sine difficultate remittat eadem die, condemnationem faciens expensarum.]

Non tenetur tamen judex ad quem appellato- 165
rem remittere ad judicem a quo, si hic appellationi detulerit ab interlocutoria, vel gravamine extra-

axtrajudiciali per Apostolos dimissorios, aut reverentialaa, eum per hoc censeatur omnem jurisdictionem a se abdicassa, & causam in Superiorem transtulissa; qui proinde, si valit, poterit in eadem causa procedere, etiamsi judicet appellationam esse illegitimam, *Cap. Cum appellationibus*, *§. Si vero hoc tit. in 6.* ibi: [Si vero Judax admittat aamdem, licet iam appellatio, quam ipsius Judicis dalatio a Superiore valaat refutari; quia taman Judax ipsa, quantum iu se fuit, a se jurisdictionem abdicavit aamdem, appellationi deferens minus justæ, totius Causæ dacisio in Superioris est potestatem transfusa: nec est illi Causa de necessitate ulterius remittenda &c.]

166 *Apostoli Conventionales* appellantur, qui a parte adversa appellationem approbante conferontor, etiamsi Judex sit iuvitua, aut dentur extra judicium, *Cap. Sæpe contingit 44. hoc tit.*

167 *Apostoli* tandem *Testimoniales* vocantur illi, qui dantur a Notario, aliisva honestis viris, quando, non habita copia judicis, appellatio coram illis proposita fuit, quibus hoc ipsum iidem testantur. Jam

168 Apostoli, de quibus sermo est, de jure communi necessario petendi sunt ab appellatore nadum a Sentantia definitiva, verum etiam ab interlocutoria: & dandi necessario a judice, a quo, *Cau. Post appellationem 2. q. 6.*, *& C. Ab eo hoc tit. in 6.*, *& alibi*. Ita ut si non petantur, & quidem modo mox explicando; censeatur appellans appellationi suæ renuntiasse; *Cap. Quamvis hoc tit.* & Judax illos negans, aut non dans intra tampus præfixum a Lage, de quo mox, de jure civili mulctæ subjaceat, *l. Judicibus Cod. hoc tit.* scilicet in Causis civilibus, triginta librarum auri. *l. Quoniam Cod. eod.* De jure tamen Canonico, & in Causis civilibus puniatur pœna arbitraria: In Causis vero criminalibus deponatur, *Scaccia q. 13. de appell.* u. 24. 91. *&* 101. *Maranta p. 6. Spec. aur. tit. de appell. a n. 210. & alii:* Immo si post denagatos, aut non datos Apostolos procadat in Causa, processus nullus sit, & irritus, *Cap. Ut super 4. hoc tit. in 6.* etiamsi, ut addit *Gloss. v. renuntiatum*, *& v. irritus*, processus aliunde da jure valeret: quia nimirum frustratoria asset appellatio, cui daferendum non est, *C. Cum appellationibus hoc tit. in 6.* Et appellans absque Apostolis queat suam appellationam prosequi, *l. unic. c. de libellis dimissor.* Et *Cau. Post appellationem 2. q. 6.* ibi: [Quia æquum est, si per Judicem steterit, qui debebat dara litteras, quominus det, ne hoc accipere, volanti noceat.]

169 Dixi [de jure commoni necessario petendi sunt Apostoli &c.] Nam de jure peculiari in nonnullis Tribunalibus Apostolorum petitio nec in usu, nec proinde necessaria est, ut in Ragno Franciæ, teste *Scaccia q. 13. de appell. num. 36.* & In Camera Imperiali, ut refart *Engel hoc tit.* u. 46. obi cum suam appellationem condemnatus proponit Judici a quo, hic curat desuper scribi per Notarium, appellationem admitti, val non admitti. Et si admittatur; petuntur acta primæ instantiæ, quæ ad judicem superiorem deferuntur: in quorum petitione etiam tempus 30. dierum (de quo mox) observatur. Si appellatio non admittatur, & gravatus nolit acquiescere, simpliciter adit Superiorem, & coram eo per libellum conqueritor, appellationem admissam non esse: qui deinde Superior petit ab Inferiore informationem scriptam, quare appellationem non admiserit; & insimul, ne sententiam exequatur, inhibet.

170 Apostoli atteuto jure novo intra 30. dies a tempore interpositæ adversus Judicem appellationis necessario petendi, & exhibendi sunt, *l. Judicibus, c. de appellat.*, *Cap. Ab eo hoc tit. in 6.* ibi: [Ab eo, qui appellat, infra 30. dies instanter Apostoli peti debant, & eidem intra dictum tampus a Judice exhiberi: alias præsumitur, appellationi suæ renuntiare appellans, si eos Infra dictum tempus petere prætermittat, etiamsi vadat, aut mittat ad appellationem hujusmodi prosequendam.]

Dixi; [Attento jure novo;] nam de jure antiquo olim infra quinque dies peti, concedique debebant Apostoli, *Can. Ab eo 4. q. 6.* 171

Dixi etiam: [Interpositæ adversus Judicem appellationis:] Cum si appelletur a gravamina, sed non per Judicem in judicio, at aliunde illato, ut in electione, non sunt necessario patandi Apostoli; cum non sit, qui illos date possit, vel teneatur: quemadmodum cum appellatur a gravamine illato per Judicem, seu judicialiter, siva axtrajudicialitar etiam procedentem, adest Judex gravans, qui Apostolos dare possit, immo & teneatur, *c. 1. ibique Gloss. v. vel extra hoc tit. in 6.* Verum ut monent *Gloss. loc. cit.*, *Maranta n. 227.*, *Pirhing ubi supra n. 142.*, *& alii*, melius est, etiam in dicto Casu, Apostolos petere sub conditiona, si adsit, qui illos dara possit, 172

Apostoli etiam congruo loco, & tempore, instantar, & sæpius saltem uno contextu, viva voce, aut in scriptis, & sumptibus ipsiusmet appellantis petendi sunt. Alitar appallans censetur, appellationi suæ renuntiassa. Ita Dcctores communissime ex compluribus utriusque juris locis mox adducendis. 173

Dixi I. *Congruo loco*, & *tempore*; cum non sufficiat, Apostolos a Judica petere, dum æquitat, vel transit per viam; de nocte, vel hora prandii, aut auditionis Missæ; vel alio tempore incongruo, prout exemplificat *Gloss. in C. Ab eo, qui, v. loco, hoc tit. in 6.* 174

Dixi II. *Instanter*, & *sæpius*; cum satis non sit, si leviter tantum, aut semel dumtaxat expetantur, *Clem. Quamvis hoc tit.* 175

Dixi III. *Saltem uno contextu*; quia licet olim Apostoli interpolatis, sau renovatis vicibus petarentur, ut refert *Scaccia q. 13. cit.* u. 27. & alii; hodie taman post *Clem. Quamvis cit.* Satis superque ast, si uno aodemque contextu, sæpius, & instantar postulentur, sic: [Domine Judex, appello, & peto Apostolos, & quidem instanter, eosque iterum, atque iterum postulo.] 176

Dixi IV. *Viva voce*, vel *in scriptis*; cum utroque modo peti queant: licet consultius sit, quod petantur in scriptis, ut sic melius facta eorumdem petitio probari queat. Sed dumtaxat in scriptis dandi sunt a Judice, ut advertit *Pirhing hoc tit. num. 142.* 177

Dixi V. Et *Sumptibus ipsiusmet appellantis*; cum non alterius, sad ipsiusmet appellantis sumptibus Apostolos petendos, & judici ad quem præsentandos essa, doceant *Gloss. in Clem. tit. Quamvis v. oblatos hoc tit.*, *Maranta n. 224.*, *Scaccia n. 144.*, *& alii communiter.* 178

Dixi taudem: *aliter censetur appellans appellationi suæ renuntiasse*; cum ita expresse definiatur in dic. *Clem. Quamvis §. Verum hoc tit.* ibi: [Verum si Judex a quo appellatur, certum tarminum ad recipiendos Apostolos appellanti assignet, & appellans in assignato sibi termino non comparaat coram eo, nec petat Apostolos sibi tradi, appellationi suæ renuntiasse videtur. Similiter si Judex appellanti responderit, infra juris terminum Apostolos se daturum, appellationi suæ renuntiasse appellans intalligitur, nisi intra dictum terminum 179

con-

congruo loco, & tempore, inſtanter, & ſæpius, ſaltem uno contextu petat Apoſtulos ab eodem Judice ſibi dati, vel ſi recipere recuſat oblatos, &c.]

180 Atque hic adnotandum, poſſe Judicem a quo una cum exhibitione Apoſtolorum, certum competentem terminum appellanti præfigere, ad illos præſentandos coram Judice ad quem, ita ut alias cenſeatur appellatio deſerta, & appellans teneatur priori ſententiæ ſtare, quam exequi valeat Judex a quo; *cap. Perſona 4. hoc tit., Gloſſ. l. Præſes 2. Præſcriptam c. hoc tit., Scaccia Q. 13. n. 88. & Q. 15. n. 15., Maranta n. 205., Pirbing hoc tit., n. 545.* & alii communiter. Et merito quidem, tum ob qualitatem negotii principalis, majorem quandoque accelerationem, & breviorem finem litis exigentis; tum ut illorum obvietur iniquitati, qui ad defatigandum adverſarium cauſam appellationis diutius protrahunt.

181 Præmitto XIII. Ex utroque Jure, Cæſareo nimirum, & Pontificio, Tempora ſunt Appellationibus definita, intra quæ debent appellationes interponi coram Judice a quo; & coram Judice ad quem introduci, proſequi, & terminari, adeo ut aliquo ex his temporibus elapſo, appellatio quaſi fatalem diem ſubeat, quodammodo moriatur, dicaturque deſerta, rata manente priori ſententia, *Abb. C. ex ratione 8. n. 8. hoc tit. Maranta p. 6, ſpec. aur. tit. de Appell. n. 232. Scaccia Q. 15. de Appell. n. 1.* & paſſim Doctores, notantes ea de cauſa nuncupari tempora prædicta *Fatalia*, a fato nimirum, ſive a morte, conformiter *ad l. 2. c. de tempor.* in integr. reſtit. ibi: [*Pater tuus in fata conceſſit.*]

182 Tria autem communiter recenſentur prædicta Tempora, ſeu Fatalia: ad interponendam primum coram Judice a quo appellationem: ſecundum, ad illam coram Judice ad quem introducendam: tertium denique, ad proſequendam, finiendamque coram eodem Judice ad quem jam introductam Appellationem.

183 Tempora, ſeu fatalia Appellationis interponendæ, ſive intra quæ gravatus a Judice per ſententiam, vel aliunde, ab illato gravamine poteſt appellare, adeo ut iis elapſis facultas extinguatur appellandi; & ſi de jure antiquo fuerint duo, vel tres dies, *l. 1. §. Biduum ff. Quando appellandum ſit*; hodie ſunt decemdium, ſeu decem dies, *Authen. Hodie c. de Appell. & cap. cum dilectus in fin. de elect. & cap. Quod ad conſultationem de ſent. & re judic.* & quidem a die, ſeu ab hora latæ ſententiæ, vel illati gravaminis, hujuſque ſcientiæ computandi, *cap. concertatione hoc tit. in 6.*, cum hujuſmodi tempus currat de momento in momentum, ſitque continuum, ita ut neque propter Ferias ſolemnes intermedias interrumpatur, *l. 1. §. Dies ff. Quando appellandum; & l. 1. Cod. De Feriis. l. ſive pars. §. Feriæ. c. De dilationibus*, *ibique Doctores paſſim, Gall. lib. 1. pract. obſer. 139. cap. 5., Pirbing hoc tit. n. 535*, monentes proinde, ut Notarius in appellationis inſtrumento non ſolum diem, ſed etiam horam appellationis apponat, ut rite cognoſcatur, an, & quando decemdium ſit elapſum.

184 Tempora, ſeu Fatalia petendi Apoſtolos, etſi de Jure antiquo fuerint quinque dies, *can. ab eo 4. Q. 6.*, de jure novo ſunt triginta, a die interpoſitæ adverſus Judicem appellationis, *l. Judicibus, C. De appellat. cap. ab eo, hoc tit. in 6. & Clemen. Quamvis eod. tit.*

185 Tempora, ſeu Fatalia appellationis introducendæ, præſentandique Apoſtolos coram Judice ad quem, etſi de Jure Civili quondam fuerint ſex menſes a die interpoſitæ Appellationis, *l. 2. & 3. Cod. De Temp. appell. Gail. lib. 1. pract. obſer. 140. n. 1. & 3., Pirbing hoc tit. n. 145., & alii*: hodie tamen, de Jure ſaltem Canonico, ſunt arbitraria Judici a quo: qui proinde terminum præfigere debet, intra quem Superiori appellatio præſentetur, ſecus habeatur pro deſerta, *cap. cum ſit 5. & cap. Ad aures 33. hoc tit. Clem. Quamdiu 4. eod. tit. Hoſtienſ. in ſumm. hoc tit. Baldus in l. fin. n. 1. Cod. de tempor. appell. & alii cum Engel. lib. 2. tit. 28. §. 4. n. 48.*

186 Tempora, ſeu Fatalia proſequendæ, ac terminandæ Appellationis, de jure ſunt integer annus, a die interpoſitæ appellationis computandus, *Clem. ſicut Appellationem hoc tit.* ibi: [Intra annum a die interpoſitionis ipſius appellationis proſequi, & finire teneatur appellans.] Et ex juſta, ac rationabili cauſa biennium, ſi nimirum Appellans primo anno fuerit legitime impeditus, *Auth. Ei, qui appell. Cod. de tempore appell. Clem. 3. hoc tit.* ita tamen, ut juſto impedimento ceſſante, niſi appellationem ſuam gravatus intra tale tempus fuerit proſequutus; neque finierit; ea habeatur pro deſerta, *Clem. dic. ſicut appellationem*, ibi: [Quod ſi juſto impedimento ceſſante non fecerit, debebit ejus appellatio cenſeri deſerta,] Unde ſubſiſtet prior ſententia, *Auth. Ei, qui appellat. Cod. de Tempore appellat. can. Ei, qui appellat 2. Q. 6. cap. cum ſit Romana 5. hoc tit.*

187 Quod ſi propter juſtum impedimentum appellationem ſuam non proſequatur appellans, vel cauſam appellationis non terminet infra annum, vel biennium; ad illam proſequendam, & terminandam habet tertium annum per beneficium reſtitutionis in integrum, *cap. ex ratione, de appell.* ibi: [Verum ſi appellationem biennio elapſo interpoſitam a ſententia, contra vos prolata, proſequuti non eſtis, dummodo proſequutionem ipſius per impotentiam vos conſtiterit omiſiſſe, nolumus, quod juſtitiæ veſtræ debeat prejudicium generare]. *Bart. in Auth. Item ſi appellatione Cod. De tempor. appell. Abb. in c. ex ratione 8. n. 5. & 6. hoc tit. & alii*, addentes, hujuſmodi reſtitutionem fieri poſſe per Judicem, pronuntiando e. g. quod [quia appellans tali, vel tali facto fuerit impeditus, ideo ipſum reſtituimus, &c.]

188 Cauſæ autem juſtæ, & rationabiles, ſeu impedimenta proſequendæ, & terminandæ appellationis intra annum, ex quibus concedi poteſt biennium, immo & triennium, aliæ ſunt ex parte Appellantis: aliæ ex parte appellati: aliæ ex parte utriuſque: aliæ ex parte Judiciis ad quem aliæ ex parte Tertii: aliæ demum ex Caſu. Et quidem

189 Ex parte appellantis ſunt infirmitas, & inopia, aliave impotentia, propter quam non poſſit infra annum, vel biennium appellationis proſequutionem abſolvere; *cap. ex ratione 8., ubi Gloſſ. fin., Innoc., Abb. n. 5. hoc tit. & alii.*

190 Ex parte appellati, ſi is, per ſe, vel per alios, vel interponendo fruſtratorias Appellationes, impediat, ne Appellator infra annum, vel biennium, valeat cauſam appellationis terminare, *Abb. cit. cap. ex ratione n. 8., Scaccia q. 15. de Appell. n. 61., & alii.*

191 Ex perte utriuſque, ideſt ex mutuo tam appellantis, quam appellati conſenſu, ut ſi uterque peregrinationem ſuſcipiat, vel in Arbitros compromittat, &c. *Clem. Quamdiu de Appellat.* ibi: [Quamdiu appellationis proſequutio per Compromiſſum, vel alias de partium expreſſo conſenſu differtur, tempus ad proſequendum eamdem, ab

homi-

homine, vel a Jure præfixum, nolumus currere appellanti.] Ubi duo notanda sunt: &

192 Primum, si Judex ad quem deprehenderet, periculum imminere ex ea dilatione, in qua partes consentiunt; præcipere posset, ut in appellatione procedatur, & post tale præceptum inciperet currere tempus, *dic. Clem. Quamdiu in fin., juncta Gloss. v. Præciperet. Quæ verbo imminere*, & in *Addit.* notat, dictum periculum imminere, quoties Causa est de Electione, aut de Matrimonio; vel quoties ex dilatione aliis præjudicium causatur, ut si esset quæstio hæreditaria, quæ in fraude legatorum differtur, *cap. Oblatæ §. Superior de Appell.*

193 Secundum est, quod possint partes, ex communi consensu, tempus a Jure præfixum prosequendi, & finiendi appellationem, non solum suspendere, sed etiam prorogare ultra biennium ad triennium, & quadriennium, ut docent *Vallensis lib. 2. tit. 28. n. 167. cum Felino, Alexandro, Maranta, & aliis* contra *Abbatem in cap. ex ratione n. 8. de appell. & alios*. Quia possunt partes paeisci, ut nullum servetur, Fatale, *l. fin. §. ult. de tempor. appell.* Ergo possunt Fatalia appellationis prolongare; cum nihil aliud sit prolongare, quam non servare Fatalia. Quod videtur confirmari ex *Clem. Quamdiu cit.* Si enim ex ea possunt de mutuo consensu partes suspendere Fatalia, ita ut illis tempus non currat; ergo & illa prolongare: quia in effectu idem est suspendere, ac prolongare; cum æque per suspensionem, ac Fatalium prolongationem lis protrahatur.

194 Ex parte Judicis ad quem concedi potest biennium, imo & triennium ad causam Appellationis absolvendam, vel ob ejus infirmitatem; vel quia noluerit appellantem audire; vel non potuerit tam cito causam cognoscere, & expedire. In quo casu licet non pauci velint cum *Pirbing lib. 2. tit. 28. n. 169.* appellantem debere protestari, & quidem sæpius; quod nec per se, nec per adversarium stet, quominus in causa procedatur; hujusmodi tamen protestationem necessariam non esse, contendit *Scaccia disp. 15. n. 182. post Rotam apud Caputaqu. decis. 73. p. 2., Crescent. decis. 5. n. 2. de except., & plures alios.*

195 Ex parte Tertii, e. g. Procuratoris, negligentis tempore debito appellationem prosequi; in quo casu non datur secundus annus appellanti, & multo minus restitutio in integrum adversus lapsum Fatalium; sed Appellans habet actionem contra Procuratorem, vel alium impedientem ad interesse, manente rata sententia lata, *Gloss. in c. ea ratione v. Impotentiam, de appell., Abb. ibidem n. 8., & alii.* Quod si Procurator sit impotens ad solvendum interesse, quod passus est appellans; tunc datur restitutio in integrum adversus lapsum Fatalium, & sic prosequi potest suam appellationem, *Gloss. ibidem, Vallensis lib. 2. tit. 28. §. 13. n. 10., & alii* ex compluribus textibus Juris.

196 Ex casu demum fortuito impediri potest prosequutio, & terminatio appellationis, puta quoties via, qua itur ad Judicem ad quem, est hostibus infesta, vel Procurator moritur, aut captus est, &c. Et tunc si accidit casus in primo anno, datur appellanti ipso Jure secundus: si in secundo, succurrendum est a Judice per viam restitutionis in integrum adversus lapsum Fatalium, idest datur appellanti totum illud tempus, quod ablatum est per impedimentum fortuitum.

197 Incumbet autem onus probandi impedimenta prædicta ipsimet appellanti: cum in universum affirmanti incumbat probatio, *l. 2. ff. de Probat.* & impedimentum sit quid facti; facta autem, utpote natura sua incerta, *l. In omnibus ff. de Jure & fact. ignor.*, non præsumuntur, sed probantur, *l. In libello §. Facta ff. De Captivis, & post lim. revers. l. ult. §. Illud etiam Cod. de tempor. appell.* Et nedum appellanti incumbit onus probandi impedimenta; sed etiam, ut addunt *Gail. lib. 1. pract. obser. 143. n. 1., & Pirbing hoc tit. n. 171.*, quod ipse omnem diligentiam adhibuerit, ad illum removendum, *l. ult. Cod. de tempor. appell.* Secus probatio non concluderet, adeoque nec relevaret, *Arg. l. Qui Commeatus ff. de re militari.*

198 Probato tandem impedimento, ejusque impossibili remotione post finem primi anni, & admissa a Judice causa impedimenti, ut legitima; declarabit ipsemet Judex, appellanti competere secundum annum, a lege concessum: & quidem integrum; etsi impedimentum duraverit per partem anni, *Scaccia dic. q. 15. de Appell. n. 108.* ex praxi, & usu fori, præsertim ecclesiastici, ut probat *Pirbing n. 172. hoc tit.* Sicut, & post finem secundi anni competere beneficium restitutionis in integrum, *Barbosa in cap. Cum sit Romana 5. hoc tit. n. 3.*

Hic tamen pro Coronide tria sunt animadvertenda:

199 Primum ex *Engel lib. 2. tit. 28. §. 4. n. 49.* hujusmodi fatalia prosequendæ, ac terminandæ appellationis hodie non attendi in majoribus Tribunalibus, ubi propter multitudinem causarum appellationes plerumque in multos annos pendent. Et recte quidem; ut enim habetur in *Auth. de appellat. §. Ad hæc Collat. 4. & Can. Anteriorum 2. q. 6.* [Quod vitium est litigantium si culmen imperatorium occupetur? Vel quis tantæ est Auctoritatis, ut nolentem Principem possit ad convocandas partes, ceterosque Proceres coarctare?]

200 Secundum, ex eodem ibidem, appellationem non tantum haberi pro deserta, sententiamque transire in rem judicatam, si appellans prædicta Fatalia non servarit; verum etiam si actum aliquem contrarium egerit: ut e. g. Si appellatum pendente appellatione spoliarit. *Quaranta hoc tit. n. 422.* Vel coram Judice inferiori actum aliquem egerit, causam ipsam concernentem, appellationique contrarium, petendo, e. g. Se ab ipsius excommunicatione absolvi, aut juramentum parti adversæ deferendo, &c., etiamsi protestaretur, se id non facere animo deferendi appellationem; cum talis Protestatio foret actui contraria, nihilque relevaret, *c. Sollicitudinem 54. hoc tit.*

201 Tertium ex *Reiffenst. lib. 2. tit. 28. §. 6. n. 184.* quamvis elapsis fatalibus modo dicto non admittatur appellans a sententia definitiva, vel ab interlocutoria; sed vigeat prior sententia, admittitur tamen gravatus a gravamine extrajudiciali, & ante litis ingressum, saltem per remedium Juris communis, & si non per appellationem, instituendo nimirum actionem, aut querelam, vel exceptionem contra illatum gravamen, aliave Juris remedia intentando, *c. Cum sit Romana 5. §. Intra quod, hoc tit. ibique Gloss. v. Si vero gravamine, & Abb. n. 18., & alii.* Cujus ratio est, quia facta extrajudicialia non transeunt in rem judicatam, una semel, quod non sint deducta in Judicium, nec sententia supra eisdem lata. Ergo non est, cur deinceps revocari non possint per debitam contradictionem, seu per remedia Juris communis modo dicto.

202 Præmitto XIV. Tempora, seu Fatalia appellationis interponendæ, decem scilicet dies, neque

ex permissione Judicis, neque de consensu, partium restringi queunt; quemadmodum nec prolongari. Ita communis sententia cum *Gloss. in cap. Cum sit Romana de Appellat. v. Recisus tempus*, ubi sic: [Quædam tamen sunt indutiæ, statutæ in Jure, quæ diminui, sive mutari non possunt, neque augeri, ut est tempus decem dierum, datum ad appellandum.]

203 Tempora, seu Fatalia petendi Apostolos, triginta scilicet dies, etsi nequeant prorogari; possunt tamen per Judicem a quo in brevius, quam 30. dierum spatium reduci; præfigendo nimirum appellanti terminum ad illos petendos, ita ut si intra talem terminum illos non petat, appellatio censeatur deserta, *Clem. Quamvis §. Verum de Appell. cap. Et insinuante, eod. tit. ibique Gloss. v. Expectato*.

204 Tempora, seu Fatalia prosequendæ Appellationis, annus videlicet, vel ex legitima causa biennium, abbreviari queunt juxta qualitatem, seu exigentiam negotii, ac personarum, locorumque distantiam per Judicem a quo, præscribentem appellanti minus spatium taliter, ut si post præfixum tempus a Judice a quo, non fuerit appellans prosequutus appellationem, ea intelligatur deserta, & sententia ab eodem Judice lata executioni mandetur, non expectato tempore, a Jure præfixo, *dic. cap. Cum sit Romana, cap. Personas, hoc tit.*

205 Nequeunt tamen per eumdem Judicem a quo eidem appellanti restringi tempora appellationis finiendæ; cum nequeat per Judicem a quo inferiorem imponi necessitas Judici ad quem superiori, terminandi causam intra tempus ab ipsomet Judice inferiori restrictum. Quod si Judex a quo id faceret; censeretur, fatalia appellationis introducendæ abbreviare, seu terminum præfigere, non ad causam finiendam coram Judice ad quem, sed ad se coram eodem præsentandum, seu ad prosequendam appellationem, *Abb. cit. cap. Ex insinuatione, n. 1. & 2. hoc tit. & alii*.

206 Potest tamen, prædicta Fatalia appellationis prosequendæ, a Jure concessa, restringere Judex ad quem, si ex mora, seu longiori dilatione damnum Reipublicæ, vel periculum immineat animarum: ut in conjugio spirituali, inter Prælatum, & Ecclesiam existente, in controversia Matrimonii Carnalis, in causa alimentorum necessariorum, aliisque id genus, ubi de dilatione periculum immineret vitæ exurientis, aut Communitatis, *Hostiensis in summ. hoc tit. n.* 10. *Abb. Cap. Oblata* 57. *n. 6. eod. tit., Pirhing ibid. n.* 153. Nequit autem ipsemet Judex ad quem, seclusa utraque prædicta necessitate, talia fatalia restringere: quia ex *Reg. 17. Jur. in 6.* [Indultum a Jure Beneficium non est alicui auferendum.] Ita Doctores mox citati.

207 Tempora, seu Fatalia appellationum potest sibi restringere appellans, *Cap. Personas 4. §. fin. hoc tit. & Cap. Ad hæc* 20. *eod.* Non tamen potest se solo eadem prorogare, cum id in præjudicium tertii, idest appellati redundaret, contra *reg.* 22. *Jur. in 6.*: [Non debet aliquis alterius odio prægravari.] Potest tamen uterque de communi consensu, eadem prorogare, ut supra notavimus *n.* 191. recensentes justas causas, seu impedimenta prosequendæ, ac terminandæ appellationis expresse appellantis, & appellati.

208 Præmitto XV. In causa desertæ appellationis ob lapsum Fatalium, quia nimirum appellans Apostolos non petivit; aut debito tempore causam appellationis non introduxit; vel saltem eam coram Judice ad quem non est prosequutus; Judex competens est Judex a quo: quem appellatus, seu victor in causa, tenetur adire, ab eoq: petere, ut sententiam suam mandet executioni; citato tamen appellatore, ad dicendam si habeat causam, quare sententiam non debeat executioni mandare: quæ sane causa vel est, a se factam fuisse prosecutionem appellationis &c., vel legitime impeditum fuisse, ne illam prosequeretur. Unde tenetur appellans comparere, alteramque causarum edocere. Quod si appellans non comparuerit, vel saltem neutram causam probaverit, tunc absque alia pronuntiatione super desertione appellationis, potest Judex a quo sententiam suam executioni mandare, *l. si contra Majorem eod. De appell. Cap. Ad hæc 27. hoc tit. Clem. 2., 3., & 6. eod. Gloss., & Angelus in dic. l. si contra Majorem, Felinus C. Ex p. 12. n. 9. De rescrip. Alexander cons. 95. n. 3., Scaccia Q. 51. de Appell. n. 149., & 167., & alii.*

209 Quod si appellans comparuerit quidem, & aliquid pro se probaverit; sed ita tamen, ut remaneat dubium, num ipse causam appellationis deseruerit, necne; in hoc casu, si præfatus appellans numquam comparuerit coram Judice ad quem, Judex a quo cognoscit, & pronuntiat super causa desertæ, vel non desertæ appellationis, *Felin. cit. Cap. ex p. 12. n. 9. de rescript., Scaccia n. 149. 152. & 166., Vestrius in praxi lib. 8. Cap. ult. n. 9., & alii*. Et ratio est manifesta; quia Judex ad quem non habet ullam auctoritatem, nisi per viam appellationis ad se negotium deferatur. Sed in hypothesi, qua appellans Apostolos non petierit, vel saltem causam ad Judicem ad quem non detulerit, id non contingeret: ergo &c. Si tamen appellans coram Judice ad quem aliquando comparuerit, sicque causam appellationis introduxerit; in dubio, num appellans appellationem deseruerit, necne, cognoscit, & pronuntiat idem Judex ad quem, *Felin. ubi supra n. 9., Scaccia a n. 151., & alii*: quia ubi semel Judicium cœptum est, ibi debet finiri, *l. ubi cœptum ff. de Judic.* sed in hypothesi Judicium appellationis cœptum est coram Judice ad quem, utpote qui semel jam aditus fuit; ergo &c.

210 Præmitto XVI. Appellatio, legitime interposita, duplicem causat effectum; suspensivum videlicet, & devolutivum. Jam

211 Effectus appellationis suspensivus situs est in eo, quod per appellationem, (sive de cetero ea sit jam recepta; sive deliberandum sit, an debeat recipi) suspendatur Jurisdictio Judicis a quo circa illam causam, in qua fuit appellatum, *eod. si a Judice* 10. *hoc tit. in 6.*, ita ut pendente appellatione, non possit in eadem causa procedere, sine vitio attentati, & sic [appellatione, interposita medio tempore nihil novari oportet,] *l. unic. ff. nihil novari appellatione interposita*.

212 Item effectus appellationis suspensivus situs est in eo, quod per ipsam suspendatur pronunciatum, sive sententia Judicis a quo, ejusque executio; non secus, ac præsumptio, ceteroqui stans pro sententia Judicis, *C. cum ad sedem 15. §. fin. de rest. spoliat.* Reponatur appellans in pristinum statum, quo videlicet prius erat post, non ante litem contestatam, *Scaccia Q. 11. de appell. n.* 46.: & tandem ita suspendatur sententia Judicis a quo, ut si appellatio sit legitima, & talis appareat in fine, teneatur illam revocare Judex ad quem; sin minus, eamdem confirmare, damnando insimul in expensas parti appellatæ; temere, vel calumniose appellantem, *Scaccia de appell. Q. 3. n. 85. & Q. 2. n. 52., & alii.* Sed

Hic

213 Hic effectus licet regulariter ab appellatione causetur, non tamen semper; cum in pluribus casibus sententia Judicis, non obstante appellatione, executionem secum trahat. Et

214 I. In casibus exceptis, recensitis *præmissa* 4. *a* x. 63. in quibus nimirum Jura potest sententiam appellationem interdicunt, *cit. C. non solum* 7. *hoc tit. in* 6. ibi: [exceptis casibus, in quibus Jura post sententiam prohibent appellare.]

II. In censuris Ecclesiasticis inflictis absolute,
215 *C. Pastoralis* 53. *hoc tit.*, ubi dicitur, excommunicatum, etiamsi appellet ab excommunicatione, in ipsum absolute prolata, non obstante appellatione, illa ligari, taliter ut denuntiari queat, ut ab aliis vitetur, & proventibus Ecclesiasticis privari. Nam [excommunicatio executionem secum trahit,] ut loquitur *ibid. textus, & c. Is cui* 20. *de sent. excomm. in* 6. ibi: [sane sicut excommunicatio, sic ab officio, vel ab ingressu Ecclesiæ lata suspensio, aut ipsius effectus per appellationem sequentem minime suspenduntur,] *Abb. in Cap. sæpe contingit* 44. *n.* 23. *hoc tit.*, *Scaccia de Appell. Q.* 17. *limit.* 22. *n.* 3. *Pirhing. hoc tit. n.* 237., & alii communiter. Et merito sane; quia cum censuræ ecclesiasticæ principaliter ad corrigendum infligantur, utpote medicinales, *Cap. cum medicinalis* 1. *de sent. excomm. in* 6., persæpe intenta correctio per frivolam appellationem impediretur, si ea posset in censuris absolute inflictis effectum suspensivum operari.

216 Dixi *absolute inflictis:* nam in non inflictis, sed comminatis, & in posterum ferendis, aut latis dumtaxat sub conditione, si appellatio conditionis præcedat eventum, effectum suspensivum operatur, suspendendo nimirum censuram, ejusque effectum impediendo, *C. Præterea* 40. *ibique Abb. n.* 1. & 2. *Barbos. n.* 1. & 4. *cum communi*. Et ratio disparitatis est, quia censura, utpote absolute pronuntiata, effectum suum operatur statim, ac infligitur; nec habet, unde impediatur. Lata tamen sub conditione, aut comminata, nihil operatur ante conditionis adventum. Ergo si ante conditionis adventum interponatur appellatio, ab hac impeditur, ne liget censuratum. Quod si post conditionis purificationem fuerit appellatum, tarde accederet appellatio; quia statim, ac conditio purificatur censura ligat censuratum.

217 III. Si appellans a Judice a quo in una causa, seu Civili, seu Criminali, conveniatur coram eodem super alia causa, seu Civili, sive Criminali, de qua appellatum non est, in quo casu debet ejus Judicio stare, non obstante priori appellatione, *Cap. Præterea* 22. *hoc tit. Cap. Ad hæc* 6. *eod. tit. & Cap. Proposuit*, 24., ubi habetur, quod appellans [Non minus teneatur in aliis, super quibus appellatum non est, respondere.] cum appellatio appellantem non eximat a Jurisdictione Judicis ordinarii, nisi in ea solum causa, super qua est appellatum, *C. Romana §. cum vero, in hoc tit. in* 6.

218 Excipiunt tamen aliqui, dummodo illum appellans non recusaverit ut suspectum in alia causa; contendentes, appellantem in una Causa posse Judicem a quo, si voluerit, recusare ut suspectum etiam in alia causa per *text. cit. Cap. Ad hæc hoc tit.* ibi: [Eum potest, si voluerit, tamquam suspectum vitare] in aliis causis: & quidem ex mera, & præcisa appellationis interpositione in una causa, nullo etiam probato gravamine, *Barb. ibid. x.* 2. *cum aliis*, ex eo motus, quia cum aliquali injuria, & offensio videatur inferri Judici a quo per appellationem, dubitari potest, ne illa velit in alia causa se ulcisci contra appellantem. Quamvis oppositum sentiant *Joann. Andreas in dic. Cap. cum ad hæc x.* 1. *hoc tit.*, *Abb. ibid. n.* 3., *Pirhing eod. n.* 221., & alii non infrequenter. Omnes tamen in eo conveniunt, quod appellans a Judice a quo in una causa, non possit illum recusare in causa de crimine manifesto, *C. Proposuit* 24. *hoc tit.* quia in notoriis locus non est recusationi, quemadmodum neque appellationi: cum appellatio, & recusatio æquiparentur, *C. super eo* 22. *hoc tit.*

IV. In iis, quæ tendunt ad faciliorem exitum 219
causæ appellationis, *Abb. in cap. cum teneamur*, *hoc tit. n.* 1., *ibique Barbos. x.* 3., *Maranta p.* 6. *Spec. aur. tit. de appell. n.* 299., *Scaccia Q.* 3. *de appell. x.* 20., *& alii*. Et ratio est, quia per appellationem non extinguitur, sed dumtaxat suspenditur jurisdictio Judicis a quo: nam, Appellatore appellationem non prosequente, rata manet prior sententia, & vires suas assumit, *c. cum sit Romana* 5., & 220
c. Personas 4. *hoc tit.* Hinc si aliquis excommunicatus, vel personaliter interdictus appellavit, potest interim absolutionem petere; quam Judex a quo elargiri tenetur, etsi adversario contradicente, dummodo tamen appellans sufficientem præbeat cautionem, de parendo Juri, & mandatis Ecclesiæ, *cap. Qua fronte hoc tit.*, *Lancellot. de Attent. p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 13., *Scaccia cap.* 17. *limit.* 2. *n.* 6. cum ex una parte jus Actoris non minuitur; cui sufficienter provisum est per idoneam cautionem, præstitam ab excommunicato: & ex altera vitetur periculum animæ: quia contingere potest, quod, adhuc appellatione pendente, excommunicatus decedat extra gremium Ecclesiæ. Item potest Judex a quo possessionem reformare, a qua appellans, appellatione pendente, fuerat turbatus, sive dejectus; *cap. cum teneamur* 27. *hoc tit.* Potest etiam, licet appellationi detulerit, interdicere, ne appellans faciat id, propter quod appellavit, e. g. ne appellans a valore Matrimonii nubat alteri, donec causa ipsius Matrimonii decidatur, *c. ex litteris juncta Gloss. V. Districtius interdixi*, *de Matrimonio contrahen. contra interdict.* Tandem potest Judex a quo Appellantem compellere, ut appellationem prosequatur; ut iter arripiat intra certum tempus ad sistendum se coram Judice ad quem; ut nihil attentet, pendente lite; & similia, quæ ad faciliorem exitum causæ appellationis conducunt, *Van Espen p.* 3. *tit.* 10. *cap.* 3. *x.* 22.

V. Tandem in causa dotis, in causa Mercedis, 221
in alimentis futuris, (non tamen in jam decursis ante litem motam) in causis piis, atque in illis, quæ propter periculum in mora celeritatem requirunt. Videatur *Barbos. in c. ut debitus* 59. *x.* 15. *de appell.* ubi plures alios casus, præter recensitos, adducit, in quibus Appellatio effectum non sortitur suspensivum, atque adeo, ea non obstante, proceditur ad executionem sententiæ.

Atque hic animadvertendum est, nos hactenus 222
in genere loquutos esse de appellatione causante effectum suspensivum; sub qua cum veniat nedum appellatio a sententia definitiva, verum etiam ab interlocutoria, & a gravamine; utramque appellationem, eumdem effectum causantem, nos consequenter intellexisse. Cum generaliter de omni provocatione dicatur, absque ulla distinctione, *l. un. ff. nihil novari appellatione interposita*, ibi: [Appellatione interposita medio tempore nihil novari oportet.] Et ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, ut habet famigeratum Juristarum Axioma. Quamobrem etiam appellatio ab

interlocutoria, vel gravamine effectum operatur suspensivum, saltem respectu illius articuli, seu gravaminis, super quo est appellatum; modo tamen per Judicem a quo gravamen postea non revocetur, *c. si a Judice hoc tit. in 6.*

223 Dixi [saltem respectu illius articuli, seu gravaminis, super quo est appellatum.] Enim vero licet extra controversiam sit, quod quoties appelletur super aliquo articulo, seu quæstione incidenti, sive gravamine, sed tali, ut sine eo causa principalis nequeat expediri; tunc appellatio sortiatur effectum suspensivum in Judice a quo, nedum a cognitione illius articuli, seu quæstionis incidentis, super qua appellatum fuit; verum etiam a cognitione ipsius causæ principalis, *ex cap. super eo* 10. *hoc tit.* ibi: [Si de aliqua exceptione oriatur quæstio, & exinde appellationem fieri contingat, eidem exceptioni erit merito supersedendum; etsi principalis causa sine illa terminari non poterit, ei nihilominus supersedeatur.]

224 Controvertitur tamen, an quando sine incidenti queat principalis causa decidi, appellatio ab incidenti tantum, suspendens jurisdictionem Judicis a quo super eodem incidenti, suspendat etiam jurisdictionem dicti Judicis super causa principali, adeoque in totum. Et in hac controversia,

225 Negativam partem tuentur *Zoesius hoc tit. n.* 27., *Pirhing* n. 578., & alii tum ex *cit. cap. super eo*: [Etsi principalis causa sine illa terminari non poterit, ei nihilominus supersedeatur.] Ergo a contrario sensu, si absque causa incidente, super qua est appellatum, terminari potest causa principalis; non est necesse, ut per Judicem a quo causæ principali supersedeatur. Tum ex eo, quia appellatio in una causa non impedit jurisdictionem Judicis a quo in alia causa, nisi recusetur suspectus, *cap. Ad hæc* 6., *& c. Propofuit* 24. *hoc tit.* sed in proposito videntur esse duæ causæ; cum causa principalis terminari valeat sine altera incidenti. Ergo &c.

226 Partem affirmativam defendunt *Gloss. in cit. cap. super eo, v. Terminari, ibique Panormitanus a n.* 4. *hoc tit.* eam appellans communem opinionem; sicut & in praxi merito retinendam, *Reiffenst. lib.* 2. *tit.* 28. §. 7. n. 225., *& alii. Tum ex c. si a Judice, & c. Non solum hoc tit.* in 6. Tum ex eo, quod durum esset, eumdem litigatorem arctari ad comparendum in eadem causa coram diversis Judicibus, contra vulgatum illud: [causæ continentia non debet dividi,] *in l. Nullum, juncto Summario*, & Doctoribus *ibidem C. de Judic. & c. Dispendia* 3. *de rescript. in* 6. unde ad rationes sententiæ oppositæ respondent.

227 Ad primam, argumentum a sensu contrario non valere, quando ex illo contigerit correctio Juriam, ut in proposito, in quo lex de continentia causæ non dividenda corrigeretur per contrariam opinionem.

228 Ad secundam, in subjecta materia non plures, sed unam dumtaxat causam, saltem principalem intercedere, licet huic accessorie altera incidens adjungatur.

229 Dixi etiam: [Modo tamen per Judicem a quo gravamen postea non revocetur.] Nam etsi post interpositam appellationem a sententia definitiva, eam semel valide prolatam revocare non possit Judex a quo, quemadmodum revocare potest sententiam suam invalide prolatam, & de Jure nullam; potest tamen revocare, si ita expedire visum ei fuerit, sententiam interlocutoriam; & sublato gravamine, per ipsam parti appellanti illato, in causa libere procedere; ut est decisum expresse in *Concil. Lateran. sub Innoc. III.*, & refertur in *c. cum Cessante* 60. *hoc tit.* per illa verba: [Cum cessante causa cesset effectus; statuimus, ut sive Judex Ordinarius, sive delegatus aliquid comminando, vel interloquendo protulerit, quo executioni mandato alter litigantium gravaretur; & sano usus consilio ab hujusmodi interlocutionis, vel comminationis effectu destiterit, libere in causæ cognitione procedat: non obstante, si a tali comminatione, vel interlocutione fuerit appellatum, dummodo non sit ex alia causa suspectus: ne processus negotii frivolis occasionibus retardetur.]

Et dispar ratio, quare revocare non possit sententiam suam definitivam Judex a quo, possit tamen interlocutoriam, ex sæpius repetitis illa est: quia sententia definitiva controversiæ finem imponit; unde per eam, semel valide prolatam, desinit quis esse Judex in tota causa, *l. Judex ff. de re judic. & c. In literis* 9. *de off. deleg.* Non cessat tamen officium Judicis per sententiam interlocutoriam; cum adhuc post prolationem illius controversia perseveret, & Judex persistat esse talis in ea causa. 230

Præmitto XVII. effectus appellationis devolutivus situs est in eo, quod causa devolvatur ad Judicem superiorem, seu ad quem, ita ut is, nedum de justitia Appellationis cognoscere valeat; sed etiam, ea probata, causam examinare, eamque sententialiter definire possit, ac debeat, *L. eos, qui* §. 1. *Cod. De appell., & c. Dilectis filiis* 55. *hoc tit.* 231

Et, si appellatio sit a definitiva, nedum causa principalis, sed ejus quoque accessoria, eamque consequentia devolvuntur ad superiorem, *cit. cap. Dilectis filiis, ibique Summarium* sic habens: [Per appellationem legitime interpositam principale cum accessoriis ad Judicem appellationis defertur.] Cum idem juris debeat esse in accessorio, quod est in principali, ut multis ostendit *Gloss. ibi, v. Principale*. Qui profecto superior, utpote cognoscens de meritis causæ, debet examinare, an bene, vel male sit judicatum confirmando priorem sententiam, si bene, sic: [Bene judicatum, male appellatum.] sin autem male, illam cassando, pronuntians: [Bene appellatum, male judicatum.] Nec potest, ad Judicem a quo causam remittere, sed ipsemet eam debet propria sententia terminare, *l. eos qui, C. hoc tit. Can. ult. §. Ab eo autem* n. *Q.* 6. &, si ita judicaverit, poterit priorem sententiam, plura Capitula continentem reformare, eidem aliquid addendo, vel ab ea detrahendo, aut eamdem ex parte cassando, & ex parte confirmando, prout justum existimarit, *C. Raynutius, & C. Raynaldus, de testam. Gloss.* in *Cap. ut debitus, v. alioquin hoc tit.* 232

Quod si Appellatio sit ab interlocutoria, vel gravamine; & Judex ad quem, cognoscens de Appellatione, num sit legitima, pronuntiet [bene esse appellatum,] tota Causa, tam nimirum incidens, quam principalis, utriusque cognitio, & definitio ad eum devolvitur, ita ut non possit ipse causam principalem remittere ad Judicem a quo *C. Ut debitus* 59. *hoc tit. ibique Gloss. v. Aliequin*; *Pirhing hoc tit. n.* 237., *& alii*. Si vero Appellationem illegitimam pronuntiaverit; totam causam tenetur ad Judicem a quo remittere, illegitimum appellatorem insimul in expensis alteri parti condemnando, *cit. C. Ut debitus* 59. *hoc tit.* ibi: [Cum autem (quis ante sententiam) ex rationabili causa putaverit appellandum, coram eodem 233

Judi-

Judice Causa probabili appellationis exposita, talis videlicet, quæ si foret probata deberet, legitime reputari, superior de eppellatione cognoscat. Et si minus rationabilirer eum appellesse constiterit, illum ad inferiorem remittat, & in expensis alteri parti condemnet: alioquin ipse procedat &c.]

234 Dummodo tamen Judex a quo appelletioni non detulerit, dando Apostolos refutetorios; quia si detulisset, Apostolos dimissorios concedendo, vel reverentiales; censeretur a se omnem jurisdictionem quoad illam causam abdicasse, & in potestatem superioris trenstulisse, etiam in hypothesi, quod hic appellarionem illegitimem judicaverit. Et in hoc casu liberum erit Judiei ed quem, remittere eausam illam ad Judieem a quo, vel apud se retinere; eum non teneatur Judex ed quem de necessitate appellationem illegitimam retinere, quamvis Judex e qoo jurisdictionem a se abdicare voluerit, illegitimæ illi appellationi deferendo; cum hujus culpa, vel imperitia Judici ad quem nolenti præjudicare noo possit, nec debeat. Atque ita *Anchar. in c. Cum Appellationibus n. 2. hoc tit. in 6.* ubi sic decernitur §. Si vero: [Si vero Judex admittat, licet tam Appellatio (minus legitime), quam ipsius Judicis delegatio, a superiore valeant refutari: quia tamen Judex ipse, quantum in se fuit, a se jurisdictionem abdicavit eamdem, appellationi deferens minus juste, totius Causæ decisio in superioris est potestatem transfusa; nec est illi causa de necessitate ulterius remittenda.]

235 Ubi notandum, cum non possit Judex eppellationis judicare ex actis primæ instantiæ, nisi coram eo producantur:, &, si judicaret, iisdem non productis, & visis, perverteret ordinem Judicii: &, si sententiem fertet, nulla esse, ut eum eliis advertit *Scaccia q. 20. de appell. num. 11.* Et *in Actis probatoriis censuit Rota 13. Februarii 1609. in una Anchonitana, pecuniaria, Coram R. P. D. Sacrato*; debere Appellatorem præter Acta, quæ validiratem Appellationis justificant, scilicet quod intra legitima tempora appellarit, Apostolos petierit, &c., etiam acta omnia prioris instantiæ, etiam quæ pro Adversario faciuot, & contra se, quæ apud Judicem a quo facta, vel dicta sunt eirca merita Causæ in prima instancia, suis sumptibus ad eumdem eppellationis Judicem transferre, eonfecto eorumdem Actorum Regesto, seu Extracto per Noterium ad instantiam partis, atque expensis ejusdem, & quantocius, ad minus intra mensem, e Notario parti exhibito. Ita eum *Baldo Paulus de Castro, in l. Is apud quem a. n. 2., & Decias n. 10. C. De edendo, Scaccia q. 20. n. 34.* & alii, quibus patrocinatur *Trident. sess. 24. de refor. c. 20.* sic: [Præterea si quis in casibus a Jure permissis appellaverit, eut de aliquo gravamine conquestus fuerit, seu alias ob lapsum biennii, de quo supra, ad alium Judieem recurrerit: teneatur Acta omnia, coram Episcopo gesta, ad Judicem appellarionis, eapensis suis transferre; eodem tamen Episcopo prius admonito, ut si quid ei pro causæ instructione videbitur, possit Judici appellarionis significare. Et infra. [Porro ipsam Actorum copiam teneatur Notarius, congrua mercede accepta, appellanti quantocitius, & ed minus intra mensem exhibere] &c.

236 Sunt autem acta prioris instantiæ, ut meminit *C. Quoniam contra 11. de prob.* [Citatinnes, Dilationes, Recusatinnes, Exceptiones, Petitiones, Responsiones, & Interrogationes; Confessiones, testium depositiones, Instrumentorum Productiones, Interlocutiones, Appellationes, Renuntiationes, Conclusiones, & cetera, quæ occurrerint:] quibus addenda est sententie, utpote quæ sub nomine *Actorum*, seu Processus continetur, ut notet *Abbas in c. Quoniam contra n. 5. de probat. Marant. p. 6. Specul. aur. actu 10. tit. de Actor. editione, & alii.*

Premitto XVIII. Effectus appellationis devolu- 237
tivus etiam consistit in eo, quod executio sententiæ transferetur in Judicem ad quem, ita ut is, qui in tribus conformibus, vel alias io causa appellationis ultimam sententiam pronuntiavit, eamdem exequatur. Ita communior, magisque recepte Doctorum sententie eum *Gloss. in cap. Pastoralis §. Præterea v. discursa de off. deleg. Barth. l. A divo Pio n. 15. ff. de re judic. & aliis*, Tum ex *cap. Dilectis Filiis 55. hoc tit.* ibi: [Per appellationem legitime interpositam, principale cum accessoriis ad Judicem appellationis defertur.] Sed intra accessoria executio sententiæ recensetur. Ergo &c. Tum ex *l. Præcipimus §. In his autem C. hoc tit.* ubi officiales Judicum appellationis sententias, in causa appellarionis latas, exequi jubentur, sic: [officiis videlicet eorum eaequentibus judicata.] *& l. ult. §. fin. de Judic.*

Limitatur tamen hæc doctrina,

Primo, quando Judex a quo dederit appellanti 238
Apostolos refutetorios; & appelletio a Judice ad quem pronuntiatur frivola, & illegitime: in quo casu causa, ejusque executio ad Judieem a quo remittenda est, *c. Ut debitus 59. hoc tit. & c. cum appellationibus eod. in 6.*

Secundo, quando sententie, a que fuit ap- 239
pellatum, transiit in rem judicatam, ob non prosecutam superiori appellationem intra tempora legitima: In quo casu Judex a quo pronuntiet, causam esse desertam, & sententiam suam executioni mandet, *Francus c. Romana §. fin. n. 3. de appell. in 6., Mandos. in formulario Commis. in Commis. 23. v. ob non prosecutionem, Scaccia q. 14. n. 166., & alii.*

Tertio demum, quando Judex ad quem pro- 240
nuntiat, appellationem fuisse desertam ob lapsum fatalium, ad ejus prosecutionem statutorum: In quo casu Judex a quo causam reassumit, & executioni mandat, *Bart. in l. A divo Pio n. 15. de re judic., Scaccia q. 11. a n. 167., & alii.*

Præmitto XIX. Effectus appelletionis devolutivus 241
nedum situs est in eo, quod causa, & executio sententiæ ad Judicem superiorem devolvatur; verum etiam quod ad eumdem superiorem Judicem Causa Attentatorum, lite, vel appellatione pendente, eorumque revocatio deferatur, ut mox videbimus, posteaquam de attentatis nonnulla præmiserimus. Itaque

Præmitto XX. Attentatum in proposito idem est, ac 242
Innovatum: Et bifariam sumi potest: I. Nimirum pro Jure; estque ita sumptum [Jus revocandi innovata, lite vel appellatione pendente.] *Herculanus tom. 5. tr. de Atteat. C. 4. num. 2. & 3., & alii cum Abb. in C. Bonæ memoriæ 51. n. 6. & 20.*, illud appellantem *Remedium attentati*. II. Pro facto, de quo in præsentiarum potissimum sermo erit; estque [Innovatum contra Jus, lite, vel appellatione pendente.] Pro cujus explicatione

Dicitur I. *Innovatum*, hoc est de novo factum, 243
quod ante litem, vel appellationem inceptum non erat; secus non *Innovatum* sed rectius *Continuatum* dici deberet: & tunc appellans non attentere, sed actum continuativum diceretur exercere, *Hercul. c. 3. tit. n. 4. & 5., Scaccia q. 3. de Appell. n. 70., Rot. decis. 44. num. 2. de Appell. in novis.* Quod sane potest, non obstante appellatione; cum per eam nemo teneatur a continuatione sui Juris,

vel

vel Possessionis desistere, *Rot. cit. decis. 44. n. 2., Hercul. dic. pag. 3, n. 6., & alii.*

244 Dicitur II. *Contra Jus*; quia Attentatum sonat in malam partem, nec dicitur *attentare*, qui aliquid innovat, Lege permittente, quamvis post appellationem. Sic Judex a quo, præfigens appellanti terminum ad recipiendos Apostolos, vel appellationem prosequendam, aliave id genus, ad faciliorem Causæ appellationis expeditionem conducentia, non dicitur attentare, non obstant, quod aliquod innovet post appellationem; quia jure permittente ex supradictis hæc facit.

245 Dicitur III. *Lite, vel Appellatione pendente*: quæ duo licet in effectu non differant, differunt tamen in causa: nam attentata appellatione pendente sunt, quæ innovantur a Judice: pendente vero lite, a persona adversarii, ut distingunt *Decius in cap. Consuluit II 2. nu. 3. de appell., Menoch. de recuperand. possess. remed. 17. n. 43., & alii.* Jam

246 Hujusmodi attentata, seu Innovata, sumpta pro facto, alia sunt pendente Appellatione judiciali; alia vero extrajudiciali Appellatione pendente, seu a gravamine extrajudiciali. Et ex illis alia pendente Appellatione a sententia definitiva, alia vero Appellatione pendente a sententia interlocutoria.

247 Attentata, seu Innovata pendente Appellatione a sententia definitiva (exceptis Casibus, in quibus jura post sententiam definitivam prohibent appellare) vel ab Interlocutoria, habente vim definitivæ, aut a gravamine, quod per definitivam sententiam revocari non possunt, sunt ipso jure nulla, & revocantur, *c. non solum, hoc tit. in 6. ibique Barbos. n. 5., Abb. in c. Dilectis 55. num. 23. & 14. hoc tit., Gonzalez ad reg. 8. Cancell., Gloss. 56. a n. 63. & alii.* Cum enim Appellatio suspendat Jurisdictionem Judicis a quo, quoad illam Causam, in qua fuit appellatum; quidquid ab eo circa eamdem Causam innovatur, seu attentetur, tamquam a Judice incompetente factum existimatur, & sic ipso jure nullum, *C. At si Clerici 4. de Judic.*

248 Verum hoc intelligitur, parte adversa petente nullitatem Attentatorum, atque adeo revocationem eorumdem. Nisi enim petat, censetur, tacite in illa consentire; & sic juri suo renuntiare, quod quidem facere potest, *C. si diligenti 12. de For. Comp.* Ut autem legitime petat; debet hæc tria conjunctim probare: scilicet quod fuerit definitive pronuntiatum in Causa: Appellatum, & quidem Jure non prohibente: postea aliquid innovatum, *Mascard. de probat. 1283. a n. 1. Pirbing hoc tit. n. 242. & alii.* Quibus si accedat citatio partis, dicuntur Attentata revocari, causa cognita, *Manfred. tom. 3. Tractatum tract. super Attentatis l. 2. Conclus. 59.*

249 Attentata pendente appellatione ab interlocutoria, non habente vim definitivæ, nec gravamen continente per definitivam irreparabile, tunc annullantur, & revocantur, cum constiterit, justam fuisse Appellationis causam, nisi forsan post inhibitionem legitime a Judice superiore factam, seu prohibitionem, ne Judex inferior amplius in causa procedat illa innovata fuissent, *C. Non solum, §. Illa vero hoc tit. in 6.* ibi: [Illa vero, quæ post appellationem interpositam ante definitivam sententiam innovantur, donec appellationis causam veram esse constiterit, revocari non debent, nisi Judex Appellationis, (postquam sibi constiterit per Appellationem emissam, ex causa probabili fore ad se negotium devolutum) inhibeat Canonice, Judici a quo appellatum est, ne procedat: tunc enim quidquid post inhibitionem hujusmodi fuerit innovatum, est (licet causa eadem non sit vera) per eumdem appellationis Judicem ante omnia in statum pristinum revocandum.]

250 Illa autem disparitatis ratio obviat inter Attentata post Appellationem a sententia definitiva, & Attentata post Appellationem ab interlocutoria: quia per sententiam definitivam, & interpositam Appellationem ab ea suspenditur officium Judicis a quo respectu illius Causæ, & tota jurisdictio statim devolvitur ad Judicem ad quem, absque alia justificatione Causæ appellandi: quare si Judex a quo ulterius procederet in illa causa, sine jurisdictione, & sic invalide procederet, ut toties dictum est. Per sententiam vero interlocutoriam, & Appellationem ab ea non suspenditur officium Judicis a quo respectu illius Causæ: immo potest adhuc in ea procedere, modo tamen revocarit gravamen, *C. Cum cessante 60. hoc tit.* Et in Appellatione ab interlocutoria debet exprimi Causa rationabilis, ob quam appellatur, *Cap. Ut debitus 59. hoc tit.* Unde sicut hac non expressa non valet hæc Appellatio; ita nec habet virtutem irritandi postea Innovata, nisi fuerit justificata, vel saltem præcesserit inhibitio Judicis ad quem.

251 Attentata pendente Appellatione extrajudiciali, sunt ipso jure nulla, & revocantur, non secus, ac pendente Appellatione judiciali: quia lex generaliter loquitur, dicens: [lite pendente.] *Cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ II Primo, Ut lite pendente nihil innovetur.* Sed Appellatio nedum judicialis, sed etiam extrajudicialis constituit litem pendentem. Ergo &c. Verum ex *Abb. in c. 1. hoc tit. n. 4., Felino n. 2. Alex. n. 10. & 11., Maranta p. 6. tit. de Appell. n. 401. Pirbing hoc tit. a n. 245.* quod vim revocandi utraque Attentata, non unicum obviat discrimen inter Appellationem judicialem, & extrajudicialem: atque in eo situm.

252 I., Quod in Appellatione judiciali, si justa sit, revocentur omnia Attentata post illam a Judice a quo, licet directe contra eamdem Appellationem non sint: quia per talem Appellationem suspenditur Jurisdictio Judicis inferioris quoad omnia, quę Causam illam concernunt. In appellatione vero Extrajudiciali solum revocantur, quæ directe sunt contra eamdem Appellationem, seu in impedimentum Appellationis, etiam si Appellatio justa sit: quia per Appellationem extrajudicialem non suspenditur jurisdictio Judicis inferioris. Hinc si Appellatio interponatur, ne fiat Electio contra Canones (quæ sane est Appellatio Extrajudicialis, quæ interponi potest contra actum ne fiat, etiamsi talis actus sit expresse nullus, *arg. c. Dilecti hoc tit.*), & ea non obstante Appellatione, Capitulares Canonici eligant, electio est valida: quia licet facta sit post Appellationem, non vero contram ipsam. Ex adverso tamen, si post factam etiam ex probabili Causa Appellationem, ne is, a quo appellatur, conferat beneficium, Collatio dein facta est ipso jure nulla, utpote facta; nedum post, sed etiam contra appellationem extrajudicialem, & ab eo, cujus per talem appellationem est suspensa potestas, *Arg. cap. Dilecti II Primo hoc tit.*

253 II., Quod ut Attentata post Appellationem Judicialem revocentur, opus sit, Appellationem Judici, & Parti fuisse intimatam: quia Judex, & Pars de jure procedere queunt in Causa, quamdiu non habent notitiam Appellationis; & Attentata ab Ignorantibus non revocantur; secus est in Appellatione extrajudiciali; cum gesta ab iis post illam revocantur, etiamsi non fuerit iis intimata Appellatio.

III.,

254 III., Quod ad Revocationam Attentatorum in Appellationa extrajudiciali, sit satis, quod Causa appellandi sit probabilis, idest talis, quæ si esset probata, foret legitima, etiamsi non sit vera, *Gloss. fin. in c. Romæ hoc tit.* Cum Pontifex fundet sa super Causa probabili, & verisimili, non super vera, siva quod probata sit esse vera. E contra tamen ad revocrtionem Attentatorum in Appellatione judiciali satis non sit, quod Causa appellationis sit probabilis, sed requiritur ut sit vera.

255 Modus revocandi Attentata, alius est ordinarius, extraordinarius alius, *Hercul. dic. tr. de Attent. cap. 14. n. 16., & 17. & alii.* Modus ordinarius, qui etiam a *Vestrio in pract. l. 8. Ut lite pendente &c. Et Hercul. loc. cit.* dicitur: [Modus revocandi Attentata per viam injustitiæ] ast, quando instituitur directa petitio Revocationis Attentatorum, una simul cum Causa principali: & tunc non statim revocantur Attentata, sed finis litis expectatur. Atqua hic procadendi modus ad revocationem Attentatorum, locum etiam habet Appellatione deserta; quamvis tunc oblatio libelli, aliaque ad processum judiciarium necessaria requirantur. Sicut & locum habet, quando petitur accessorie Revocatio Attantatorum, prosequendo Appellationem, *Marant. p. 6. Specul. aur. de appell. n. 407.*

256 Modus extraordinarius, qui etiam dicitur *Remedium Attentati*, est, quando extra ordinem, seu non servato Judicii ordina, principaliter imploratur officium Judicis mercenarium super revocationa Attenratorum; eaque petitur fieri anta omnia. Unde ex hoc modo resultat effectus suspensivus, ut interim taceatur in negotio principali, donec Attentata post sententiam definitivam ante omnia fuerint revocata, juxta *C. Non solum hoc tit. in 6., Hercul. loc. cit. n. 17., Scaccia de Appell. q. 15. nu. 65.* notans, quod licet appellans queat Appellationem suam, & negotium principale, Causamque Attentatorum simul prosequi, seu modo ordinario; ad hoc tamen non tenetur; cum ei a lege sit indultum, ut ante omnia super Attentatis audiatur, sicque extraordinario modo procedat. *Rot. decis. 15. de appell. in Novis. & decis. 79. in antiq. Abb. in c. Ex ratione hoc tit. n. 8. Decius ibid. num. 38. Felin. n. 4. hoc tit. & alii.*

257 Jam Remedio huic Attentati plura competunt privilegia, quæ omnia ex *Abb. in c. Bonæ memoriæ 51. a n. 16., Alex. ibid. a n. 22., Pirhing a n. 254., VViestner hoc tit. a n. 137.* congerit *Laurentius lib. 2. tit. 28. de Appell. Q. 1135. n. 1.* &

258 Primum est: cum intenditur hoc Remedium, non requiritus Ordo judiciarius, nec Oblatio libelli, neque litis Contestatio, neque Attestatio testium: sed implorato dumtaxat ad hæc officio Judicis, summarie, & de plano proceditus, ita tamen, ut citatio partis requiratus.

259 Secundum est: utenti hoc Remedio non potest opponi notorius defectus proprietatis, neque exceptio alterius spoliationis, quia revocatio fit ex vero Judicis Officio; neque exceptio excommunicationis, saltem in Appellatione judiciali; cum hæc rationem hrbeat defensionis potius, quam actionis: secus tamen in extrajudiciali, quæ cum sis provocatio ad Crusam, pro actiona potius, quam pru defensione habetur; ideoque ut excommunicatus gravatus extra judicium appellare non potest; ita neque agere per vism Attentati post Appellationem.

260 Tertium: Remedio Attentati potest agi, etiam contra tertium, succedentem Jure attentati, quamvis bona fide, & cum titulo, & etiamsi habuerit possessionem, & titulum ab alio, quam a Judice, aut parte attentante.

261 Quartum: utenti hoc Remedio necessum non est, spoliationem probare; cum sufficiat, si appellans post interpositam appellationem spoliatus probet, se tempora appellationis interpositæ possedisse; & quod Adversarius nunc possideat. Hoc enim probato, contra quemcumque sive bonæ sive malæ fidei possestorem reducendus est in pristinum statum, revocatis omnibus attentatis. Quæ sane omnia cum contraria sint *Interdicto Unde vi*; hoc Attentati remedium pinguius dicitur tali Interdicto. Cujus etiam differentiæ illam rationem assignant Doctores allati, scilicet quia simplex spoliator, contra quem conceditur *Interdictum, Unde vi*, minus delinquit, quam attentans in præjudicium litis, & appellationis pendentis; dum per attentationem non tantum læditur pars adversa, & justitia, sed etiam ipse Judex.

262 Attentata, dum adhuc pendet Appellatio a sententia definitiva, sicus & ea, quæ medio tempore intes sententiam, & Appellationem ante lapsum decemdii innovata, seu mutata fuere, exceptis casibus, in quibus jura post sententiam prohibent appellare, revocantur anta omnia per *Remedium Attentati, C. Non solum 7. §. 1. hoc tit. in 6.* ibi: [Non solum innovata, post appellationem, a definitiva sententia interjectam, debent semper (exceptis Casibus, in quibus Jura post sententiam prohibent appellare) ante omnia per Appellationis Judicem penitus revocari: sed etiam ea omnia, quæ medio tempore inter sententiam, & appellationem (quæ postmodum infra decemdium interponitur ab eodem) contingit innovari, ac si post Appellationem eamdem innovata fuissent.] Atque *ita Covar. pract. quæst. 1. 24. num. 1., Scaccia de Appell. q. 3. num. 47., Pirbing hoc tit. num. 241.*, & alii.

263 Dixi per *Remedium attentati:* sive quando ad eorum revocationem proceditur via extraordinaria. Quia si via ordinaria proceditur, sive post appellationem jam desertam, agendo ad eorumdem revocationem per viam injustitiæ, seu accessorie, prosequendo videlicet appellationem, sicque revocationem attentatorum petendo, tunc attentata non revocantur ante omnia, sed debet expectari finia litis, ut supra diximus, & optime notat *Reiffenst. lib. 2. decretal. tit. 28. §. 11. n. 262.*

264 Dixi etiam, *pendente appellatione a definitiva*: nam ante definitivam senteotiam, ut si appelletur ab interlocutoria, vel a gravamine, attentata non revocantur ante omnia; sed debet prius justificari causa appellationis; & hac probrta, tandem revocantur: nisi tamen post inhibitionem, debito modo factam a Judice superiore, attentata fuissent, *cit. C. Non solum, §. Illa vero, hoc tit. in 6.* ibi: [Illa vero, quæ post Appellationem interpositam ante definitivam sententiam innovantur, donec Appellationis Causam veram esse, constiterit, revocari non debent: nisi Judex Appellationis (postquam sibi constiterit per Appellationem emissam, ex causa probabili fore ad sa negotium devolutum) inhibeat Canonice Judici a quo appellatum est, ne procedat: tunc enim quidquid post appellationem hujusmodi fuerit innovatum, est (licet causa eadem non sit vera) per eumdem appellationis Judicem ante omnia in statum pristinum reducendum.]

265 Attentata, pendente appellatione a sententia definitiva, per Judicem ad quem cognoscenda, & revocanda sunt, *cit. C. Non solum hoc tit. in 6.* ibi: Innovata post Appellationem, a definitiva sen-

sententia interjectam, debent semper ante omnie per Appellationis Judicem revocari,] Et recte quidem; ad eum etenim, qui de principali cognoscit, spectat quoque cognoscere de accessoriis, & connexis; cum, ut supra innuimus ex Gloss., idem juris sit in accessoriis, quod in principali, *Arg. C. Accessorium 42. de reg. Jur. in 6.* Sed causa attentatorum est accessoria Causæ principali, & ab illa descendens, *Cap. Solicitudinem hoc tit.* Ergo &c. Et ita quidem cognitio, & revocatio Attentatorum pertinet ad præfatum Judicem superiorem, ut alius Judex nequeat de Attentatis post Appellationem cognoscere, si illa tangant Appellationis articulum, etiamsi hoc ab ipsomet appellante peteretur, *Arg. Cap. Solicitudinem, ibique Abb. n. 2. not. 3., Francus nu. 3. hoc tit., Scaccia de Appell. q. 11. n. 18.*

266 Verum præmissa doctrina I. Intelligenda est de Appellatione a sententia definitiva: tum quia de ea expresse loquitur laudatus *text. in C. Non solum hoc tit. in 6.* Tum quia, quod Judex a quo possit revocare sententiam interlocutoriam, & consequenter attentata post Appellationem ab ea, patet ex *Cap. Cum Cessante 60. hoc tit.* Estque dictum supra. Et adhuc intellecta de Appellatione a sententia definitiva.

267 Secundo, limitanda, nisi appellans velit appellationi renuntiare, *Cit. Cap. Solicitudinem §. fin., Abb., Franc., & Scaccia loc. cit.*

268 Tertio, nisi Attentata sint notorie injusta, *Abb. ibid., Scaccia n. 20. & 21.* Et

269 Quarto, nisi attentata sint ex illis casibus, in quibus Judici a quo, non obstante Appellatione, permittitur aliquid innovare.

270 Præmitto denique: circa materiam Appellationum emanavit Decretum *Sacr. Congregationis Episcoporum die 16. Octobris 1600.* a Clemente VIII. Pontifice Maximo approbatum, quod maximopere facit ad confirmationem eorum, quæ hactenus dicta sunt: estque, ut per extensum refert *Quaranta in summ. Bullar. v. Archiepiscopi auctoritas in addit., Pirheccius in praxi Episcop. p. 2. cap. 4. art. 5. de Appell. n. 5., Riccius in prax. rer. eccles. p. 1. resol. 414.* tenoris sequentis.

[Ad tollendas ambiguitates, & Controversias jurisdictionales, quæ inter appellationum, & prioris instantiæ Judices, non sine partium dispendio, cursusque justitiæ impedimento, & sæpe cum scandalo oriuntur; Sacra Congreg. Causis Episcoporum præposita facta prius relatione Sanctissimo D. N. Clementi Papæ VIII., ac Sanctitatis suæ mandato, vivæ vocis oraculo desuper habito, in hunc, qui sequitur, modum, ab omnibus, ad quos spectat, imposterum servari debere mandavit, & mandat.

§. 1. Metropolitani, Archiepiscopi, Primates, aut Patriarchæ, suffraganeos, eorumque subditos non judicent, nisi in Casibus a jure expressis.

§. 2. Iidem & alii, quivis superiores, etiam Nuntius, vel Legati de latere, specificam facultatem majorem non habentes, Causas in Curiis Ordinariorum, vel aliorum inferiorum Judicum pendentes, ad se non advocent, nisi per viam legitimæ Appellationis ad ipsorum Tribunalia deferantur: tuneque Appellantes ab inferiorum jurisdictionibus, quoad alias causas eximi non possint.

§. 3. Appellationes numquam recipiantur, nisi per publica documenta, quæ realiter exhibeantur, prius constiterit, appellationem a sententia definitiva, vel habente vim definitivæ, aut a gravamine quod per definitivam reparari non possit, in casibus a jure non prohibitis per legitimam personam, & intra debita tempora fuisse interpositam, ac prosequutam.

§. 4. Dum causæ coram inferioribus Judicibus pendent, ante definitivam sententiam, vel habentem vim definitivæ, de gravamine illato superiores cognoscere non valeant, licet citra præjudicium cursus Causarum se id facere contestentur; nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut simpliciter mandare, ut ipsis copia processus transmittatur, etiam expensis Appellantis.

§. 5. Inhibitiones post Appellationem, sicut præmittitur, receptam non concedantur, nisi cum insertione tenoris sententiæ, aut decreti definitivi, aut vim definitivi habentis, vel damnum, per definitivam irreparabile continentis; alias inhibitiones, & processus, & inde sequuta, quæcumque sint, ipso Jure nulla, eisque impune non parere liceat.

§. 6. Si Appellans asserat, sententiæ, aut appellationis exemplum culpa Judicis a quo, aut Actuarii haberi non posse, non ideo recipienda erit Appellatio, aut aliqua inhibitio concedenda; sed eis tantum, ad quos pertinet, injungi poterit, ut soluta condigna Mercede, Actorum exemplum authenticum appellanti intra brevem aliquem competentem terminum tradatur.

§. 7. Caveat tamen Judex a quo, nisi vere appellatum fuerit in Causa appellabili, interim aliquid in præjudicium appellantis attentet; etsi per Actum publicum, aut Testium depositiones constiterit acta denegari appellanti; Judex Appellationis mandato tradendi acta possit adjicere, ne interim aliquid novi contra appellantem attentetur.

§. 8. A sententia autem definitiva, contra verum contumacem prolata, appellatio non recipiatur; nec inhibitio, aut alia quævis provisio, quamdiu appellans in hujusmodi vera contumacia persistiterit, concedatur.

§. 9. Ab executione Decretorum Sacri Concilii *Trident.*, aut Visitationis Apostolicæ, Appellationes a Metropolitanis non recipiantur, neque etiam quando Episcopi virtute ejusdem Sacri Concilii *Trident.* procedunt, uti Sedis Apostolicæ Delegati in Causis, quæ sub eorum jurisdictione ordinaria non comprehenduntur; salva tamen in hoc casu Legatorum, & Nuntiorum Apostolicorum auctoritate.

§. 10. In Causis vero Visitationis Ordinariorum, aut Correctionis morum, quoad effectum devolutivum tantum Appellationes admittantur, nisi de gravamine per definitivam irreparabili agatur, vel cum Visitator citata parte, & adhibita causæ cognitione judicialiter procedit; tunc enim Appellationi locus erit, etiam quoad effectum suspensivum.

§. 11. Cum a gravamine, quod per definitivam reparari nequit, ut indebitæ incarcerationis, vel torturæ, aut excommunicationis etiam comminatæ appellatur, nonnisi visis actis, ex quibus evidenter appareat de gravamine, appellatio admittatur, aut inhibitio, vel provisio aliqua concedatur.

§. 12. Causa appellationis pendente, appellans in eodem, quo reperitur, Carcere permanebit, quoad Judex ad quem appellatum est, visis actis, & Causa cognita, aliter decreverit. Et tunc si a Judicis ad quem decreto, vim definitivæ habente, fuerit appellatum, is nihil mandare, aut pro sui decreti executione attentare poterit, donec per Judicem Superiorem aliud fuerit ordinatum.

§. 13.

§. 13. Acta originalia processuum primæ instantiæ ad Judicem appellationis Notarius mittere non cogatur, nisi probabilis aliqua falsitatis Causa, & suspicio incidat, quæ judicialiter objiciatur: & tunc terminata Causa, remittenda sunt ad Ordinarium, ut in suo Archivio conserventur.

§. 14. Censura Ecclesiastica, contra appellantem prolata, relaxari, aut nulla declarari per Judicem appellationis non possit, nisi auditis partibus, & Causa cognita: tuncque si constiterit eam justam esse, ad Judicem, qui excommunicaverit, appellans remittendus est, ut ab ipso juxta Sacros Canones, beneficium absolutionis, si humiliter petierit, debitamque emendationem præstiterit, obtineat: si vero injustam esse, clare appareat, Superior absolutionem impendat. Si autem dubitetur, honestius est, ut ad excommunicatorem, intra brevem aliquem competentem terminum, eidem præfigendum, absolvendus remittatur, licet etiam Superior hoc casu idipsum per se præstare, jure possit.

§. 15. Absolutio ad cautelam, nonnisi parte citata, & visis Actis, cum dubitatur de nullitate excommunicationis ab homine prolatæ, vel a jure, si occurrat dubium facti, vel probabile dubium juris, concedenda erit; tuncque ad tempus breve cum reincidentia, & præstita per excommunicatum cautione de stando juri, & parendo mandatis Ecclesiæ tantum: &, si juxta formam a jure præscriptam apparebit, aliquem ob manifestam offensam excommunicatum fuisse, debitam etiam satisfactionem præstare. Si vero ob contumaciam manifestam, expensas quoque reficere; ac insuper cavere ne judicio sisti coram excommunicatore quis teneatur, priusquam ad cautelam absolvatur. Romæ in Sacra Congregatione die 16. Octobris 1600.]

Huc usque Decretum Sacræ Congregationis Episcoporum, & summa totius nostræ dissertationis Canonicæ de appellationibus. Eaque jam præmissa, facilis nunc est propositæ Controversiæ decisio. Pro qua

271 Dico I. A Judice Regularium Conservatore, ad terminos juris communis deputato, regulariter non licet appellare. *Sic Gloss. 1. communiter recepta in Cap. 1. de Offic. Deleg. in 6., Abb. Cons. 100. n. 3., & 4. vol. 1., Tuschus in suis Concl. verb. Conservatores n. 6., Sylv. in summa verb. Conservator n. 3. circa finem, & alii passim*. Quia in notoriis regulariter appellatio non admittitur, *Cap. Cum sit Romana §. Sin autem, Cap. Pervenit, Cap. Consuluit il primo, Cap. Cum speciali §. Porro, de appell.* & multis laudatis probat *Farinac. 1. p. prax. crimin. q. 21. num. 117.* & diximus in *præmissa* 4., seu de cetero notorium sit facti, sive etiam juris, quod nimirum resultat ex Confessione judiciali, aliisque legitimis modis, ex probationibus videlicet, & sententia, ut tradunt passim Doctores cum *Specul. tit. de appell. §. In quibus casibus n. 14. in dic. Cum speciali §. Porro*, ibi: [Commonito ad appellationis obstaculum convolante, si ejus excessus evidentia rei, vel ipsius Confessione, aut alio modo legitimo fuerit manifestus, non est provocationi hujusmodi deferendum.] Atqui Judex Regularium Conservator, deputatus ad terminos juris communis, de notoriis dumtaxat injuriis & violentiis cognoscere potest: ergo ab ejus sententia regulariter non licet appellare.

272 Dixi *regulariter*; quia dantur nonnulli casus, in quibus subsistit appellatio, etiam in notoriis. Sic quia in statuenda pœna potest excessus contingere, in notoriis injuriis, & violentiis manifestis, ubi pœna contigerit cum excessu, potest a Judice Conservatore Regularium appellari. Atque ita *Lezana n. 75., ex Farin. loc. cit. num. 118., Abb. in Cap. Cum speciali n. 3., & Cap. Ad nostram num. 1., Cap. Reprehensibilis fin., & Cap. De priore num. 2. de appell.* Quod quotidiana praxis observat, teste *Barbos. de Offic. & pot. Episc. alleg. 106. n. 33.*

Sic etiam licet appellare in notorio præsumpto, *Specul. ubi supra n. 13. per Cap. Transmissæ; qui filii sint legit.* 273

Et, si occurrant illi casus, de quibus appellatio jure admitti solet in notoriis: ut si exprimatur aliqua causa, offuscans notorium, e. g. quia Confessio Rei fuerit erronea, aut metu extorta; vel si notorium habeat aliquam excusationem, & defensionem, ac in aliis, quos recenset *Fragosus p. 2. lib. 4. d. 12. §. 3. a n. 53.* appellare, non est prohibitum. 274

Item quando controvertitur, an factum sit notorium, de quo etiam Conservator cognoscere potest; si declaret illud notorium, ab ejus declaratione subsistit appellatio, cum potuerit injuste declarare; ut in simili dicit *Gloss. in Cap. Cupientes, §. Quod si per viginti, v. privatos, de elect. in 6.* quod licet a sententia juris non subsistat appellatio, *Cap. Quia vero, de appell.*, a sententia tamen Judicis declarantis, aliquem in pœnam legis incurrisse, bene appellatio subsistit, *Tambur. de Jur Abb. tom. 3. d. 17. qu. 3. ex Abb. cons. 100. cum 3. p. 1.* 275

Rursus etsi non teneat appellatio a sententia definitiva, declaratoria super crimine notorio; si tamen appelletur ante sententiam a non admissione exceptionum, & excusabilium defensionum, quas reus proponit adversus notorium, talis appellatio subsistit, estque quoad omnem effectum tam devolutivum, quam suspensivum admittenda, *Farin. quæst. crim. 21. n. 124.* & alii, id verum putantes, seu excusationes istæ contra factum ipsum, quod dicitur notorium, proponantur: quia tunc offuscatur notorium; sive ut ostendatur, non esse notorium; cum Judex tales exceptiones, & excusationes rejiciens, tacite declaret, rem esse notoriam. 276

Tandem nisi sententia condemnationem contineat, tamquam de crimine notorio, *Farinac. q. 21. num. 126.* 277

Dico II. A Judice Regularium Conservatore, deputato ad terminos privilegiorum, sicut & reformationis Gregorii XV., licet appellare, etiam in causis dubiis, & non manifestis; in quibus plenarie Conservator cognoscit. Assertio communissima liquet ex eo, quod in dictis causis detur appellatio saltem a definitiva, aut ab interlocutoria, habente vim definitivæ, per *l. 2. ff. de appell., Cap. Venientes de jure jur., Cap. 1. de re judic., & alibi*. Quemadmodum in causis, quæ illi committuntur, summarie, & sine figura Judicii, licet appellare, ut colligitur ex *Clementina sæpe de verb. Signific.*, quæ a causis summariis solum excludit frustratorias, seu frivolas, & dilatorias appellationes. Unde a contrario sensu, vel ab exceptione ad regulam, ceteras appellationes non excludit. Atque ita docent *Monet. c. 9. q. 5. a n. 176. Peyr. §. 7. n. 1., Fragosus p. 2. lib. 4. disp. 12. §. 3. n. 49.*, & alii apud ipsos. 278

Dico III. Appellatio, de qua sermo est, fieri non potest, nisi a Sententia Conservatoris definitiva, vel ab interlocutoria non mera, sed definitivæ vim habente, aut a gravamine, quod per appellationem a definitiva irreparabile sit, non autem reparabile. Assertio propugnatur a *Monet. c. 9.* 279

qu. 5. concl. 3. num. 180. Et aperte colligitur ex *Trident. sess.* 24., *de refor. c.* an., ubi de Causis primæ instantiæ sic disponitur : [Neque appellationes ab eisdem interpositæ, per Superiorea quoscumque recipiantur : eorumve commissio, aut inhibitio fiat, oisi a definitiva, vel a definitivæ vim habente, & cujus gravamen per appellationem a desinitiva reparari nequeat :] Ex *regula* 36. *Cancell.*, qua Pontifex statuit, & ordinavit, quoad omnes instautias, quod iu Causis pendentibus, & quas in posterum contigerit agitari, nulli ante definitivam Sententiam liceat appellare : nec appellatio, si fuerit emissa, debeat admitti, nisi ab Interlocutoria, quæ vim habeat definitivæ, vel a gravamine, minime coucernente negotium principale, qnod non possit per appellationem a Seutentia definitiva reparari : nullæque Causæ appellationum committaotur, nisi in commissione exprimatur, quod interlocutoria vim habeat definitivæ, vel gravamen sit tale, quod iu appellatiooe a definitiva non valeat reparari ; alioquin appellationes, & commissiones in posterum, & quidquid inde sequutum fuerit, nullius sit roboris, vel momenti :] Et ex *Decreto Sacr. Congreg. Episcoporum die* 16. *Octobris* 160n. a Clemente VIII. approbato, quod supra per extensum retulimus, ubi sic : [Appellationes uumquam recipiantur, nisi per publica documeota, quæ realiter exhibeantur, prius coasliterit, appellationem a Seutentia definitiva, vel habente vim desioitivæ, aut a gravamine, quod per definitivam reparari nnn possit, in Casibua a Jure non prohibitis, per legitimam personam, & iutra debita tempora suisse interpositam, ac prosecutam.]

180 Atque hic notandum, Conciliarem dispositionem in en a Ragula Cancullariæ discriminati, quod prima, primaa dnmtaxat conceınat instantias ; secunda vero nmnea omnino instantias ; prima non comprehendar Conservatores, ut ab aliquibus contenditur, saltem Universitatum, Regularium locorum, &c. juxta *Sess.* 14. *c.* 5. *in fine*, cum aperte loquatur de Ordioariis locorum, quorum nomine Conservatores noa veniunt, sed Episcopi, eorumque Vicarii generales, ut liquet ex *c. Basilica*, & *seq.* 16. *qu.* 7., *Cap.* 1. *de Offic. Ordin.*, & *aliis*, secunda vero omnes persnnas Judicum : cum enim indistincte, & generaliter loquatur ; indistincte, & generaliter est intelligenda, *Can. Romanorum dist.* 19. Immo & de personia appellantium loquitur universaliter, ut patet ex dictionn *Nulli*, cui adjicitur dictio *Nisi* : dictio enim universalis negativa, cui adjicitur dictio *Nisi*, totum omninn, præter excepta, excludit, *l. Hoc genus, ubi Gloss.*, & *Doctores, ff. de condict.*, & *demonstr. cum simil.* Tandem prima, cum citantur particula *Et*, quæ natura sua conjungit, *l. Titia textores* §. *Nihil ff. de leg.*, & *l. Triplici ff. de verb. Signific. cum suis concord.* copulative videtur requirere, ut locum habeat appellatio extra definitivam, quod Interlocutnria, a qua appellatur, habeat vim desiuitivæ, & nna simul gravamen cootineat, quod per appellationem a definitiva reparari oon possit; secunda vero nou item, sed disjunctive. Jam si dispositio *Tridentina* non loquatur de appellatione a sententia Judicis Conservatoria, subsistit nostrum assumptum per dispositionem *regulæ* 36. *Cancellariæ*, & *Decreti Sac. Congreg. Episcoporum* a Clemente VIII. approbari.

181 Dico IV. Modus, locus, ac tempus, quo proponi debeat appellatio ; & a quibua, ac quibus in casibus; sicut & petendi, dandique sint Apostoli &c., quemadmodum appellationis effectus, ex insinuatis præmissis eruendi sunt, cum nihil de his peculiatius in materia Conservatoris in jute præscriptum habeamus.

Dico V. Interponi debet appellatio a Judice 182
Conservatnre Regularium ad Papam, ex *Cap. Super quæstionum de Offic. Deleg.*, & *Cap. Si duo*, *eod. tit. in* 6. Cum ab eo unice Conservatores dantur, eique immediata subdantur Regulares : subditi autem ad suum Prelatum majorem debent appellare ; & ex regula generali appellaudum ad eum, qui dedit Judicem, *l.* 1. *c. ff. quis*, & *a quo appell.*, *l. Imperatores ff. de appell.*, & *l. Præcipimus* §. *Hæc si Cap. de Judic.*, & §. *Ille auth. de Judic.* Quamobrem etiamsi Pootifex det Conservatorem laicum, ad ipsum Pontificem est appellandum, *Cap. Si duobus*, §. *Denique*, *de appell.*, & *Cap. Novit*, *de Judic.*, *Specul. tit. de appell. rubr. Ad quem sit appelland.* §. *Nunc tradendum num.* 8. *Monet. de Conserv. cap.* 9. *qu.* 5. *concl.* 4. *num.* 184., *Fragosus ubi supra num.* 59., & *alii*. Quemadmndum si Princeps laicus det Conservatorem Clericum, ad ipsum Principem laicum debet appellari; cum origo jurisdictionis spectanda sit, ut notant Doctores in *cap. In Archiepiscopatu*, *de Raptorib.*, *Felin. in cap. Cum sit generale*, *de foro compet.*

Ita tamen ad Papam appellatio debet interpo- 183
ni, ut neque valeat ad Legatum etiam de latere, & multo minus ad alium Legato inferiorem interponi, *Anchar. cons.* 132. *Ruin. cons.* 3. *lib.* 4. *Tuschus littera C. concl.* 760. *num.* 6., *Confess. de privil. mendic. tit.* 3. *cap.* 5. *in fin.* Qui addunt, neque valere consuetudinem, quod a Conservatore ad Legatum de latere appelletur, ea ducti ratione : quia non potest induci consuetudo, ut a majori appelletur ad minorem. Conservator autem, utpote delegatus Papæ, ejusque vices gerens, ut superius non semel diximus, in Causa sibi commissa major est quocumque Ordinario, *Cap. Sane secundo de Offic. Deleg.*, & *Cap. Pastoralis* §. *Præterea*, *de Offic. Ordin.* etiam Legato de latere, *Cap. Studuit*, *de Offic. leg.*, *ubi Doctores passim*, *Specul. tit. de legat.* §. *Superest num.* 48., *Ruin. cons.* 3. *lib.* 4., *Mandos. in prax. Signat. grat. v. Conservatoria*, *ibi*. *Qui jurisdictionem habet ordinariam cap.* 2. *de Offic. Leg. in* 6.

Quod intelligendum, nisi aliud habeat Lega- 184
tus in sua commissione, ut notat *Anchar. cons.* 132., *Ruin. cons.* 3. *a num.* 2. *vol.* 4., optime coofirmantea ex *reg. Cap. Super quæstionum* §. *Porro de Offic. Deleg. juncta reg. cap.* 2. *de Offic. legat.* cum aliis relatis a Card. *Tuscho littera C. concl.* 760. *num.* 6.

Vel nisi agatur de illo generali Apostolico ap- 185
pellatioonm Judice, qui generaliter pro aliquo Regno, vel regione ob difficultatem accessua ad Curiam, vel aliunde deputatus fuerit ; ut de Judice appellationum Insulæ, seu Regni Sardiniæ *Sac. Congreg. Concilii* declaravit, teste Card. *de Luca de Regul. disc.* 1. §. 2. *num.* 43., *ac Pignatell. tom.* 1. *cons.* 8.

Et de Judice Apostolicæ Legatinnia, seu Re- 186
giæ Monarchiæ nostri Regni Siciliæ privilegium est, nlim ab Urbann II., ut habet Constitutio 49. Benedicti XIII. *incip.* [Fideli, ac prudeoti dispensatori] Rogerio Comiti e Normannorum gente, ejusque successoribus concessum, ob eliminatam Saracenorum Tyrannidem, Catholicam Fidem restitutam, Ecclesiasque, Patriarchatui Constantinopolitano tunc temporis adhærentes, Romanæ Sedi iterum subjectas; quod cum antea actorum sex sæcu-

sæculorum decursu, usque ad Caroli II. obitum in suo robore, atque usu permansisset; nihilominus Clemens XI. propter abusus, quos irrepsisse constabat, penitus abolevit, sicque Apostolicam Regni Siciliæ Legationem, & Monarchiam, ejusque Tribunal extinxit, ac suppressit; siquæ essent privilegia, & indulta, a quibuscumque Romanis Pontificibus quomodolibet concessa, revocavit, & abrogavit; ac certum interim modum præscripsit, quo Causæ, ad Forum Ecclesiasticum pertinentes, cognosci, & in eodem Regno terminari possent, quemadmodum in ejus Apostolicis litteris, expositis anno 1714., & 1715., plenius continetur. Sed Benedictus XIII., qui, dum Cardinalatus honore fungebatur, Constitutioni Gregorianæ abolitivæ præfatæ Legationis Apostolicæ, seu Monarchiæ Siculæ reverenter subscripsit; ad Petri Sedem evectus, ob evitandas graves inde contentiones exortas, atque mala, non sine animarum pernicie, publicæque tranquillitatis detrimento; ex voto Congregationis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, pro hujus negotii examine specialiter deputatæ, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, prædicta Constitutione 49. *incip.* [Fideli, ac prudenti dispensatori] perpetuo valitura, vim & effectum concordiæ habente, abusibus de medio sublatis, extinctum Legationis, & Monarchiæ privilegium suscitavit, ejusque jam dirutum Tribunal erexit, atque ampliori præditum potestate augustissimo Regi Siciliæ restituit anno 1728. 3. *Kalendas Septembris*, Pontificatus sui quinto.

287 Jam inter alia, quæ in laudata Constitutione decernuntur, & inviolabiliter ab his, ad quos spectat, & in futurum spectabit, observari mandantur, illud extat §. 5. scilicet: [In Causis, in quibus Conservatores Regularium Decretum, vel Sententiam tulerint, qui se ab illis gravatum existimaverit, recursum similiter habere poterit ad antedictum delegatum (Judicem videlicet Apostolicæ Legationis, seu Regiæ Monarchiæ:) qui quidem, si, inspectis utriusque partis juribus, appellationem duxerit admittendam, ipse in talis Causæ cognitione, prout Juris fuerit, procedet; sique partes, vel earum altera, de gravamine ab ejus judicato, sibi illato conquererentur, id servetur, quod supra §. 3. de appellationibus a Decreto, vel Sententia Judicis delegati statutum est. Ceterum prædicti Conservatores inviolate servare debeant præscripta in Constitutionibus felicis Recordationis Innocentii Papæ IV., Alexandri IV., Bonifacii VIII., Gregorii XV., aliorumque nostrorum Prædecessorum, necnon in Concilii Tridentini Decretis sub pœnis ibidem contentis.]

De appellationibus autem a Decreto, vel Sententia Judicis delegati, seu Apostolicæ Legationis, Regiæque Monarchiæ illud statutum est §. 3., videlicet: [Si vero antedictus Judex gravamen inferat, vel quomodocumque partes, sive earum altera, gravatas ab ejusdem Sententia, seu Decreto sese senserint; tunc, ut appellationis, atque extremæ provocationis remedio, omnibusque legum, atque Canonicarum Sanctionum auxiliis Christifideles prædicti Siciliæ Regni, uti, & frui possint, eademque remedia, juris ordine servato, sicut oportet, experiri; idem Charissimus in Christo filius Siciliæ Rex, ejusque successores in perpetuum, vel alter, de ejusdem, aut de ipsius successorum mandato, sedulo providebunt, ut apertum, atque patens sit omni tempore Tribunal, seu Curia: in qua tamen vir, etiam in dignitate Ecclesiastica constitutus, atque, ut supra, in utroque Jure licentiatus, seu Doctor, deputatus, & delegatus, cum tribus aliis Assessoribus, in utroque Jure versatis, eodem pariter modo, uti supra, deputandis, & nominandis, jus reddat, atque primum diligenter expendat, an appellatio rejici, vel admitti debeat, & quibus clausulis Causa committenda sit. Quoties vero Causa fuerit visa digna ulteriori cognitione, eam primo cognoscat; & judicet idem modo dictus Judex, a quo ulteriori cognitione digna decreta est, adhibito eorumdem Assessorum Consilio. Quod si post hæc res adhuc ulteriori discussione opus habeat, nec sic finita sit; eadem coram altero idoneo Ecclesiastico Judice, ut supra, cum Assessoribus, vel Consiliariis nominando, discutiatur, & ita deinceps, ita tamen, ut Causa in quacumque instantia coram Judice Ecclesiastico semper pertractetur, & in omnibus, juris ordine servato, terminetur.] Hactenus §. 3. Constitutionis laudatæ Benedictinæ de Siculo Apostolicæ Legationis, seu Regiæ Monarchiæ Judice, ad quem appellandum, a Sententia Judicis Regularium Conservatoris. 288

Atque hæc de appellatione a Judice Regularium Conservatore insinuasse, sit satis. Nam reliqua, quæ hic contingere possunt, ex insinuatis præmissis facili negotio suppleri queunt.



ARTICULUS TRIGESIMUS QUINTUS.

An Judex Regularium Conservator valeat Subconservatorem deputare :

Et cum qua potestate , quando , ac ubi , & quibus præditum qualitatibus.

1 DEeu 3. Judex Regularium Conservator , attentu jure antiquu , *Cap. fin. §. Vices quoque de Officio Deleg. in 6.*, nequit alteri committere vices suas , seu subdelegare , sive Subconservatorem constituere , excepto ad citandum , vel denuntiandam
2 Sententiam , a se latam : etsi alias posset , tum ut Delegatus Principis , seu Papæ , qui regulariter potest subdelegare , *L. a Judice C. de Jud.*, *Cap. Pastoralis, & Cap. fin. in prin. de Officio Deleg.*, *Cap. Cum causam de appellat.*, *Cap. Statutum §. in nullo quoque de rescriptis in 6.* tum etiam ut delegatus ad universitatem causarum , *Gloss. in dict. l. §. 1. ff. qui, & a quo, & dict. l. a Judice, ubi Jason num. 8. C. de Judic.*, *Bart. in l. more num. 11.*, ibique *Purpurat. num. 98. ff. de Jurisd. omn. Judic.*, *alia Gloss. in Cap. Super quæstionum §. Si vero ver. delegare , ubi Abb., & alii de Offic. Delegat.*, *Franc. in Cap. Cum causam de appell. n. 20., & ibi dec. in fin., & Abb, & alii.*

3 Assertum sic cautum est in *dic. cap. fin.* [Vices qnoque suas (citationibus, & sententiarum denuntiationibus dumtaxar exceptis , quas per alios, ut valeant exercere, nulli committere possint, nisi hoc illis competierit ex beneficio litterarum .] Idque vel quia forsitan electa videtur industria personæ , ut conjicit *Donat. quæst. 23. num. 1. ex Gloss. in Clemen. 2. de hæret.* & ubi electa est personæ Industria, fieri Subdelegatio non potest, *Cap. fin., ibique Doctores catr. de Offic. Delegat. Capic. decis. 151. num. 6.*, *Menoch. de arbitr. Jud. lib. 1. quæst. 34. a n. 8.* Nisi de consensu partium , qui si adsit, non obstante, quod industria personæ videarur electa, potest Subdelegatio fieri, ut ex *text. cap. fin. de Off. Deleg.*, & aliis ostendit *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsum. 25. n. 18.*, vel, ut melius sentit eadem *Gloss. ver. nulli dic. cap. fin. de Off. Deleg. in 6.*, ad restringendam Conservatorum potestatem, nt quantuminus fieri posset , ordinariæ præjudicium afferret . Secus tameu pru citationibus, & sententiarum denuntiationibus , sive , ut alii loquuntur, intimationibus ; cum hæ sint articuli jurisdictionem minime continentes; & articulos non jurisdictionales quilibet Judex valeat delegare , *ten. cap. Super quæstionum in prin. ibique Abb., Hostiensis, & alii, Franch. dict. cap. Cum causam n. 24., & alii.*

4 Attento tamen jure novu , & novissimu , potest Judex Regularium Conservator alteri committere vices suas ; & sic Subconservatorem constituere ; Assertiu manifesta est ex conservatoria Clementis VII. pro Minimis §. 2. ibi : [Quatenus vos , vel duu , aut unus vestrum per vos , vel alium , sive duos] Sixti IV. pro Carmelitis §. 107. [per se, vel alium , sive alios] Gregorii XIII. pro Servitis §. 3. sic [ipsis vero sic electis , vel duobus , aut uni eorum , ut per se, vel alium , seu alios] aliisque ceterorum Pontificum , & demum ex Constitutione Gregorii XV. de Conservatoribus §. 2. ibi : [Judices Conservatores hujusmodi sive principales, sive subrogati]. Et ita sustinet universalissima Doctorum opinio cum *Monet. de Conser. cap. 7. quæst. 2. num. 58.*, *Pasqualig. ad Laur. de Framb. de Consce. quæst. 14.*, *Rodriqu. tom. 1. quæst. 63. art. 10.*, *Peyr. §. 2. num. 5.*, *Miran. in Man.*, *Sorbo* , *Passarello* , quos citatos sequitur *Tamburin. de Jure Abb. tom. 3. d. 17. qu. 1. num. 6.*, *Pellizz. qu. 113. num. 106.*, *Lezan. tom. 1. par. 2. cap. 10. num. 26.*, & alii, quibus patrocinatur *Confett. in summar. Mat. Privil. mendic.*
cap. 7. ubi addit, posse Conservatorem alteri com- 5
mittere vices suas , nedum in principio , sed in medio etiam , & fine Causæ ; quod idem notat *Monet. cap. 10. qu. 3. num. 173.*

Contra *Donat. qu. 23.* contendentem, facultatem 6
constituendi Subconservatorem , hodie restrictam esse . Quod probat ex declaratione *Sac. Congr. Episcop. & Regul. die 2. Decembris* 1642. qua fuit decisum, non potuisse Conservatorem Patrum Cælestinorum pro sui absentia quemdam Subconservatorem eligere . Atque hanc declarationem se vidisse, testatur *Lezana*.

Verum hæc declaratio nihil prodest *Donato*; cum enim, ut notat *cit. Lezan.*, non constet, an ea prodierit ex eo, quod ille Subconservator conditiones requisitas non habuerit, vel quia Patres Cælestini tali privilegio minime potiantur, vel ex alio Capite ; ideo dum non constat de ejusdem Sacr. Congreg. mente , sustineri debet Universalissima Doctorum sententia.

Dico II., Judex Regularium Conservator potest 7
Subconservatorem eligere, nedum in partem , committendo illi partem Causarum, ut extra controversiam est ; verum etiam in totum , universitatem nimirum suarum Causarum deputando . Assertio est contra *Host. de Offic. Delegat. §. quis possit*, & *Alex. in L. a Judice C. de Judic. Marant. in Spec. Aur. part. 4. dist. 5. n. 55. Butr. & Imol. in cap. Super quæstionum §. Si vero de Off. Deleg.*, *Sanchez Lib. 3. de Matr. disp. 31. num. 3.* ex illa ductos ratione, quod Ordinarius , cui æquiparatur Delegatus , nequit inconsulto Principe totam suam Jurisdictionem delegare , *L. penult. ff. de Offic. Præsid.* Defenditur tamen *a Glossa* communiter recepta in *dicto cap. super quæstionum §. si vero ver. Vices suas , & Cap. Statutum §. in nullo ver. Vices quoque , de rescriptis in 6., Gemin., & aliis ibi, &*

in

in cap. 1. de officio Vicar. in 6. & toto fere eodem titulo in Decretal., & in rubr. ac in toto tit. de officio ejus, qui vicesgerit, & alibi passim, quibus subscribunt *Monet. cap. 7. qu. n. n. 73., Pasqualig. in addit. ad Lauren. de Franchis tit. de Conserv. quæst. 6. n. 845., & alii.*

8 Assertio probatur: quia ex una parte id videtur significare Pontifex in *dic. Cap. fin.*, dum Conservatoribus, quibus beneficio litterarum competierit, permittit, quod valeant *committere vices suas*; vices enim Committere, proprie loquendo, est, aliquem in totum loco sui subrogare, ut tradunt expresse *Glos. loc. cit., Gemin. & alii*. Ex altera parte Conservator est Delegatus ad Universitatem Causarum, datus non ab Inferiore, qui nequit in totum suam Jurisdictionem subdelegare; sed a Principe Supremo, seu a Papa: Sed Delegatus Supremi Principis potest in totum universitatem suarum Causarum Subdelegare, *dic. cap. super quæstionum §. porro & §. item Cum totum de Offic. Deleg. Cap. quamvis alicui eodem tit. in 6. & alibi*; ergo &c. Ex alia demum parte ita fert communis Tribunalium praxis, ut Mediolanensis, teste *Monet. loc. cit.* quod nimirum aliqua rationabili causa intercedente, Conservatores Subconservatorem constituunt ad universitatem Causarum.

9 Quibus non officit allata Adversariorum ratio, quod scilicet nequeat Ordinarius, cui æquiparatur Delegatus, inconsulto Principe, totam suam Jurisdictionem delegare. Id siquidem verum est, ubi Ordinarius ita vellet totam suam Jurisdictionem a se abdicare, ut sibi nec facultatem avocandi retineret, aut id faceret inconsulto Principe, & sine ejus facultate. In nostro autem proposito id Pontifex indulget Conservatori, seu Generaliter tamquam Delegato, cui hoc expresse concessit, sive etiam specialiter, saltem tacite, ut respondet *Moneta*.

10 Nequit tamen Conservator Subconservatorem deputare cum potestate subdelegandi; cum Delegatus a Principe, nequeat talem potestatem subdelegato concedere, ut tradit *Dec., testans* de communi, *in c. Cum Causam n. 4. de Appell.* & cum plurimis, quos laudat, docet etiam *Sanchez lib. 3. de Matr. disp. 31. num. 9.* Et sane ut nequit Conservator Subconservatorem deputare, nisi id ei beneficio litterarum competierit: ita nequit subconservatorem deputare cum tali facultate subdelegandi, nisi hoc etiam ipsi beneficio earumdem competierit. Quamvis autem Conservatori, attento Jure novo, & novissimo beneficio litterarum competat, posse alteri committere vices suas; non competit tamen, posse alteri vices subdelegandi committere. Quamobrem ut non potest Conservator Subconservatori suo hanc facultatem impertiri, cum id neque a Jure, neque beneficio litterarum obtineat; ita consequenter nequit Subconservator alium sibi deputare, cum id ipsi neque a Jure, neque literarum beneficio competat. At-
11 que ita docet *Abb., Franc., Dec., & alii in c. Cum Causam de Appellat. & cap. Super quæstionum §. vero de Offic. Delegat.* quibus subscribit *Fragosus p. 2. lib. 4. disp. 12. §. 4. n. 66. & Monet. c. 7. q. n. a num. 70.* excipiens *n. 72.* duos illos actus non Jurisdictionales, citationis videlicet, & sententiarum denuntiationes, quos profecto Subconservator committere potest, ex *dicto cap. fin. §. vices quoque, de Offic. Delegat. in 6.* Quemadmodum committere potest Conservator, etsi non possit actus Jurisdictionales. Additque, præter dictos actus, non posse ad alios actus Subconservatorem deputare, ne plus Subconservator, quam Conservator mero Jure facere posse, videatur.

Dico III. Potest autem Judex Regularium Conservator Subconservatorem deputare, cum aliqua ratione est impeditus, puta vel cum ipse extra Civitatem, seu diœcesim, pro qua est deputatus, existens, exercere non potest munus suum. At in hoc casu ipse extra Civitatem, seu diœcesim existens, potest alteri, sed in eadem Civitate, vel Diœcesi existenti, non autem extra, illud committere, ut docent *Cochier de exemptis quæst. 39. n. 20., Monet. Cap. 7. q. n. a nu. 60., & alii ex cap. fin. de Offic. Deleg. in 6.* ibi [vices quoque suas &c. nulli committere possint, nisi hoc eis competierit ex beneficio litterarum; sed nec tunc, nisi intra Civitates, seu diœceses, in quibus fuerint deputati] vel cum suspectus recusatur, ut addit *Peyr. ad Const. Gregor. XV. §. 7. n. 6.*, Vel si morbo laboret, aut infirma valetudine; aut si ob id rebus suis superesse non possit. Vel si, qui Sacerdotium nactus est, discedere ab eo, sine religione non possit; per quæ excusatur quis a munere Judicandi in *L. Præter alias Prætor. §. pen. ff. de vacat. muner.*, vel cum alia legitima Causa est impeditus, ut de Delegato, qui nequit sine justa Causa se per subdelegationem exonerare, disponitur in *Cap. Pastoralis in prin. de Offic. Delegat.* ibi: [dummodo ipse exonerare se ipsum malitiose non quærat.] Et in *Cap. Si pro debilitate* eodem tit. [si pro debilitate, vel pro qualibet alia Causa, vel necessitate tractandis Causis, quæ tibi a Sede Apostolica committuntur, interesse non poteris, liberum tibi sit, Personis discretis, & idoneis vices tuas committere.] 12

Secus tamen cum nulla prorsus foret ratione impeditus, quia tunc perinde se haberet Conservator, Subconservatorem deputando, ac si nollet electioni de se factæ consentire, aut si vellet acceptato muneri renuntiare; unde & graviter peccaret, iisdemque censurarum pœnis subditus foret, quæ is Electioni non consentiens, aut muneri renuntians. Unde *in cap. Prudentiam §. adjicimus*, 13
de tertio Judice, dato etiam cum clausula in commissione apposita [quod si non omnes interesse nequierint, duo nihilominus eam exequantur] ait Summus Pontifex: [quod si cum possit, noluerit interesse, gravissime est arguendus pro eo, quod Mandatum Apostolicum exequi subterfugiat, aut contemnat.] Ubi *Gloss. Communiter recepta v. arguendus*, docet, eum esse puniendum per *text. in c. Seiscitatus de rescriptis*, quod etiam volunt *Barbat. & Dec. dict. cap. Prudentiam §. adjicimus*. 14

Verum in aliquibus casibus, neque justa existente Causa, potest Conservator Subconservatorem deputare; scilicet I., ubi Causa commissa est cum clausula [quod si non omnes, vel si ambo non potestis] *c. Coram de Offic. Deleg.*, ibique Doctores *c. Seiscitatus, de rescriptis, & c. Prudentiam in prin. ac §. 1. de Offic. Deleg.* II. ubi electa est industria Personæ, *c. ultim. eodem tit. & c. Is, cui, de Offic. Deleg. in 6.*, & III., ubi constat de expresso voluntate Principis, quod delegatus ipse per se, & non per alium cognoscat, *dic. c. ult. cum ibi notat. Can. in memoriam, dist. 19. Abb., & Dec. in dict. c. Prudentiam §. ult., & tex. in Can. Memoriam dist. 19.* 15

Dico IV. Subconservator deputandus habere debet omnes omnino qualitates, quas habere necessum est ex dictis *art. 9. 10. & 11.* eligendus in Conservatorem, adeoque quas actu habet Conservator Delegans, ut colligitur ex *c. Statutum §. in nullo de rescriptis in 6.*, juncta *Gloss. ibidem v. designatis*; ac ex *c. fin. de Offic. Judic. Deleg. in 6.*, ubi *Gloss. v. superius*, inquit [subdelegatus 16

talis

talis esse debet, cui possit delegari:] & docet *Rodriq. art. 4., sorb. in compen. verb. Conservator, Peyr. n. 5.*, & alii communiter.

17 Immo etiamsi deputaretur a Papa ex certa scientia, seu delegatione speciali, Conservator non habens qualitates requisitas; vel facultas ab eodem concederetur, ut eligi possit Conservator, aliqua destitutus ex qualitatibus necessariis, ut sane potest, teste *Gloss. in dict. c. fin. de Offic. Deleg. in 6., & c. Statutum in princ. v. Canonicis, & v. Literarum de Rescript. in 6.*, Cum Papa sit supra Jus positivum, cuncta quod potest de plenitudine Potestatis dispensare, *c. Proposuit, de Conces. Præbendæ:* Unde jam concessa fuit a Gregorio XIII. Patribus Nostræ Societatis pro partibus Indiarum facultas eligendi loco qualificatarum Personarum quosvis idoneos, & probos viros sæculares, clericali charactere insignitos, non tamen conjugatos, ut supra *art.* 10. *n.* 33. insinuavimus ex *Lezana in Consul. cons.* 40. *n.* 86., aliisque Religiosis non dissimilis facultas indulta est, nominandi Conservatorem, requisitis qualitatibus carentem: si hujusmodi Conservator potestatem haberet subdelegandi, adhuc subdelegandus ab eo habere debebit qualitates omnes in Conservatore requisitas, non obstante, quod Conservator subdelegans illas non habeat. Ita *Felin. in cap. Si pro debilitate, v. quæro Papa committit Causam, de Offic. Deleg.* & alii. Contra *dec. in c. statutam a n.* 28. contendentem, hoc ipso, quod cum principali Delegato dispensatum est, censetur etiam cum subdelegato dispensatum; quia cum Princeps sciret, delegatum suum posse subdelegare; habilitando principalem Delegatum, videtur etiam habilitare subdelegatum: & satis superque est, subdelegatum habere qualitatem Delegati, *arg. l. Parabolani C. de Episcopis, & Clericis.*

18 Assumptum multipliciter probatur: &

Primo, quia Correctio Jurium est odiosa, &, quoad fieri queat, evitanda, *cap. Cum expediat, de electione in 6.*, corrigeretur autem in proposito tum *cap. Statutum §. in nullo de rescript. in 6.*, ubi expresse cum restrictione cavetur, quod commissio fiat Personis *dumtaxat* qualificatis. Tum *Cap. fin. de Offic. Jud. Deleg.* in 6., vi cujus, teste *Gloss.* præallegata, subdelegans talis esse debet, cui possit delegari.

19 Secundo, quia dispositio stricti Juris est, nec ullatenus extendenda, *cap. 1. & 2. de fil. Presbyt., & c. Non potest, de Præben. in 6.*, extenderetur autem de persona ad personam in subjecta materia.

20 Tertio, quia commissio, facta a Summo Pontifice non habenti qualitates requisitas, est quædam dispensatio Personalis, quæ personam illius non egreditur: egrederetur autem in Hypothesi de persona delegati ad subdelegatum, nec sine præjudicio dictionis præsertim taxativæ *dumtaxat* in *cit. cap. Statutum* expressæ.

21 Quarto tandem, quia ex *cap. Super quæstionum §. si vero, de Offic. Delegat.*, si Papa deleget causam duobus cum clausula [appellatione remota], non poterunt aliis, vel sibi invicem eamdem causam cum eadem clausula subdelegare, non nisi quia qualitas apposita respectu Delegati, non transit in subdelegatum, de quo Papa non cogitavit. Ergo a pari in casu nostro.

22 Nec audiendus est *Decius* supra laudatus: tum quia hoc ipso, quod Papa sciret, posse a Delegato subdelegationem fieri, si voluisset etiam cum subdelegato dispensare, id utique expressisset, *arg. cap. ad audientiam de decim.*, Cum præsertim dispensatio sit stricti Juris, & de persona ad personam, ac de casu ad casum non extendenda; & correctio Jurium odiosa, & sic, quantum fieri queat, evitanda.

23 Nec suffragatur *L. Parabolani*, a *Decio* pro se adducta; cum ex ea solum habeatur, quod ille, qui non potest aliquod Officium principaliter exercere, neque potest in eo subrogari, subrogatione nimirum per viam suffectionis, & suppositionis in locum principalis; non autem per viam subdelegationis, cum de illa, non de hac subrogatione ibi disseratur.

ARTICULUS TRIGESIMUS SEXTUS.

An Subconservator Electus Judicis Conservatoris Regularium teneatur munus acceptare, acceptatumque prosequi; & quibus Juris Remediis in eo uti, ac sub qua pœna fines suæ Potestatis non excedere;

An valeat ut suspectus recusari, ab ejusque sententia num, & ad quem Appellatio interponatur?

1 Dico primo: quemadmodum Judex Regularium Conservator ex dictis *art.* 16., ita & ejus deputatus Subconservator tenetur impositum munus acceptare; immo ad illud subeundum cogi potest, juxta *Cap. Pastoralis in princ. de Offic. Deleg.* ubi Pontifex ait, posse delegatum Principis, eum, in quem subdelegavit, renitentem compellere ad subdelegationem suscipiendam.

2 Et sane cogi potest a Conservatore Subconservator etiam per censuras, & pœnas, ut notat *Confett. in summ. mat. Privil. Ord. Mend. tit. 4. c. 7.*

c. 7. verſ. poſſunt inſuper.
3 Et munus ſemel acceptatum, nequit, ſine le-
gitima cauſa dimittere, ut liquet tum *ex dicto*
cap. Paſtoralis in prin. de Offic. Delegat. aliiſque ju-
ribus, quæ refert *Monet. c. 10. n. 344.* apud *Pel-*
lizz. quæſt. 10. n. 98. tum ex eo, quia ſi Sub-
conſervator electus teneatur munus acceptare; te-
netur etiam illud proſequi, juſta neutiquam ſu-
4 perveniente cauſa, uſque ad ſententiam incluſive:
verba enim accipienda ſunt cum effectu, *L. 1. §.*
hæc autem verba ff. quod quiſq. Jur., Can. hæc
autem verba, de pœn. dist. 1. cap. Relatum de cler.
non reſid., & alibi.
5 Et ita quidem tenetur impoſitum munus Sub-
conſervator acceptare, illudque uſque ad ſenten-
tiam proſequi, ut non ſolum expreſſe, ſed neque
etiam tacite valeat detrectare, & dimittere, ſine
legitima cauſa, proportionaliter ad ea, quæ ſupra
de Conſervatore dicta ſunt *cit. art. 20.*, cum
quæ de Conſervatore diſponuntur, proportionali
6 modo de Subconſervatore procedant: quemadmo-
dum quæ de delegato diſpoſita ſunt, proportiona-
liter ſubdedelegato cenſentur diſpoſita, ut docent
complures *in c. Statutum §. in nullo de reſcript. in*
6. Et liquet tum ex eo, quia ſubrogatum ſapit
7 naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur, tum ex
eo, quod ſub nomine Conſervatorum etiam Sub-
8 conſervatores veniant, quemadmodum ſubdelegati
ſub nomine Delegatorum continentur ex Juribus
infra *aſſer. 3. n. 15.* laudandis. Et ex eo, quod
ſub titulo de *Offic. Delegat.* agitur etiam de Sub-
delegato; tum demum ex Juribus *ſequenti aſſer-*
tione adducendis, aliiſque, quibus generatim pro-
9 batur, judicandi munus neceſſarium eſſe, ut *L.*
munerum in 2. §. Judicandi quoque neceſſitas, &
L. Si quis Magiſtratus ff. de Muner. & honor. cum
ſimilibus.
10 Dico ſecundo: Subconſervator, ſeu in partem,
ſive in totum Conſtitutus, in exequutione ſui
muneris poteſt iiſdem Juris remediis uti, quibus
valet Conſervator, & contra eaſdem perſonas, ex
dictis *art. 26. per tot.* & ob rationem ibi aſſigna-
11 tam. Unde poteſt contra Legatum etiam de la-
tare procedere, eumdemque multare, ut expreſſe
docet *Anchar. conſ. 132. a n. 2. apud Monet. cap.*
8. q. 4. n. 163. ac excommunicationem, & quamli-
bet aliam cenſuram ferre; ut de ſubdelegato quoad
interdictum liquet *ex cap. Ex litteris de Offic. De-*
leg. & generatim quoad cenſuras docet *Ugolin. de*
cenſur. lib. 1. c. 8. n. 2. ac tradit in ſpecie *Gloſſ.*
com. recepta in Clemen. Unic., verſ. permittunt, de
12 *Exceſſ. Prælat.* quibus relatis adhæret *Monet. c. 7.*
quæſt. 4. n. 180., Et ſæculare tandem poteſt bra-
chium implorare, ut cum *Pellizzario* diximus *art.*
26. aſſer. 3. animadvert. 2. ſine.
13 Dico tertio: Subconſervator electus in exequu-
tione ſui muneris debet intra fines poteſtatis, ſibi
traditæ, ita ſe continere, ut ſi illos ſcienter ex-
ceſſerit, ſuſpenſionem a Subconſervatoris officio
per annum ipſo facto incurrat: quemadmodum
Pars, ſcienter exceſſum procurans, excommunica-
tionem latæ ſententiæ: nullumque, irritum, &
inane eo ipſo ſit, quidquid ab eo per hujuſmodi
exceſſum fuerit attentatum, juxta ea, quæ *in c.*
fin. de Offic. Delegat. in 6., & in *Conſtitutione 9.*
Gregorii XV. de Conſervatore, limites ſuæ pote-
ſtatis excedente, & parte talem exceſſum procu-
rante diſponuntur; atque a nobis ſupra *art. 35.*
dicta ſunt; quæ omnia de Subconſervatore proce-
14 dunt. Cum enim eadem in utroque militet ratio,
delictum videlicet exceſſus; eadem adverſus utrum-
que procedit Juris diſpoſitio, pœna nimirum per
allegata Jura diſpoſita, *arg. c. Inter Corporalia 2.*
de translat. Epiſcop. leg. ideo ff. de legibus ibi:
[ſemper quaſi hoc legibus ineſſe credi oportet,
ut ad eas quoque perſonas, & ad eas res perti-
neat, quæ quandoque ſimiles erunt: quia non poſ-
ſunt articuli ſigillatim comprehendi, ſed cum in
aliquo caſu ſententia eorum manifeſta eſt, is, qui
Juriſdictioni præeſt, ad ſimilia procedere, atque
ita jus dicere debet], uti habetur *in L. non poſ-*
ſunt ff. eodem.
Et ſane cum *cap. fin. §. ut autem*, diſponat 15
ſimpliciter, ut Conſervatores, limites ſuæ pote-
ſtatis excedentes, ſuſpenſionem prædictam incur-
rant; & nomine Conſervatorum ex dictis *aſſer-*
tione prima n. 8. ipſimet veniant, & comprehen-
dantur Subconſervatores; quemadmodum nomine
Delegati, ipſe etiam venit ſubdelegatus, *c. Licet,*
& c. Ex litteris de Offic. Deleg. cap. Si a ſubdele-
gato, juncta rubr. eod. tit. in 6., L. More Majo-
rum, ff. de Juriſdictione omnium Judic., L. 1., &
tot. fere tit. ff. de Offic. ejus, cui mandata eſt Ju-
riſd. præſertim cum immediate antea *dictum cap.*
fin. Subconſervatorum fecerit mentionem; omnia,
quæ de Conſervatoribus *in dicto cap. fin.* diſpo-
nuntur, de Subconſervatoribus etiam diſpoſita in- 16
telliguntur; & conſequenter pœna ſuſpenſionis ab
Officio per annum, ipſo facto incurrenda per Sub-
conſervatorem, limites ſuæ Poteſtatis excedentem,
ac excommunicationis latæ ſententiæ a Parte, ex-
ceſſum procurante ſubeunda, ne eadem res du-
plici jure cenſeatur, contra *c. circa, de Privil.,*
c. Cum in tua, de decim., & L. Cum qui ff. de
uſucap. cum ſimilibus.
Dico Quarto: Subconſervator Electus Regula- 17
rium, legitima exiſtente cauſa, poteſt ſuſpectus
recuſari, quemadmodum Conſervator: cujus tamen
Juſtam recuſationis cauſam debet recuſans coram
Conſervatore, non coram alio probare; ut de Sub-
delegato Apoſtolico ſtatuitur in *cap. Super quæſtio-*
num §. quem vero de Off. deleg.
Dico Quinto: poteſt etiam a Subconſervatore 18
appellari. Sed ubi ab eo contigerit appellandum,
ſi Conſervator etiam quo ad unam cauſam to-
tam ſuam juriſdictionem Subconſervatori commi-
ſerit, de jure Canonico ad ſolum Papam interpo-
nenda eſt Appellatio. Si tamen aliquid ſibi de ju-
riſdictione reſervaverit, ad ipſum Conſervatorem
appellandum. Aſſertio propugnatur *a Monet. cap.*
9. quæſt. 5. concluſ. 3. n. 187., Paſqualig. in addit.
ad Laur. de Franch. tit. de Conſ. quæſt. n. 845., &
aliis. Ac
Quoad primam partem liquet ex eo, quod de 19
Papæ Delegato cavetur in *c. Super quæſtionum §. porro*
de Offic. deleg. ibi: [Cum delegatus a nobis Juriſ-
dictionem ſuam in alium transfert totam, ſi fue-
rit appellandum, non ad eum, ſed ad nos appel-
lari debebit.] Et rite quidem; nam ſi Conſerva-
tor totam ſuam juriſdictionem tranſtulerit in Sub-
conſervatorem, non remanet penes ipſum alia Ju-
riſdictio, vi cujus in cauſa Appellationis procede-
re poſſit.
Dixi in Aſſertione *de Jure Canonico*: ſiquidem 20
de Jure Civili ſemper ad Conſervatorem appellan-
dum eſt, *L. 1. ff. quis, & in quo appell., L. præ-*
cipimus §. hæc ſi, C. de Appellat., cum juriſdictio
de Jure Civili nunquam ita cenſeatur in totum
committi, quin aliquid ipſius remaneat etiam
apud committentem.
Quoad ſecundam partem etiam liquet Aſſertio 21
ex eodem textu, ſed a contrario ſenſu. Si enim
eatenus a Subconſervatore nequit ad Conſervatorem
appellari, quatenus totam ſuam juriſdictionem
tran-

tranſtulit Conſervaror in ſubconſervatorem; Ergo ſi totam non tranſtulerit, ſed aliquam ſibi reſervaverit, poterit ad ipſum appellario interponi, tum etiam ex *cap. cum te, de Offic. delegat.*, & *c. ſi delegatus eodem tit. in 6.*

Verum ſecunda hæc Noſtræ Aſſertionis Pars nonnullas patitur exceptiones; quarum

22 Prima eſt, ubi Conſervator, qui ſubdelegavit, & non in totum, excommunicari, vel mori contingat; in hoc ſiquidem caſu, nam per expectationem abſolutionis, vel ſucceſſoris, præjudicium litigantibus inferatur, vel plus æquo prorogetur cauſa, a Subconſervatore ad Papam appellatur, ut propter inſinuatam rationem diſponitur in *cap. ſi is, cui cauſa, de Offic. deleg. in 6.*

23 Secunda, ubi a Subconſervarore non in totum, appellari contingat, ex eo, quia non admittit exceptionem, per quam denegatur etiam Conſervatorem Juriſdictionem habere: quia in hoc caſu ſi appellans, ad Conſervatorem appellaret, & non ad Papam, foret ſibi ipſi contrarius; cum per appellationem fateretur, Conſervatorem habere illam juriſdictionem, quam antea pernegarat; ut propter hanc rationem diſponit *Cap. ſi a ſubdelegato penult. de Off. deleg. in 6.*

24 Tertia, ubi appellatio interponeretur ad Papam, eamque proſequeretur Appellans, non contradicente Appellato, *Rot. deciſ. 16. de Offic. deleg. in Noviſ., Gemin., & Joan. de Fantuc. in cap. ſi delegatus de offic. deleg. in 6., Felin. in cap. ſuper quæſtionum §. porro n. 13. de Offic. deleg.* & a fortiori, ubi Partes expreſſe conſentirent, ut appelleretur ad Papam, *Rot. deciſ. 21. de appel. in Antiquior. Felin. dic. n. 13.*

25 Quarta, ubi Conſervator aliquot ſibi actus reſervaſſet, illoſque jam ante Appellationem expediſſet, *Gemin., & Fantuc. dic. cap. ſi delegatus, Felin. cit. n. 13.* ex eo, qui textus *cit. cap. ſi delegatus, & §. porro* reſervationem conſiderant juriſdictionis, quæ per expeditionem actuum reſervatorum ceſſat.

Quinta, ubi Conſervator dumtaxat ſibi Conſilium reſervaſſet, cohærenter ad *textum in cap. ſi pro debilitate, de Offic. deleg. Felin. dic.* n. 24. cum hoc non faciat, quin Conſervator commiſerit vices in totum, *Gloſſ. ſingul. dic. Cap. Si pro debilitate, v. conſulere.* 26

Sexta, ubi Conſervator alios actus, qui juriſdictionem non ſapiunt, ſibi retinuiſſet, *Felin. ubi ſup.* cum *dic. Cap. ſi delegatus, & dic. §. porro*, requirant expreſſe, ut aliquid de juriſdictione reſervetur. 27

Septima, ubi cauſa fuiſſet Subconſervatori delegata cum clauſula: [donec Conſervator vices ſuas duxerit revocandas] & Subconſervator appellationi, etiam ante revocationem hujuſmodi detuliſſet, *Rot. cit. deciſ. 21. de appel. in Antiquior*: ex eo, quia cum Subconſervator appellationi detulit, fecit actum validum, ex quo omnimoda juriſdictio erat penes eum, donec Conſervator vices ſuas ad ſe duxerit revocandas. 28

Octava, ubi unus ex duobus Conſervatoribus cum clauſula: [ſi non ambo &c.] & [appellatione remota] ſubdelegat alteri non in totum. Tunc enim ut non poteſt Subconſervator alteri ſubdelegare, nec appellatione remota procedere; ita neque ab eo fieri poteſt appellatio, niſi ad Papam, *dic. Cap. Super quæſtionum §. ſi vero, de offic. deleg. ibique Gloſ. v. ſi non poſſunt ambo, Abb. dic. §. porro a n. 6. Jo. Andr. in addit. ad ſpecul. tit. de Appel. §. nunc tractemus* n. 11. contra eumdem *ſpeculatorem* contendentem, ſtante in reſcriptio dicta clauſula [ſi non ambo,] appellandum ad Papam. 29

Nona demum, ubi duo ex tribus Apoſtolicis Conſervatoribus, duobus aliis ſubdelegaverint vices ſuas, non in totum, ipſique Subconſervatores cum tertio Conſervatore in cauſa delegata proceſſerint: ſi ab his, tertio videlicet Conſervatore, & Subconſervatoribus appellatione interponenda ſit, ad Papam appellandum, non ad Conſervatores ſubdelegantes, cohærenter ad *Cap. ſi duo, de off. deleg. in 6.* 30

ARTICULUS TRIGESIMUS SEPTIMUS:

An, & qualiter exſpiret, aut ſuſpendatur Judicis Regularium Conſervatoris officium.

Ubi

An per Mortem naturalem, vel civilem Servitutis, Relegationis, Exilii, Excommunicationis, Suſpenſionis, &c.

1 DIco Primo: officium Judicis Regularium Conſervatoris temporaneum eſt, non perpetuum; etſi perpetua, non temporalis ſit Poteſtas illum eligendi, Regularibus indulta, ex dictis *art. 6. aſſer. 3. n. 9.* Aſſertum liquet ex eo, quod nedum ſuſpendi, ſed multipliciter etiam poteſt exſpirare, ſcilicet per mortem naturalem ipſius Conſervatoris; non autem per civilem, per quam dumtaxat ſuſpendi valeat; per renuntiationem muneris, ab eodem Conſervatore factam: per lapſum quinquennii, ad quod tantummodo eligi poteſt ſuperius ſtabilitis *art. 23. aſſer. 6.* n. 35. per amotionem intra quinquennium a Regularibus exercitam: & per cauſæ avocationem a ſummo Pontifice factam, ut *ſequentibus articulis* diſtincte fiet ſatis, inſinuatos mo-

moſos, quibus Juriſdictio Conſervatoris exſpirat, aut ſuſpenditur recenſendo. Itaque:

2 Dieo II.: officium Judicis Regularium Conſervatoris exſpirat per mortem ejuſdem naturalem, etiam quoad negotia cæpta. Aſſertio manifeſta eſt ex vulgari Proloquio, quod ortum habuit ex §. *deinceps Auth. de Nuptiis*, ſcilicet [*Mors omnia ſolvit*] Omnia nimirum bona, & jura, quæ homo habebat dum viveret, atque adeo juriſdictionem etiam.

3 Quod ſi divinitus Conſervator ſtatim a mortuis reſurgeret; juriſdictionem quoque reſurrecturam in eo, contendit *Monet. Cap.* 10. *Q.* 3. *n.* 148. quemadmodum cetera bona & jura; ſicque una cum vita officium recuperabit Conſervator redivivus; non ſecus, ac reliqua bona, & jura reſſumet ex traditis per *Gloſ. Communiter receptam in Q. ex his ff. de Leg. ibique Alberic.*, *& Alex. in L. ſi Marito n.* 5. *ff. ſol. Matr. Clar.* §. *teſtamentum Q.* 86., *& alios*.

4 Nec officit, quod ſoluto per mortem naturalem carnali Matrimonio, non recuperat Conjux redivivus ſuperſtitem; quemadmodum ſoluto Spirituali, quod cum ſua Eccleſia Cathedrali contraxit Epiſcopus; & cum ſua Religione Profeſſus in illa, non recuperat Eccleſiam ſuam Cathedralem Epiſcopus, a mortuis ſuſcitatus; nec propriam Religionem Religioſus profeſſus, ut docet *Abb. in Cap. fraternitatis de Frigid. & maleſic.*, *Petrus Navar. tract. de reſtit. lib.* 1. *Cap.* 2. *a n.* 3. *Tiraquel. in repet. L. ſi unquam v. ſuſcepit liberos n.* 170. *C. de revocan. donat.*, *& alii*.

5 Id ſiquidem eo eſt, quia Matrimonium carnale omnino, & irrevocabiliter diſſolvitur per mortem, ut firmant paſſim doctores ex illo 1. *ad Cor.* 7. [Mulier alligata eſt Legi, quanto tempore vir ejus vivit; quod ſi dormierit vir ejus, *liberata eſt*, cui vult, nubat.] Et ad *Roman.* 7. quemadmodum omnino, & irrevocabiliter diſſolvitur Matrimonium ſpirituale, quod Carnali æquiparatur, inter Epiſcopum, & Eccleſiam initum, ex *Cap. Inter corporalia*, *Cap. quarto*, *& Cap. licet*, *de translat. Epiſcop.* ac inter Religioſum profeſſum, & ſuam Religionem, *arg. Cap.* 2., *Cap. viduas*, *Quæ Chriſto*, *Cap. hi*, *qui*, 27. *quæſt.* 1. *& Cap. ex publico*, *de conver. conjugat. ibique DD. cum Evevar. in loc. a Matrim. carn. ad ſpirit.*, & *Petr. Navarr. n.* 9. Non diſſolvitur tamen omnino, & irrevocabiliter per mortem naturalem Juriſdictio Conſervatoris.

6 Nec etiam officit, quod Religioſus defunctus, qui dum viveret fuit in Conſervatorem deputatus ratione Abbatiæ, aliuſve dignitatis in Religione, ſi reviviſcat, ut Religionem non recuperat, ita neque Abbatiam, & conſequenter nec Juriſdictionem Conſervatoriam, quæ Abbatiam, aliamve dignitatem Eccleſiaſticam requirit in Conſervatore: quodque Epiſcopus defunctus, qui ratione Epiſcopatus fuerat Conſervator electus, reviviſcens, ut Eccleſiam non reaſſumit, ita neque titulum dignitatis recuperat, unde poſſit Conſervatoriam Juriſdictionem habere: & tandem quod deputati in Conſervatores ratione dignitatis, vel Perſonatus in Eccleſia Cathedrali, aut Collegiata, vel ratione Abbatiæ, Prioratus, & commendæ ſæcularis, intra quinquennium mortui; ſi reviviſcant, officium Conſervatoris non recuperent, quia non reaſſumunt qualitatem præfatæ dignitatis, ratione cujus fuerunt in Conſervatores electi, juxta doctrinam *Gloſſ. in Extravag. ſuſcepti*, *cum vacantium*, *ne ſed. vac.*

7 Non officit, inquam, cum ad perſeverandum in munere Conſervatoris, ſatis ſuperque ſit, quod qualitas Eccleſiaſticæ dignitatis, ſicut & Judicis Synodalis fuerit tempore deputationis, & electionis; nec requiratur, quod perſeveret toto quinquennii ſpatio, ut ſupradictum eſt *art.* 11. *aſſer.* 2. *n.* 3. & infra etiam dicemus.

8 Ceterum, quod Epiſcopum concernit; etſi probabilis ſit illorum ſententia, quæ ſuſtinet, Epiſcopatus ordinem non imprimere characterem, diſtinctum a Sacerdotio; probabilior mihi eſt oppoſita, quæ docet, characterem diſtinctum imprimere, pro qua pugnant *Abbas*, *& Canoniſtæ paſſim in Cap.* 1. *de Ordin. ab Epiſcop. qui renun. Epiſcop.* ſicut & *in Can. cleros diſt.* 21. *can. Perlectis diſt.* 25. *can.* 1. *diſt.* 31. & *Cap. cum contingat de Ætate & qualit.* cum Theologis *in* 4. *diſt.* 24. & juxta hanc ſententiam Epiſcopus Conſervator, e vivis decedens, per reſurrectionem ſtatim ſequutam Conſervatoris Poteſtatem reaſſumit; cum adhuc perſeveret in eo qualitas dignitatis, & characteris Epiſcopalis, ratione cujus, dum viveret, fuit in Conſervatorem deputatus.

9 Dixi: *per reſurrectionem ſtatim ſequutam*, ita nimirum, ut ſucceſſor defuncto Conſervatori nondum electus ſit. Ubi ſiquidem facta eſt hujuſmodi ſucceſſoris Electio, conſervator redivivus, neque quoad negotia cœpta poterit Juriſdictionem recuperare, ex *L. mortuo Judice ff. de Judicum captivitate*; *Cap. Quoniam Abbas*, *de offi. deleg.* & *Cap. Paſtoralis* §. *præterea*, *de offic. ordinar.*

10 Dieo III. Officium Judicis Regularium Conſervatoris non exſpirat in uno ex duobus ſimpliciter datis, per Mortem alterius. Aſſertio manifeſta eſt ex ſuperius inſinuatis *art.* 13. *aſſer.* 3. *a n.* 20. ubi de numero Conſervatorum eligendorum: ſcilicet Conſervatores, ſimpliciter datos, cenſeri datos in ſolidum, ita ut unus ſine altero procedere queat, ſeu de cetero conſiderentur ut Judices ordinarii, & exemptorum a juriſdictione Ordinarii loci, ad terminos juris novi, & noviſſimi; juxta quam conſiderationem omnes concedunt aſſumptum ex *L. unica ff. de offi. Conſul.* ſive tamquam delegati ad univerſitatem cauſarum, ad terminos juris antiqui; in qua conſideratione conſervatores, ſimpliciter datus, cenſeri datos in ſolidum, admittit communior doctorum ſententia.

11 In oppoſita autem opinione, contendente Conſervatores ad terminos Juris antiqui, non Ordinarios, ſed Delegatos ad Univerſitatem cauſarum, datos ſimpliciter, cenſeri datos ſimul, & non in ſolidum; per mortem unius ex duobus ita datis Conſervatoribus exſpirat in altero Conſervatoris Officium ut liquet ex *cap. penul. de Offic. Deleg.* ibi [uno delegatorum rebus humanis exempto, Officium eorum exſpiravit]. Et ratio eſt manifeſta, cum neuter illorum in hac ſententia ſit Judex in ſolidum, ut judicare valeat, ſed loco unius tantum ambo poſiti ſint, & ambo judicare juſſi, *L. Duo ex tribus ff. de re Judicata*, *cap. Cauſam Matrimonii c. Cum Cauſa de Offic. Deleg. cum ſimilibus*.

12 Idem eſt Judicium, ſi alter ex duobus Conſervatoribus reddatur infamis, aut alias de Jure inhabilis ad judicandum, *Gloſſ. comm. recepta in dicto c. penult. per tex. in c. Sciſcitatus de reſcriptis*: vel tamquam ſuſpectus via Juris removeatur, *per tex. in c. licet de Offic. Deleg.* Non tamen ſi amoveatur a Principe; cum in hoc caſu conſolidetur potius Juriſdictio in ſuperſtite, ut notat *Dec. in dic. c. Cauſam n.* 3. *ex L. cum Prætor ff. de Judic.*

13 Idem dicendum, ſi Conſervator alteri commiſiſ-

set vices suas, & deinde mortuus esset, sed postquam Subconservator uti Jurisdictione cœpisset; quia tunc perseveraret Conservatoris officium in superstite, & Jurisdictio perpetuaretur in Subconservatore, ita ut eum eo posset superstes Conservator procedere, cohærenter ad *tex. in dicto cap. Cum Causa*. Secus tamen, si ante mortem Conservatoris Subconservator non cœpisset jurisdictione uti, *dict. c. Cum Causa*, *& dict. cap. licet de Offic. Delegat)* ubi Doctores passim, contendentes exspirare in hoc casu Conservatoriam Jurisdictionem
14 in superstite. Quemadmodum non exspiraret, imo perpetuaretur in Conservatore superstite Jurisdictio, illi demandata a Collega, si ante hujus mortem collega superstes uti cœpisset Jurisdictione: exspiraret tamen, si nullum ejus usum posuisset, ut expresse disponitur *in dicto c. Licet*, ibi: [si vero ante mortem illius Jurisdictione uti cœperit taliter demandata, vices suas, & illius poterit adimplere.]

15 Quod si duo Conservatores deputentur cum Clausula [quod si non omnes &c.] aut [si ambo] &c. tunc per mortem unius non exspirat in altero superstite Conservatoris officium, *Gloss. communiter recepta dic. cap. penul.*, & alii: inde moti, quia ubi adsit in commissione utraque prædicta Clausula, nequit alter sine altero procedere; nisi constet de impotentia alterius, *Cap. Prudentiam de Offic. Deleg.* Atqui de impotentia Conservatoris, sub tali Clausula deputati, constare dicitur, si is mortuus fuerit, *dic. c. Sciscitatus de rescriptis*, *& cap. Licet de Off. Deleg.*, ergo, cum jam purificata sit Jurisdictio, quæ conditionalis erat per dictam Clausulam, juxta *Gloss. & Doctores in dicto c. Prudentiam de Offic. Deleg. & cap. Cum plures ver. forma eodem tit. in 6.* potest superstes Conservator procedere, & sic non exspirat in eo per mortem alterius Conservatoris Officium.

16 Idem dicendum, si duo Conservatores deputentur cum clausula: [ut omnes, aut duo, vel unus eorum mandatum Apostolicum exequatur:] vel alia consimili, scilicet ut explicant *Gloss. & Doctores in dic. c. Cum plures v. Consimili de Offic. Deleg. in 6.* [quod quilibet eorum in solidum, & per se judicare, & exequi possit:] vel [quod alter alterum non expectet, aut non requirat] cum in hoc casu per mortem unius Collegæ non extinguatur officium in superstite: quia, stante tali deputatione, quivis illorum libere potest injunctum adimplere mandatum sine altero, hoc est, ut explicat in *dicto c. Cum plures Glossa*, *verbo libere*, etiam non requisito collega.

17 Si ex duobus Conservatoribus, simpliciter datis, alter, qui habet successorem in dignitate, ratione cujus datus est, moriatur; non exspirat Officium in Collega superstite: immo neque in, & cum ipsomet moriente; sed hujus transit in successorem Jurisdictio, *c. Quoniam Abbas de Offic. Deleg.* Qui proinde successor expectandus est ad hoc, ut Conservator superstes procedat. Cum enim hic sit deputatus simul cum alio, nequit solus per se procedere, *dic. c. Causam Matrimonii*, *dicto cap. Cum Causa*, *de Offic. Deleg. cum similibus*. Quod si cum clausula [si non omnes &c.] deputati sint; non est expectandus successor: cum jam ex eo, quod Jurisdictio conditionalis purificata sit, ea in solidum penes superstitem remaneat ex supradictis.

18 Dico IV. Officium Judicis, Regularium Conservatoris, quamvis per mortem naturalem ipsiusmet Conservatoris exspiret, ex hactenus dictis; non exspirat tamen, sed suspenditur per mortem Civilem ejusdem, seu stricte sumptam; qua nimirum vel Civitas simul cum libertate deperditur, & maxima Capitis diminutio nuncupatur; cujusmodi est servitus; vel sola Civitas amittitur, cujusmodi est Relegatio, Exilium &c., & minor, seu media capitis diminutio appellatur, *L. 2. in princ. L. Amissione in prin. & §. 1. L. Tutelas §. si libertate*, *& §. item cum Civitas*, *& L. Ult. ff. de Capitis diminutione Leg. 1. §. Capitis ff. ad Tertullianum*, *& Instit. eodem tit. §. 1. 2. & 3. cum simil.* sive large acceptam, quæ nimirum qualecumque mortis genus præter naturale comprehendit, vocaturque minima capitis diminutio; cujusmodi est excommunicatio, quæ mors spiritualis dicitur, Teste *Ugol. de cens. tab. 2. c. 33. §. 7.* & aliis passim ex variis juribus, & *Trident. Sess. 23. de reform. c. 3.* sicut & suspensio, quæ mors jurisdictionis est quoad exercitium, & usum, &c.

Assertio communissima distincte quoad singulas partes evincitur. Et

Quoad primam de servitute; quia licet servus 19
nequeat esse Judex, *L. Cum Prætor §. non autem ff. de Judiciis L. Servus juncta Gloss. C. eodem tit. & c. 1. v. moribus 3. quæst. 7. ac c. Sciscitatus de rescript.* Si nimirum servitus sit a principio, ita ut nullus sit processus, ab eo factus, præsertim ubi non assistat communis error, vel certa scientia Principis, *L. Barbarius ff. de Offic. Prætoris*; secus tamen, ubi servitus superveniat; cum superveniens, jurisdictionem non tollat, sed tantum impediat, & suspendat, donec recuperetur libertas; unde libertate recuperata jure postliminii reassumit omnia bona, & jura pristina, *§. sed si ab hostibus cum duobus sequentibus Instit. quibus modis Jus Patr. Potest. solvatur*, *L. 1. & tot. tit. ff. de Captiv. & postlim. revers.* Sic licet furiosus nequeat 20
esse Judex, *dic. §. non autem*, si nimirum furor sit a principio, non ita tamen si superveniat; cum superveniens, jurisdictionem non tollat, sed dumtaxat impediat, suspendatque, donec sanitas recuperetur, *L. Judex datus ff. de Judiciis*: Sic etiam licet Episcopus, captus ab hostibus, nequeat durante captivitate jurisdictionem exercere; non tamen illam deperdit; sed illius dumtaxat impeditum, & suspensum, donec liber evadat, usum habet, ac exercitium, *text. in c. Si Episcopus 3. de suppl. neglig. Prælat. in 6. & §. sed si ab hostibus instit. quibus modis Jus Patr. Pot. solv.* ac *L. Postliminii*, *& tot. fere tit. ff. de capt. & postlim. rever.*

Nec officit, quod Officium Judicis Regularium 21
Conservatoris per mortem naturalem exspiret, non suspendatur. Lata siquidem inter naturalem, & civilem mortem obviat disparitas: cum illa tollat omne jurisdictionis fundamentum, quod est vita: non tamen hæc, quæ relinquit potentiam, seu jurisdictionem in habitu, licet tollat jurisdictionem in actu; seu exercitium, & usum illius. Quod tamen satis superque est, ne quis transmittere efficaciter possit jurisdictionem in alium, ut melius infra de Excommunicatione, & Suspensione videbimus.

Per supervenientem igitur servitutem officium 22
Conservatoris non exspirat, sed suspenditur: unde si Conservator deputatus sit solus, durante in ipso servitute, nullatenus procedere potest; sed expectandus est successor in dignitate in casibus, in quibus eo ipso cum dignitate transeat jurisdictio Conservatoris, de quo puncto infra. Vel eligendus alius, si pars id in facultatibus habeat. Vel tandem recurrendum ad Papam, qui alium assignet,

gnet, vel adjunctum, *c. Si is, cui Causa, de Off. Deleg. in 6. cum simil.*

23 Quod si deputatus sit simul cum alio, & cum Clausula [quod si non omnes;] recurrendum ad Collegam, qui solus procedere valet propter impotentiam alterius: & multo magis, si ambo deputati sint in solidum, *tex. de c. Cum plures v. porro*. Idque, seu tempore servitutis supervenientis negotium cœptum sit, sive non cœptum; cum allegata jura, & Doctores non distinguant, & militet eadem ratio: immo & expresse caveat laudatus *textus cit. c. Cum plures vers. porro*, scilicet quod uno taliter Delegatorum negotium commissum inchoante, poterunt alii se de eodem intromittere, si vel infirmitate, vel alia justa causa contigerit impediri. Nisi tamen impeditus (notant ibidem *Gloss.*, & Doctores) Subconservatorem instituisset, qui jam cœpisset, jurisdictione uti: quia tunc opus est, quod etiam Subconservator impediatur, ut sine eo Conservatoris substituentis collega non impeditus procedat. Addit *Joannes Andreas ibidem verbo nequibunt*, quod si Conservatores deputati sint cum dicta Clausula. [Quod si non omnes]; tunc impeditus, cessante impedimento, etiam post cœptum negotium admittendus sit.

24 Quæ hactenus dicta sunt de servitute, quę maxima capitis diminutio est, procedunt, & quidem a fortiori, de Exilio, quæ minor capitis est diminutio. Si enim per servitutem, qua Civitas insimul cum libertate deperditur, suspendatur, non exspiret Judicis Regularium Conservatoris officium; a fortiori non exspirabit, sed dumtaxat suspendetur ejusdem Judicis Conservatoris officium per Exilium, quo sola Civitas, non etiam libertas amittitur.

25 Quoad secundam partem de Excommunicatione probatur assertio, tum ex textu expresso in *c. Ad probandum de senten. & re Judic.*, & *in c. Si is, cui, ubi Gloss. & Doctores* passim tum ex eo, quod Generale sit, ut per excommunicationem suspendatur jurisdictio cujusvis judicis, etiam laici, ejusque exercitium, ususque tollitur, donec absolutio habeatur; *can. Audivimus 24. q. 1. dic. cap. Ad probandum de sent. ex re Judic. c. Adversus de Imm. Eccles. c. Excommunicamus, §. credentes, de Haret. c. Romana 1. de Offic. Vicar. in 6., Ugolin. de censur. tab. 1. c. 4. §. 4. & tab. 2. c. 11. in princ. Sayr. de censur. lib. 2. c. 6. n. 1. & 2., & alii*, quibus patrocinatur eximius *Suarez disp. 14. sect. 1. n. 1., & 2.* adeo ut, exemplicat *Ugolin. dic. c. 11. a n. 3. cum aliis*, sententiæ, latæ a Judice Excommunicato, nullæ sint; & nulla delegatio, seu concessio Judicis facta; nullique demum actus jurisdictionis, etiam voluntariæ.

26 Quamobrem ubi duo sint Conservatores dati *simul*, vel *simpliciter*; si alter eorum sit excommunicatus, alter solus nulliter procedet, ut liquet de delegato ex *cit. c. Ad probandum*. Deputati vero cum Clausula. [Si non omnes]; licet procedere queat ille, qui non est Excommunicatus, sine collega excommunicato, *dic. c. Sciscitatus, ibique Gloss.*, si tamen cum excommunicato procedat, nulliter procedet, *Abb. in c. Cum super Abbatia, n. 10. de offic. Deleg. & dicta c. Ad probandum n. 4.* & ex eo *Soc. in cit. c. Sacris num. 269. de sent. Excomm. Sayr. ubi supra nu. 16., Ugol. dic. c. 11. §. 1. n. 3.* qui tamen limitant, nisi in hoc casu adesset clausula: [Et prædicta facimus tam conjunctim, quam divisim, sive in solidum, & omni meliori modo &c.]

27 Hactenus dicta procedunt de Conservatore Excommunicato, & quidem denuntiato; vel ita notorio Clerici percussore, ut nulla possit tergiversatione celari, nec aliquo suffragio excusari, juxta *Extravag.* Martini Quinti *in cap.* [Ad evitanda scandala], ut notant Doctores passim cum *Suarez disp. 14. sect. 1. n. 4., Sayr. lib. 2. c. 6. n. 1., & cap. 12. n. 6., Sanch. de Matr. lib. 3. disp. 22. n. 31. & 32.*, Cum Excommunicatus non denuntiatus, vel percussor Clerici non Notorius modo dicto, vitandus non sit, valide procedat, donec pro tali fuerit declaratus.

28 Quoad tertiam denique partem de suspensione probatur assertio; quia suspensio si sit simpliciter lata, ea suspensionem inducit a Jurisdictione, ut probat *tex. in c. Quia diversitatem, de concess. prabenda*, & docent *Ugolin. de Censur. dic. tab. 4. cap. 14. §. 1.*, & *Suarez disp. 25. Sect. 2. a num. 7.* contendentes, suspensum per dictam suspensionem simpliciter latam censeri ab officio, & beneficio quoque suspensum. Suspensio autem ab officio suspensionem etiam continet a jurisdictione, ut docent passim Doctores in *c. Cum dilectus, de consuet. Ugol. tab. 2. c. 11. in princ., & tab. 4. cap. 6. §. 1., Sayr. lib. 4. c. 5. a n. 1. Suarez disp. 26. sect. 1. n. 3. & 4.*, & alii. Si vero est suspensio specialis a Jurisdictione, extra dubium est, ut probant *Sayr. lib. 4. c. 4. n. 20., Ugol. tab. 4. c. 6. §. ultim., & cap. 11. fere per tot., & alii*.

29 Quamvis, ut per suspensionem Conservator amittat jurisdictionis usum, & exercitium, saltem quoad validitatem actuum, debeat etiam esse denuntiatus; non secus, ac ex supradictis ut per Excommunicationem illum deperdat, ut notant *Suarez disp. 36. sect. 2. n. 2. Sayr. c. 12. nu. 24., Covarr. in c. Alma Mater par. 1. §. 2. n. 6. §. 6. n. 8., & §. 12. num. 4. de sent. Excomm. in 6., Ugol. de cens. tab. 1. c. 13. §. 7. n. 1. & 2., & alii*.





ARTICULUS TRIGESIMUS OCTAVUS.

An Officium Judicis Regularium Conservatoris exspiret, aut suspendatur, vel transeat in Successorem per dimissionem, aut mutationem dignitatis.

Ubi

Quænam Dignitas proprie habeat Successorem. Et quandonam commissio, seu Deputatio Conservatoris censenda sit realis, & transiens in Successorem, quando Personalis, & in illum non transiens.

1 Dico I. Officium Judicis Regularium Conservatoris quamvis per mortem Civilem stricte sumptam, seu per servitutem, Exilium, &c., Et per late acceptam, puta per Excommunicationem, & suspensionem non exspiret, sed suspendatur ex dictis; non exspirat tamen, immo neque suspenditur, seu quoad negotia cœpta, sive etiam quoad non cępta per renuntiationem dignitatis, aliumve modum, quo dignitas, ad deputationem Conservatoris requisita, & cujus titulo fuit Regularium Conservator Electus, post ejusdem ereationem amittitur; quæ sane dignitatis amissio per renuntiationem, aliumve modum contingens; una est ex speciebus mortis Civilis late sumptæ, ut ex *cap. In Apibus*, §. *ecce 7. quæst.* 1. cum aliis de renuntiante beneficio comprobat *Flamin. de resignat. Benef. lib.* 1. *quæst.* 16. *n.* 27., & *l.* 3. *q.* 3. *n.* 10., & *q.* 5. *n.* 32. immo neque transit in successorem, si deputatio Conservatoris sit Personalis, seu facta sub nomine personæ; licet in successorem transeat, si deputatio realis sit, seu sub nomine dignitatis facta.

Assertio propugnatur a *Confett. in summar. mater. Privil. Mendic. tit.* 4. *Cap.* 5. *vers. Canonici quoque*, *Moneta de Conserv. cap.* 10. *quæst.* 3. *conclus.* 4. *a num.* 172., & *conclus.* 5. *a n.* 201. Et

2 Quoad primam partem, quod nimirum Conservatoris Officium non exspiret, nec suspendatur quoad negotia, seu cępta, sive etiam non cępta, per renunciationem dignitatis, immo neque transeat in dignitati succedentem, si deputatio sit personalis, seu facta sub nomine Personæ, convincitur paritate Delegati Apostolici, cujus munus alicui sub nomine proprio commissum non exspirat, neque suspenditur, nec transit in successorem per amissionem qualitatis, cujus intuitu delegatio commissa est; cum satis superque sit, illam adfuisse tempore Electionis, seu deputationis ejusdem, nec requiritur, quod etiam tempore exequutionis, & processus existat, ac perseveret, ut docet *Gloss. in c. Statutum v. Canonicis in fin. de rescript. in 6.*, ubi de Canonico Cathedralis, Apostolicæ Sedis Delegato ratione Canonicatus indistincte pronuntiat, quod modo sit Canonicus tempore datæ commissionis, licet talis non sit tempore præsentationis, poterit utique procedere. Quam Glossæ 3 doctrinam amplectuntur passim doctores ex illa ratione; quia cum disponens requirit aliquam qualitatem pro certo tempore; sufficit, quod ea adsit illo tempore, ut ex variis juribus probat *Dec. in c. Quoniam, Abbas n. 6. de Offic. Delegat.*, *Imol. Clement.* 2. *num.* 14. *de rescript.*, *Tiraquell. tract. Caus. cess. limit.* 4. *n.* 1. & 3., *Sanchez fuse lib.* 8. *de matr. disp.* 37. *num.* 28., & alii. Item alia *Gloss. in dicta Clemen.* 2. *vers. principalis*; asserens 4 absolute, quod Officialis, seu Vicarius Episcopi principalis, si desinat esse Vicarius, non proinde delegatio illi facta sub nomine proprio exspiret. Item *Gloss. Bern. in dicto cap. Quoniam Abbas*, *v.* 5 *Substitutum*, *de Off. Delegati*, sustinens delegationem, alicui sub nomine proprio factam, non transire ad Successorem Delegati præmortui, aut dignitatem amittentis. Quod etiam docent *Sanchez de Matrim. l.* 8. *cit. disp.* 27. *n.* 22., & alii communiter. Sed in proposito Judex Regularium Conservator & ipse Delegatus Apostolicus est; & de Apostolico Delegato Bonifacius VIII. in *c. Statutum in prin.* videtur qualitatem dignitatis, personatus, Canonicatus Cathedralis &c. requirere tempore commissionis dumtaxat, dum ait: [sancimus igitur, ut nullis, nisi dignitate præditis, aut personatum obtinentibus, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonicis, Causæ auctoritate litterarum Sedis Apostolicæ, vel Legatorum ejusdem de cetero committantur. Et hisce iisdem fere verbis, quibus usus est loquens de delegato, utitur etiam idem Bonifaciu s, loquens de Conservatore in *cap.*

fin. de

fin. de Offic. Jud. deleg. in 6. sic [Hac Constitutione, perpetuo valitura, sancimus, ut Conservatores de cetero deputari non possint, nisi Episcopi, vel eorum Superiores, aut Abbates, seu dignitates, vel Personatus in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis obtinentes.] Ergo &c.

6 Confirmatur assertio nostra quoad primam sui partem ex declaratione *Sac. Congr. die 21. Maji 1587.*, quam refert *Peyr. §. 3. num. 17.*

7 Nec officit, quod tam Delegatus ex *dic. cap. Statutum v. in nullo quoque*, quam Conservator ex *cit. cap. final. v. Vices quoque*, nequeant committere vices suas, nisi unam habenti ex qualitatibus prædictis; sicque videatur, quod idem facere debeat, in quacomque parte Judicii vices suas committere velint; cum præsertim inconveniens videatur, quod aliquis, nullam habens ex requisitis qualitatibus, eo quod illam dimiserit, postquam ei commissa fuerit causa, vel electus, seu deputatus in Conservatorem; teneatur committere vices suas, non nisi aliquam ex illis qualitatibus habenti; & sic Subdelegatus debeat esse dignior delegante, & subconservator Conservatore, ut arguunt nonnulli apud *Monetam citatum num. 173.*

8 Non officit, inquam; cum inconveniens non sit, quod aliqua persona, non qualificata tempore subdelegationis, qualificata tamen tempore delegationis, teneatur propter specialem canonis dispositionem subdelegare alicui personæ qualificatæ; quæ etiamsi talem qualitatem dimittat, retentura sit subdelegationem: quemadmodum delegationem retinet delegatus, sua qualitate dimissa, propter identitatem rationis: & aliunde delegatus licet suam qualitatem dimiserit, aliquando tamen eam habuit; cujus proinde aliquem adhuc retinet fulgorem, *L. Senatorem ff. de Senator. L. fin. ff. de Decur.* cum aliis, quæ adducit *Tiraquell. tract. cess. lim. 15. per tot.*

9 Nec item officit, quod Ideo voluit Pontifex, ut causæ committerentur talibus personis qualificatis, ne, ut putat *Glos. dic. cap. Statutum in princ. v. Committantur, laudata a Dec. in cap. quoniam Abbas n. 6. de offic. deleg. & Imol. d. Clem. 2. n. 13.*, ne, inquam, per vilem, & pannosum clericum Papa repræsentetur; quod in vilipendium cederet Apostolicæ Sedis, *Arg. can. in Sacerdotibus dist. 61.* Quæ profecto ratio nedum locum habet in principio delegationis, sed etiam in medio, & fine, & in qualibet parte Processus.

10 Non officit, inquam: quia, ut respondet *Imola dict. n. 14.* & *Dec. in dic. cap. Quoniam Abbas n. 6.* assignata non est causa finalis; sed dumtaxat impulsiva, ob quam voluit Pontifex, ut causæ a Sede Apostolica prædictis personis qualificatis de cetero committerentur. Causa igitur finalis est, quoniam communiter Personæ, in dignitate constitutæ, reperiuntur habiles, & intelliguntur honestiores, & fideliores, cum jam fuerint in assumptione dignitatis approbatæ, *cap. nihil de Elect. & cap. Jamdudum de præben.* quod etiam sentit *Glos. communiter approbata dict. v. Canonicis v. nota ergo*, ubi alia ad id congerit jura.

11 Quæ de qualitate dignitatis dicta sunt, proportionaliter intelligenda de qualitate Judicis Synodalis: ob cujus nimirum omissionem nec exspirat, nec suspenditur, neque transit in successorem Conservatoris Officium, si semel intercesserit in ejus deputatione; cum eadem utrobique militet ratio. Et hic etiam faveat declaratio *Sacr. Congreg. Episc. & Regul. 21. Augusti 1645.* tenoris sequentis [non exspirat jurisdictio Conservatoris rite electi ex eo, quod postea desinat esse Judex Synodalis] apud *Nicol. in Lucubr. tom. 2. Capen. lib. 1. de Conserv. n. 11., & alios.*

Atque hic advertendum, Primam hanc nostræ 12
conclusionis Partem procedere, primo, ubi qualitas dignitatis amitteretur, & non per adventum alterius qualitatis oppositæ: ut si, prædictus Ecclesiastica dignitate, Matrimonium contraheret: tunc enim conservator una cum amissione qualitatis jacturam jurisdictionis pateretur, ut post alios docet *Sanchez lib. 8. de Matr. disp. 27. n. 17.*

Et Secundo procedere, ubi eadem dignitatis 13
qualitas amitteretur, & non ob delictum: ut si quis ob aliquod patratum crimen a dignitate amoveretur, uti notant *Imol. 1. cit., Franc. d. cap. Statutum v. Secus autem; Dec. dic. cap. Quoniam Abbas num. 6. ex Bald. in cit. L. Generaliter per tex. in L. Cassius, de Senator.*, ubi cavetur, quod Senator, amotus a dignitate ob turpitudinem, Judex esse non possit; & docet *Sanchez ubi supra num. 26.* Quod tamen est limitandum, nisi foret toleratus: nam interim usque dum repellatur, potest procedere, *cap. ultim. 15. quæst. ult. cap. Inter dilectos, de excess. Prælat. & cap. ad probandum, de re judicat. Glos. singularis in Sum. 3. quæst. 7.* Et ubi a dignitate fuerit remotus, non autem ab administratione dumtaxat, vel ab ea suspensus, ut notat *Archid. in cap. Audivimus 24. quæst. 1.* & tradunt passim Doctores *in cap. Si uns §. 1. de Cler. ægrot.*

Moneta loco supra citato Conclus. 4. num. 172. 14
nostram sententiam intrepide propugnat, quoad negotia cœpta; dubitative vero procedit quoad non cœpta. Et *num. 180.* illam temperat quoad eadem negotia non cœpta, requirens, ut saltem fuerit transmissa citatio, & sic perpetuata jurisdictio: idque ob auctoritatem *Speculatoris*, qui *tit. de Jud. deleg. §. fin. v. quid si causa*, insinuat; quod, ad hoc ut persona qualificata, qualitatem dimittens, possit esse delegatus, requiratur citatio. Quod etiam voluit *Franc. in* Canonico a Canonicatu remoto. *dic. cap. Statutum in princ. v. secus autem, & v. adverte 1.* Verum ut illos id male insinuasse, quippe contra communem sententiam, definit ibi *Monet. n. 176.*, ita hic male propter eorum auctoritatem contra sententiam communem, & propriam de Delegato prædictum ipse temperamentum assumit.

Rursus *Francum* in eo, quod citationem re- 15
quirat in Canonico, a Canonicatu remoto, parum sibi constare reprehendit, eo quod paulo ante cum ceteris dixerit, sufficere, eam qualitatem adesse tempore delegationis, licet postea non adesset tempore præsentationis. Sed ut parum sibi constans ipse quoque reprehendendus est *Moneta*, docens quoad Negotia cœpta non exspirare Conservatoris officium, qualitate dimissa; sicut & quoad non cœpta, ubi transmissa fuerit citatio: cum post citationem jam negotia dicantur cœpta, cœptum Judicium, commissio cœpta, translata efficaciter, & perpetuata Jurisdictio, ut pluribi ipsemet insinuat *Moneta* præsertim *n. 57., 180., 202.*, & alibi; ac omnibus est in Confesso. Item *Conclus. 5. n. 201.*, ubi asserens; quod Personalis deputatio Conservatoris, vacante dignitate, non transeat in successorem; sed citra casum mortis naturalis potest ipse deputatus Conservator procedere; idem asserit, quod *Concl. 4. cit. n. 173.* scilicet, quod vacante dignitate, ratione cujus quis electus est Conservator, ejus potestas non exspirat, neque suspenditur; sicque nihil diversum in *quinta Conclusione* dicit ab eo, quod dixerat in *quarta*. Quod si in hac dubitatione procedat quoad

ad negotia oon cœpta; non cohæret sibi ipsi *Moneta in supra dicta quinta Conclusione num.* 201. & 202. ubi procedit iotrepide etiam quoad eadem noo cœpta negotia, sic: [ex quo aperte sequitur, quod non transit in successorem in Officio, aus dignitate, quod expresse voluit *Glos. Bern. in cap. Quoniam Abbas. v. Substitutum, dr offic. deleg.* ab omnibus Doctoribus ibidem recepta, docens delegationem, alicui sub nomine proprio factem, non transire ad successorem delegati præmortui, aut dignitatem amittentis, ut per *Sanchez lib.* 8. *de Matr. disp.* 27. *num.* 22. Et cum *præd. Glos.*, & Doctores ooo distinguant qooad hoc de negotiis cœptis, vel oon cœptis; immo tempore commissionis noo dicatur negotium cœptum, quoniam sequuta noo est citatio; & in utrisque eadem plane ratio esse videtur, dicendum quoque erit, hanc priurem Conclusionis partem procedere, tam quoad negotia cœpta, quam non cœpta, prout in specie post *Franc.* tenet *Sanchez*, satisque probat *dic. disp.* 27. *n.* 25.] Hactenus *Monet.* in quo, ut liquet, sibi ipsi manifeste contradicit: unde de incohærentia eamdem objurgatiooem meretur, quam ipse alteri non dissimulat.

16 Assertio quoad secundam partem, videlicet, quod Conservatoris officium, sub oomine dignitatis, transeat in successorem; probarur ex §. & *hoc vero jubemus Auth. Ut nulli Judicum col.* 9. *ubi* sic habet Imperator [& hoc vero jubemus observari ab omni administrarore, us si contingerit in scriptis nostram jussionem fieri ad aliquem Judicem, & interea iste quiescas ab administratione, is qui post illum suscepit dignitatem, accipiat eam, & insinuet: & si quidem privata est causa, implere eam, & assequi, quemadmodum ad eam promeroit rescriptum.]

17 Et ex paritate vacationis dignitatis per mortem oaturalem, in qua Jurisdictio transit ad successorem, ut liquet ex *L. Mortuo Judice. ff. de Judiciis*, ubi Paulus Jurisconsultus ait: Mortuo Judice, quod eum judicare oportuerat, idem eum, qui subditus est, sequi oportere: & *cap. Pastoralis. §. præterea, dr offic. ordinar.*, ubi sancirur, quod [Mortuo delegato, qui excommunicavit; nemo absolvere poterir, nisi Papa (per se, vel per alium, ut supplet Glossa) aut ille, qui tali Delegato succedit in onere, & honore;] Et *dicto cap. Quoniam Abbas*, ubi statuirur: quod facta delegatione duobus simpliciter sub nominibus dignitatum, seu locorum, si, eorum altero præmortuo, superstes in causæ cognirione sibi successorem adjungat, rata, & firma est eorum sen-
18 tentia ex capite Jurisdictionis. Quorum ratio a priori illa est, quia dignitas., cui fit commissio, numquam moritur, *cap. si gratiose de rescriptis in* 6., adeoque si illam habens decedat, transit in successorem, quippe qui ut habens talem dignitatem censetur una, eademque Persona cum præcedente. Jam cum eadem militet ratio in morte civili, quæ in oaturali; eademque dignitas numquam moriatur, neque per mortem civilem, neque per naturalem habentis illam; eadem dicenda est, militare juris dispositio, *L. illud ff. ad L. Aquiliam*, & *L. A Titio ff. de Verb. oblig. cum simil.*

19 Demum probatur secuoda nostræ Assertionis pars ex auctoritate Doctorum in *d. cap. Quoniam Abbas, d. cap. Statutum*, & *dic. Clemen.* 2. quos inter, in specie de Translato, docet *Hostiens. in summa tit. de rescrip. Jud. deleg. §. ultim. circa medium* per *tex. in cap. Si quis jam translatus* 21. *quæst.* 2., *cap. de Multa de præben.*, *cap. Relatum il* 2. *de testament.* & *cap. in Apibus §. Ecce* 7. *quæst.* 1. Sicut & notant *Bern. in d. cap. Quoniam Abbas, dec. in L. More n.* 54. *ff. de Jurisd. omn. Jud.*, & post alios *Sanchez cit. disp.* 27. *n.* 7. & 24. Quibus subscribit *Moneta n.* 206.

Atque hic notandum secundam hanc nostræ Assertionis partem procedere tam re integra, quam non integra, seu quoad negotia tam ooo cœpta, quam cœpta: quia ratio illa a priori, supra insinuata, quod dignitas numquam moritur, in qua præsertim fundatur hujusmodi delegationis transitus in successorem, æque militat in negotiis oon cœptis, quam in cœptis. 20

Quæ cum ita siot; officium Judicis Regularium Conservatoris, sub nomine dignitatis commissum, seu per renuntiarionem, sive alio quovis modo illa vacet, in successorem transmittitur, unde Commendatarius sub nomine Commendæ in Conservatorem deputatus, si illam renuntiet, jurisdictio transit ad successorem in commenda, *Purpurat. l.* 1. *n.* 274. *ff. de officio ejus, cui mandata est Jurisdictio*, *Dec. cit. cap. quoniam Abbas num.* 4., & alii. 21

Vicarius Generalis Episcopi, Electus Conservator ut Vicarius, si a Vicariatu removeatur, Conservatoria Officium transmittitur in Vicarium, qui post ipsum eligitur, ut docent *Glos. in d. Clemen.* 2. *ver. Principalis, Zenzel.*, & *Card. ibidem n.* 6., *Jacob. de Puteo*, dicens sic in *Rota* decisum esse *decis.* 487. *n.* 1. *lib.* 2. *Flamin. de resignat. Benefic. lib.* 1. *quæst.* 11. *ad finem*, & alii: motiex eo, quod 22
Vicarius nomen dignisatis sit, immo & ordinariæ, ut docent complures cum *Sbroz. de offic. Vicarii lib.* 2. *quæst.* 55. *n.* 9., & *Sanchez de Matrimon. lib.* 3. *disp.* 29. *n.* 3. Vereque successorem habeat in officio, *ex cap.* 1. *de offic. Vicar. in* 6. ubi vult textus, substitutum in Vicariatu repræsentare, & gerere vices illius, qui prius erat Vicarius, sic [illos, qui vices ipsius gerunt]. ubi *Glos. v. ipsius ait*: [Officialis, vel Officialatus.]

Et etiamsi, addit hic *Abbas in cap. quoniam Abbas num.* 12. proprie, & stricte Vicarius Episcopi dignitatem non sonet, nec rigorosum successorem habeat in officio, ut malunt alii apud *Sanchez l.* 8. *de matrim. disp.* 27. *n.* 8., contendentes proinde, Conservatoris Officium, sub nomine Vicariatus illi, qui Vicarius est, commissum, per ejus vacationem non transire in successorem; adhuc tamen in successorem transit: quia hæc est mens Pontificis, vereque consideratur ab ipso Vicarii Tribunal, dum hujusmodi commissiones delegat sub nomine Vicariatus. Quod, teste *Sanchez, ubi supra n.* 10., praxis ipsa satis testatur; suadetque prudens, & suavis Ecclesiæ Gubernatio. Cum enim commissiones dispensationum, in foro externo concessarum, dirigantur semper officiali diœcesano, si personales esset, & non reales, non raro perirent, magnæque expensæ in aliis impetrandis rescriptis persæpe fieri, oporteret. 23

Quod de Episcopi Generali Vicario dictum est, intelligendum vult *Sanchez loc. cit.* etiam de Vicario sede vacante, ac Prælatorum habentium jurisdictionem quasi Episcopalem in sua diœcesi, nulli Episcopo subjecta: quia militat eadem ratio, & ipsamet praxis ita docet. Sicut & de Vicario Episcopi confirmati, licet nondum adhuc consecrati, ut addit laudatus *Sanchez n.* 35. E contra tamen 24

Non transmittitur ad successorem Conservatoris officium, deputatum Canonico Cathedralis Ecclesiæ sub oomine Canonicatus, si a Canonicato removeatur, vel alio quovis modo desinat esse Canonicus, *Glos. d. Cap. Statutum v. Canonicis, ibique* 25

Franc.,

Franc., *Gemin.*, *sicut & Imola*, & *alii in d. Clement. 2.*, *& Abb. Felin.* , *ec.*, *aliique per multi in d. Cap. Quoniam Abbas.* quorum sententiam communem nuncupat *Dec. num. 7. & 8.* addens, id nedum procedere, si Ecclesia sit receptiva, seu determinatum canonicorum, & præbendarum numerum non habens; cum tunc canonicatus ille ad successorem non transeat & cum persona extinguatur, utpote successorem non agnoscens, *Cap. Dilecto de præbend.*, sed etiam si Ecclesia sit numerata, seu certum habeat numerum Canonicorum, & præbendarum: quorum ratio est: quia Canonicatus proprie successorem non habet: unde exspirat cum Persona, *Cap. Dilecto de præbend.*, & pari ratione commissio illi facta sub nomine Canonicatus sicque perinde se haberet talis deputatio, & commissio, sub nomine Canonicatus facta, ac si emanata fuisset sub nomine Personæ.

27 Nihilominus addit laudatus *Sanchez ubi sup. n. 12.*, quamvis hoc in rigore verum sit; ex mente tamen Pontificis oppositum est decidendum; adeoque bene transire in alium, cui Canonicatus ille collatus est, Conservatoris officium, Canonico sub nomine Canonicatus deputatum, ubi hic quacumque ratione Canonicatum dimiserit.

28 Neque transmittitur Conservatoris officium, uni factum sub duplici nomine appellativo, quorum tamen alterum Jurisdictionis capax non est: ut si committatur *Præposito* , *& Capellano nostro*: neque transmittitur, inquam, ad eum, qui successor est in sola Capellania, non autem in præpositura, sed ad eum, qui in præpositura successor est, si duo distincti succederent in dictis officiis, *Abb. in dict. Cap. Quoniam Abbas n. 12. dec. ibidem n. 10.* & alii.

29 Quamvis ex adverso si Conservatoris jurisdictio uni Commissa sit, habenti duas dignitates, ceteroqui ad Conservatoris officium etiam divisim sufficientes: & bis ille destituatur; easdemque obtineant duæ Personæ distinctæ, ad utramque personam munus Conservatoris gradum faciat, *Abb. in d. Cap. Quoniam Abbas num. 13. Jo: Andr. in Cap. Rationi col. 3. vers. tertio vero casu de Reg. Jur. in 6. Alex. in L. qui liberis §. pr. ff. de vulgar. & Pupill. dec. in cit. cap. Quoniam Abbas num. 11.*

30 Quemadmodum si inversa vice munus Conservatoris commissum sit duobus sub nomine appellativo, puta Archidiaconatus, & Præpositutæ, & unus a dignitate deficiat, quam obtineat alter, propria dignitate retenta, hic in munere succedit in solidum, ut contra *Gul. cum. in L. de die §. si fidejussor, ff. qui satis dare , & ibi Alexand. in fine*, docent *Joan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de Judic. deleg. §. restat.*, & *d. Cap. Rationi col. 4. Lap. alleg. 88. col. 2.*, *& Dec. in cit. Cap. Quoniam Abb. n. 12.*, quibus favet *textus in Cap. Quamvis, Cap. Licet , Cap. cum causa & Cap. super quæstionibus §. si vero de offic. deleg.*, quibus cavetur, quod ubi duo sint delegati, etiam simpliciter, possit alter judicum collegæ suam causam delegare, ut ipse solus procedat in ea.

31 Neque demum transmittitur Conservatoris officium, quod erat in Episcopo, vacante Sede per mortem ejusdem naturalem, aut etiam civilem, puta per servitutem, aut per renunciationem, translationem, depositionem &c., in Capitulum Sede vac., donec Ecclesia de successore provideatur. Quia licet transferatur in Capitulum Sed. vac. per mortem naturalem Episcopi ordinaria ipsius jurisdictio, & quidquid ipsi competit jure communi, & proprio Episcopi, eo ipso quod Episcopus est, *ex Cap. Illa , & Cap. fin. ne Sede vac. Cap. Ad abolendam de hæretic. Cap. Cum olim, & Cap. His, de Major. & obed. Cap. 1. eodem tit. in 6. Cap. penul. & ult. de suppl. neglig. prælat. Cap. unic. de Instit. Cap. cum nullus, de temp. ordin. eod. lib. Clemen. statutum de Elect.* sicut & per mortem civilem servitutis, *ex d. Cap. pen.* quin & renunciationis, translationis, depositionis &c., *ex Glos. Com. recepta dic. Cap. penul. ver. mortem*; non transfertur tamen jurisdictio delegata, ut ex allatis juribus firmant passim doctores cum *Pavin. de potest. Cap. sed. vac. p. 1. quest. 19. Feder. de Sen. cons. 30. Franc.*, qui de communi testatur *dic. Cap. unic., de major. & obed. in 6.* Nec quidquid Episcopo competit jure aliquo speciali, sive accidentali; ut præter alios docent *Felin. in Cap. Eam te, de rescrip.*, *Innoc. in Cap. Cum in cunctis n. 7. de Elect.*, & *Abb. in Cap. Verum n. 9. de foro Compet.* Atqui jurisdictio Conservatoria est simpliciter delegata: nec, nisi ex jure speciali seu accidentali competit, sive ex speciali commissione Apostolicæ Sedis, aut speciali facultate illum eligendi, ab Apostolica Sede derivata: ergo Sede Episcopali vacante per mortem qua civilem, qua naturalem Episcopi Conservatoris, Conservatoria ipsius jurisdictio non transit in Capitulum, donec successor in Episcopatu supponatur.

Hic tamen pro Coronide duo supersunt necessario expedienda, & 32

Primum; quænam sit dignitas, quæ proprie successorem habeat, adeoque illi Commissio facta ad successorem transmittatur.

Secundum; quandonam Commissio, seu deputatio Conservatoris censenda sit personalis, quando vero realis: non enim præcise quia potestas Conservatoris alicui committitur, expresso solo nomine personæ, ut *Committimus Petro*; statim Commissio dicenda est Personalis; quemadmodum neque statim censenda realis, præcise quia Potestas committitur expresso dumtaxat nomine dignitatis, ut *Committimus Archiepiscopo Messanensi*: cum possit aliquando commissio fieri expresso dumtaxat Nomine dignitatis, & tamen illa realis non sit, sed Personalis: ut si Pontifex munus committat Archiepiscopo Messanensi, solo dignitatis Nomine expresso, declarans tamen *se illi committere ob peculiarem scientiæ, ac probitatis notitiam, quam habet de illo*. Quemadmodum ex adverso potest delegatio committi expresso solum nomine personæ, & nihilominus illa personalis non sit, sed realis: ut si Papa causam eidem deleget sic: *Thomæ, cui Pastoralis solicitudo in diœcesi Messanensi, cum veneratione, & timore subditorum animos devinxit; committimus &c.* Et aliquando potest delegari munus utroque nomine expresso, ita nimirum, ut præcedat Nomen personæ, ut *Committimus Thomæ Archiepiscopo Messanensi*: quandoque vero præcedat Nomen dignitatis, ut *Archiepiscopo Messanensi Thomæ de Vidal Committimus*, in quo casu num personalis, an realis dicenda sit commissio, dubium & anceps est. Et ad primum expediendum, 33

Dico secundo, Illa dignitas proprie successorem habet; adeoque, commissio illi facta, ad successorem transmittitur, quovis modo ea vacet in prædecessore, quæ erigitur in perpetuum in Ecclesia, ut optime tradit *Dominicus in cap. statutum n. 8. de rescript. in 6.* Ad secundum expediendum, 34

Dico tertio ad dignoscendum quando Commissio, seu deputatio Conservatoris sit personalis, quando vero realis, illa traditur regula generalis a Doctoribus cum *Sanchez cit. disp. 27. num. 3.* quod nimirum, si ex toto Commissionis contextu, aut ex subjecta materia colligatur, Committentem 35

tem habuisse respectum ad personam, quantumvis Commissio facta esset sub nomine dignitatis; illa censenda sit personalis: Sin autem colligatur, dignitatem respexisse, quantumvis facta dispositio fo-
36 ret cum sola expressione personæ, commissio dicenda realis. Er recte quidem; quia una præsumptio tollit alteram, & major minorem, *L. Divus. ubi Bart. not. 2. ff. de in integram rest.* & *cap. literas, ibique Abbas, & alii de præsumpt. Gloss. final. in cap. Transmissæ, qui fil. sint legit.* sicut & præsumptio specialis tollit generalem, *Bart. in L. cum de indebito in primum ff. de probat., Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst.* 30. fortior autem est præsumptio, quæ ex verbis peculiaribus ipsius commissionis, aut ex subjecta materia sumitur, utpote quæ peculiaris est, quam generalis desumpta ab expressione Nominis, aut dignitatis personæ. Ergo &c.

37 Quod si neque ex contextu verborum, neque ex subjecta materia deduci queat, num committens respectum habuerit ad personam, an vero ad dignitatem; in hoc dubio id ex Nominis expressione conjectandum, ita nimirum, ut si in commissione expressum dumtaxat sit nomen personæ, aut ejusdem cognomen, Commissio reputanda sit personalis: sin autem expressum sit Nomen dignitatis, illa sit censenda realis; ut manifeste probatur ex *cap. quoniam Abbas de Offic. deleg.* ibi [quia sub expressis nominibus locorum, & non Personarum commissio emanavit:] *locorum*, idest *dignitatum*, quæ locis præsunt, ut explicat *ib. Panorm. n.* 8.

38 Quod si in commissione utrumque Nomen expressum reperiatur, personæ nimirum, & insimul dignitatis; & neque ex conjecturis verborum, neque ex subjecta materia colligi possit, num delegatio personalis sit, an vero realis; in hoc casu non una est Doctorum sententia: commissionem censeri realem, putat *Glos. L. cum ita 93. v. hæredi ff. de condit. & demostrat* quia prævalet qualitas dignitatis, utpote quæ potentior, ac firmior est.

39 Sed *Bart. in L. More in fine ff. de Jurisdic. omn. Jud.*, ibique *Dec. n. 55., Jason n. 65., & Curtius junior in fine, Jacobinus in L. lectura n. 33., Anchar. cap. si gratiose n. 6. de rescript. in 6., Imol. in L. si Servus Communis n. 2. in primum ff. de stipulat. servor.*, & alii, quibus subscribit *Monet cap. 10. quæst. 3. n.* 219. contendunt, attendendum esse utrum ex illis nominibus præcedat; & præcedente proprio, ut *committimus Thomæ, Archiepiscopo Messanensi*, commissionem esse personalem: realem vero, si dignitatis nomen præferatur, ut *committimus Archiepiscopo Messanensi Thomæ &c.* Ubi etenim res dubia est, intentio committentis ex ordine litteræ deducitur, *cap. mandata in fine de præben. in 6., cap. si quis justo in primum de Elect. in 6., L. quoties ff. de usu fructu.*

40 Alii tamen cum *Bart. in dic. L. si servus communis, Abbate cons. 93. in fine lib. 2., & cap. mandata n. 1. de præscript., ac cap. Quoniam Abbas n. 8. de offic. deleg.*, ubi *Cardin. quæst. penult.*, & *Dec. n. 47., & 48., Bero. n. 19.*, ubi testatur de communi, *Paulo in L. pæn. ff. de reb. dub. n. 4. Fulgos. leg. more num. 25. ff. de jurisd. Omn. Judic., Gregor. Lopez. L. 47. in fin. tit. 18. part. 3., Menoch. de Arbitr. lib. 2. quæst. 68. n. 16., & 17.* cum distinctione procedunt, ita, ut si committens notitiam habeat personæ, cui committit; tunc juxta regulam præcedentem personalis dicenda sit commissio, præcedente Nomine personæ: realis vero, si nomen dignitatis præcedat. Sin autem nullam habeat personæ Notitiam, utrumvis Nomen præponatur, dispositio censenda realis, quippe dignitati facta.

Quam sane distinctionem eruunt laudati Docto- 41
res ex dicta *L. si servus communis ff. de stipulatione servorum*; quæ, cum Servus communis stipulatur dominis suis, distinguit, num præcedat Nomen proprium, an vero appellativum: quia in dubio, quod alteri postponitur, censetur apponi non principaliter gratia disponendi, sed gratia demonstrandi. Atque hæc doctrina, inquiunt, potest etiam nostro casui adaptari: siquidem quia primo ponitur nomen proprium, & deinde appellativum dignitatis, videtur Nomen proprium principaliter considerari, & sic in eo videtur dispositio fundata: Nomen vero appellativum videtur secundario respici, & apponi demonstrationis causa, & ideo potius attenditur nomen præpositum. Eruunt etiam *ex L. penult. ff. de reb. dub.*, ubi exprimens nomen proprium, & Officii, ac in alterutro errans; videtur in dubio considerasse appellativum Officii, si non cognoscebat personas, perinde ac nomen proprium non esset adjectum. Ergo pariformiter, (arguunt citati Doctores), quando delegans nullam habet Notitiam delegati, videtur in dubio semper delegare dignitati: quando vero notitiam habet, videtur delegare, cujus nomen præponit.

Sed quamvis probabiliter omnes sentiant re- 42
censiti Doctores, ut ait *Sanchez disp. 27. cit. num. 20.*, probabilius tamen opinantur *Gloss. clem. 2. ver. principalis, de rescrip., Joan. Andr. cap. statutum n. 17. de rescript. in 6., Archid. ibi n. 4., Alex. cons. 275. col. penul. n. 5. vol. 5., Imol. cap. Quoniam Abbas n. 8., ibique Bellamer. quæst. 4. n. 13., Berous n. 21.* putant, hanc forte sententiam in puncto juris veriorem, *Tancredus, & Brixiensis*, quos laudat, & sequitur Henricus *ibi n. 14., Flamin. de resignat. Benef. lib. 2. quæst. 11. n. 12. Sanchez ubi supra*, & alii docentes, commissionem semper esse personalem, utrumvis nomen præponatur.

Quod ex eo deducit *Sanchez* primo, quia no- 43
men dignitatis generale est ad omnes, illam habentes; nomen autem proprium est speciale illius dumtaxat personæ, quæ nominatur. Sed nomen generale restringitur per speciale, ut non excedat personam nominatam. Ergo &c. minor est certa: nam ubi genus, & species in unius persona concurrunt, genus per speciem restringitur ad illam, *cap. 2. de rescriptis, cap. Statuto, de decim. in 6.*

Secundo, quia ut etiam superius insinuavimus, 44
verba debent aliquid operari, *L. Si quando ff. de legat. 1., Cap. Abbat. de verb. signific. ver. contra ques facit*, ibi [cum privilegium sit lex privata, nisi aliquid specialiter indulgeret.] Et superfluitas in lege, aut decreto vitanda est, *cap. si Papa de privil. in 6.*, ibi: [cum verba aliquid operari debeant] & *L. 3. in prin. ff. de Jurejuran.* ibi: [nec frustra adijcitur] ita, ut nec una quidem dictio, immo nec syllaba in rescriptis Pontificiis debeat esse superflua, & sine effectu aliquid operandi, *Glos. cap. solitæ cum tamquam, de major. & obed., Staphylæus de liter. grat. tit. de vi, & Effectu clausul. §. 1. n. 6. Simon de Pretis de interpretat. ult. lib. 2. interp. 3. dub. 2. solut. 5.* & alii. Sed expressio Nominis proprii superflua prorsus est, & nisi commissionem personalem esse, operaretur: nil siquidem aliud operari potest, cum alias Persona sit certa per expressionem certæ dignitatis, *L. nominatim, ff. de liber. & posthum.*

Tertio, quia textus *cap. Quoniam Abbas de Offic.* 45
Deleg., explicans, quando commissio sit realis, ait [sub expressis nominibus locorum, & non personarum] quasi dicat, ubi nulla prorsus nominis per-

personæ mentio facta est; cum negatio, quidquid post se invenit, destruit: magisque neget, quam affirmatio ponat, *Gloss. cap. Cum dilectis ver. a suspensis, de consuet.*

46 Quarto, quia a duplici eo nomine expresso duplex conjectura, & præsumptio colligitur: sed a nomine proprio specialis colligitur, & generalis a nomine dignitatis, *Bald. lib. 1. qu. 3. ff. de Offic. Consul.* ergo cum specialis vincat generalem, *Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 472. num. 14.*, & *de præsump. lib. 1. quæst. 29. num. 7.*, vincet præsumptio, & conjectura, desumpta a proprii nominis expressione, præsumptionem, & conjecturam, desumptam ab expressione dignitatis, ita, ut commissio censeatur personalis.

47 Nec officit *L. si servus communis*, in oppositum adducta: quia ibi nomen appellativum officii Pistoris æque ignotum erat, ac nomen proprium: & ideo non apparet, utrum illorum ad alterius determinationem apponatur. Secus tamen contingit in nostro casu. Quare *Gloss. citata* ait, commissionem, factam Vicario Episcopi, esse personalem, quoties nomen proprium Vicarii exprimatur. Et quamvis ipsa non explicet, etiamsi exprimatur utrumque, clare tamen videtur, etiam in hoc casu loqui, ut notat *Abb. in dict. cap. Quoniam Abb. n. 10.*

48 Advertit tamen *Sanchez n. 18.* ex *Bart. in L. si servus communis*, & ibi *Angel. in prin. ff. de stipul. serv.*, *Abb. cons. 93. lib. 2.*, & *dict. cap. Quoniam Abbas num. 8.* ac ibi *Card. quæst. penult.*, *Dec. n. 49.*, *& Bero. n. 93.*, *& 94.* quamcumque ex recensitis opinionibus amplectamur, eam limitandam esse, nisi commissio, seu dispositio redderetur omnino inutilis, altero nomine attento: tunc enim in dubio censeri debet, quod illud nomen inspectum sit, seu proprium, sive dignitatis, quod facit valere dispositionem; non autem, quod facit, eam irritam, & inutilem esse: quia in dubio ea semper interpretatio accipienda est, ut actus valeat, *l. Quoties ff. de rebus dubiis*. Sic, ut explicat *Abb. in cit. cap. Quoniam Abbas num. 9.*, si commissio fiat Francisco Peyronio Canonico Messanensi, censenda semper erit personalis, sive præponatur, sive postponatur nomen proprium: cum enim plures sint Canonici Messanenses, nisi dicamus, nomen proprium appositum esse ad personam determinandam, vana, & inutilis esset dispositio. Ve-
49 rum hanc ipsam limitationem sublimitat *Berous dic. cap. Abbas num. cit.*, nisi prædicto modo intellecta dispositio, redundaret in damnum injustum alterius; cum potius sustinendum sit, dispositionem esse vanam, & inutilem; quam damnum injuste inferri.

50 Dico quarto, Officium Judicis Regularium Conservatoris sub nomine personæ commissum, ut non exspirat, neque suspenditur, nec transit in successorem per dimissionem dignitatis, cujus titulo fuit Conservator deputatus; ita multominus per illius mutationem in aliam, puta vel superiorem, vel æqualem aut etiam inferiorem, modo tamen sufficientem, juxta dispositionem *cap. fin. de Off. Deleg. in 6.* & *cap. Statutum, de rescript. item in 6.*, Conservatorem, & delegatum rite deputandum. Transit tamen in successorem, si sub nomine dignitatis commissum sit; quemadmodum in successorem transit ex dictis Conservatoris officium, sub nomine dignitatis commissum, per dimissionem ejusdem dignitatis a prædecessore factam. Ita *Sanchez lib. 8. de Matr. disp. 27. a n. 22.*, *Monet. cap. 10. quæst. 3. n. 195.*, *Pellizzar. quæst. 12. n. 105.* & nlii frequenter.

Assertio quoad primam partem evincitur: quia 51
cum sola persona sit considerata; commissio personam sequitur instar privilegii personalis; ut arguit *Sanchez*. Utque addunt *Monet.*, & *Pellizz. loc. cit.*, ubi qualitas aliqua ob aliquam dispositionem assumitur ita, ut debeat permanere; licet regulariter, cessante qualitate, cesset dispositio, *L. si cui balnei ff. quibus modis ususfructus amitt.* secus tamen, ubi qualitas illa mutetur in melius, vel alteretur in qualitatem, non mutantem rationem disponentis; ut in specie de qualitate, requisita ad delegatum, juxta terminos *Clem. 2. de rescript.*, *& dic. cap. Statutum*, notavit *Imol. in dict. Clem. 2. n. 14.* per *text. in l. filia §. 5. ff. de condit. ex demonstr.* & *l. pen. ff. si ex noxal. caus. arg. & cap. si pauper, cum ibi not. de præf. in 6.*

Hinc, ut exemplificant laudati Doctores, si 52
quis fuisset personaliter deputatus Conservator, habens qualitatem Archidiaconatus, aut alterius inferioris dignitatis, & deinde fieret Episcopus, aut aliam inferiorem dignitatem obtineret, dummodo ex superius recensitis *art. 9. 10. 11.*, sufficientem ad officium Conservatoris; omnino manebit Conservator; poteritque in negotiis cœptis, sive etiam in non cœptis, ut antea, procedere.

Quoad secundam partem probatur assertio: quia 53
cum deputatio Conservatoris priori dignitati facta sit, ipsam semper sequitur. Unde quantumvis Conservator ad dignitatem antiqua superiorem eveheretur; adhuc jurisdictionem amitteret, utpote quæ antiquam, etsi inferiorem, cui est addicta, prosequitur. Idque, etiamsi res non sit integra, eo quod existens in antiqua dignitate uti jurisdictione cœpisset, ut notant *Innoc.*, *Joan. Andr.*, *Card.*, *Bald.*, *Anchar.*, *Dominic.*, *Franc.* & alii, quos citat, & sequitur *Sanch. cit. disp. 27. cap. 24.* quia cum sit precise tali determinatæ dignitati munus Conservatoris commissum, ut hoc ab ea pendet in fieri, ita & in conservari.

Verum secunda hæc assertionis pars intelligen- 54
da est, nisi dignitas, ad quam transit Conservator, primam non contineat, sed extinguat: ut si deputatio Conservatoris fieret Decano, & ille postmodum eligeretur Episcopus; in quo casu munus Conservatoris transiret ad Decanum successorem: quia Episcopatus non continet, & exstinguit Decanatum; unde Decanus factus Episcopus, non perseverat, sed desinit esse Decanus. Non ita tamen si deputatio Conservatoris fieret Episcopo Catanensi e. g., & Episcopatus Catanensis in Archiepiscopatum erigeretur: quia tunc Archiepiscopus factus, non desineret esse ejusdem Diœceseos Catanensis Episcopus, ut advertunt *Abbas dict. cap. Quoniam Abbas n. 14.*, ibique *Dec. n. 67.*, *Berous n. 110.*, *Caccialup. in L. More n. 36. ff. de jurisd. omn. Jud.*, quibus laudatis subscribit citatus *Sanchez n. 32.*

ARTICULUS TRIGESIMUS NONUS.

An per Renuntiationem, vel Abdicationem Jurisdictionis: perque mortem naturalem, vel Civilem Subconservatoris, aut Pontificis Conservatorem indulgentis, Officium Judicis Regularium Conservatoris exspiret, aut suspendatur.

1 Dico I. Officium Judicis Regularium Conservatoris exspirat per Renuntiationem ejusdem, ab ipsomet Conservatore factam intra quinquennium, rationabili superveniente Causa. Asser. manifesta est ex dictis *art. 16. assertione 5. n. 7.*

2 Dico II. Officium Judicis Conservatoris Regularium exspirat etiam per abdicationem jurisdictionis expressam, qua illam Conservator in totum Subconservatori committit absque ulla Clausula; sequuto tamen in Subconservatore jurisdictionis exercitio, & usu, per quem censetur jam illa in eum
3 efficaciter transisse. Assertio manifesta est ex *Cap. Super quæstionum §. Porro de Off. Deleg.*, & *Cap. Quamvis de Offic. Deleg. in 6.*, sumpto argumento a contrario sensu. Item *ex Cap. Si Judex eod. tit. & lib.* ubi cavetur, quod si Judex, datus a Sede Apostolica, in totum commiserit, recusari ulterius, aut facta per eum commissio impugnari nequibit. Quod sane posset, si jurisdictionem retineret. Et ex *Cap. Venerabili, de Off. Deleg.* ibi: [Archiepiscopus ipse, cum jam suo functus esset officio, dicto Abbati committendo in integrum vices suas, hujusmodi negotium dicto Thesaurario non potuit demandare.]

Dixi [Sequuto tamen in Subconservatore jurisdictionis exercitio, & usu:] Siquidem

4 Non exspirat, immo neque suspenditur Regularium Conservatoris officium, si Subconservator, datus etiam in totum, usus non fuerit jurisdictione: unde tunc nedum Causam, sed ipsam etiam commissionem potest Conservator ad se revocare, ut de Apostolico delegato, quoad utrumque cavetur in *dic. cap. Quamvis*: quia, ut insinuat ibi *Canon*, jurisdictio, ex quo ipsius usus non extitit, non censetur in eum efficaciter transiisse.

5 Quemadmodum nec exspirat, neque suspenditur, si Subconservator uti cœperit jurisdictione, sed commissio non sit in totum facta, quia aliquid sibi Conservator de jurisdictione reservavit; prout in delegato statuitur *dic. cap. Super quæstionum §. porro, & §. ejus ergo, de Off. Deleg. cap. Judex*, & *cap. Si Delegatus, de Offic. Deleg. in 6., & alibi*. Aut si commissio sit quidem in totum facta, sed cum Clausula: [*donec vices suas ad se duxerit revocandas*]. Vel quia censetur tunc, aliquod sibi de jurisdictione reservasse: vel quia hi casus quoad retinendam jurisdictionem, saltem in habitu, æquiparantur, ut satis liquet *dic. cap. Si delegatus*.

6 Dico III. Non solum per abdicationem expressam, qua Conservator in totum absque ulla Clausula suam jurisdictionem committit, sequuto jam ejusdem usu, in Subconservatore, jurisdictio Conservatoris exspirat; verum etiam per abdicationem tacitam: ut si nullam se jurisdictionem habere, pronuntiet. Unde quamvis causam commiserit, illamque potuerit, ante usum Subconservatoris, reassumere; post hujusmodi tamen pronuntiationem, id amplius non potest, *Cap. Significantibus, de Offic. Deleg.* Vel si deferat appellationi, quamvis non legitimæ, *Cap. Sæpe, & cap. Interposita, de appellat.* Et multo magis si appellationi legitimæ deferat, *Cap. Ut debitus, de appell.* Vel si ipsemet Conservator pronuntiatus fuerit suspectus: tunc enim commissio fieri non potest, cum jam desierit esse Judex, ut de delegato cavetur in *Cap. Si Judex §. fin. de Off. Deleg in 6. & alibi, Gloss. fin. in cap. In litteris, de Off. Deleg., Glass. 1. in cap. penult. eod. tit.* Et in *Cap. Suscitatus verb. infamem, de rescript.*

7 Quamvis in casibus præmissis per tacitam abdicationem potius jurisdictio Conservatoris suspendatur, quam exspiret, usque ad executionem Sententiæ, per quam vere dicitur exspirare, juxta *cit. cap. Cum in litteris*, ibi: [Ex quo Judex delegatus sententiam executioni mandari præcepit, ejus auctoritas, & jurisdictio cessat, quia semel est officio suo functus.] Unde in casu recusationis potest recusans in Conservatorem consentire, *cap. Insinuante, de Off. Deleg.* Sicut, & appellans renuntiare appellationi tacite, vel expresse, & coram judice a quo litigare, *cap. Gratum, de Off. Deleg. cap. Ad hæc il primo & cap. Ad aures de appellat.* cum simili; ex his

8 Dico IV. Officium Judicis Regularium Conservatoris per mortem naturalem, vel civilem Subconservatoris, nec exspirat neque suspenditur. Assertio patet ex eo, quia Subconservator vel est deputatus in totum absque ulla clausula; & ante mortem seu naturalem, sive civilem usus est jurisdictione sibi demandata: vel illa usus non est. Aut est deputatus in totum, sed cum Clausula: [*donec vices suas ad se duxerit revocandas*]. Aut non est in totum deputatus; cum sibi Conservator aliquid de jurisdictione reservarit. Si primum, exspirat jurisdictio Conservatoris per commissionem dictam in totum, absque ulla Clausula, & ad effectum jam a Subconservatore redactam; non vero per ejusdem mortem naturalem, vel civilem.

Si

Si fecundum, rertium, & quartum, poteſt Cauſam, imo & commiſſionem ad ſe Conſervator revocare ex dictis *aſſ. præced.* & ſic officium, ſeu juriſdictio Conſervatoris nec exſpirat, neque ſuſpenditur in ipſo, per mortem naturalem, ſive civilem Subconſervatoris.

9 Dico V. Officium Judicis Regularium Conſervatoris non exſpirat, neque ſuſpenditur per mortem Pontificis, facultatem illum eligendi concedentis, ſeu re integra, ſive non integra. Aſſertio
10 Doctoribus communiſſima liquet ex eo, quia Judicis Regularium Conſervatoris poteſtas, & juriſdictio gratia eſt, & privilegium; & quidem generaliter, non ad beneplacitum conceſſum; nec perſonale ſed reale, utpote toti Religioni, non particularibus determinatis, & nominatis Religioſorum perſonis e. g. Petro, Marcello, &c. indultum, ut diximus *art. 6. aſſ. 3. num. 9.* ſed gratiæ, & privilegia, modo dicto conceſſa, per mortem concedentis nec exſpirant, nec ſuſpenduntur, neque re integra, neque re non integra; ergo &c.
11 Item Judex Regularium Conſervator perſæpe ſub nomine Eccleſiaſticæ dignitatis eligitur. Sed dignitas Eccleſiaſtica per mortem Pontificis concedentis non exſpirat, neque ſuſpenditur; ergo &c.
12 Tandem Judex Regularium Conſervator ad Conſervationem, & executionem privilegiorum eorumdem eligitur: unde poteſtas eligendi Conſervatorem acceſſoria eſt ad cetera Regularium privilegia: ſed hæc, etiam re integra, per mortem concedentis non exſpirant, nec ſuſpenduntur; ergo nec Conſervatoris officium. Unde Bonifacius VIII.
13 *in cap. Si ſuper gratia de Off. Deleg. in 6.* decernit, quod, ſi ſuper gratia, cuique ab Apoſtolica Sede conceſſa, fuerint executores deputati; ſicut ipſa gratia, licet nondum ſit in ejus executione proceſſum, morte non perimitur concedentis; ita neque, etiam re integra, perimatur executoribus data poteſtas; quam veluti gratiæ prædictæ acceſſoriam, naturam ſequi congruit principalis, ne gratiam eamdem vel reddi quandoque omnino inutilem, vel ipſius effectum in longius tempus, cum illius diſpendio, cui facta extitit, differri contingat.

ARTICULUS QUADRAGESIMUS.

An officium Judicis Regularium Conſervatoris exſpiret, aut ſuſpendatur per lapſum quinquennii, non obſtante partium conſenſu prorogante: vel per amotionem ejuſdem infra quinquennium.

1 Dico I. Officium Judicis Conſervatoris Regularium exſpirat per lapſum quinquennii, nedum quoad negotia non cœpta, verum etiam quoad cœpta. Aſſertio eſt Doctoribus communiſſima *cum Joa. Andr. in addit. ad Specul. tit. de Judic. Deleg. §. fin. n. 24. verb. Conſervatoribus, verſ. eſt ſecundum dubium, & in cap. fin. §. Officium ſuper alt. Gloſſ. text. verbo, per obitum, Butr., Anchar., Gemin., Franc., Rota Roman. deciſ. 5. de Off. Deleg. in antiq., Rodriq. q. 65. art. 9., Peagoſo p. 2. lib. 4. diſp. 12. §. 4. n. 77., & aliis.*

2 Probatur ex *l. Statu liberum §. Stichum ff. de leg. 2. & l. 1. §. Si mulier, ff. de lib. agnoſcen.* & aliis juribus, quæ congerit *Cravet. conſ. 216. n. 20., & Tiraquell. de retract. Convent. §. 2. n. 24.* ex quibus habemus: Permiſſum ad tempus, poſt illud cenſeri prohibitum. Et *ex l. Cum ab eo die, C. quoad prov. non eſt neceſſ.*, ubi legitur: quod, ſi Judex delegatus pronuntiarit poſt tempus, ſibi a delegante præfixum, ab ea ſententia, tamquam nulla, non eſt neceſſe provocare. Item *ex cap. de Cauſis, de Off. Deleg.*, ubi de Cauſis, quæ intra certum tempus decidendæ committuntur, ſtatuitur, quod tranſacto die præfixo, mandatum exſpiret.

3 Et ſane, ut arguit *Joa. Andr. loc. ſup. cit.* Si poſt quinquennium juriſdictio Conſervatoris quoad negotia cœpta non exſpiraret, ſed poſſet illa proſequi; dari poſſet caſus, in quo ad alium quinquennium, & ultra protraheretur; quod eſſet contra mentem diſponentis. Quamobrem elapſo quinquennio, etiam quoad negotia cœpta, & nondum terminata, juriſdictionem Conſervatoris exſpirare, concludendum eſt. Quantumvis dolo partis negotia
4 illa terminata non ſint, ut ex *Dec. in cap. Ex ratione col. 8. de appellat.*, & aliis addit *Monet. cap. 10. q. 6. n. 339.* Sed in hoc caſu contra doloſum datur actio de dolo.

5 Confirmatur aſſertio à *Peagoſo ubi ſupra* variis Doctorum auctoritatibus. Et prima *Baldi in l. Edita col. 13. v. Sed hic quæritur, numquid ſufficiat, c. de eden.* docentis, quod affirmativa, ad certum tempus limitata, indueit, & importat negationem poſt illud. Et in *l. Si plures col. ult. v. Quæritur alterius, c. de condit. inſert.* ac in *l. Cum anterioribus col. 2. v. Nota, quod ille, c. de temp. appell.*, dicentis, illum, qui errat in calculo temporis, ſibi imputare debere. Secunda *Bartholi conſ. 20. A Domino Cyn. de Benonia in ſecundo dubio*, ubi ait: Si ſtatutum permittat, vel diſponat intra certum tempus, cenſeri eo elapſo prohibere, atque ita inquiſitionem, poſtea factam, eſſe ipſo jure nullam. Et *in l. 2. §. ult. ff. de procurat.*, ubi idem Bartholus firmat, procuratorem, ad certum tempus datum, exſpirare per illud tempus, neque admitti ad proſequendum, quamvis litem fuerit conteſtatus, & voluerit adverſarius. Tertia *Matthæi de Afflictis deciſ. 73. n. 3.* ſuſtinentis conditionem, implendam in tempus, non poſſe, poſt expreſſum tempus, impleri. Cui favet *l. Thais §. intra certa tempora, ff. de fideicom. liber.*, ubi non admittitur ad implendam conditionem poſt tempus, ut

habe-

habeatur, ae si esset impleta in tempore; atque adeo quando tampus ast taxatum, non potest implere post tempus expressum, per dictum *§. intra cetera tempora*. Quod procedit (notat laudatus *Fragosus*) tam in conditionibus momentaneis, quam in successivis, *arg. Stata liberum §. scriptum ff. de legat. 2.* Unde quarta præcitatâ *Baldi in 2. vol. cons. 372.* & *de Afflictis supra n. 8.*, si præfigatur tempus ad pronuntiandum, laudum post diem compromissi latum per horam onam, non valet. Quemadmodum ex adverso vetitum ad tampus, censetur post illud tempus permisaum, *l. Imperator*, ibique *Bald. ff. de postal.* & *l. Pater filium §. fundum*, ubi *Bart.* & *Alberic. ff. de leg. 3.*

6 Hic tamen tria sunt adootaoda: primum Conservatorem, post quinqueonium axequi sententiam, a se infra quinquannium latam, ut in delegato, ad certum tempus dato, probat *Gloss. communiter recepta dic. cap. de Causis, verb. transacto*: Quoniam, inquit, potestas axspiravit cogooscendi, non autem axequendi, Cui favet *cap. In litteris de Off. Deleg.* ubi io universum pronuntiatur, quod tunc delegatus dicitur jam functus officiu suo, & ejus axspirare jurisdictio, cum per se, vel per alium sententiam suam est axequutna. Adhærent huic sententiæ *Fragosus loc. cit.*, & alii apud ipsum,

7 Secundum, Incipere quinquennium a die præsentationis eurrere, *Gloss. 1. communiter approbata dic. cap. de Causis*, cui patrocinatur *Cap. Super eo il secundo de appell. in fin.*, ubi dicitur, quod si intra certum tampus lis decidenda committatur, ex tunc terminua iocipit eurrere, cnm Judices contigerit litteras recepisse. Quibua cohærere videtur Constitutio *Gregorii XV.* definiens §. 8. [*durante quinquennia a die deputationis* noo posse sine legitima causa Conservatorem amoveri.]

8 Tertium, Negotia jam cœpta, & infra quinqueonium nondum a primu Conservature terminata, posse secundum Conservatorem, qui priori Conservatori jam munera per quinquenoium, vel vita functo, succederet, terminare; utpote qui potest articulum ab alio inchoatum prosequi, & perficera, ex Const. *Clementis VII.* & *Gregorii XIII.* non semel antea relatis; quibus non derogat Constitutio reformatoria *Gregorii XV.* ut rite cootenduot *Peyr.*, *Donat.*, & *Pelliz. q. 30. n. 131.*

9 Dico II. Qusmvis officium Judicia Regulariom Conservatoris exspiret per lapsum quinquenoii, tum quoad negotia noo cœpta, tum atiam qnoad cœpta; de consansu tamen partium illud potest prorogari. Maoifesta est assertio ex *dic. cap. de Causis in princ. de Off. Deleg.*, ubi *Alexander III.* de Causis, quæ delegsto infra certum termioum decidendæ committuntur, [Hoc toam (ait) volumus cognitionem tenere, quod nisi dies præfixua de commuoi partiom coosensu prorogetur, eo transacto, mandatum exspiret.] Et *dic. l. 2. §. sed etsi Judex ff. de Judic.* ubi indistincte, da quavis jurisdictione, seu ordioaria, siva delegata, hæc habet Ulpianua: [sed si Judax ad tempus datos est, & omnes litigatores consaotiant, & nisi specialiter principali jussione prorogatio fuerit iuhibita; possuot tempora, iotra quæ quis jussos ast, litem dirimere, prorogari.] Et quamvis jurisdictioni Ordinariæ temporali prorogationem hanc iosicientur *Capr. tract. de prorog. n. 48.*, *Fel. dic. cap. de Causis n. 4.*, & alii; illam taman melius concedunt *Calder.*, & *Butr. cap. P. & G. de Offic. Deleg.*, *Schrader. tract. de Feud. p. 10. sect. 3. n. 8.*, & alii apud ipsom, notantes, id omnioo procedere, obi tempua non est adjectum substantiæ jurisdictionia Ordioariæ, sed taotum ejus executiooi: quod etiam adnotant laudatus *Schrader. n. 109.*, & *Imol. dic. cap. P. & G.* Hinc geoerale est de omni jurisdictione, ad tempus determinatom concessa, quod consenso partium valeat protogari.

Varum ut ea prorogatio rite procedat, nonnulla reqoiruntur; &

10 Primo, Quod partiom consensua non sit erroneus, ut advertunt *Innoc. in cap. Prudentiam in princ. de Offic. Deleg.*, & *Butr. in l. 1. in fin. de Jud.* quia errans non consentit, ot dicitur *in l. Si per errorem, ff. de jurisdict. omn. Judic.*

11 Secundo, Quod consensus sit expressus: quamvis tacitus sufficiat, ut tradunt Innoc. *dic. cap. Prudentiam*, *Fel. dict. cap. de Causis n. 5.*, *Soc. cap. Significasti num. 37. de for. compet.* Qui tamen consensus positus necessarin sit ante lapsum temporis, seu quinquennii, *Soc. dic. cap. Significasti n. 38.*, *Fel. ibi n. 3.*, & *alii.*

12 Secundo, Quod intercedat etiam eooseosus Judicis, ot colligitur ex *dic. §. Sed si Judex*, & notant *Capr. de prorog. n. 68.*, *Imol. dic. cap. P. & G.*, *Bart. §. Sed si Judex*, *Fel. num. 5.* tum ante, tum post *Gloss. in cap. Causam, verb. speciem, de re Jud.*

13 Quarto, Quod prorogatiu fiat cum iisdem qualitatibus, seu sub eadem forma, & natura. Atque hinc io dobio, sic facta existimatur, *Gloss. in cap. Si, qui, de præbend. in 6.*, *Bald. l. siqui ex consensu, C. de Episc. aud.*, *Soc. dic. cap. Significasti n. 25.*, & alii passim,

14 Quinto, Quod prorogatio fiat durante priori termino, ut cum *Abb.*, *Dec.*, & *alii in dic. cap. de Causis*, & *alibi* sæpe firmat *Fel. eodem cap. de Causis n. 1.* ita, ut neque valeat prorogatio, facta quidem durania priori tempore, sed translata post lapsum temporis, sic: [Prorogamua a die finiti temporis.] *Bald. dic. cap. de Causis*, ibique *Felin. n. 4.*, *Gabr. commun. conclus. lib. 2. tit. de dilation. concl. 3. & 8.* Sed [Prorogamua ad tempus tale, incipiendum fioito isto.] quomodo fiuot omnes protogatiooes, & sustinentur in vim prorogationis; cum tempus, ad quod fit prorogatio, non iocipiat currere a die prorogatioois, sed a die finis, taste *Monet. c. 7. q. 8. n. 433.*

15 Sexto, Quod prorogatio noo fiat ad aliud tempus, majus quinquenoio, saltem pro qualibet vice, pro qoa illa fieret; etsi simol sumptum totum tempus, ad quod pluribus vicibus, & successiva illa fieri contigerit, majus fuerit ipso quinquennio, quod prorogatur. Atque ita ex *Bald. dic. cap. fin. de Consuet.* quam refert *Felin. loc. cit.* ait enim *Bald.* [Pone, quod est appositum tempus, ut talia Causa expediatur intra mensem; non potast prorogari, nisi per aliom mensem: sed beoe poterunt partes prorogare hodie ad unum mensem, & postea ad alium mensem, accedenta oovo consensu, vel ubi in primo adesset Clausnla *toties quoties*] & per hsoc opinionem conciliantor Sentantiæ, circa hoc punctum inter sa dissidentes: quarum prima negat absolota, fieri posse prorogationem ad majua tempus: eo quia illa facienda est cum iisdem qualitatibus, ut supra insinuavimus. Et ita post *Bald. in cap. fin. de Consuet.* & *alibi*, senrentiam hanc negativam docent *Felin. dic. cap. de Causis num. 3. limit. 2.*, *Gabriel dic. tit. de dilation. concl. 4. num. 1.*, & alii. Secunda absolnte affirmat: pro qua stant, *Alex. cons. 70. vol. 2.*, & *alii.*

16 Septimo, Demum requiritur, ut prorogatio rite procedat, quod in litretis Conservatoriis ad tempus determinatum non sit appositum formala, vel æquivalens decretum irritans; sed simpliciter

tempus

tempus limitetur, intra quod litteris utatur Conservator, juxta termioos *dic. cap. de Causis*: non enim fieri potest ultra præfinitum tempus prorogatio, ne quidem de partium consensu, ubi adjectum esset hujusmodi decretum irritans, etiam tacitum, seu æquipollens, ut puta si diceretur; [*Et ad quinquenium dumtaxat*] &c., cum hujusmodi dictiones taxativæ, affirmativæ positæ, omnes casus excludant, præter expressos, *Bart. l. 1. ff. siquis jus dic. non obtemp.*, *Card. Clem. 1. de summa Trinit.* prohibeantque ulterioris temporis extensionem, *Gloss. in l. Rationes C. de probat.*, *Castrens. cons. 241. lib. 2.*, *Vulpell. de præpos. & adverb. verb. tantum n. 5. in fin.* vel si diceretur: [*Præsentibus post quinquennium minime valituris*;] tunc enim præfiniretur tempus non solum exercitio, verum etiam substantiæ jurisdictionis, ut ait *Schroder. tract. de feudis p. 11. sect. 3. n. 110.* Sieque prorogatio impediretur propter decretum irritans, quod partis etiam consensum excludit.

17 Dieu III. Officium Judicis Regularium Conservatoris etiam intra quinquennium exspirat per ejusdem remotionem e munere, factum a Regularibus in Capitulo provinciali ex legitima Causa, a Sede Apostulica, vel ab Ordinariu loci, prout magis Regularibus libuerit, approbanda. Ite *Sac. Congreg. Concil.*, & *Congreg. Regul.* supra laudatæ per verba tenoris sequentis: [Gregorius XIII. omnibus Regularibus concessit, ut in Civitatibus Italiç sibi Conservatores eligerent, coram quibus convenirentur; semelque electi, nonnisi in Capitulis provincialibus mutarent.] Et Const. *Gregorii XV. §. 8.* ibi: [Conservatores hujusmodi, semel legitime deputati, nisi ex legitima Causa, a Sede Apostolica, vel locorum Ordinariis, prout iisdem Regularibus libuerit, approbanda, durante quinquennio e die deputationis amoveri, aut mutari nullatenus possint, aut valeant.]

Erit autem hujusmodi legitima Causa, ut insinuavimus supra *art. 16. ass. 6. num. 11.* cum *Peyr. ad sæpe laudata Const. Gregorii XV. §. 8. num. 32.*, & *Pellizz. qu. 11. num. 99.*, præter electionem illegitimam, seu factam non servata forma dictæ Constitutionis Gregorianæ, Conservatoris negligentia in officio, Impotentia, Inimicitia, aliave id genus. Videantur, quæ *art. 16. citata ass. 6. a n. 9.* dicte sunt. 18

ARTICULUS QUADRAGESIMUS PRIMUS

An per Avocationem Causæ Officium Judicis Regularium Conservatoris exspiret, aut suspendatur.

Ubi

De Avocatione Causæ.

PRO terminorum intelligentia, & feliciori resolutione quæstionis,

1 Præmitto I., quod avocatio Causæ, seu litis, ut communiter Doctores loquuntur *cum Trident. sess. 24. c. 20. de refor.*, sive edvocatio, ut loquuntur *Vestr. in prax. Rom. Cur. l. 3. c. 9.*, *Maranta in Spec. aur. p. 4. dist. 16., 58., 59., & 60.*, & alii ex *l. 3. in princ. §. de act. empt. l. 1. in fin. C. qui ætat. vel profess. se excus. lib. 10.*, & *l. 2. C. ubi Caus. fiscal.* Vel Revocatio, ut loquitur *textus in Cap. Ut nostrum de appellat. & Cap. Ecclesia S. Mariæ il secondo, Ut lite pendent.* Vel denique evocatio, ut eam nuncupant *Rebuff. tom. 1. Comment. super leg. reg. tract. de Evoc. qu. 2.*, & alii, fit: [Litis pendentis coram inferiore Judice ad Principem, vel Superiorem, e quo potestatem accepit inferior, judicandi, absque appellatione facta translatio, & quidem in eo statu, in quo apud inferiorem reperitur.] Ita ex *Engel lib. 2. Decretal. tit. 2. de for. compet.*, *Moneta c. 10. qu. 5. num. 1.*, *Reiffenst. lib. 2. Decretal. tit. 2. §. 5. n. 117.*, & aliis: ac liquet ex *Cap. Ut nostrum 56.*, *de appellat.* ubi hujusmodi avocatio Causæ per Pontificem facta reperitur: atque ex *textu in l. Judicium solvitur, ff. de Judiciis*, ubi inter alia legitur: [Judicium solvitur, vetante eo, qui judicare jusserat; vel etiam eo, qui majus imperium in eadem jurisdictione habet.]

Dicitur autem I. *Litis pendentis*: quia nisi lis pendeat, proprie non dicitur avocari, ut notat *Covarr. pract. q. c. 9. n. 1.* per *text. in cap. Ut nostram, & c. Ecclesia S. Mariæ*. Hinc Doctores communiter *in dicto cap. Ut nostrum, & cap. Ecclesia S. Mariæ* supponunt, avocationem fieri de lite pendente. Quod & firment expresse *Vest. sup. num. 2.*, *Mandos. form. Commiss. Caus. cum Clausul. avocator. in princ.*, & alii. 2

Dicitur II. *coram inferiore Judice*: Ut excludatur illa Causæ avocatio, per quam unus Judex ab alio suo pari, vel etiam superiore evocat subditum suum, ibi incompetenter litigantem, prout in *cap. Ex transmissa 6. de for. compet.*, Dominus feudi subditum suum coram Ecclesiastico Judice litigantem avocavit, sub debito fidelitatis eidem inhibendo, ne litiget coram ipso: cum hæc potius sit exceptio declinatoria fori, per proprium Judicem facta, quam avocatio, quæ e pari, vel superiore fieri nequit; sed dumtaxat ab inferiore, cujus jurisdictio aliquo modo ab avocante dependet, ex juribus allegatis; & notant *Gallus lib. 1. pract. observ. 41. n. 7.*, *Engel de for. compet. n. 4.*, & *Reiff. n. 118.* 3

Dicitur III. *ad Principem, vel Superiorem, a quo potestatem accepit inferior Judicandi*: cum nedum Papa, aliusve supremus Princeps; sed etiam his inferior, modo aliis judicibus superior, qui potest in quacumque litis parte jurisdictionem tollere, & revocare; immo & quivis alius alium jusserit 4

judi-

judicare; possit ab his judicibus, qui ab eo potestatem acceperunt judicandi, causas seu expresse, sive etiam tacite revocare, *Covarr. dic. c. 9. n. 1. in princ.*, *Engel n. 3.*, *Monet. n. 14.*

5 Dicitur IV. *Absque appellatione:* quia independenter ab hac, potest Judex superior, seu motu proprio, sive ad instantiam partis, Causam ab inferiore judice ad se revocare, magis per revocationem operando, quam per interpositam appellationem a partibus; cum plus operetur avocatio, quam appellatio, ut infra insinuabimus.

6 Dicitur V. *in eo statu, in quo apud inferiorem reperitur*: idque in bonum litigatorum, ut quam celerius lites expediantur; conformiter ad *Trident. sess. 24. c. 20. de refor.* ibi: [Causæ omnes, ad forum ecclesiasticum pertinentes, etiamsi beneficiales sint, in prima instantia coram ordinariis locorum dumtaxat cognoscantur; atque omnino saltem infra biennium a die motæ litis, terminentur: alioquin post id spatium liberum sit partibus, vel alteri illarum, Judices superiores, alias tamen competentes, adire; qui causam *in eo statu, quo fuerit*, assumant, & quam primum terminari curent, nec antea aliis committantur, nec avocentur.]

7 Præmitto II. quod Avocatio Causæ præexplicata bifariam dividitur: in expressam videlicet, de qua in *dic. c. Ut nostrum, de appell. & in cit. cap. Ecclesia S. Mariæ il secondo, ut lite pend.*, & in tacitam. Atque hæc dupliciter etiam subdividitur: & una est, cum Princeps, aliusve superior causam, coram Judice inferiore sibi subdito pendentem, alteri Judici committit, sine ulla mentione Avocationis expressa, de qua in *dic. c. Ceterum*: nam eo ipso censetur Princeps, seu judex superior causam a priore Judice avocare, ut notant *Vestr. dic. lib. 3. c. 9. n. 5.*, *Covarr. dic. cap. 9. n. 4.*, ubi proinde laudat etiam *c. Sane il primo de Offic. Deleg. c. Pastoralis §. ultim. de rescript. & text. in c. Pastoralis, §. Præterea de Offic. Deleg.* & alii.

Altera vero Avocatio tacita est, cum Princeps, aliusve superior cognoscere incipit de Causa, quæ pendet coram suo inferiore; *Archid. in cap. Quamvis, verbo Revocetur de Offic. Deleg. in 6.*, *Jo: Andr. in c. Intimasti col. 2. de appell.*, *Calder. cons. 7. de præbend.*, *Innoc.*, *& alii in c. cum M. Ferrariensis, de Constit.*, ubi *Ripa n. 197.*, testans de communi, & aliis.

8 Jam Avocatio Causæ, seu expressa, sive tacita, fieri potest, vel motu proprio, vel ad instantiam partis, *Guido Papæ decis. Delphin. 440.*, *& Mandos. de for. Commiss. avocator. vers. Quærit Guido Pap.*, ubi ait, id clarum esse per *dict. c. Ut nostrum de appell.* Et differre Avocationem motu proprio ab ea per instantiam partis, quia illa favorabilior est, & ab omni subreptione, & obreptione immunis, *cap. Si motu proprio de præbend. in 6.*

9 Et utraque, seu expressa, sive tacita, seu motu proprio, sive ad instantiam partis Avocatio facta, vel est simplex, & absoluta vel eventualis, seu conditionalis: primi generis est, quando forma commissionis cum Clausula avocatoria sine ulla conditione dirigitur, secunda vero, cum hac [dummodo Causa sit instructa] vel cum hac alia [quatenus forsan Causa, & Causæ hujusmodi coram illo, vel illis pendeant indecisæ], ut exemplificat *Mandos. de Form. Commiss. Caus. cum Claus. avocat. verb. Quatenus forsan, & verb. pendeant indecisæ*, aliave id genus.

10 Præmitto III. quod Avocare Causam, ut ex supradictis eruitur, possit Summus Pontifex, aliusve Supremus Princeps; vel etiam his inferior, qui tamen, jura Principis habens, superior sit aliis judicibus, quibus potestatem judicandi concedit: vel qui majus Imperium in eadem jurisdictione habet, *text. in l. Judicium solvitur, ff. de Judic.* Non tamen Suprema Principis Curia sine speciali facultate Principis; cum ad eam, nonnisi per appellationem, Causæ ab inferioribus judicibus deduci queant, ut cum aliis notat *Covarr. dic. c. 9. n. 3.* Neque Duces illi, Marchiones, Comites, aliive inferiores, qui jura Principis non habent: quamvis inferiores Judices, a quibus deberent Causæ avocari, ad plebis electionem ab ipsis confirmentur, ne etiam firmat *Covarr. n. 4.*

Item avocare potest Episcopus Causam penden- 11
tem coram suo generali Vicario, *Covarr. dic. c. 9. n. 1.* Non tamen Archiepiscopus Causam pendentem coram Episcopo suffraganeo; cum non sit Judex competens in causis subditorum suffraganei sui, citra appellationem, *Covarr. n. 2.* Neque Legatus de Latere causam pendentem coram Episcopo, *Trident. sess. 24. de refor. c. 2.* aut coram Apostolicis Delegatis, ut liquet aperte ex *c. Studuisti, de Offic. Deleg.* ubi cavetur, quod non possit Legatos se intromittere in causa, alteri a Sede Apostolica specialiter delegata.

Tandem avocare potest Ordinarius quivis Cau- 12
sam pendentem coram suo Delegato, *dic. lege Judicum solvitur, ff. de judic.*, ubi *Gloss.*, *Covarr. supra n. 1.* Non autem Delegatus causam pendentem coram suo subdelegato, nisi re integra, ante citationem avocet; cum per subdelegationem, qua jam usus est subdelegatus, cesset jurisdictio in delegato, *c. 6. & 7. de Offic. Deleg. in 6.* ut supra innuimus, & melius infra sequenti *art. 42.* videbimus.

Præmitto IV. quod effectus Avocationis sit, ju- 13
risdictionem auferre a judice inferiore in ea causa, quæ avocatur, ita, ut quidquid post Avocationem ab ipso fieri contigerit, sit attentatum, ac nullum, *C. Ut nostrum, de appell.* ibi: [Judicibus dedimus in mandatis, ut si post secundum mandatum, per quod totius cognitionem negotii ad nostrum Judicium revocavimus, traditionem sigilli dicto N. a se cognosceret esse factam, eam decerneret irritam, & inanem.] *Et cap. Ecclesia S. Mariæ il secondo, Ut lit. pend.* ibi: [Nos quicquid ab aliis factum fuit, postquam Prædecessor noster ad curiam suam idem negotium revocavit, irritum decernimus, & inane.] *Gloss. in dic. c. Ut nostrum; Lancellot. tract. de attentatis p. 2.*

Immo magis attentatum, & nullum erit, quid- 14
quid post factam avocationem gestum fuerit a Judice inferiore, quam quod ab eodem Judice inferiore post interpositam appellationem ad Judicem Superiorem, eaque pendente factum erit, ut manifestum est ex *cit. cap. Ut nostrum* ibi: [Cum plus sit, Romanum Pontificem ad se aliquod revocare negotium, quam quemquam ad eum super aliquo negotio provocare.] Et rite quidem; nam appellatio respicit jus: adeoque, nisi sit ea causa legitima, jurisdictionem non suspendit, *c. Cum appellationibus de appellat. in 6.* E converso tamen solum factum respicit, Avocatio: unde sive fiat ea justa, sive injusta causa, semper jurisdictionem tollit, redditque actum postea factum nullum *Abb.*, *& alii in dic. c. Ut nostrum.* Item appellatio non impedit executionem actus præambuli, *c. Ut constitutus de appellat.* quam tamen impedit Avocatio, *Præpos. dic. c. Ut nostrum*, *Innoc. dict. c. cum M. Ferrariensis n. 20. de Constit.*, *Aufrer. in addit. ad Capell. Tholos. decis. 480. col. 2.*, & cum his *Lancellot. de Attent. p. 2. c. 10. n. 2.*

Quio

15 Quin & magis attentatum, ac nullum erit, quod a Judice inferiore post Avocationem causæ geritur, quam quod Lite pendente, aut pendente etiam relatione. Avocatio siquidem impedit, possessorem uti sua possessione, *Paris. cons.* 39. *n.* 7. & 11. *lib.* & alii, quos refert *Lancellot. dic. p.* 2. *c.* 4. *n.* 35. secus tamen litis pendentia, *Lancellot. ubi supra*, & *dic. c.* 10. *n.* 8. Et pendente Relatione, saltem de partium consensu, potest valide procedere, *Lancellot. cum aliis dic. p.* 2. *c.* 8. *num.* 12. non ita tamen Avocatione pendente, *Aufrer. cit. decis.* 480., *Lancellot. dic. cap.* 10. *num.* 3., & alii.

16 Advertunt autem laudati Doctores cum communi, præmissa nedum de Avocatione expressa procedere, verum etiam de tacita; seu de cetero hæc fiat per commissionem, ex certa scientia demandatam aliis judicibus, ut eruitur ex *c. Personalis* §. *Præterea*, *vers. Nos autem*, *de Offic. Deleg.* & sentiunt Doctores passim; sive contingat per hoc, quod superiut avocans, ipse causam inceperit cognoscere, ut pariter sentiunt iidem Doctores cum *Lancellot. dic. c.* 10. *n.* 9. & 10. Qui etiam *n.* 11. notat cum aliis, Avocationem hanc tacitam operari effectus suos quoad ipsas dumtaxat partes litigantes, non quoad tertium; cum tamen etiam quoad tertium illos operetur Avocatio expressa.

Verum hactenus dicta de Avocationis effectu, quod nimirum jurisdictio a Judice auferatur revocato, itant quidquid post Avocationem ab eo gestum fuerit, sit attentatum, & nullum, immo magis attentatum, & nullum, quam quod post appellationem, quin & Litis, ac relationis pendentiam, intelligenda sunt.

17 I., Nisi Avocatio, aliqua ex causa, nulla foret: tunc enim Judex avocatus procedens non attentat, *Lancell. c.* 10. *n.* 38. vel si valida.

18 II., Nisi Judici evocato nova causa insurgeret, & aliunde periculum esset in mora, si secundus Judex adiretur: stante siquidem nova causa, puta ad tollenda scandala, potest Judex revocatus in negotio alteri specialiter deputato, se intromittere, *Abb. in c. Studuisti*, *de Offic. Deleg.*, *Mandell. Alb. cons.* 78. *lib.* 1., *Lancel. n.* 37.

19 III., Nisi Avocatio esset cum clausula. [Quatenus causa non sit instructa]: si enim tempore citationis executæ cum inhibitione in vim dictæ commissionis emanatæ, causa esset instructa, Judex avocatus procedens, stante tali clausula, non attentaret, *Mohedan. decis.* 75. *sub rubr. Ut lit. pend.* *Lancel. dic. c.* 10. *n.* 56. Etiamsi in causæ instructione adesset aliqua nullitas, e. g. quia termini forent male servati, ut notant *Crescent. decis.* 113. *sub rubr. de Jud.*, *Mandos. de inhibit. q.* 32. *num.* 4., *Lancell. supra n.* 17. modo tamen Judex, notitiam habens Avocationis factæ, ex arte, & nimir festinanter causam instruxerit: quia tunc perinde se haberet causa, sic instructa, ac si instructa non esset, ut monent *Put. decis.* 9. *sub rub. Ut lit. pend.*, *Lancell. ubi sup. n.* 6., & alii.

20 Instructa vero dicitur causa, quando de ea liquet: liquet autem, quando est conclusum in causa, vel concludi potest, aut probationibus renuntiatum, ita quod possit pro una parte sententia ferri, ut explicant *Lancell. n.* 19., & *an. Mandos. dic. q.* 32. *a n.* 24., & *alii*.

21 Quod si Avocatio causæ esset cum clausula [coram priore Judice ad nonnullos actus fuisse processum citra tamen conclusionem in causa]; tunc si non fuerit in causa conclusum, etiamsi probationes forent utrinque factæ, & ulterioribus probationibus renuntiatum, esset jam causa avocata, sicque citra attentationem nequiret Judex procedere, *Vestr. in prax. Roman. Cur. lib.* 3. *c.* 9. *n.* 9.

22 Quemadmodum si Avocatio foret cum hac alia clausula. [Quatenus causæ coram judicibus pendeant indecisæ]; cum per eam non solum causa instructa avocetur, teste *Staphil. De lit. grat. & Jud. fol.* 572., verum etiam ubi sit in causa conclusum; modo non sit probata sententia, sicque causa decisa; cum causa per sententiam decidatur, ut de se patet, & liquet ex *text. in c. Pastoralis* §. *Si vero*, *de causa possess. & propriet.*

23 IV. Nisi Avocatio esset tacita per commissionem alteri ex certa scientia, & per partem non esset exceptum. Valet siquidem processus, per Judicem ita revocatum factus, donec excipiatur per partem, ut cum communi docent *Lancell. dic. C.* 10. *n.* 9., & *Fel. c. ceterum n.* 11. *de rescript.* Qui *n.* 14. infert, valere processum, etiam post notam revocationem, si cognito per Judicem revocatum, an sua sit jurisdictio, pronuntiarit, se competentem, & pars non appellaverit. Et *n.* 15. si partes procedant coram Judice revocato.

24 V., Nisi Avocatio in Judicis avocati notitiam, pervenisset, Subsistunt enim processus, & gesta, ante notitiam Avocationis, facta per Judicem, a quo causa est avocata; cum Avocatio jurisdictionem non auferat, quamdiu ignoretur, ut docent *Mandos. in formular. Commiss. comiss. avocator. in fin.*, *Lancell. dic. c.* 10. *n.* 21. & 25., & alii, quibus laudatis adhæret *Covarr. pract. quæst. c.* 9. *nu.* 7. seu de cetero Avocatio facta sit motu proprio, sive ad instantiam partis, ut volunt nonnulli apud *Monet. c.* 10. *q.* 1. *n.* 29. & 44. Modo tamen non ob delictum facta sit; cum Avocatio jurisdictionis, & causæ, ob delictum Judicis facta, suum operetur effectum, etiam ante notitiam, ut ex *c.* 1. §. *Adjiciebatur de Concess. præb. in* 6. docent *Fel. dic. c. Ceterum n.* 24., *Covarr. pract. quæst. c.* 9. *nu.* 7., & alii.

25 Sed complures apud eumdem *Monet. ibidem* contendunt, Avocationem, motu proprio factam, & non ob delictum, jurisdictionem auferre, etiam ante notitiam; & sic gesta recusati Judicis ante notitiam Avocationis, motu proprio factæ, nulla esse. Utramque tamen opinionem conciliari posse, arbitratur *Monet. dict. n.* 44. Vel per distinctionem *Felini in dic. c. Ceterum n.* 18., ut nimirum procedat prima sententia, quando res est integra; posterior vero, cum primæ litteræ jam dedissent causam processui. Vel per distinctionem *Gabriells tit. de claus. concl.* 3. *n.* 80. post *Decium in cap. Cum M. Ferrariensis col. fin. de const.*, ut videlicet prima sententia locum habeat in expressa Avocatione; secunda vero in tacita.

26 Et etiamsi in Judicis revocati notitiam Avocatio pervenisset; si tamen aliunde, quam per exceptionem partis, adhuc validus esset processus, & gesta per Judicem sic revocatum, ut docent *Felin. dic. c. ceterum n.* 17., *Abb. c. Audita*, *col. pen. de rest. spoliat.*, *Innoc.*, *Card.*, & *alii dic. c. Ceterum*. Quemadmodum si avocatio facta esset ad instantiam partis, illiusque notitiam haberet Judex revocatus; adhuc ejus processus, & gesta valerent, quamdiu pars Avocatione usa non foret. Cum enim hæc Avocatio tacitam habeat conditionem, si nimirum illam obtinens, voluerit ea uti; valide procedere potest Judex, quamvis notitiam habeat Avocationis, quoad usque Avocatione pars usa non fuerit, *Lancell. c.* 10. *n.* 34., *Rip. in c. cum M. Ferrariensis n.* 196. *de Constit.*, *Covarr. ubi supra n.* 9., & *alii*.

Ve-

27 Verum hæc intelligenda, nisi in Avocatione appositum foret decretum irritans, seu motu proprio, sive ad instantiam partis, & cum, vel sine illis verbis, *scienter*, aut *ignoranter*: quia tunc etiamsi Judex, vel pars avocationem ignoraret, adhuc gesta per Judicem nulla forent, *Mandos. in dic. for. comiss. avocat. in fin.*, *Lancellot. dic. c. 10. n. 27.*, *Covarr. dic. c. 9. n. 7.*, *Gabriel Commun. Concl. lib. 6. tit. de Clausul. Concl. 3. nu. 1.*, *&* 2., *& alii* ex eo, quia clausula decreti irritantis ligat etiam ignorantes, *text. in c. 1. §. adjiciebatur, de concess. præbend. in 6.*, *c. Dudum §. Considerantes*, *& c. Quodam prin. de præbend. in 6.*

28 Modo tamen ille, cujus causa, & in cujus favorem Avocatio cum decreto irritante facta est, nolit ea uti, aut eidem renuntiaverit, quia tunc, non obstante tali decreto, subsistit quidquid a Judice gestum fuerit, ut tradunt, *Gemin. cap. 1. §. Ex parte, de concess. præben. in 6.*, *Fel.*, *&* *Dec. dic. Cap. Ceterum*, *& alii* passim contendentes, posse aliquem renuntiare his, quæ in sui favorem inducta sunt; licet iis accesserit Principis decretum, quo acta in contrarium irrita decernuntur. Contra complures alios, oppositum sentientes: quorum tamen opiniones conciliare contendit *Monet. c. 10. q. 1. n.* 38. per hoc, quod affirmans posse renuntiari; procedat, ubi dispositio cum decreto irritante sit, saltem principaliter, inducta in privatum favorem, vel commodum; negans vero posse renuntiari, locum habeat, ubi eadem dispositio magis, vel æque saltem principaliter, in favorem publicum inducta sit.

29 Præmitto V. quod quamvis ad Avocationem faciendam nulla opus sit causa; cum possit pro libito Princeps, inferiorem Judicem sibi subditum ex toto revocare, & multo magis cognitionem certæ causæ illi interdicere, ac ad se avocare; & Avocatio, sive justa, sive injusta sit, tollat jurisdictionem, redditque actum, postea factum, nullum, ex supra insinuatis: Nihilominus ad Avocationem per instantiam partis aliqua causa necessaria est. Atque hæc regulariter duplex esse potest, teste *Vestr. dic. cap. 9. a n.* 2. Una per horrescentiam adversarii, utpote potentis e. g. propter quam non sperat pars habere justitiæ complementum. Altera propter nimiam decisionis causæ dilationem, puta ultra triennium, ut liquet ex forma commissionis avocatoriæ, quam tradit *Mandos. in formular Commiss. 6.*, & ex supra laudata dispositione *Trident. Sess. 24. c. 20. de refor.*


His de Avocatione præmissis, ut ad controversiæ resolutionem veniamus;

Dico: Officium Judicis Regularium Conservatoris per Avocationem causæ ab eo per Summum Pontificem factam, in eadem causa exspirat, ita ut quidquid postmodum sine nova commissione a Conservatore gestum fuerit in tali causa, attentatum, & nullum sit. Ita passim Doctores ex *relato c. Ut nostrum, de Appell.* ibi: [Judicibus dedimus in mandatis, ut si post secundum mandatum, per quod totius cognitionem negotii ad nostrum Judicium revocavimus, traditionem sigilli dicto N. a se cognosceret, esse factam, eam decernerent irritam, & inanem.] Et ex *dicto cap. Ecclesia S. Mariæ il secondo, Ut lit. pend.*, ubi sic: [Nos quicquid ab aliis factum fuit, postquam prædecessor noster ad curiam suam idem negotium revocavit, irritum decernimus, & inane.] 30

Immo magis attentatum, & nullum est; magis irritum, & inane quidquid post Avocationem causæ a Conservatore sine nova commissione fuerit in causa revocata gestum, quam quæ post appellationem, vel Lite, aut Relatione pendente geruntur, seu de cetero expressa fuerit Avocatio, sive etiam tacita, juxta ea, quæ fusius explicuimus *in quarta præmissa*. Verum. 31

Assertio nostra, illimitate proposita, quod nimirum attentatum, & nullum sit, immo magis attentatum &c. quidquid post causæ Avocationem, in eadem causa a Conservatore fuerit actum, restringenda venit limitationibus enumeratis in *cit. quarta præmissa*: adeoque intelligenda, primo, nisi Avocatio aliqua ex causa nulla foret; vel secundo, nisi Conservatori revocato causa de novo insurgeret; & aliunde periculum esset in mora, si Judex Avocans, seu Pontifex adiretur; vel tertio, nisi Avocatio foret cum Clausula: [Quatenus causa non sit instructa &c.] vel quarto, nisi Avocatio esset tacita per commissionem, alteri ex certa scientia factam; & per partem non esset exceptum; vel quinto, nisi Avocatio in Conservatoris avocati notitiam pervenisset: vel si pervenisset: aliunde tamen, quam per partis exceptionem &c. Recolite, quæ *citata quarta præmissa* de hisce restrictionibus stabilita, & explicata sunt. 32

Atque hæc de modis, quibus exspirat, vel suspenditur Judicis Regularium Conservatoris Officium. De illis vero, quibus terminatur, aut suspenditur Officium Subconservatoris, dissetet





ARTICULUS QUADRAGESIMUS SECUNDUS.

An, & qualiter exſpiret, aut ſuſpendatur Subconſervatoris officium.

Ubi

Doctorum Catalogus de Judice Regularium Conſervatore differentium, & Conſtitutiones Summorum Pontificum de Conſervatoribus.

1 DIco I. Quemadmodum Officium Judicis Regularium Conſetvatoris temporaneum eſt, non perpetuum; cum moltipliciter valeat, non modo ſuſpendi, ſed etiam exſpirare, ut innuimus *art.* 37. *aſſ.* 5. *n.* 1. & *ſequentibus articulis* comprobavimus; ita temporaneum eſt, non perpetuum Subconſervatoris Officium; cum nedum ſuſpendi, ſed etiam exſpirare mulripliciter queat, ſcilicet & illis iiſdem modis, quibus exſpirat Conſervatoris officium; & aliis qnoque, quibus etſi non exſpiret Officium Conſervatoris, exſpirat tamen illud Subconſervatoris, ut diſtincte videbimus in ſequentibus. Itaque

2 Dico II. Officium Subconſervatoris, non modo ſuſpenditur, ſed exſpirat pariter omnibus recenſitis modis, quibus vidimus ſuſpendi, aut exſpirare Conſervatoris Officium. Aſſertio manifeſta eſt ex eo, quod de Subconſervatore proportionaliter ſit intelligendum, quidquid de Conſervatore ſtatutum reperitur; ut ſupra firmavimus *art.* 36. *aſſ.* 1. *a n.* 5. & *aſſert.* 3. *num.* 14. & 15. Eruitur ex tex. *cap. fin.* §. *Vices quoque, de Offic. Deleg. in* 6. cum ibi not. per Doctores; cum præſertim Subconſervator, & ipſe quidam Conſervator ſit: quemadmodum de ſubdelegato, cujuſmodi eſt Subconſervator, attento jure communi antiquo, proportionaliter intelligitur, quidquid de delegato, cujuſmodi eſt, inſpecto eodem jure antiquo, Conſervator, decretum repetitur; ut liquet ex *cap. Statutum* §. *in nullo quoque de reſcript. in* 6., *cap. Ex literis, de Offic. Deleg.*, & *cap. Licet undiq. eod. tit.* ubi Doctores paſſim, & *Dec. in cap. Cum te n.* 2. *de Offic. Deleg.*, *Abb. ibi in Gloſſ.* & *cap. fin. col.* 4. §. *Ego vero, De ſent. & re judic.* Et aliunde ſubdelegatus quidam delegatus eſt: unde
3 de eo agitur ſub *tit. ſeu rubr. de Offic. Deleg.* Et delegati appellatione venit, ſumpto argumento a rubro ad nigrum, quo in materia Conſervatorum utitur *Gloſſa* communiter recepta in *cap.* 1. *de Offic. Deleg. in* 6. ſicut, & utuntur Doctores frequenter, quos allegas *Everard. in loc. legal. a rubro* fere per tot., præſertim vero *n.* 3. 4., & 5. Et confirmatur ex eo, quod ſubrogatum naturam ſapiat ejus, in cujus locum ſubrogatur, *l. ſi eum, ff. ſi quis caution.* Etiam in materia juriſdictionis, ut late comprobas *Ant. Gabriel commun. concluſ. l.* 6. *tit. de reg. Jur. Concl.* 2. *n.* 31. Hinc

Officium Subconſervatoris Regularium I. exſpirat per mortem naturalem ipſiuſmet Subconſervatoris etiam quoad negotia cœpta, quemadmodum Conſervatoris officium; cum mors omnia ſolvat, §. *Deinceps, auth. de nupt.* Omnia ſcilicet bona, & jura, & ſic etiam juriſdictionem, quam habebat, dum viveret. Quod ſi divinitus ſtatim ſuſcitaretur, nec alius in Subconſervatorem foret deputatus, munus recuperaret; quemadmodum Conſervator redivivus, ex dictis *art.* 37. *aſſert.* 1. *n.* 2. & 3. 4

5 Non exſpirat tamen Subconſervatoris officium per mortem ejuſdem Civilem, puta per ſervitutem, & exilium, perque excommunicationem, vel ſuſpenſionem latam ſimpliciter, aut a juriſdictione, vel ab officio; ſed ſuſpenditur, donec libertati reſtituatur, redeat ab exilio, vel ab excommunicatione ſolvatur, aut ſollatur ſuſpenſio: quemadmodum per mortem Conſervatoris civilem, puta per ſervitutem, per exilium, per excommunicationem, ſuſpenſionemque, ſuſpendi, non exſpirare diximus Conſervatorium munus *cit. art.* 37. *aſſ.* 4. *a numer.* 18.

6 Quamobrem ubi Subconſervator, ſervus effectus, aut exul, libertati, & patriæ dein reſtituatur, tunc cœpta negotia recuperabit: niſi, ut advertit *Monet. c.* 10. *q.* 4. *n.* 180. Commiſſio facta fuerit, non in totum, aut etiam cum clauſula: [donec vices ſuas duxerit avocandas], & Conſervator commiſſionem avocaverit. Recuperabit etiam non cœpta, ſi juriſdictionem ſuam Conſervator non avocaverit, eam alteri committendo, vel alio
modo, ut notat idem *Monet. ibid.*, addens, quod 7
ſi commiſſio facta fuerit cum Clauſula: [Quod ſi non omnes]; tunc ſervitute, vel exilio impeditus, ceſſante impedimento, admittendus erit, tam quoad negotia cœpta, quam quoad non cœpta, præcipue per *text. in c. Sciſcitatus, de reſcript.*, qui non diſtinguit de negotiis cœptis, aut non cœptis, loquiturque de quovis impedimento, ſeu juris, ſive facti. Quod multo magis procedet, ubi ſint plures Subconſervatores in ſolidum, per *c. cum plures de Offic. Deleg. in* 6.

8 Item ubi Subconſervator in excommunicationem, vel ſuſpenſionem inciderit, & pro ſuſpenſo, aut excommunicato fuerit denuntiatus; donec ab excommunicatione abſolvatur, tollaturque ſuſpenſio, ſuſpenſum habebit ſuæ juriſdictionis, etiam volon-

tariæ, exercitium; cum id regulare sit in Judice, quod per excommunicationem, aut suspensionem, latam simpliciter, vel a jurisdictione, aut ab officio, suspensum habeat propriæ jurisdictionis, etiam voluntariæ, exercitium; liberum tamen, cum absolutionem obtinuerit, cessaritque suspensio. Quare.

9 Ubi duo sint Subconservatores dati [simul, aut simpliciter,] si unus fuerit excommunicatus, vel suspensus, alter solus nulliter procedat. Si vero dati cum Clausula [si non omnes]; licet procedere queat non excommunicatus, non suspensus, sine collega excommunicato, vel suspenso, si tamen cum illo procedat, nulliter procedet: nisi in processu foret Clausula: [Et prædicta facimus tam conjunctim, quam divisim, sive in solidum, & omni meliori modo &c.] cohærenter ad ea, quæ de duobus Conservatoribus excommunicatis, vel suspensis stabilita sunt *art. 37. ass. 4. cit.*

10 Nec exspirat, immo neque suspenditur Officium Subconservatoris per dimissionem dignitatis, ratione cujus fuit Subconservator deputatus, seu de cetero hujusmodi dimissio contingat per renuntiationem, vel per aliud id genus mortis Civilis late sumptæ modum; cum satis superque sit ad hoc, ut Subconservator in suo munere perseveret, quod in eo dignitas tempore deputationis, seu electionis adfuerit, etsi non adsit tempore processus &c. Sive etiam contingat præfata dimissio per mutationem dignitatis antiquæ in aliam, vel majorem, vel æqualem, aut etiam inferiorem.

11 Immo neque transit Subconservatoris Officium in successorem, in dignitate, si commissio fuerit personalis, & dignitatis amissio non per delictum, neque per adventum qualitatis totaliter oppositæ. Quamvis in successorem transeat etiam re non integra, si commissio fuerit realis. Quemadmodum non exspirat neque suspenditur, immo neque transit in successorem Officium Conservatoris per similem dimissionem, vel mutationem dignitatis, si commissio fuerit personalis: quamvis transeat, etiam re non integra, si deputatio fuerit realis, ex late stabilitis *art. 38. ass. 1.*

12 II. Exspirat Subconservatoris Officium in uno ex duobus Subconservatoribus simpliciter datis, vel a duobus Conservatoribus, per mortem alterius Subconservatoris naturalem, juxta *cap. si duo, de Offic. Deleg. in 6.* vel ab uno, eodemque Conservatore, ad *text. in c. Cum te, de Offic. Deleg.* Quemadmodum, mortuo uno ex duobus Conservatoribus simpliciter datis, exspirat jurisdictio in superstite, cohærenter *ad cap. pen. de Offic. Deleg.* ibi: [Uno delegatorum rebus humanis exempto, Officium eorum exspiravit.] Cum neuter illorum sit Judex in solidum, qui solus judicare possit; sed uterque Subconservator loco unius tantum sit, & uterque simul judicare jussus, *l. duo ex tribus, ff. de re judic.*

13 Idem dicendum, si alter ex duobus Subconservatoribus reddatur infamis; aut alias de jure ad judicandum inhabilis; vel tamquam suspectus via juris amoveatur: quemadmodum si talis fuerit alter ex duobus Conservatoribus simpliciter datis, proportionaliter ad ea, quæ *art. 37. assert. 3. num. 10.* a nobis firmata sunt.

14 Non exspirat tamen in Subconservatore superstite jurisdictio per mortem alterius Subconservatoris naturalem, si hic habeat successorem in dignitate, ratione cujus datus sit; quemadmodum de Conservatore superstite dictum est *cit. art. 37. ass. 3.* Cum tunc ejus Officium transeat in successorem, ad *text. in cap. Quoniam Abbas de Offic. Deleg.* Qui proinde exspectandus est, ut superstes procedat; cum nequeat se solo procedere, utpote datus simul cum alio, juxta *c. Causam Matrimonii, de Offic. Deleg.*

Neque exspirat in Subconservatore superstite 15
jurisdictio per mortem alterius Subconservatoris naturalem, vel Civilem large sumptam, videlicet per infamiam, inhabilitatem, aut remotionem ejusdem ab Officio, ratione suspicionis, si ambo dati sint cum Clausula: [Quod si non omnes] aut [si ambo &c.] Quamvis ut ille valide procedat, de hujus impotentia debeat constare, *cap. Prudentiam in princ., de Offic. Deleg.* Vel si dati sint cum hac alia Clausula: [Ut omnes, aut duo, vel unus eorum mandatum exequatur:] Vel cum hac: [Quod quilibet eorum in solidum, & per se judicare possit,] Vel [quod alter alterum non exspectet, aut non requirat,] ut diximus de duobus Conservatoribus, sub his Clausulis datis *cit. art. 37. ass. 3.*

III. Exspirat Subconservatoris Officium per re- 16
nuntiationem muneris acceptati ex justa causa; quemadmodum exspirat Officium Conservatoris ex dictis *art. 39. ass. 1. n. 2.* juxta superius stabilita *art. 16. ass. 1.*

IV. Exspirat Subconservatoris Officium per la- 17
psum temporis præfiniti, tum quoad negotia non cœpta, tum etiam quoad cœpta; quemadmodum Officium Conservatoris: cum permissum ad tempus, post illud censeatur prohibitum, ut ex variis juribus, & doctoribus firmavimus supra *art. 40. ass. 2. a n. 1.* Quamvis de partium consensu prorogari ulterius valeat, cohærenter ad ea, quæ de prorogatione Conservatoris Officii, de consensu partium, post lapsum quinquennii tradidimus *cit. art. 40. ass. 2. n. 9.* Cum ex ibi firmatis generale sit de omni jurisdictione, seu delegata, sive etiam ordinaria, quod de mutuo partium consensu ea valeat prorogari.

V. Exspirat Subconservatoris Officium per Avo- 18
cationem causæ factam non a Conservatore per Papam; Cum processus, a Subdelegato factus, etiam post Avocationem causæ, a delegato per Principem factam, validus sit, & subsistat, ut docet *Lancell. de attent. p. 2. c. 10. nu. 36., laudans Decis. Rot. in una Salmantina Canonicatus coram Baren.* Et refert *Monet. c. 10. q. 1. num. 27.* Sed per ipsummet Conservatorem a suo Subconservatore, re integra, *text. l. Judicium solvitur ff. de jud. c. Quamvis de Off. Deleg. in 6.* ibi: [Quamvis alicui vices suas in causa tibi a Sede Apostolica Delegata in totum commisisse noscaris; si tamen antequam ille jurisdictione usus fuerit, commissio hujusmodi per se revocetur ab illo, vel eum rebus eximi contingat humanis, causam ipsam resumere poteris.] Et merito sane; cum jurisdictio, qua quis usus non est, non censeatur in eum efficaciter transiisse, ut ibi notant Doctores cum *Gloss. communiter approbata.* Sic Conservatoris exspirat officium per Avocationem causæ factam ab eo per Papam, ut diximus *art. 41. ass. unic. n. 30.*

Quod si res integra non sit, eo quod Subcon- 19
servator uti cœperit jurisdictione, etiam per solam citationem; non valebit revocatio, ut colligitur ex *Gloss. dic. cap. Quamvis verb. usus fuerit, & cap. Si delegatus, de Offic. Deleg. in 6.* Nisi tamen Subconservatoris commissio facta fuerit cum Clausula: [donec vices suas ad se duxerit avocandas;] in quo casu opinatur *Moneta*, quod in actu indivisibili, ut est probatio sententiæ, revocatio non subsistat, nisi re integra, per *text. c. Si delegat. de Offic. Deleg. in 6.* Ubi dicitur: quod

per

per cummissionem cum dicta Clausula: [*donec vicet suas &c.*] censeatur etiam sententiæ prolatio committi, ita ut possit a subdelegato sententia proferri, nisi hujusmodi commissio antea fuerit revocata. In actu vero Subconservatoria, qui divisionem reciperet, cujusmodi est examen testium, &c., quamvis ea pars examinis, quæ post revocationem facta fuerit, non valebit, atque in revocatione contineri poterit, aut debebit propter eamdom rationem textus; pars nihilominus illa, quæ ante revorationem facta fuit, valida remanebit per *text. dic. cap. Quamvis*, a contrario sensu totius illius dispositionis simul sumptæ.

21 Atque hic notandum, locum etiam proportionaliter habere in proposito ampliationes, & restrictiones supra recensitas *art. præced.* de Avocatione jurisdictionis Conservatoris, seu de Avocatione Causæ ab eo facta, deque gestis per ipsum post factam Avocationem.

22 Dico III. Præter enumeratos modos, quibus exspirat, vel suspenditur Subconservatoris Officium, quemadmodum exspirat, aut suspenditur Officium Conservatoris; alii quoquo recensentur modi, quibus ejusdem Subconservatoris munus exspirat, vel suspenditur, eo quia exspirat, suspenditurve Conservatoris, illum deputantis jurisdictio; quamvis hæc neque exspiret, neque suspendatur, eo quod exspiret, suspendaturve Papæ Conservatorem indulgentis potestas. Sunt autem hujusmodi modi mors Conservatoris naturalis, & mors ejusdem civilis, per quos exspirat etiam, aut suspenditur Subconservatoris Officium, etsi per mortem Papæ naturalem, vel Civilem nequaquam exspiret, aut suspendatur munus Conservatoris, ut stabilivimus *art. 39. ass. 5.* Itaque

23 VI. Exspirat Subconservatoris Officium per mortem naturalem Conservatoris, re integra. Quod patet *ex cap. Relatum, & cap. Gratum, de Offic. Deleg.*, ubi statuitur, per mortem delegantis, re integra, exspirare jurisdictionem in delegato. Et ex *cap. fin. §. Officium, de Offic. Deleg. in 6.*, ubi in specie cavetur, Officium Conservatoris, quoad negotia non cępta morte concedentis exspirare. Et quamvis prædicta jura loquantur de morte delegantis respectu delegati immediati; tamen, ut notat *Monet. C. 10. p. 4. nu. 255.*, quia eadem militat ratio in morte delegati, respectu subdelegati, præsertim cum ex supra dictis *ass. 2. & art. 36. ass. 1.* Subdelegatus quidam delegatus sit; & quidquid disponitur de hoc, de illo dispositum censeatur; & subrogatum sapiat naturam ejus in cujus locum subrogatur, etiam in materia jurisdictionis; eadem in proposito militare dicenda est jurium prædictorum dispositio, juxta *l. Illud, ff. ad leg. Aquil., & cap. Inter Corporalia 2., de translat. Episcop.* Patet etiam ex *leg. Et quia §. ideoque ff. de jurisdict. omn. Judic.*, ubi universaliter disponitur, quod si is qui jurisdictionem mandavit, decesserit prius, quam res ab eo, cui mandata est jurisdictio, geri cœperit, solvitur mandatum. Et *ex text. in cap. Licet undique de Offic. Deleg.* ubi expresse disponitur, quod si subdelegatus jurisdictione, a suo Collega sibi delegata, uti non ceperit; eo vivente, non habet solus officium judicandi. Unde per mortem Conservatoris exspirat jurisdictio Subconservatoris, etiamsi hic fuisset Conservatoris Collega: Vel commissio Subconservatoris facta fuisset: [Quoties Conservator abfuerit vel donec vices suas ad se duxerit revocandas], ut de subdelegato disponitur in *cap. Si*
24 *delegatus, de Offic. Deleg. in 6.* Sed a contrario sensu. Et ratio a priori est, quia jurisdictio delegata non transit efficaciter in delegatum, sed manet penes delegantem, donec ea delegatus utatur, *Cap. Quamvis, de Offic. Deleg. in 6.* Ergo una cum morte delegantis, antequam delegatus utatur, illa moritur; sicque non habetur in delegato. Item delegata Jurisdictio accessoria est jurisdictioni deleganti: corruente autem principali, corruit accessorium.

Verum hoc intelligendum, nisi communi er- 25
rore mors Conservatoris, & delegantis ignoretur. Si enim mortuus sit Conservator, qui Subconservatorem deputavit, & mors communiter ignoretur, quamtumvis sciatur ab ipso Subconservatore; communis error cum titulo putativo, qui potis est jurisdictionem conferre, poterit datam, post mortem dantis, conservare, per ea, quæ tam in delegato, quam in Vicario tradit *Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 22. n. 59.*

Dixi: exspirat Subconservatoris officium per 26
mortem Conservatoris, *re integra*. Enimvero re non integra non exspirat, sed quoad negotia cępta, post mortem Conservatoris perseverat jurisdictio in Subconservatore, ut ex præcitatis *cap. Relatum, & c. Gratum, de Offic. Deleg., & ex c. fin. §. officium de offic. deleg. in 6.* Sed a contrario sensu manifestum est; & in specie subdelegati *ex dic. c. Licet undique*, ubi decernitur, quod si Collega, subdelegatus a suo Collega, jurisdictione sibi demandata cęperit uti ante mortem subdelegantis, vices suas, & alterius poterit adimplere. Et *ex c. Si delegatus* ibi: [si delegatus, quoties eum abesse contigerit, alicui commiserit vices suas, poterit subdelegatus, mortuo delegato, cum & tunc censeatur abesse, commissum sibi negotium, dum tamen illo vivente jurisdictione uti cęperit, libere definire.] Idem ibidem disponit Pontifex, si delegatus alicui commiserit vices suas, donec eas duceret ad se revocandas. Unde re non integra per mortem Conservatoris non exspirat, sed perseverat Jurisdictio in Subconservatore, etiamsi Subconservator fuisset mortui Conservatoris Collega; vel commissio facta sub clausula: [quoties eum abesse contigerit] vel [donec vices suas ad se duxerit revocandas.]

VII. Exspirat. Subconservatoris Officium per 27
mortem naturalem Conservatoris, nedum re integra, sed etiam non integra, si commissio facta fuerit sub clausula: [ad beneplacitum voluntatis meæ:] Vel [quamdiu voluero.] Quemadmodum exspirare officium subdelegati ad beneplacitum, vel quamdiu delegatus voluerit, per mortem naturalem delegati, nedum quoad negotia non cępta, verum etiam quoad cœpta, docent *Gloss. in dic. c. Si delegatus, verb. morte, Gemin., Franc., Jo. de Fant., & alii cum Sanchez lib. 8. de Matrim. disp. 28. n. 30. ex cap. Si gratiose, de rescript. in 6.*, ubi dicitur, quod morte exspiret beneplacitum.

Nec officit, quod si commissio facta fuerit sub 28
clausula: [donec duxero avocandum, vel aliter ordinandum, seu providendum,] quoad negotia non cępta, non exspiret Subconservatoris officium per mortem Conservatoris; ut nec jurisdictio subdelegati re integra per mortem delegati.

Non officit, inquam: nam prima clausula: [ad 29
beneplacitum] vel [quamdiu voluero] perseverantiam importat antiquæ voluntatis; quæ tamen exspirat per mortem: secunda vero clausula: [donec duxero avocandum &c.] expressam revocationem primæ voluntatis importat, seu novam voluntatem, quæ non inducitur per mortem; in quem casum erat limitata extinctio actus, ut optime di-

ſtingunt laudati Doctores cum *Sanchez ſupra a n. 49. uſque ad 36.*

30 Ubi notandum, tunc dici in propoſito, rem non eſſe integram, ſeu negotia jam eſſe cępta, & Subconſervatorem uſum fuiſſe juriſditione, cum ſaltem citatio fuerit tranſmiſſa, ut ſępius notavimus ex *dic. c. Si delegatus, c. Quamvis, de offic. deleg. in 6., & aliis juribus.*

31 Non exſpirat tamen Subconſervatoris officium, ſed ſuſpenditur quoad negotia non cępta, per mortem Civilem Conſervatoris, qua ſervus fiat, &c. donec Conſervator ipſe libertatem recuperarit, & una ſimul per poſtliminium omnia bona, & jura ſua. Cum enim ex ſupra inſinuatis officium Subconſervatoris acceſſorium ſit muneri Conſervatoris, tamquam ſuo principali, & ab hoc in eſſe dependeat; ſi principale Conſervatoris officium non exſpiret, ſed ſuſpendatur per mortem Civilem, qua Conſervator ſervus fiat, &c. non exſpirabit, ſed ſuſpendetur munus Subconſervatoris acceſſorium. Unde, niſi alius novus Conſervator, loco antiqui, ſervitute detenti, deputetur, poterit Subconſervator, cum antiquus libertati reſtituatur, juriſdictionem ſuam exercere.

32 Quoad negotia vero cępta neque exſpirat, neque ſuſpenditur officium Subconſervatoris per quamcumque mortem civilem Conſervatoris; ut neque exſpirat, neque ſuſpenditur quoad negotia cępta per mortem Conſervatoris naturalem Subconſervatoris Officium ex dictis; cum non debeat plus operari civilis mora, quam naturalis, ut de ſe patet.

33 Neque etiam exſpirat Subconſervatoris Officium re integra, ſed mere ſuſpenditur per mortem Conſervatoris civilem, qua nimirum Excommunicatus denuntietur Conſervator, ſitque notorius Clerici percuſſor; aut ſuſpendatur ſimpliciter, vel a juriſdictione, aut ab officio: cum excommunicatio, & ſuſpenſio ex una parte juriſdictionem non auferat, ſed ejus dumtaxat uſum, & exercitium, ex dictis ſuperius: & ex altera parte ſuſpenſa juriſdictione principali, & acceſſoria quoque ſuſpenditur, a principali dependens, ut paulo ante diximus, & docent *Sayr. de Cenſur. lib. 2. c. 6. n. 20. Ugol. eod. tr. tab. 1. C. 4. §. 4. n. 7., & tab. 2. C. 12. §. 5., Sanchez de Matrim. lib. 3. diſp. 30. nu. 8. & diſp. 31. n. 7. ac lib. 8. diſp. 28. nu. 57.* ſecus tamen re non integra, ſeu quoad negotia jam cępta, ut bene probat præter alios *Ugol. dic. §. 5.* præſertim per *text. in c. Si is, cui, & c. Quamvis, de offic. deleg., ac c. Licet undiq. eod. tit.*

34 Limitat tamen hic *Moneta c. 10. q. 4. n. 275.* in Vicario Epiſcopi, deputato Subconſervatore ab eo, qui tamquam Epiſcopus fuerat & ipſe Conſervator a Papa deputatus, & vigore litterarum poterat etiam Vicarium Epiſcopi deputare Subconſervatorem. Nam ſi Epiſcopus deinde fiat notorius Clerici percuſſor, vel excommunicatus denuntietur; aut ſuſpenſus; vel interdictus; non proinde Vicarii Subconſervatoris juriſdictio ſuſpenditur, ſive quoad negotia cępta, ſive etiam quoad non cępta: quia licet per Excommunicationem, Suſpenſionem, & Interdictum Epiſcopi deſinat omnino in Vicario juriſdictio, quam Vicarius ipſa acceperat ab Epiſcopo, etiam quoad negotia cępta, ut de Excommunicatione liquet ex *text. in c. 2. de Offic. Vicar. in 6.*, & de Suſpenſione, ac Interdicto docet poſt alios *Sanchez diſp. 30. cit. n. 8.*, hoc tamen intelligendum de illa juriſdictione, quam Vicarius ab Epiſcopo tantum accipit; ut in ſimili de Excommunicatione liquet ex *text. dic. cap. 1.* Non autem de illa, quam Vicarius accipit non tantum ab Epiſcopo, ſed etiam a Papa, mediante Epiſcopo; ut accidit in propoſito, in quo Vicarius Subconſervatoris juriſdictionem nedum ab Epiſcopo, ſed a Papa inſimul accipit per Epiſcopum; unde etiam dicitur Subconſervator Apoſtolicus.

VIII. Exſpirat Subconſervatoris Officium, ubi Conſervator Officio Conſervatoris privetur, vel per Revocationem electionis a Regularibus factam, vel per Renuntiationem muneris ab ipſomet Conſervatore intra quinquennium propoſitam, ſed quoad negotia non cępta; vel per lapſum quinquennii etiam quoad negotia jam cœpta. Non tamen exſpirat Subconſervatoris Officium per avocationem Cauſæ a Conſervatore, factam per Pontificem. 35

Aſſumptum propugnatur a Doctoribus frequentiſſime cum *Monet. c. 10. q. 4. a n. 267. & 268.* Et quoad primam de Revocatione electionis, & ſecundam de Renuntiatione muneris partem, liquet ex eo quod principali corruente, & ipſum corruit acceſſorium. Ergo corruente per Revocationem electionis, ſicut & per Renuntiationem Officio Conſervatoris, quod eſt principale, corruit Officium Subconſervatoris, quod acceſſorium eſt. 36

Dixi *quoad negotia non cœpta:* quia, ut non ſemel diximus ſupra, antequam Subconſervator juriſdictione utatur, non tranſit in ipſum efficaciter juriſdictio, ſed manet penes Conſervatorem; quemadmodum antequam ſubdelegatus juriſdictione delegantis utatur, non tranſit efficaciter in eum juriſdictio, ſed manet penes delegantem, ut patet ex *cap. Quamquam, de Offic. Deleg. in 6.* Ubi præcipue ſermo eſt de ſubdelegato. Non exſpirat tamen quoad negotia cępta, per quæ tranſiit efficaciter in Subconſervatorem Conſervatoris juriſdictio, atque in eo eſt perpetuata. 37

Quoad tertiam de lapſu quinquennii partem, manifeſtum eſt aſſertum ex eo, quia juriſdictio ad tempus permiſſa, poſt lapſum temporis præfiniti, etiam quoad negotia jam cœpta terminatur, ut ex variis juribus, & Doctoribus ſtabilivimus ſupra *art. 40. aſſ. 1. a n. 1.* 38

Quoad quartam denique partem de Avocatione patet Aſſertum ex iis, quæ tradit *Lancellot. de attent. p. 2. c. 10. n. 3.* & nos ſupra retulimus de ſubdelegato, cujus nimirum proceſſus etiam poſt Avocationem Cauſæ a delegato per Principem factam efformatus, validus eſt: Pro quo deciſionem affert *Lancellot. Rot. Rom. in una Salmantina Canonicatus coram Barcn.* 39

Atque hæc de modis, quibus exſpirat, aut ſuſpenditur Subconſervatoris Officium.

Et de Judice Regularium Conſervatore pro noſtra tenuitate diſſeruiſſe, ſit ſatis. Quod in Dei O. M. gloriam, Eccleſiæque utilitatem cedat.

Ut autem omnia hactenus univerſa tractatione ſtabilita firmius conſiſtant; & amplitudo facultatum, ac privilegiorum, Conſervatoribus Regularium indulta, qualis, quantaque ſit, melius dignoſcatur, funditusque mens Summorum Pontificum, abunde privilegia impertientium, illave coarctantium percipiatur; operæ pretium erit, & coronis, Auctores, de hac materia ſeu per ſpeciales tractatus, ſive incidenter diſſerentes, & una ſimul conſtitutiones Summorum Pontificum de Conſervatoribus, illas nimirum primo, quæ in corpore Juris ſunt, & ipſomet Jure tranſcriptas, reliquas dein, quæ extra illud vagantur, ex Magno Bullario Romano, opera Angeli a Lantuſca,

& Joa:

& Jo: Pauli a Roma Strictioris Observantiæ S. Francisci illustrato, & aucto, ac Luxemburgi edito anno 1727., & ex aliis fideliter depromptas Universæ huic de Judice Regularium Conservatore dissertationi subnectere: ut enim cecinit vates:

Purius ex ipso fonte bibuntur aquæ. Sic igitur

CATALOGUS DOCTORUM

De Judice Regularium Conservatore disserentium.

40 DE Judice Regularium Conservatore, seu per speciales tractationes, sive incidenter, disseruot *Monet., Cochler, & Massobr. in speciali tract. de Conservatoribus, Azeved. ad tit. 8. lib. 1. novæ recopil. pag. 118., Cur. Philipp. tom. 1. p. 3. §. 7. de Conservatoribus, Guttier. pract. lib. 3. q. 9., Alois. Ricc. in collect. decision. p. 4. Collect. 899., & in decis. Curiæ Archiepis. Neapol. p. 2. decis. 258., Emmanuel Rodriquez quæst. Regul. tom. 1. q. 65., Hieronym. Rodriq. in compend. quæst. Regul. resol. 33., De la Cruz de statu Religion. lib. 2. c. 10., Confectius in summar. moter. privil. Mendic. tit. 4. de privil. Conserv., Miranda in Manual. Prælat. tom. 2. q. 47. Raymundus Nidus de Conservatoribus Regularium. Leo in Thesauro fori Ecclesiast. p. 2. c. 3. a n. 102., Campanil. in diversorio juris Canonici rubrica 12. c. 13. a n. 24., Thomas Sanchez tom. 2. Consil. lib. 6. cap. 9. dub. 5., & 6., Ceval. Communium contra commun. tom. 4. q. 792. cum sequentibus; Fragosus p. 2. lib. 4. disp. 12. Reip. Christ. Regim., Cardos. in praxi Judicum, & Advocat. verb. Conservator, Portel. in dub. Regular. eod. verb., Salgad. de Protect. Regin p. 2. c. 10. a n. 63., Solorzan de Jure. Indiarum tom. 2. lib. 3. c. 26. a n. 111., Vulpe in praxi Judic. fori Ecclesiast. c. 12., Lezana in summa q. Regul. tom. 1. c. 3., & tom. 2. cap. 10., ac in Consultis Consulto 40., Joan. Maria Novar. in Lucerna Regularium, verb. Conservator; Joan. Antonius Novar. in summa Bullarum eod. verbo, Gabriel Pereira de Castro in decisionibus Regni Lusitaniæ decis. 118. a n. 15., Barbos. de offic., & pot. Episc. p. 3. Alleg. 106., & in summa Apostolic. decis. verb. Conservator Collect. 206., ac in Trident. sess. 14. de refor. c. 5., Sylvester in summa verb. Conservator, Molina de Justitia tom. 6. tract. 5. disp. 29., Azor. Instit. Moral. p. 2. lib. 5. c. 34., Pellizzarius in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. c. 4. sect. 4., Donatus in praxi tom. 1. tr. 17., Ascanius Tamburin. de Jure Abbatum tom. 3. disp. 17., Bordonus p. 2. Resol. 95., Peyrin. tom. 2. privil. in Const. 9. Greg. 15., & tom. 3. in add. ad dic. Const. c. 51., & tom. 1. in Formul. littera C. c. 20., Reiffenstuel lib. 1. decretal. tit. 29. de offic. & pot. Judic. deleg. §. 7. q. 3. a num. 168., Pignatell. tom. 1. Consult. 113., 165., & 392., tom. 2. Consul. 29., tom. 3. Consult. 1., tom. 4. Consul. 162., tom. 7. Consult. 10., tom. 8. Consult. 33., & tom. 10. cons. 96., Fagnan. lib. 2. decretal. in c. si Clericus de for. compet. & alibi, Leurenius l. 1. Decretal. tit. 29. c. 7., Cardinalis de Luca de Jurisdict. discurs. 4.; & 49., & de Regul. disc. 1. §. 2., & disc. 51., & 52., & alibi, Ventriglia in praxi tom. 1. Adnot. 27. §. unic., Monacell. par. 1. Formul. in Appendic. Adnotat. ad Constit. 9. Greg. 15., & p. 3. tit. 1. in adnot. ad form. 49. 50., 51., & 52., & p. 4. suppl. ad primam p... tom a n. 210., Thesaurus de pœnis Ecclesiasticis p. 2. verb. Conservatores C. 1., Gavant. in Manual. Episc. verb. Conservatores, Chiavetta instit. Canonic. lib. 3. p. 1. c. 3. Pasqualigus in addit. ad Lauret. de Franchis tit. de Conserv. a n. 827., & in q. Mor. Canonic. Centur. 2. q. 178., & 179., Layman. lib. 1. decret. cap. 1. & fin. de offic. & pot. Jud. deleg. in 6., Card. de Lugo in Respons. Mor. lib. 4. dub. 38., Antonell. de Regim. Eccles. Episcop. lib. 7. cap. 2., Matthæuce. in Officiali Cur. Ecclesiast. c. 15. Mendo de Ordin. Milit. d. 2. q. 4., & in Epitome verb. Conservator Judex., Anton. a Spiritu Sancto in director. Regul. p. 1. tr. 2. disp. 1. sect. 4. §. 3., Malletus de Hierarch. & Jur. Eccles. milit. lib. 3. p. 1. tit. 62., & lib. 5. tit. 2. §. 14., & 15., Cespedes de Exempt. Regul. C. 12., Casarub. in compend. privil. cum adnot. Serbi. Piasec. in prax. p. 2. c. 3. art. 6. de Visit. Regul. a n. 9., Novar. in prax. privil. miserabil. person. privil. 70., Pirhing lib. 1. Decret. tit. 29. sect. 8., Pilaja Instit. Canonic. lib. 1. decis. 12. a n. 119., Fargna de Jurepatron. p. 2. can. 22., 23., 24., Cas. 2. Candid. Brugnol. in Spec. Cleric. cap. 19. Passerin. in c. Hac Constitutione, de Offic. Deleg. in 6.*, & alii.

CONSTITUTIONES

SUMMORUM PONTIFICUM

DE CONSERVATORIBUS.

QUoniam ante Innocentium IV., ejusque Constitutionem [Statuimus] *c. 1. de Offic. & Pot. Jud. deleg. in 6.* nullus Pontifex, nullaque Sanctio Pontificia, sive in Decreto, sive in Decretalibus, expressam de Conservatoribus mentionem facit, ut vidimus supra *art. 4. asser. 3. n. 8.* Ideo

PRIMA CONSTITUTIO, de Conservatoribus loquens, est insinuata Innocentii IV. *in dic. c. 1. de Offic. & Pot. Jud. Deleg. in 6.*, vi cujus Conservator a manifestis defendit injuriis, & judicialem indaginem non exercet. Sic autem habet laudata Constitutio: 41

[Statuimus, ut Conservatores, quos plerumque concedimus, a manifestis injuriis, & violentiis defendere possint, quos eis committimus defendendos. Nec ad alia, quæ judicialem indaginem exigunt, suam possint extendere potestatem.]

SECUNDA CONSTITUTIO est Alexandri IV. *in c. 2. eod. tit. & libro*: per quam in coactionibus, & pœnis Pontificali dignitati deferre tenetur Conservator: 42

[Quia Pontificali dignitate præditis, ob reverentiam Sacri Officii, quod exercent, plurimum deferri convenit; & eos plus aliis honorari; decet, ut cum a Judicibus, vel Conservatoribus, a Sede Apostolica deputatis, contra eos ad coactiones aliquas, sive pœnas fuerit procedendum; gradus, & modestia in hujusmodi processu servetur. Ita quod eis, quadam condigna reverentia supportatis, ingressus primo ipsis Ecclesiæ, vel Sacerdotale interdicatus ministerium: ac deinde ab officio suspendantur: subsequentes aggravetur censura Ecclesiastica contra eos. Nisi forte aliter ...eri suasesit nimia contumaciæ protervitas, sive culpa.]

TERTIA CONSTITUTIO est Bonifacii VIII. *in cap. fin. eodem tit. & libro*: in qua qui possint esse Conservatores, disponitur, & ubi cognoscere: an, & quibus possint delegare, & quantum duret eorum potestas. Tandem de expensis, Officialibus, Testibus, &c. Tenor autem præfatæ Constitutionis est hujusmodi. 43

§. I.

§. I. [Hae Constitutione, perpetuo valitura, sancimus, ut Conservatores, qui aliquibus (ut manifestis injutiis, & violentiis tueantur eosdem) plerumque a Sede Apostolica conceduntur, de cetero deputari non possint, nisi Episcopi, vel eorum Supetiores, aut Abbates, seu Dignitates, vel Personatus in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis obtinentes.

§. II. Nullusque deputati sibi Conservatoris esse valeat Conservator.

§. III. Nec aliquis (Regibus, & Reginis, qui sicut dignitatis altitudine præeminent; sic prærogativa gratiæ ipsos convenit anteferri, dumtaxat exceptis) deinceps Conservatorem habeat eum, qui sub ipsius jurisdictione, dominio, vel districtu Ecclesiastico, vel temporali consistat.

§. IV. Conservatores autem hujusmodi extra Civitates, seu Diœceses, in quibus fuerint deputati, contra quoscumque procedere, aut aliquos ultra unam dietam a fine Diœcesum eorumdem trahere, non præsumant.

§. V. Vices quoque suas (citationibus, & sententiarum denuntiationibus dumtaaat exceptis, quas per alios valeant exercere) nulli committere, possint: nisi hoc eis competierit ex beneficio litterarum; sed nec tunc, nisi intra Civitates, seu Diœceses, in quibus deputati fuerint, & personis tantum, quæ supetius sunt expressæ.

§. VI. Ut autem Conservatores limites sibi traditæ potestatis (quos frequenter excedunt) metu pœnæ diligenter observent; decernimus, ut si de aliis, quam de manifestis injuriis, & violentiis scienter se intromiserint, seu ad alia, quæ judicialem indaginem exigunt, suam extenderint potestatem; eo ipso per unum annum ab officio sint suspensi. Pars vero, quæ hoc fieri procurabit, sententiam excommunicationis incurrat, a qua non possit absolvi, nisi ei, quem sic fatigavit indebite, primo satisfariat integraliter de expensis.

§. VII. Officium autem quorumcumque Conservatorum, ipso jure, quoad non cœpta negotia per obitum concedentis volumus, exspirare.

§. VIII. Circa munera vero, expensas, Assessores, ec Notatios, & personas testimonii causa vocandas, illa præcipimus in hujusmodi Conservatoribus per omnie observari, quæ in Delegatis Judicibus Constitutio, a Nobis super his edita, observanda decrevit.

§. IX. Quidquid autem contra præmissa, vel eorum aliquid ettentari contigerit, omnino decernimus irritum, & inane.]

44 Constitutio autem laudati Bonifacii de Delegatis Jud. edita, a Conservatoribus observanda quoad Munera, Expensas, Assessores, Notarios, & Testes ita disponit *in cap. Statutum 11. de Rescript. in 6.* circa medium.

§. X. [Insuper ut gratis, & cum omni puritate judicium coram ipso procedat, nullum munus, vel quidquid aliud (nisi forsan esculentum, vel poculentum, mere liberalitate oblatum, quod paucis consumi possit diebus: vel nisi eum ipsum, propter causam, sibi commissam, contigerit extra suum domicilium proficisci, moderatas expensas) recipere ab eisdem partibus qualitercumque præsumat. Provisurus attenre, quod in ipsis expensis modum nequaquam excedat: nec plus ab una parte, quam ab alia exigat, cum commune gerat negotium utriusque: quodque (ubi causæ sibi commissæ utilitas, vel necessitas non exegerit) occasionem propter habendas expensas proficiscendi extra domicilium non assumat: sed & ubi notabiliter fuerint pauperes litigantes, etiam pro expensis nil prorsus exigat ab eisdem.

§. XI. Assessorem autem, ut quandoque faciunt aliqui fraudulenter, nisi eo indigeat, quod conscientiæ relinquatur ejusdem, sibi nequaquam adjungat: alioquin de suo proprio providere teneatur eidem. Si autem indigeat; ipsum neutri parti suspectum assumens, ei de competenti salario, provide moderando ab eo, faciat a partibus communiter provideri.

§. XII. Notarium vero, vel Notarios in causa, sibi commissa, scribentes, qui ut plurimum in exigendo salario metas rationis excedunt, ut ad ipsius spectat officium, prudenter tefrænet: nec cum ipsis aut eum Assessoro præfato lucrum participet ullo modo.

§. XIII. Siquid autem contra Constitutionem præsentem receperit, ad ipsius restitutionem integram teneetur: nulle eorum, quibus restitutio facienda fuerit, remissione ullatenus profutura eidem.

§. XIV. Pro ferendo quoque testimonio (prætextu cujus aliqui alios fraudulenter interdum e Judicibus vocari procurant, ut eos laboribus, & expensis fatigent, aut extorqueant aliquid ab eisdem) nullum ullatenus convocet, nisi quando conditio, & status causæ requirent. Sed nec tunc (nisi a producente), competentes vocato pro testimonio veniendo, stando, & redeundo faciat ministrari expensas.

§. XV. Quidquid autem contra præmissa, vel eorum aliquid contigerit attentari, sit ipso jure irritum, & inane.]

Conformiter ad utramque præcedentem Constitutionem.

QUARTA CONSTITUTIO, est ejusdem Bonifacii incip. [Statuimus] apud laudatum Bullarium *Luxembargi tom. 9. pag.* 109. qua sternitur, quod Conservatores, certis Ecclesiis indulti a Sede Apostolica, ab injuriis manifestis defendant. Atque hi debeant esse Canonici, aut præditi dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus. Constitutio autem est tenoris sequentis:

§. I. [Statuimus, ut Conservatores, qui eb Apostolica Sede conceduntur interdum, ut aliquos a manifestis injuriis, & molestiis tueantur, sint in alicujus Civitatis Ecclesia Cathedrali Canonici, vel Dignitatem aliquam, seu Personatum in Civitate, vel Diœcesi ejus obtinentes, extra quam siquidem Civitatem aliquem, vel aliquos ad judicium evocare non valeant; nec etiam procedere contra illos, qui de Civitate, vel Diœcesi non fuerint supta dictis, sed infra Civitatem eamdem dumtaxat de commissis sibi negotiis, sive causis possint cognoscere: alii tamen, vel aliis committere nequeant vices suas, nisi expresse hoc eis ex litterarum Conservatoriarum beneficio competere dignoscatur.

§. II. Citationes tamen, & denuntiationes sententiarum, quas iidem personaliter tulerint, possint tantummodo infra Civitatem, vel Diœcesim prædictam facere per se, vel alium, seu alios, qui de Civitate, vel Diœcesi fuerint memoratis. Quodque Conservatorum ipsorum, quoad non cœpta negotia, ipso jure exspiret Officium post obitum concedentis. Ubi vero hujusmodi Civitas minime haberetur, seu destructa fortasse existeret, & in ejus Diœcesi locus reperiretur insignis, in loco ipso de hujusmodi negotio cognoscatur, & totalis processus habeatur in ipso.

§. III. Cum autem per Capitulum Cathedralis Ecclesiæ alicujus Civitatis, vel singulares personas ipsius, aut per immediatum superiorem eorum,

rum, utpote Pairiaeham, Primatem, Archiepiscopum, vel Episcopum, quisquam se diceret molestari, tunc illi taliter proponenti, ipsoque volente, poterunt Conservatores concedi, hi, qui in ipsa Ecclesia Cathedrali Canonicatus habeant, vel Personatum, seu Dignitatem in Civitate, vel Diœcesi prælibatis; vel, si maluerit impetratoe, sibi concedantur Conservatores, qui Canonicatum habeant in Cathedrali Ecclesia Civitatis, vel Personatum, seu Dignitatem in eadem Civitate, vel ejus Diœcesi, vicinis, seu contermiois Civitati, vel Diœcesi illorum, contra quos, ut præmittitur, tales contingeret Conservatores concedi: sed nihilominus, etiam in hoc casu, extra dictas Civitates, vel Diœceses ad judicium evocetur, nec contra quoslibet, qui de Civitatibus, seu Diœcesi prædictis non fuerint, nec extra Civitatem, in cujus Cathedrali Ecclesia Canonicatum, vel in qua, seu cujus Diœcesi, Dignitatem, aut Personatum obtinent, possint de negotiis sibi commissis cognoscere, vel ferre sententiam contra eos. Adjicimus insuper statutum hujusmodi, ut Judices, qui in Litteris de simplici justitia conceduntur, sint in alicujus Civitatis Ecclesia Cathedrali Canonici, vel Personatum, seu Dignitatem in eadem Civitate, vel ejus Diœcesi obtinentes: extra quam Civitatem, vel Diœcesim aliquos ad judicium evocare non valeant, nec procedere contra illos, qui de Civitate, vel Diœcesi non fuerint supra dictis: infra quam etiam Civitatem dumtaxat de commissis sibi negotiis, sive causis personaliter possint cognoscere: ac vices suas, quoad cognitionem causarum talium commissarum eisdem, vel prolationes interlocutoriarum, vel deffinitivarum sententiarum, aut ipsarum executiones committere nequeant, nisi his, qui in ejusdem Civitatis Cathedrali Ecclesia Canonicatum, vel in ipsis Civitate, vel Diœcesi Dignitatem obtinent, seu etiam Personatum: sed nec alia media causæ, articulos, vel ministeria certa minora committere liceat, nisi personis Civitatis, vel Diœcesis earumdem.

§. IV. Cum autem contra Capitulum Cathedralis Ecclesiæ alicujus Civitatis, vel singulares personas ipsius, aut contra immediatum Superiorem ipsorum, utpote Patriarcham, Primatem, Archi-Episcopum, vel Episcopum hujusmodi litteræ de simplici justitia impetrantur expresse impetratore volente concedi poterunt Judices talium litterarum, qui in ipsa Cathedrali Ecclesia Canonicatum habeant, vel Personatum, seu Dignitatem in eisdem Civitate, seu Diœcesi; vel, si maluerit impetrator, concedamus Judices, qui Canonicatum habeant in Cathedrali Ecclesia Civitatis, vel Personatum, seu Dignitatem in eadem Civitate, vel ejus Diœcesi vicinis, continuis, seu conterminis Civitati, vel Diœcesi illorum, contra quos, ut præmittitur, tales Judices impetrantur: in hoc etiam casu nullus extra dictas Civitates, vel Diœceses ad judicium evocetur, nec procedatur contra eos, qui non fuerint de Civitatibus, vel Diœcesi memoratis.

§. V. De causis, auctoritate, & negotiis sibi commissis in Civitate, in cujus Ecclesia Cathedrali Canonicatum, vel in qua, seu cujus Diœcesi Personatum, vel Dignitatem obtinent dumtaxat cognoscant, nec quoad cognitionem de negotiis, & causis ipsis prolationem interlocutoriarum, vel deffinitivarum sententiarum, vel executionem ipsarum possint aliis, vel aliis committere vices suas, qui in ejusdem Civitatis Cathedrali Ecclesia, Canonicatum, vel Dignitatem, seu Personatum in Civitate, ac Diœcesi non obtinent supra dictis, sed nec alia media causæ, articulos, vel ministeria certa minora committant, nisi personis Civitatis, & Diœcesis earumdem: Decernimus quoque, ut ipso jure sit irritum, & inane, siquid contra præmissa contigerit, attentari.

§. VI. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostri statuti, & Constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum *Laterani*, *sexto Idus Aprilis* 1295. Pontificatus nostri anno primo.]

Quinta Constitutio est Alexandri IV. *in cap. Auctoritate 4. de Privil. in 6.* ubi revocantur sententiæ, a Conservatoribus latæ contra Ordinarios, qui compescunt exemptos, construentes Oratoria, sive Capellas in loco non exempto, sine eorum licentia, aut in sic constructis, vel tempore Interdicti celebrantes, vel celebrari facientes, sic: 46

[Auctoritate Sedis Apostolicæ, de Fratrum nostrorum consilio, statuimus: quod Oratoria, vel Capellas in locis non exemptis, sine Diœcesanorum locorum ipsorum licentia, Exempti construere non præsumant: neque in sic constructis, nec tempore Interdicti (casibus expressis in jure dumtaxat exceptis) celebrent, vel faciant celebrari Divina. Quod si talia præsumpserint, ab his per locorum ipsorum Ordinarios compescantur. Et si quas propter hoc Exemptorum ipsorum Conservatores in eos sententias protulerint, illas penitus revocamus. Inhibemus insuper, ne in locis etiam exemptis hoc ipsi Exempti facere audeant, nisi super his licentiam, vel privilegium habeant Sedis Apostolicæ speciale.]

Sexta Constitutio est Clementis V. *In Clem. Unic. de Excessibus Prælatorum*, ubi enumerans Pontifex gravamina, per Prælatos, vel eorumdem subditos Religiosis illata, ab his eos cessare præcipit, & eorum Subditos cessare facere: jubetque, Religiosorum privilegia, & jura servari. Inter alia vero gravamina illud recenset Clemens laudatus: 47

[Processus juste factos, seu sententias juste latas a Delegatis Sedis Apostolicæ, vel a Conservatoribus pro Exemptis, publicari, seu executioni mandari a suis subditis non permittunt &c.]

Septima Constitutio est Joannis XXII. *in Extravag. unic. de Judiciis inter communia*, In qua Pontifex pro *Decretali* [Super Cathedram] quæ est in *Clem. Dudum de Sepulturis* innovata, a Religiosis quatuor Ordinum Mendicantium observanda, & ne Religiosi præfati graves, & molesti sint Prælatis; ipsis Religiosis, quosdam Conservatores instituit, quibus ait: 48

§. I. [Nos volentes, de Fratrum nostrorum consilio, Decretalem prædictam *Super Cathedram* irrefragabiliter observari; discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, seu alium, vel alios, etiamsi sint extra loca, in quibus estis Conservatores, seu Judices deputati, tam eisdem Archiepiscopo, Capitulis, Prioribus, Conventibus, Rectoribus, Curatis, Sacerdotibus, Vicariis, ac Clero Civitatis, & Diœcesis prædictorum, & eorum cuilibet adversus prædictos, atque e converso eisdem Fratribus adversus Archi Episcopum, Capitula, Prælatos, Priores, Conventus, Rectores, Sacerdotes, Vicarios, ac Clerum præfatos, & singulos eorumdem efficacis defensionis præsidio assistentes: ac facientes Decretalem prædictam quoad omnia

omnia ejus capitula, prout jacet, firmiter observari.

§. II. Nou permittatis coutra tenorem ipsius per memoratos Fratres dictorum Ordinum eisdem Archiepiscopis, Capitulis, Prælatis, Prioribus, Conventibus, Rectoribus, Curatis, Sacerdotibus, Vicariis, ac Clero, vel alicui, seu aliquibus eorumdem: uec etiam per prædictos Archiepiscopum, Capitula, Prælatos, Conventus, Rectores, Curatos, Sacerdotes, Vicarios, ac Clerum, seu aliquem, vel aliquos ipsorum eisdem Fratribus gravamina, ac injurias irrogari.

§. III. Facturi ipsis bine inde de quibuscumque injuriis, molestationibus, gravaminibus, & damnis vicissim illatis hactenus, & etiam in posterum inserendis eisdem contra tenorem Coustitutionis ejusdem, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu judicii, & figura: in aliis vero, prout qualitas ipsorum exigit, justitiæ complementum.

§. IV. Molestatores minores, & majoras hujusmodi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, quandocumque, & quotiescumque expedierit, per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.

§. V. Non obstantibus quibuscumque exceptionibus specialibus, vel generalibus, tum Fratribus, & Ordinibus prædictis, vel alicui, seu aliquibus Fratrum, & Ordiuum eorumdem, quam præfatis Archiepiscopo, Capitulis, Prælatis, Prioribus, Conventibus, Rectoribus, Curatis, Sacerdotibus, Vicariis, ac Clero, seu ipsorum alicui, vel aliquibus communiter, vel divisim sub quacumque forma, vel expressione verborum ab eadem Sede concessis, ac ejusdem Bonifacii, qua cavetur, ne aliquibus extra suam Civitatem, vel Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra dietam unam a fine suæ Diœcesis ad judicium evocetur: seu ne Judices Conservatores, a Sede deputati prædicta, extra Civitatem, & Diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere: sive alii, vel aliis vices suas committere: aut aliquos ultra unam dietam a fine Diœcesis ejusdem trahere præsumant; dummodo ultra duas dietas aliquis extra suam Civitatem, auctoritate præsentium, non trahatur. Seu quod de manifestis injuriis, molestiis, & aliis, quæ judicialem indaginem exigunt (pœnis in eos, si secus egerint, & etiam id procurantes, adjectis) Conservatores se nullatenus intromittant; quodquu aliis quibuscumque Constitutionibus a Romano Pontifice, tam de Judicibus delegatis, & Conservatoribus, quam personis ultra certum numerum per litteras Apostolicas ad Judicium non vocandis: aut aliis editis, quæ vestræ possent jurisdictioni, aut potestati ejusque exercitio libero quomodolibet obviare. Seu si tam eisdem Fratribus, vel eorum Ordinibus, aut alicui, seu aliquibus Fratrum, & Ordinum prædictorum, quam Archiepiscopo, Capitulis, Prælatis, Prioribus, Conventibus, Rectoribus, Curatis, Sacerdotibus, Vicariis, ac Clero prædictis, vel aliquibus ipsorum, seu quibusvis aliis communiter, vel divisim, a præfata Sede sit indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdici, seu extra, vel ultra, circa, vel alio quocumque modo ad judicium evocari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, & eorum personis, locis, hominibus, Ordinibus, & nominibus propriis mentionem. Et quibuslibet aliis indulgentiis, seu privilegiis dictæ Sedis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenoris existant: pro quibus præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta vestræ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri: & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum specialam oporteat in nostris litteris fieri mentionem.

§. VI. Ceterum Judicibus, seu Conservatoribus quibuscumque per litteras Apostolicas, sub quacumque alia, quam præsenti verborum forma, vel expressione confectas eisdem prædictorum Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, ac Carmelitarum Ordinum Fratribus, seu ipsis Ordinibus communiter, vel divisim super damnis, & injuriis, & aliis quibuscumque rebus, seu negotiis alias deputatis, & Subdelegatis eorum præsentibus, & futuris, auctoritate præsentium, districtius inhibemus, ne aliquem, seu aliquos auctoritate litterarum Papalium prætextu, seu occasione quorumcumque damnorum, vel injuriarum, sive gravaminum contra tenorem prædictæ Constitutionis *Super Cathedram* ipsis fratribus, seu eorum Ordinibus antedictis communiter, vel divisim, a quibuscumque personis illatorum hactenus, & etiam inferendorum in posterum coram se alicubi deinceps, ad judicium, vel alias quoquo modo vocatu, seu in causam aliquatenus trahere præsumant.

§. VII. Inhibitiones hujusmodi non solum ad futura, sed etiam ad quovis modo adhuc pendentia, & incepta negotia volentes extendi: ac decernentes, præsatas litteras, & processus eorum auctoritate quacumque habitos, & habendos ad damna, gravamina, & injurias hujusmodi, contra tenorem dictæ Constitutionis illata, & inferenda, ut dictum est, deinceps aliquatenus non extendi. Ac etiam irritum, & inane, si secus super præmissis per quoscumque scienter, vel ignoranter contigerit, attentari.

§. VIII. Vobis nihilominus injungentes, ut inhibitionem nostram hujusmodi ad dictorum Judicum, seu Conservatorum, & Subdelegatorum notitiam, de quibus vobis expedire videbitur, deducere procuratis.

§. IX. Insuper volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum; quamvis idem incboans nullo fuerit impedimento Canonico præditus. Quodque a data præsentium sit vobis, & unicuique vestium in præmissis omnibus, & eorum singulis, cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, & præteritis licitum procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram vobis cœpta fuissent, & jurisdictio vestra, cujuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis per citationem, vel modum alium legitimum perpetuata extitisset: Constitutione prædicta super Conservatoribus, & aliis quomodolibet in contrarium edita non obstante.

Datum *Avinione X. Kal. Februarii* 1327. Pontificatus nostri anno xi.]

Octava Constitutio est Innocentii IV., incip. [Inundans] edita *6. Kal. Octobris* 1253., quæ nonnullos Episcopos Conservatores pro privilegiis Fratrum Minorum proponit apud *Rodriquez tom. 1. Bullar. pag. 18.* 49

Innocentius Episcopus, &c. Venerabilibus fratribus Palentinensi, & Calagurritanensi Episcopis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

§. I. [Inundans malitia perversorum personis sanctæ Religioni deditis adeo frequenter exhibet se infestam, quod ipsæ divino cultui, ut deberent,

rent, vacare non possuot, dum eorum malitiis agitantur.

§. II. Cum ergo sicut dilecti filii Minister Fratrum Minorum Regni Castellæ, & Fratres sibi subjecti, Nobis significare curarunt, nonnulli, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, ipsos graviter molestare præsumunt: Nos & præsumptorum hujusmodi refragari conatibus, & dictorum Ministri, & Fratrum gravaminibus volentes congruis remediis subvenire; fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsos in persoois, vel rebus non permittatis contra tenorem privilegiorum, & Indulgentiarum Sedis Apostolicæ ab aliquibus indebite molestari, molestatores hujusmodi per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo: non obstante Constitutione de duabus dietis, edita in Concilio generali.

§. III. Quod si non ambo his exequendis potueritis interesse, alter vestrum nihilominus exequatur.

Datum *Perusii 6. Kal. Octobris* Pontificatus nostri anoo decimo.]

50 Nona Constitutio est Clementis IV. incip. [In quibusdam locis] apud *Rodriq. in Bullar. tom. 1. pag.* 36. qua excommunicantur, violentiam facientes in Ecclesiis Ordinum Prædicatorum, sic:

[Clemens Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Magistro, Prioribus, & Fratribus universis Ordinis Fratrum Prędicatorum, salutem, & Apostolicam benedictionem. In quibusdam locis, aliquando illas, prout accepimus, persecutiones, & angustias sustinetis, ut vix sit vobis possibile, quod ibidem Conditori omnium valeatis (prout cupitis) devotum impendere famulatum. Hinc est, quod Nos vestræ providere quieti, ac malignorum malitiis obviare volentes, ut nullus de cetero Ecclesias, aut loca vestra ausu temerario præsumat infringere, aut in illis violentiam damnabilem exercere, auctoritate præsentium districtius inhibemus. Illi vero, qui divini postposito timore Nominis, secus facere præsumpserint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, a qua non possint absolvi, nisi per Sedem Apostolicam, vel per Conservatores, ab ea vobis, aut eidem Ordini deputatos. Nulli ergo &c.

Datum *Perusii 7. Idus Maji* 1265. Pontificatus nostri anno primo.]

51 Decima Constitutio est Bonifacii Octavi, incip. [Ad compescendos], edita *anno* 1301. apud *Henriquez in Privilegiis Cisterciensium pag. mihi* 85., qua Abbas Sancti Stephani Divionensis pro tuendis personis, & bonis Ordinis Cisterciensis Judex Conservator deputatur: eique præcipitur, ne contra Indulta, illis concessa, aliquo modo eos molestari permittat, sic:

Bonifacius Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Abbati Monasterii Sancti Stephani de Divione Lingoniensis Diœcesis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

§. I. [Ad compescendos conatus nefarios Adversariorum, qui personas, & loca Ecclesiastica, & potissime Religionis cultui dedicata, super bonis, & juribus suis offendere, & multiplicibus perturbare molestiis non verentur, tanto magis Nos decet, opportunum remedium adhibere, quanto per amplius turbationes hujusmodi, & molestiæ in Divinæ Majestatis offensam, Ecclesiasticæ dispendium libertatis, & Apostolicæ Sedis contemptum redundare noscuntur.

§. II. Cum itaque (sicut ad nostrum pervenit auditum) dilecti filii Abbas Cistercii, ejusque Coabbates, & Fratres, ac dilectæ in Christo filiæ Abbatissæ, & Sorores, eorumque Conventus Cisterciensis Ordinis, a nonnullis, qui nomen Domini recipere in vacuum non formidant, in personis, & bonis suis multipliciter molestabantur: Nos volentes ipsorum Abbatum, Fratrum, Abbatissarum, Sororum, & Conventuum providere quieti, & perversorum conatibus obviare, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eisdem Abbatibus, Fratribus, Abbatissis, Sororibus, & Conventibus efficacis præsidio defensionis assistens non permittas, ipsos in personis, & bonis eorum, contra indulta privilegiorum Sedis Apostolicæ ab aliquibus indebite molestari; molestatores hujusmodi, quicumque, & cujuscumque Religionis, conditionis, aut status existant, etiamsi Pontificali præfulgeant dignitate, auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo.

§. III. Non obstantibus, tam nostra, qua cavetur, ne Conservatores, a Sede deputati prædicta, extra Civitates, & Diœceses, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere: aut aliquis ultra unam dietam a fine Diœcesis eorumdem trahere præsumat: quam de duabus dietis in Concilio generali, & aliis quibuscumque Constitutionibus, a Nobis, vel a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus super hoc editis (dummodo ultra tertiam, vel quartam dietam aliquis extra suam Diœcesim auctoritate præsentium non trahatur:) seu si aliquibus communiter, vel divisim a prædicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari; seu extra, vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam de indulto hujusmodi, eorumque personis, locis, vel Ordinibus mentionem: seu qualibet alia indulgentia dictæ Sedis generali, vel speciali, per quam tuæ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri: attentius provisurus, ne de his, super quibus lis est forte jam mota, seu quæ causæ cognitionem exigant; & quę indulta hujusmodi non contingunt, te aliquatenus intromittas. Nos enim, si secus præsumpseris, tam præsentes litteras, quam etiam processum, quem per te illarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere viribus, ac nullius fore decernimus firmitatis. Hujusmodi ergo Mandatum Nostrum sic prudenter, & fideliter exequaris, ut ejus fines quomodolibet non excedat. Datum *Lateran.* vi. *Idus Januarii*, Pontificatus Nostri anno octavo.]

Undecima Constitutio est Joannis XXII. incip. [Magistrum, & Fratres Ordinis Prædicatorum] apud *Bullarium* ejusdem Ordinis, per Fratrem *Stephanum Ususmaris Genuensem* editum *pag.* 76., teste *Donato* in *Prax. p. 1. tr. 17. Q. 1. n. 6.* ubi sic: 52

[Nos Magistri, & Fratrum providere quieti, ac malignorum conatibus obviare volentes, fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus extra dictum Regnum vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel per alium, seu alios, etiamsi sint extra loca, in quibus deputati estis Conservatores, & Judices, eisdem Magistro, & Fratribus efficacis defensionis præsidio assistentes, non permittatis, eos a prædictis, vel quibuscumque aliis indebite molestari, vel eisdem damna, violentias, injurias, vel molestias irrogari, facturi eisdem Magistro, & Fratribus, cum ab eis, vel Procuratore, aut Procuratoribus eorum fueritis requisiti, de prædictis, & aliis personis quibuslibet, de quibuscumque molestiis, violentiis, injuriis, at-

que damnis, præſentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indsginem, ſummarie, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii; in aliis vero, pront qualitas eorum excgerit, juſtitiæ complementum, moleſtatores, præſumptores, & injuriatores hujuſmodi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, ordinis, vel conditionis extiterint, etiamſi Pontificali præfulgeant dignitate, quandocumque, & quotieſcumque expedierit, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus ferit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus fel. recor. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri Conſtitutionibus, in qnibus cavetur, ne aliquis extra ſuam Civitatem, & Diœceſim, niſi in cetiis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuę Diœceſis ad judiciom evocetur; ſeu ne Judices, & Conſervatores, a Sede deputati prædicta, exrra Civitatem, & Diœceſim, in quibus deputati fuerant, contra quoſcumque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere, ſive aliqoos ultra unam dietam a fine Diœceſis eorumdem trahere præſumant, ſeu quod de aliis, qnam de manifeſtis injuriis, & violentiis, & aliis, quæ judicialem indaginem exigunt, pœnam in eos &c.]

53 Duodecima Constitutio eſt Clementis VI., incip. [Militanti:] qua trea Abbates Judices Conſervatores dcputantur pro deſenſione rerum mobilium, & immobilium, juriſdictionum, & omnium Monaſteriorum Ciſtercienſis Ordinis poſſeſſionum, apud *Rodriquez tom. 1. Bullar. pag. 65.*

[Clemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Sanctæ Genoveſæ Pariſienſis, & Sancti Clementis Meteoſis, ac Sancti Pauli Biſuntinenſis Monaſteriorum Abbatibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Militanti Eccleſiæ (diſponente Domino) præſidentes, circa curam Eccleſiarnm, & Monaſteriorum omoium ſolertia reddimur indeſeſſa ſoliciti, nt earum occurramus diſpendiis; & utilitatibns, (divina cooperante clemeotia) ſalubriter intendamus.

§. I. Sane dilectorum filiorum Abbatis Ciſtercianſis ad Rnmanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Cabilonenſis Diœceſis, ae Abbatum, & dilectarum filiarum Abbatiſſarum Monaſteriorum Ordinis Ciſtercieoſis, ac eorumdem Monaſteriorum Conventualium couqueſtione percepimus, quod nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi, Abbates, Priores, & alii Eccleſiarnm Prælati, & Clerici, atqne Eccleſiaſticæ perſonæ, tam religioſæ, quam etiam ſæcularea, necnon Duces, Marchionea, Comites, Barones, Milites, Nobiles, & Laici, Communia Civitatnm, Univerſitates Oppidorum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum locorum, & aliæ ſingulares perſonæ Civitatum, & Diœceſum, ac partium diverſarum, in qnibus dicta Monaſteria, ac alia loca, & membra, eiſdem Monaſteriis ſubjecta, conſiſtere dignoſcnotor, occuparuot, & occupari fecerunt Caſtra, Villas, & alia loca, Domoa, Eccleſias, Grangias, Molendina, Decimas, Obedientias, Caſalia, Terras, Vineas, Poſſeſſiones, Cenſus, redditus, & proventus, juriſdictiones, & jura, ac nonnulla bona mobilia, & immobilia ad dicta Monaſteria, & hujuſmodi alia membra eorum ſpectantia; & ea detinent indebite occupata; ſeu detinentibus præſtant coofilium, auxilium, & favorem.

§. II. Nonnulli etiam Civitatum, & Diœceſum, atque partium prædictarom, qui Nomen Domioi in vacnum recipere non formidant, dictis Abbatibus, Abbatiſſis, & Conventibus ſupradictis, Caſtris, Villis, & locis, Eccleſiis, Grangiis, Molendinis, Decimis, Caſalibus, Caſtris, Terris, Juriſdictionibus, Poſſeſſionibus, cenſibus, juribus, bonis, & rebus aliis ad Monaſteria, & Membra prædicta ſpectantibus, multiplices moleſtias, ac injurias inferunt, & jacturas.

§. III. Quare pro parte dictorum Abbatum, Abbatiſſarum, & Conventuum Nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut cum valde difficile reddatur eiſdem, pro ſingulis querelis ad Apoſtolicam Sedem habere recurſum, providere eis ſuper hoc paterna diligentia curaremus.

§. IV. Nos igitur conſideratione Venerabilis fratris noſtri Guillelmi Epiſcopi Tuſcolanenſis, & chariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis Regis Franciæ illuſtris, nobis ſuper his humiliter ſupplicantium, adverſus occupatores, detentores, præſumptores, moleſtatores, & injuriatores hujuſmodi, illo volentes eiſdem Abbatibus, & Abbatiſſis, & Conventibus remedio ſubvenire, per quod illorum compeſcatur temeritas, & aliis aditus committendi ſimilia præcludatur; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios, etiamſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis Conſervatorea, & Judices, Abbatibus, Abbatiſſis, & Conventibua ſupradictis efficacis deſenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis, eoſdem ſuper præmiſſis, & quibuslibet aliis bonis, & juribus, ad ipſoa communiter, vel diviſim ſpectantibus, ab eiſdem, & quibuſcumque aliis indebite moleſtari; ſeu eis gravamina, damna, vel injurias irrogari: facturi ipſis, cum ab eis, vel eorum aliquibus, ſeu Procuratore, vel Procuratoribus eorumdem, vel aliquorum ipſorum fueritis requiſiti, de prædictis, & aliis perſonis quibuslibet, ſuper reſtitutione Eccleſiarum, Grangiarum, Caſtrorum, Caſalium, Terrarum, Poſſeſſionum, Juriſdictionum, Jurium, & Bonorum mobilium, & immobilium, Redditunm quoque, ac proventuum, ac aliorum quorumcumque Bonorom; necnon de quibuslibet injuriis, moleſtiis, atque damnis, præſentibus, & futuris, in perſonis, & rebus ipſorum illatis eiſdem, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii; in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit, juſtitiæ complementum. Occupatores, ſeu detentores, moleſtatores, præſumptores, & injuriatores hujuſmodi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, cujuſcumque gradus, ſtatus, ordinis, vel conditionis, etiamſi Archiepiſcopalis, vel Epiſcopalis dignitatis extiterint, quandocumque, & quotieſcumque expedierit, auctoritate noſtra per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachii ſæcularis.

§. V. Non obſtantibus, tam felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, in qoibus cavetur, ne aliquis extra ſuam Civitatem, & Diœceſim, niſi in certis expreſſis caſibus, & in aliis ultra unam dietam a fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur; ſeu ne Judices, & Conſervatores, a Sede deputati prædicta, extra Civitatem, & Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, ſive aliis, vel alii ſuas vices committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine Diœceſis eorumdem trahere, præſumant: ſeu quod de aliis, quam manifeſtiſſimis Injuriis, & violentiis, ac aliis, quæ judicialem inda-

indaginem exigunt, pœnis in eos, si secus egerint, & id procurantes, adjectis, Conservatores se nullatenus intromittant; & tam de duabus dietis in Concilio generali (dummodo ultra tertiam, vel quartam aliquis extra suam civitatem, & diœcesim, auctoritate præsentium, ad judicium non trahatur): quam aliis quibuscumque Constitutionibus, a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tam de Judicibus delegatis, & Conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis; & aliis editis, quæ vestræ possent in hac parte jurisdictioni, aut potestati, ejusque libero exercitio quomodolibet obviare: seu si aliquibus communiter, vel divisim a præfata sit Sede indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdici, seu extra, vel ultra loca ad judicium evocari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, & eorum personis, locis, Ordinibus, & nominibus propriis mentionem: & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam vestræ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri: & de qua, ejusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis.

§. VI. Ceterum volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod præsentes litteræ per concedentis obitum non exspirent; & quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico præpeditus: quodque a datis præsentium sit vobis, & unicuique vestrum in præmissis omnibus, & eorum singulis, cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, perpetuata potestas, & jurisdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate possitis in præmissis omnibus, & singulis, cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula, coram vobis cœpta fuissent, & jurisdictio vestra, & cujuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimum extitisset, Constitutione prædicta super Conservatoribus, & alia qualibet in contrarium edita, non obstante.

Dat. *Avinioni* 2. *Non. Februarii* 1342. Pontificatus nostri anno nono.]

54 Decima tertia Constitutio est Bonifacii IX. incip. [Sacræ Religionis,] edita *anno* 1403. 5. *Kal. Maji* apud *Confectium in Collect. privil. Mendic. pag. mihi* 21., qua Fratribus Ordinis Prædicatorum nonnulla privilegia conceduntur: & inter alia illud

[Quod quæcumque personæ, cujuscumque status, vel conditionis extiterint, quæ Ecclesias, sive loca quæcumque Ordinis Prædicatorum violasse, seu in eis violentiam damnabilem exercere præsumpserint, eo ipso excommunicationis sententia sint innodatæ, a qua nonnisi per Sedem Apostolicam, vel Conservatores, eisdem Fratribus, contra inferentes eis injurias, vel jacturas, ab eadem Sede deputatos (injuriam passis prius debite satisfactis) valeant absolvi.]

55 Decima quarta Constitutio est Joannis XXIII. incip. [Illa, quæ,] edita *anno* 1415., quæ Conservatorias per Clementem II., & Clementem VI. Cisterciensibus indultas, confirmat. Additque, ut Rectores Ecclesiarum absque litteris Diœcesanorum, quos *Placet* vocant, Judicum in Conservatoriis nominatorum mandata exequantur. Apud laudatum *Henriquez in Privilegiis Ordinis Cisterciensis pag.* 112.

§. I. [Joannes Episcopus Servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Illa, quæ pro statu, tranquillitate, & pace personarum Ecclesiasticarum, præsertim sub Religionis habitu virtutum Domino militantium, laudabiliter facta sunt, ut perpetui roboris firmitatem obtineant, libenter, cum a Nobis petitur, Apostolico munimine roboramus.

§. II. Sane petitio pro parte dilectorum filiorum Abbatis Monasterii Cistercii Cabilonensis Diœcesis, ejusque Coabbatum, Abbatissarum, & Conventuum ejus Ordinis, Nobis nuper exhibita, continebat, quod olim fel. rec. Clemens Papa II. prædecessor noster, volens eorumdem Abbatum, Abbatissarum, Conventuum, & Monasteriorum, ac pro tempore degentium in eisdem, ne pravorum hominum molestiis vexarentur, opportunitatibus providere: ut eo devotius, quo quietius, devotus & sedulus Deo redderetur famulatus, in favorem, & pro incremento Ordinis, ac Abbatum, Abbatissarum, & Conventuum ejusdem, quoddam privilegium, gratias, seu litteras Conservatorias, (quarum tenorem, & formam in Camera nostra cum omni diligentia inspici, ac de verbo ad verbum inferius jussimus adnotari) indulsit, ac concessit eisdem.

§. III. Quare pro parte dictorum Abbatum, Abbatissarum, & Conventuum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut pro firmiori subsistentia omnium præmissorum, litteris dicti Prædecessoris, ac omnibus in eis contentis, robur Apostolicæ confirmationis adjicere, & alias, ad illorum perpetuum robur obtinendum, partes Apostolicæ provisionis interponere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. IV. Nos igitur ejusdem Prædecessoris vestigiis inhærentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præfatas litteras, omniaque in eis contenta, & alias quascumque sub eadem forma pro dicto Ordine quibuscumque Judicibus per eumdem Prædecessorem, ac fel. rec. Clementem VI. concessas, ex nunc in perpetuum auctoritate Apostolica, & ex certa scientia approbamus, ac etiam confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus: decernentes, ea fore, ubicumque, & quandocumque exhibita fuerint, vel ostensa, in judicio, vel extra, in perpetuum inviolabiliter observanda: universos, & singulos Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Priores, Decanos, Archidiaconos, Præpositos, Archipresbyteros, Officiales, necnon Principes Christianos, etiamsi Imperiali, Regali, vel alia quavis dignitate fulgentes, ac eorumdem Subditos, & Officiarios, Civitatum quoque, Villarum, seu Communitatum quarumlibet Rectores, & Majores, Regentes, ac Ecclesiarum Rectores quoscumque, rogantes, monentes, & hortantes attente, eisque per Apostolica scripta in virtute Obedientiæ districte præcipiendo mandantes, quatenus prædictos Abbates, Abbatissas, Conventus, & personas Ordinis prænominati prætactis Conservatoriis uti pacifice permittant, & Judicum in eisdem nominatorum, ac substitutorum ab eis, vel eorum altero mandata ipsi Rectores Ecclesiarum absque litteris Diœcesanorum, quas vocant *Placet*, executioni demandent.

§. V. Nos autem ex nunc irritum, & inane decernimus, si secus a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Te-

nor veso dictarum litterarum sequitur, & est talis:

56 Clemens Episcopus Servus sarvorum Dei, dilectu Filio Abbati Sancti Pauli Bisuntinensis salutem, & Apostulicam benedictionem. Etsi quibuslibet persnnis Ecclesiasticis, præsertim sub Religionis habitu Domino famulantibus, Apostolicum debeat essu præsidium; Professores tamen Cisterciensis Ordiuis utriusque sexus ne pravurum huminum molestiis agitentur, eo libentius protectionis nostræ munimine cousovemus, qui præsatum Ordinem in Ecclesia Dei conspicuum dilectione prosequimur ampliori, ac illorum injuriæ gravius Nos contiuguut. Cum itaque (sicut ad nostrum perveuit auditum) dilecti filii Abbas Cistercii, ejusque Coabbates, & Fratres, ac dilectæ iu Christo filiæ Abbatissæ, & Sorores, eorumque Conveutus ipsius Cisterciensis Ordiuis a nounullis, qui Nomen Domini iu vacuum reciperu non formidant, in personis, & bonis suis multipliciter molesteutur: Nos volentes ipsorum Abbatum, Fratrum, Abbatissarum, Sorurum, ac Conventuum providere quieti; & perversorum conatibua obviare; Discretioui tuæ per Apostulica scripta mandamus, quateuus per te, vel alium, seu alios, eisdem Abbatibus, Fretribus, Abbatissis, Snroribus, & Couventibus efficaci præsidio defeusionis assistens, non permittas, ipsos in personis, & bonis eorum contra indulta privilegiorum Sedis Apostolicæ ab aliquibus indebite molestari: molestatores hujusmodi, quicumque, & eujuscumque Religionis, couditionis, aut status existant, etiamsi Pontificali fulgeant diguitate, auctutitate Nostra, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri, qua cavetur, na cum Actor, & Reus fuurint ejusdem Civitatis, vel Diœcesis, aliquia eorum extra ipsas, nisi in certis casibus, ad judicium evocetur: & alia, ne Cunservatores, a Sede depuiati prædicta, extra Civitates, & Diœceses, iu quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere; sive alii, vel aliis vices suas committere; aut aliquibus ultra unam dietam a sua Diœcesis eorumdem trahere præsumant: quodque potestas, & jurisdictiu Conservatorum (quoad non cœpta uegotia) per obitum concedeutis exspiret: quam de duabus dietia in Concilin generali, & aliis quibuscumque Constiturionibua ab eodem Bouisacio, & eliis Prædecessuribus uostris Romsnis Pontificibus super hoc iu contrarium editis, dummodu ultra tertiam, vel quartam dietam aliquis extra suam Diœcesim euctoritate præsentium non trahatur: seu si aliquibus communitar, vel divisim a prædicta sit Sede iudultum, quod iaterdiei, suspendi, vel excommuuicari, seu axtra, vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint per litteras Apostolicas, non facieutes plenam, & expressam du indultu hujusmodi, eorumquu personis, locis, vel Ordinibus meutionem: seu qualibet alie indulgentia dictæ Sedis generali, vel specieli, per quam tuæ jurisdictionis explicatiu in hac parte valeat quumodolibet impediri. Atteutius ptovisurua, ne de his, super quibus lis est fortu jam mota, seu quæ causæ cognitionem exiguut, & quæ indulra hujusmodi unn contingunt, per te, vel alium, sive alius te aliquateuus intromittaa. Nos euim, si secus præsumpseris, tam præseutes litteras, quam etiam processum, quem per te, vel ipsos, illarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere viribus, ec nullius fore decernimus firmitatis. Hujusmodi ergu maudatum nostrum sic prudeuter, & fideliter exequaris, ut ajus fines quomodolibet non eecedas. Ceterum volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, quod a data præsentium sit tibi in præmissis omuibus, & eorum siugulis perpetuata potestas, & jurisdictio attributa, ut in eo vigore, illaque firmitate possis auctoritate prædicta in præmissis omnibus, & pro prædictia procedere, ac si tua jurisdictio iu his omnibus, & siugulis per citationem, monitionem, vel modum alium perpetusta legitimum extitisset. Datum *Avinioni 11 Nonas Septembris* Pontificatus nostri anno quarto.

§. VI. Nulli ergo omuiuu hominum liceat, hanc paginam nostræ epprobationis, coufirmationis, communitionis, constitutionis, sogationis, monitionis, hortationis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc atteutare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beaturum Petti, & Pauli Apostolorum ejus, su uuverit incursurum.

Datum *Constantiæ 7. Kal. Februarii* 1415. Pontificatus nostri aono quiuto.]

Decima quinta Constitutio est Eugenii IV. 57
iucip. [Militauti], edita 1436. *die 24. Novembris* apud *laud. Bullar. tom. 1. pag.* 327. in qua jurisdictiu, & facultates coutinentur Judicum Couservatorum quarumcumque litium Congregatiunis Casinensis, alias Sauctæ Justioæ de Padua Monachorum Ordiuis Sancti Benedicti, tenoris sequentis.

Eugenius Episcopus, Servus servorum Dei. Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopo Mediolanunsi, & Castellanensi, ac Cristophoro Atiminensi Episcopis, necnon dilecto Filio Abbati Monasterii Casinensis nullius Diœcesis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

[Militanti Ecclesiæ licet immeriti, disponente Domino, præsidentes; circa curam Ecclesiarum, & Monasteriorum, aliorumque piorum locorum omnium, solertia reddimur indafessa soliciti, ut, juxta debitum Pastoralis Officii, occurramus dispendiis; & profectibus, Divina cooperante Clementia, salubriter intendamus.

§. I. Saue dilectorum filiorum Præsidentis, Visitatorum, & Prælatorum Congregationis Monachorum, Monasteriorum, Prioratuum, Domorum, & Locorum Uuitatis alias, de observautia Sanctæ Justiuæ nuncupatæ, Ordiuis Sancti Benedicti, ad Romauam Ecclesiam nullo modo pertineotis, conquestiune percepimus, quod nounulli Archiupiscopi, Episcupi, aliique Ecclesiarum Prælati, & Clerici, ac Ecclesiasticæ persunæ, tam Religiosæ, quam Sæculares, necnou Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobilus, Milites, & Laici, Communia Civiratum, Universitates Oppidorum, Castrurum, Villarum, & aliorum locorum, ac aliæ siugulares personæ Civitatum, & Diœcesum, & aliarum partium diversarum, violarunt, occuparunt, & occupari feceruot Ecclesias, Castra, Villas, & alia loca, sive membra, Terras, Domos, Grangias, Moleudiua, Decimas, Obedientiaa, Casalia, Vineas, Prata, Nemnra, Piscatioues, Possessiones, Jura, Privilegia, & Jurisdictiones, necnon fructus, censua, redditus, & proventua dictæ Congregationis, ac Mouasteriorum, Prioratuum, Domorum, aliorumque locorum sub Congregatione hujusmodi comprcheusorum, sive illi subjectorum; & unnoulla alia boue, mobilia, & immobilia, spiritualia, & temporalia, ad Congregationem, sive Monasteria, Prioratus, membre, necnun subjecta, Domus, & Loca hujusmodi spectantia, & ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus præstant auxilium, cousilium, vel favorem. Nonnulli etiam Civitatum, Diœcesum, & partium prædictarum, qui Nomen Domini iu vacuum

cuum recipere non formidant, eisdem Præsidenti, Visitatoribus, necnon dilectis filiis Abbatibus Monasteriorum, & Prioribus Prioratuum prædictorum, ac eorumdem, necnon Congregationis, ac subjectorum domorum, & locorum hujusmodi personis aliis, super prædictis Castris, Villis, & aliis locis, Tectis, Domibus, pertinentiis, possessionibus, juribus, & jurisdictionibus, fructibus, censibus, redditibus, & proventibus eorumdem, ac quibuscumque aliis bonis, mobilibus, & immobilibus, spiritualibus, & temporalibus, & aliis rebus, ad Congregationem, Monasteria, Prioratus, necnon subjecta, domos, & Loca hujusmodi spectantibus, multiplices molestias, & injurias inferunt, se jacturas.

§. II. Quare dicti Præsidentes, & Visitatores Nobis humiliter supplicarunt, ut cum eisdem valde reddatur difficile, & aliis Abbatibus, Prioribus, & Prælatis hujusmodi, pro singulis querelis ad Apostolicam Sedem habere recursum, providere eis super hoc paterna diligentia curaremus.

§. III. Nos igitur adversus violatores, occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, & injuriatores hujusmodi, illo volentes eisdem Congregationi, Præsidenti, Visitatoribus, Abbatibus; Prioribus, & personis aliis remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas, & aliis aditus committendi similia præcludatur; discretioni vestræ, ex certa scientia per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut singuli vestrum, per vos, vel alium, seu alios, etiamsi sint extra loca, in quibus deputati estis Conservatores, & Judices, ipsis Præsidenti, Visitatoribus, Abbatibus, Prioribus, & personis, necnon Conventibus, domibus, ac membris, eisdem subjectis, efficacis defensionis præsidio assistentes, non permittatis eosdem super his, & quibuscumque aliis bonis, & juribus, ad Congregationem, Monasteria, Prioratus, necnon subjecta, domos, & loca prædicta spectantibus, ab eisdem, vel quibusvis aliis indebite molestari, vel eis gravamina, seu damna, vel injurias irrogari; facturi dictis Præsidenti, Visitatoribus, Abbatibus, Prioribus, & personis, cum ab eis, vel Procuratoribus suis, aut eorum aliquo, fueritis requisiti, de prædictis, ac aliis personis quibuslibet super restitutione hujusmodi Prioratuum, Ecclesiarum, Membrorum, Grangiarum, Castrorum, Casalium, villarum, terrarum, possessionum, & aliorum locorum, jurisdictionum, jurium, redditiuum quoque, & proventuum, & aliorum quorumcumque bonorum, spiritualium, & temporalium, necnon de quibuscumque molestiis, injuriis, atque damnis, præsentibus, & futuris in personis, & rebus ipsorum, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, summarie, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, sola facti veritate inspecta; in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit, justitiæ complementum. Violatores, occupatores, seu detentores, præsumptores, molestatores, & injuriatores hujusmodi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint, quandocumque, & quotiescumque expedierit, auctoritate nostra, per Censuram ecclesiasticam, ac omni appellatione, processum causarum quovis modo respiciente, postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§. IV. Non obstantibus tam felic. rec. Bonifacii Papæ VIII., prædecessoris nostri, in quibus cavetur, ne aliquis extra suam Civitatem, & Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam a fine suæ Diœcesis ad judicium evocetur; seu ne Judices, & Conservatores, a Sede deputati prædicti, extra Civitatem, & Diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere; sive alii, vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine diœcesis eorumdem trahere præsumant; seu quod de aliis, quam de manifestis injuriis, ac violentiis, & aliis, quæ judicialem requirunt indaginem, pœnis in eos, si secus egerint, & in id procurantes adjectis, Conservatores se nullatenus intromittant; Et tam de duabus dietis in Concilio generali, dummodo ultra duas, aliquis extra suam Civitatem, & Diœcesim, auctoritate præsentium, ad judicium non trahatur; quam aliis quibuscumque Constitutionibus, a Prædecessoribus nostris Rom. Pontificibus, tam de Judicibus delegatis, & Conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis; aut aliis editis, quæ vestræ possent in hac parte jurisdictioni, aut potestati, ejusque libero exercitio quomodolibet obviare; seu si aliquibus communiter, vel divisim, a prædicta sit Sede indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdici; seu extra, vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, & eorum personis, locis, ordinibus, & nominibus propriis mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, vestræ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, de qua, ejusque toto tenore, de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis.

§. V. Ceterum volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans, nullo fuerit impedimento canonico præpeditus. Quodque a data præsentium, sit vobis, & unicuique vestrum, in præmissis omnibus, & eorum singulis, cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, perpetua potestas, & jurisdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate, possitis in præmissis omnibus, cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram vobis cœpta fuissent, & jurisdictio vestra, & cujuslibet vestrum in præmissis omnibus, & singulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimum extitisset, Constitutione prædicta super Conservatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obstante. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Dat. *Bononiæ*, *Anno Incarnationis Dominicæ* 1436 8. *Kal. Decembris*, *Pontificatus Nostri Anno* 6.

DECIMA SEXTA CONSTITUTIO est ejusdem Eugenii IV. incip. [Humilibus,] edita *an.* 1446. 58
apud laudatum *Henriquez in Privil. Cisterciensium pag.* 222. qua Judices Conservatores, & Executores pro directione causarum Ordinis Cisterciensis, a Sede Apostolica deputati; necnon Notarii, Tabelliones, & quicumque alii, ad hoc requisiti, absque litteris de *Vidimus* Diœcesanorum, an etiam absque licentia, vel consensu quorumcumque Prælatorum, aut Ordinariorum, dictas litteras Apostolicas, suasque executiones, quoties requisiti fuerint, exequi valeant, & ad hoc teneantur. Ubi privilegium quoddam Martini V. approbatur, & confirmatur.

[En-

[Eugenius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, dilectis filiis, univerſis & ſingulis Conſervatoribus Judicibus, & Executoribns pro directione cauſarum, ac negotiorum, dilectos filios Ciſtercii Cabilonenſis Diœceſis, & aliorum ubilibet conſiſtentium Ciſtercienſis Ordinis Monaſteriorum Abbates, ac Conventus contingentium, per Apoſtolicæ Sedis litteras deputatis, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

§. I. Humilibus ſupplicum votis libenter annuimus, illaque favoribus proſequimur opportunis. Dudum ſiquidem fel. rec. Martinus Papa V. prædeceſſor Noſter litterss conceſſit tenoris ſequentis:

Martinus Epiſcopus, Servus ſervorum Dei ad futuram rei memoriam. Quod antidota morbis, hoc præſtare ſolent ſtatuta negotiis: ſed plerumque contingit, nt quod proſutnrum putabatur judicio, noxium inveniatur experimento. Sane cum dudum in exordiis peſtiferi, & antiquati ſchiſmatis, jam par Dei gloriam extincti, ad tollendum ſcandala, quæ propter executionem diverſarum litterarum, quæ ab his, qni pru Romanis Pontificibus in diverſis obedientiis ſe gerebant, in nonnullis partibus oriebantur, Urbanus VI. in ſua obedientia nnncupatus, conceſſerit quibusdam Prælatis, quod in eorum Civitatibus, & Diœceſibus non poſſet fieri executio aliquarum litterarum Apoſtolicarum, niſi prius hujuſmodi litteræ Prælatis ipſis, vel eornm Officialibus ad hoc depntatis exhiberentur, & per ipſos approbatæ forent. Verum quia etiam deinde ipſi Prælati, ſeu Officiales in conſuetudinem rraxerunt; & aliqui prætextu Statutorum Provincialium, ſeu Synodalium ſimiliter ſervant, & ſervari faciunt, quod litteras Apoſtolicas nullus exequi audeat, niſi poſtquam Prælati, ſeu Officiales ipſi per ſuas litteras, qnas *Vidimus*, ſeu *Placet* nuncupant, mandent, & concedant, quod poſſint exequi per Judices, in eis deputatos; propter quod executio litterarum Apoſtolicarum plus debito plerumqne retardata fuit, & ſæpe ipſæ litteræ Apoſtolicæ totaliter executione caruerant, in gravem injuriam Sedis Apoſtolicæ, & enorme impetrantium præjudicium, & gravamen. Nos igitur cenſentes rationi conſonum, ut quod hujuſmodi ſchiſmatis calamitas introduxit, pacis tempore auferatur: conceſſionem prædictam, & quæcumque ſtatuta circa præmiſſa, qnomodolibet facta, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, hoc Sacro Conſtantienſi approbante Concilio, revocamus, caſſamus, & etiam annullamus: ac volumus, & decernimus, quod Judices, & Executores quicumqne in litteris Apoſtolicis deputati, & deputandi, & alii qnicumque ad quos ſpectabit, necnon Notarii, & Tabelliones ſuper his requiſiti, vel requirendi, abſqne hujuſmodi littera, *Vidimus*, ſeu *Placet* nuncupata, ac etiam licentia, vel conſenſu quorumcumqne Prælatorum, Patriarchali, aut alia quavis dignitate inſignitorum, & locorum Ordinariorum, aut Officialium eorumdem, libere hnjuſmodi litteras Apoſtolicas exequi debeant, atque poſſint. Nos enim eadem auctoritate decernimns, omnes & ſingulas ſententias, qnas prædicti Prælati, & Superiores, aut eornm Officiales, contra hujuſmodi Judices, vnl executores, ſeu impetrantes, propter executiones hujuſmodi, per eos faciendas, forſan inflixerint, vel promulgaverint, irritas, & inanes, ac nullius exiſtere roboris, vel momenti: necnon quemcumque, qui contra præmiſſa aliquid attentare præſumpſerit, ab exercitio juriſdictionis Eccleſiæ per tres menſes ipſo facto ſuſpenſum. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ revocationis, caſſationis, annullationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis antem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Conſtantiæ* 11. *Kal. Maji*. Pontificatus Noſtri anno primo.

§. II. Cum autem, ſicut exhibita Nobis nuper pru parte dilectorum filiorum Ciſtercii Cabilonenſis Diœceſis, & aliorum Ciſtercienſis Ordinis Monaſteriorum, & Conventuum petitin continebat, licet, ut præmittitur, revocatio, caſſatio, annnllatio, voluntas, & conſtitutio hujuſmodi proceſſerint; ipſi tamen Abbates, & Conventus dubitent, quod nihilominus Apoſtolicas ab eis pro ſuis cauſis, & negotiis obtentas, nobiſque directas litteras, niſi præmiſſæ, quæ *Vidimus*, ſeu *Placet* nuncnpatæ ſunt, litteræ deſuper habeantur, veſtrum aliqui differant, ſeu recuſent; executioni demandare.

§. III. Nos igitur, quorum intereſt, ſuper his opportune providere, dictaſque litteras ipſius Prædeceſſoris viribus ſubſiſtere decernentes, Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, & quilibet veſtrum, litteras vobis directas hujuſmodi, juxta illarum continentiam, atque formam, quoties ſuper hoc pro parte dictorum Abbatum, & Conventuum, vel aliquorum ex eis requiſiti fueritis, etiam abſque hoc, quod hujuſmodi nuncupatæ litteræ propterea petantur, vel obtineantur, exequi nullatenus omittatis: Noſtram, & præfatæ Sedis animadverſionem ſi, quod abſit, ſecus egeritis, non immerito formidantes.

Datum *Romæ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto*. *V. Idus Februarii*. Pontificatus Noſtri anno ſextodecimo.]

Decima septima Constitutio eſt Nicolai 59
Quinti, incip. [Militanti,] edita *anno* 1447. *Sexto Nonas Maji* pru Ordine Sanctiſſimæ Trinitatis, & Redemptionis Captivorum, apud *Rodriquez dicto tom.* 1. *Bullar.pag. mihi* 122. tenoris ſequentis:

Nicolaus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Abbati de Sancto Facundo, & de Veſes Legionenſis, & Concheuſis Diœceſis, ac Sancti Marci extra muros Legionenſes per Priores ſolitorum gubernari Prioribus Monaſteriorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

[Militanti Eccleſiæ licet immeriti, diſponente Domino præſidentes, circa curam Eccleſiarum, & Monaſteriorum omnium ſolertia reddimur indefeſſa ſoliciti, ut, juxta debitum Paſtoralis Officii, eorum occurramus diſpendiis; & profectibus, divina cooperante clementia, ſalubriter intendamus.

§. I. Sane dilectorum filiorum Provincialis & Miniſtrorum, ac Sororum Monaſteriorum, ſive Domorum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, & redemptionis Captivorum, infra regna, & dominia Caſtellæ, ac Legionis Regis, pro tempore exiſtentis, conſiſtentium conqneſtione præcepimus, qnod nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, aliiqne Eccleſiarum Prælati, ac Clerici, ac Eccleſiaſticæ perſonæ, tam religioſæ, quam ſæcnlares: necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & Laici; Communia Civitatum, Univerſitates Oppidorum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum locorum, ac aliæ ſingulares perſonæ Civitatum, & Diœceſum, necnon aliarum partium diverſarum, occuparunt, & occupari fecerunt Caſtra, Villas, & alia loca, terras, domos, poſſeſ-

ſio-

stiones, jura, & jurisdictiones, ac fructus, census, redditus, & proventus Monasteriorum, sive Domorum hujusmodi, necnon eis annexorum, & ab ipsis dependentium Hospitalium, atque Locorum, & nonnulla alia bona mobilia, ac immobilia, spiritualia, & temporalia, ad Provincialem, Ministros, Sorores, Monasteria, sive Domos, ac Hospitalia, & loca hujusmodi spectantia, & ea detinent indebite occupata; seu ea detinentibus præstant auxilium, consilium, & favorem. Nonnulli etiam Civitatum, Diœcesum, & partium prædictarum, qui Nomen Domini in vacuum recipere non formidant, eisdem Provinciali, Ministris, Sororibus super prædictis Castris, Villis, & aliis locis, terris, domibus, possessionibus, juribus, & jurisdictionibus, fructibus, censibus, redditibus, & proventibus eorumdem, ac quibuscumque aliis bonis mobilibus, & immobilibus, spiritualibus, & temporalibus, & aliis rebus, ad Provincialem, Ministros, Sorores, Monasteria, sive Domos, nec non Hospitalia annexa, ac dependentia loca prædicta spectantibus, multiplices molestias, & injurias inferunt, ac jacturas.

§. II. Quare dicti Provincialis, Ministri, & Sorores, nobis humiliter supplicarunt, ut cum eis valde reddatur difficile, pro singulis querelis ad Apostolicam Sedem habere recursum, providere ipsis super hoc paterna diligentia curaremus.

§. III. Nos igitur adversus occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, & injuriatores hujusmodi, illo volentes eisdem Provinciali Ministris, ac Sororibus, remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas, & aliis aditus committendi similia præcludatur: discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, etiamsi sint extra loca, in quibus deputati estis Conservatores, & Judices, præfatis Provinciali, Ministris, & Sororibus efficacibus defensionis præsidiis assistentes, non permittatis, eosdem, super his, & quibuslibet aliis bonis, ac juribus, ad ipsos, nec non hujusmodi Monasteria, sive Domos, & annexa, seu dependentia loca spectantibus, ab eisdem, vel quibusvis aliis indebite molestari, aut eis gravamina, seu damna, vel injurias irrogari.

§. IV. Facturi dictis Provinciali, Ministris, & Sororibus, cum ab eis, vel Procuratoribus suis, aut eorum aliquo fueritis requisiti, de prædictis, & aliis personis quibuslibet super restitutione hujusmodi Castrorum, Villarum, Terrarum, & aliorum locorum, jurisdictionum, jurium, ac bonorum, mobilium, & immobilium, redditauum quoque, & proventuum, ac aliorum quorumcumque bonorum: nec non de quibuslibet molestiis, injuriis, atque damnis, præsentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, summarie de plano, sine strepitu, & figura judicii; in aliis vero, prout qualitas rerum exegerit, justitiæ complementum.

§. V. Occupatores, seu detentores, præsumptores, molestatores, & injuriatores hujusmodi, nec non contradictores quoslibet, & rebelles, cujuscumque dignitatis, gradus, status, ordinis, vel conditionis extiterint, quandocumque, & quotiescumque expedierit, auctoritate Apostolica, per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§. VI. Non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri, quibus cavetur, ne aliquis extra suam Civitatem, & Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam a fine suæ Diœcesis ad judicium evocetur, seu ne Judices, & Conservatores, a Sede deputati prædicta, extra Civitatem, & Diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere; seu alii, vel aliis vices suas committere; aut aliquos ultra unam dictam a fine Diœcesis eorumdem trahere, præsumant.

§. VII. Dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur; seu quod de aliis, quam de manifestis injuriis, ac violentiis, & aliis, quæ judicialem requirunt indaginem; pœnis in eos, si secus egerint, & in id procurantes adjectis, Conservatores se nullatenus intromitt nt; quam aliis quibuscumque Constitutionibus, a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tam de Judicibus delegatis, & Conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis; aut aliis editis, quæ vestræ possent in hac parte jurisdictioni, aut potestati; ejusque libero exercitio quomodolibet obviare. Seu si aliquibus communiter, vel divisim, a prædicta sit Sede indultum; quod excommunicari, suspendi, vel interdici; seu extra, vel ultra loca ad judicium evocari non possint, per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi, & eorum personis, locis, ordinibus, & nominibus propriis, mentionem, & qualiber alia dictæ Sedis indulgentia, generali, vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, vestræ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua, ejusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis.

§. VIII. Ceterum volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans, nullo fuerit impedimento canonico præpeditus. Quodque a datis præsentium sit vobis, & unicuique vestrum in præmissis omnibus, & eorum singulis, cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, perpetuata potestas, & jurisdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate possitis, in præmissis omnibus, & eorum singulis, cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram vobis cœpta fuissent; & jurisdictio vestra, & cujuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimum extitisset. Constitutione prædicta super Conservatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obstante, præsentibus perpetuis temporibus duraturis.

Datum *Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1447. 6. Nonas Maji. Pontificatus nostri anno primo.*]

Decima octava Constitutio est Sixti IV. incip. [Sacrosancta] edita *anno* 1473. 12. *Kal. Decembris apud Rodriq. supra pag.* 172. qua Pontifex determinat, quod Fratres, & Sorores tertii Ordinis gaudeant privilegiis, & immunitatibus Ecclesiasticis, tam fori, quam personæ, & rerum, sicut aliæ personæ Ecclesiasticæ; dans eis Conservatores, & defensores contra quosdam eorum persecutores, & molestatores in Italia, *sic:* 60

§. II. [Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, Communitatibus, Potestatibus, & Officialibus præfatis, sub excommunicationis latæ sen-

sententiæ pœna, eo ipso per Potestates, & Officiales ipsos, ac singulares personas earumdem Communitatum, si contrafecerint, incurrenda, ne eisdem Fratribus & Sororibus gravamina aliqua, libertati Ecclesiæ contraria, inducere; aut ipsos Fratres, & Sorores, quominus gaudeant privilegiis, & immunitatibus, tam fori, quam personæ, & rerum, sicut aliæ personæ Ecclesiasticæ, quomodolibet impedire præsumant, Apostolica auctoritate tenore præsentium inhibemus. Et nihilominus universis, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, ac quibuscumque personis, in Dignitate Ecclesiastica constitutis, nec non Patriarchalium, Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum, Canonicis, pro tempore existentibus in Civitatibus, & locis prædictis, & cuilibet eorum, qui desuper fuerint requisiti ab aliquo Fratrum, seu Sororum prædictorum, per Apostolica scripta mandamus, quatenus præmissa, ubi, & quando eis expedire videbitur, solemniter publicantes, non permittant, eosdem Fratres, & Sorores, contra inhibitionis nostræ hujusmodi teorem, per quoscumque quavis auctoritate indebite molestari; & eos, quos propterea hujusmodi excommunicationis sententiam, eis constiterit incurrisse, excommunicatos nuntient, faciantque ab aliis nuntiari, ac ab omnibus arctius evitari, donec ab hujusmodi indebitis molestiis, per eos dictis Fratribus, & Sororibus illatis cum effectu destiterint; Contradictores per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.

§. III. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non municipalibus statutis, juramento, consuetudine, Constitutione, seu Confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate vallatis, contrariis quibuscumque: seu aliquibus communiter, vel divisim a Sede Apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.]

61 DECIMA NONA CONSTITUTIO, est ejusdem Sixti IV. incip. [Noverint :] estque Maremagnum Ordinis Prædicatorum, edita *anno* 1474. *pridie Kal. Septembris apud eamdem Rodriq. pag.* 173. ubi auctoritas Conservatoris Ordinis eorumdem sic proponitur:

§. LIV. [Et nihilominus cuilibet in Dignitate Ecclesiastica constituto, & Metropolitanæ vel alterius Cathedralis Ecclesiæ Canonico per universum Orbem, qui desuper per prædictorum Ordinum Priores, Guardianos, & Fratres, ac illorum, seu ad commodum eorum Romanæ Ecclesiæ Syndicos desuper fuerint requisiti, per Apostolica rescripta in solidum mandamus, quatenus per se, vel alium, seu alios, præmissa, ubi, & quando opus fuerit, solemniter publicantes: ac eisdem Fratrum Prædicatorum, & Minorum Ordinibus, ac illorum domibus, & Professoribus, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, sciant eos pacifica possessione, vel quasi privilegiorum, & concessionum hujusmodi gaudere: non permittentes, eos seu testamentorum executores, & hæredes prædictos contra illorum tenorem per Ordinarios, & Rectores prædictos, & quoscumque alios indebite molestari, aut eis gravamina, injurias, atque damna inferri, seu quomodolibet irrogari: ac etiam summarie, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, sola facti veritate inspecta, contra quoscumque cujuscumque qualitatis, vel conditionis existant, & quacumque Ecclesiastica, & Patriarchali, Archiepiscopali, vel Episcopali vel mundana forent Dignitate, & exemptione muniti: in quibuscumque causis, per eos movendis, quacumque ratione, vel causa, quæ excogitari possit, eis ministrent justitiæ complementum, exequendo quod per eos fuerit ordinatum. Et illos, quos Censuras, & pœnas prædictas incurrisse constiterit, irretitos esse declarent; ac faciant, & mandent, interdictos, suspensos, & excommunicatos publice nuntiari, ac ab omnibus arctius evitari; ac legitimis super his habendis servatis processibus, illos, quoties opus fuerit; iteratis vicibus, aggravare procurent. Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, brachii sæcularis auxilio.

§. LV. Non obstantibus Constitutionibus Bonifacii Octavi, quibus cavetur, ne quis extra suam Civitatem, & Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, in illis ultra unam dietam a fine suæ Diœcesis ad judicium evocetur; seu ne Judices, a Sede Apostolica deputati, extra Civitates, & Diœceses, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere; aut alii, vel aliis vices suas committere præsumant; & de duabus dietis in Concilio Generali, necnon quæ incipit, *Super Cathedram* Bonifacii, & *Dudum* Viennensis Concilii, ac Calixti Papæ III., etiam prædecessoris nostri litteris, aliisque Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, specialibus, vel generalibus; nec non Octonis, & Octoboni olim in regno Angliæ Apostolicæ Sedis Legatorum Constitutionibus; Ecclesiarum quoque, atque locorum quorumlibet statutis, & consuetudinibus, & inter quoscumque dictorum Ordinum Fratrum Prædicatorum, & Minorum Professores, atque locorum Ordinarios, seu Rectores prædictos initis, & conclusis, & hactenus observatis pactis, & conventionibus, etiam jursmento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis; nec non omnibus illis, quæ Gregorius, Martinus, & Engenius præfati prædecessores in prædictis eorum litteris voluerunt non obstare contrariis quibuscumque.]

VIGESIMA CONSTITUTIO est ejusdem Sixti IV. incip. eodem modo; estque Maremagnum Eremitarum Sancti Augustini, edita eodem *anno* 1474. 7. *Idus Februarii* apud eumdem Rodriq. pag. 181. ubi §. 56. legitur. [Et nihilominus &c.,] uti in præcedenti. 62

VIGESIMA PRIMA CONSTITUTIO est ejusdem Sixti 4. incip. [Regimini] edita *pridie Kal. Septembris anno.* 1475. apud *Rodriquez tom.* 1. *Bullar. pag.* 254. estque Maremagnum Ordinis Minorum, ubi §. 53. legitur: [& nihilominus cuilibet in Dignitate Ecclesiastica constituto, &c.] ut supra in præcedenti. 63

VIGESIMA SECUNDA CONSTITUTIO est ejusdem Sixti IV. incip. [Dum attenta] estque Maremagnum Ordinis Carmelitarum, edita *anno* 1476. 4. *Kal. Decembris apud Rodriquez pag.* 145. in qua declarantur, atque confirmantur privilegia, Ordini Carmelitarum concessa per prædecessores, & alia plura adduntur inter quæ §. 107. 64

[Et nihilominus dicti Ordinis Protectori, qui pro tempore erit, & cuilibet in Ecclesiastica dignitate constituto, & Metropolitanæ, aut alterius Cathedralis Ecclesiæ Canonico per universum orbem, qui desuper per dicti Ordinis gloriosissimæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ Priores, & Fratres, ac illorum, seu ad commodum eorum Romanæ Ecclesiæ Synodos desuper requi-

requiſitus fuerit, per Apoſtolica ſcripta in ſolidum mandamus, quatenus per ſe, ſeu alium, vel alios, præmiſſa, ubi, & quando opus fuerit, ſolemniter publicantes, ac eiſdem Fratrum glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli Ordini, illiuſque domibus; ac profeſſoribus in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eas pacifica poſſeſſione, vel quaſi privilegiorum, & conceſſionum hujuſmodi gaudere; non permittentes, eos, ſeu teſtamentorum executores, & hæredes prædictos, contra illorum tenorem, per Ordinarios, & Rectores prædictos, aut quoſcumque alios indebite moleſtari, aut eis gravamina, injurias, atque damna inferri, ſeu quomodolibet irrogari; ac etiam ſummarie, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, contra quoſcumque, cujuſcumque qualitatis, vel conditionis exiſtant, & quacumque Eccleſiaſtica, etiam Patriarchali, Archiepiſcopali, aut Epiſcopali, aut mundana forent dignitate, & exemptione muniti, in quibuſcumque cauſis per eos movendis, quacumque ratione, vel cauſa, quæ excogitari poſſit, eis miniſtrent juſtitiæ complementum; exequentes, quod per eos fuerit ordinatum; & illos, quos Cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe conſtiterit, irretitos eſſe declarent; ac faciant, & mandent interdictos, ſuſpenſos, & excommunicatos publice nuntiare, & ab omnibus arctius evitari; ac legitimis ſuper iis habendis ſervatis proceſſibus, illos, quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggravari procurent; contradictores, auctoritate Apoſtolica, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus præfati Bonifacii VIII. Conſtitutionibus, quibus cavetur, ne quis extra Civitatem, & Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur; ſeu ne Judices, a Sede Apoſtolica deputati, extra Civitatem, & Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere; & alii, vel aliis vices ſuas committere præſumant; & de duabus dietis in Concilio generali, necnon quæ incipit, *ſuper Cathedram* Bonifacii præfati, & *dudum* Vienneniſis Concilii, ac recolendæ memoriæ Calixti Papæ III. &c.]

65 Vigesima tertia Constitutio eſt ejuſdem Sixti quarti incip. [Dum ad univerſas] edita *anno* 1376. *die* 13. *Auguſti apud Bull. laud. tom.* 1. *pag.* 400. pro bono regimine Congregationis Canonicorum Regularium Lateran. cum immunitatum, & gratiarum conceſſione ubi §. 40. ſic habetur:

[Et nihilominus univerſis, & ſingulis perſonis, in dignitate Eccleſiaſtica ubilibet conſtitutis, & aliis de Jure communi habilibus, & idoneis ad cauſas audiendas, per hæc Apoſtolica ſcripta mandamus, cum aliqui ea eiſdem perſonis pro parte ejuſdem Congregationis Lateranenſis, ſeu Rectoris Generalis, aut aliorum per ſe, vel alium, ſeu alios præmiſſa, ubi, & quando opus fuerit publicantes, ac eiſdem, Congregationi & Canonicis, illorumque Eccleſiis, Monaſteriis, Membris, & locis prædictis, in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant Congregationem ipſam, illiuſque Canonicos pacifica poſſeſſione privilegiorum, & conceſſionum hujuſmodi libere gaudere. Non permittentes, eos, ſeu teſtamentorum executores, & hæredes prædictos contra illorum tenorea per Ordinarios, & Rectores parochialium Eccleſiarum prędictos, ſeu alios quoſcumque indebite moleſtari, aut eis gravamen, injurias, atque damna inferri ſeu quomodolibet irrogari: quinimmo dictæ Congregationi, ac illius Canonicis prædictis, in quibuſcumque caſibus, ſeu cauſis, tam Eccleſiaſticis, quam profanis, per eos coram dictis perſonis, cujuſvis qualitatis, conditionis, gradus, ordinis, dignitatis, nobilitatis, præeminentię, & ſtatus fuerint, etiam quacumque mundana, vel Eccleſiaſtica, aut Patriarchali præfulgeant dignitate, ſine expenſis, ſummarie, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, auctoritate Apoſtolica miniſtrent juſtitiam: denuntientque palam, & publice, omnes & ſingulos excommunicatos, quos eis conſtiterit, cenſuras, & alias pœnas incurriſſe: ac faciant, eos ab omnibus arctius evitari, & ubique pro excommunicatis, ſuſpenſis, interdictis nuntiari: & legitimis deſuper factis proceſſibus, illos, quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggravent, ſeu aggravari procurent; contradictores quoslibet per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad præmiſſa, ſeu aliquid eorum, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus fel. record. Bonifacii Papæ VIII. &c.]

Vigesima quarta Constitutio eſt Innocentii Octavi Incip. [Devotionis augmentum] edita anno 1486. Idibus Junii, apud *laud. Bullar. tom.* 5. *pag.* 438., qua decernitur, quod Conſervatores, & Executores litterarum Apoſtolicarum ad favorem Congregationis Sanctæ Juſtinæ de obſervantia Monachorum S. Benedicti, omnes ii dati cenſeantur, quibus Sedes Apoſtolica cauſas delegare poſſet, ſic: 66

[Devotionis augmentum vobis Deo propitio provenire confidimus, ſi ſuper his, quæ pro veſtra tranquillitate; & ſubmovendis moleſtiis, & turbationibus opportuna videantur, ut in contemplationis ſuavitate quieſcere valeatis, prout cupitis, nos benignos, ac favorabiles habeatis.

§. I. Sane pro parte veſtra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ſi vobis in genere, ac Abbatibus, & Prioribus, & Conventibus Monaſteriorum, & Prioratuum veſtræ Congregationis, ubilibet per Orbem conſiſtentium, concederetur, quod omnes, & ſinguli, quibus cauſæ per reſcripta Apoſtolicæ Sedis delegari de jure poſſunt, ad executionem quarumcumque litterarum dictæ Sedis Conſervatorialium nuncupatarum, pro vobis, & Monaſteriis, Prioratibus, Membris, Abbatibus, Prioribus, & Conventibus prædictis dati, & deputati ſunt, & pro tempore dabuntur, & deputabuntur aliqui nominatim Conſervatores, contra inferentes vobis, & illis, moleſtias, injurias, gravamina, atque damna, & cum poteſtate cognoſcendi de his, quæ judicialem requirunt indaginem, exequi poſſent, & deberent, toties quoties contigerit eos requiri, profecto vobis, & Monaſteriis, Prioratibus, Membris, Abbatibus, Prioribus, & Conventibus veſtris prædictis in præmiſſis longe plenius, & uberius conſuleretur, favoremque pleniorem deportaretis ex eis vos Abbates, Priores, & Conventus prædicti, fructum, & utilitatem; nam variis plerumque reſpectibus, deputatis Conſervatoribus opportuna remedia juxta litterarum earumdem continentiam, vos, & illi habere non poteſtis.

§. II. Quare pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut vobis, Monaſteriis, Prioratibus, Membris, Abbatibus, Prioribus, & Conventibus prædictis, quæ hujuſmodi litterarum Conſervatorialium executione ab omnibus, quibus cau-

ſæ per reſcripta Apoſtolica delegari poſſunt, obtinere libere, & licite valeatis perinde, ac ſi illæ eis omnibus a principio directæ fuiſſent concedere, aliiſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. III. Nos igitur, qui regularem vitam profeſſis libenter omnem inquietudinis materiam ſubtrahimus, veſtrumque ſtatum proſperum, & tranquillum paterno deſideramus affectu, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, univerſis, & ſingulis, quibus cauſæ, auctoritate litterarum Apoſtolicarum, de Jure delegari poſſunt, mandamus, ut dum, & quoties fuerint pro parte veſtra, Abbatum, Priorum, & Conventuum prædictorum, aut alicujus eorum legitime requiſiti, ſuper talium litterarum executione, ad illarum executionem perpetuis futuris temporibus procedere poſſint, & debeant, per ſe, vel alios, alias juxta earum continentiam, atque formam, in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi litteræ a principio eis directæ fuiſſent, & eis, ut, licet alias Conſervatores eſſe nequirent, illas exequerentur mandatum nominatim extitiſſet.

§. IV. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ in dictis litteris conceſſum extitit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque non obſtantibus. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Datum *Romæ* apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1486., *Idibus Junii* Pontific. noſtri anno ſecundo.

67 VIGESIMA QUINTA CONSTITUTIO eſt Julii ſecundi incip. [Hodie], edita 1504., 15. *Kal. Junii* in favorem Ordinis Minimorum apud *Rodriq. in Collect. Bull. Apoſtolic. pro Regul. pag.* 266. ubi ſic §. VII.

[Et quod quæcumque perſona, ſive perſonæ, alias de Jure capaces, pro parte dictorum Fratrum requiſitæ, niſi legitimo impedimento detentæ fuiſſent, juriſdictionem, & Conſervationem eorumdem Fratrum, vigore præfatorum privilegiorum, ſub excommunicationis pœna ſuſcipere teneantur.]

68 VIGESIMA SEXTA CONSTITUTIO eſt ejuſdem incip. [Militanti] apud præfatum *Bull. tom.* 1. *pag.* 469. qua privilegium Congregationis Monachorum B. Mariæ Montis Oliveti Ordinis S. Benedicti, deputandi Judices Conſervatores Bonorum, & Perſonarum ipſius Congregationis, eorumque Conſervatorum ampla juriſdictio declaratur ſic:

Julius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei. Venerabilibus fratribus, Patriarchæ Aquilejen., Neapolitan., Mediolanen., Florentin., Senen. Archiepiſcopis, Bononien., ac Engubinen. Epiſcopis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

[Militanti Eccleſiæ licet immeritis, diſponente Domino, præſidentes, circa curam Eccleſiarum, & Monaſteriorum omnium ſolertia reddimur indefeſſa ſolliciti, ut juxta debitum paſtoralis officii eorum occurramus diſpendiis; & profectibus divina cooperante clementia ſalubriter intendamus.

§. I. Sane dilectorum filiorum Abbatis Generalis, & Conventus Monaſterii Sanctæ Mariæ in Ancona, Ordinis Sancti Benedicti, Pientinæ Diœceſis, & Viſitatorum Congregationis Montis Oliveti nuncupati, & aliorum Abbatum, Priorum, & Conventuum, Monaſteriorum, & Prioratuum præfati Ordinis, & Congregationis ejuſdem conqueſtionem percipimus, quod nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, aliique Eccleſiarum Prælati, & Clerici, ac Eccleſiaſticæ Perſonæ, tam religioſæ, quam ſæculares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, Laici, Communia Civitatum, univerſitates oppidorum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum locorum, ac ſingulares perſonæ Civitatum, & Diœceſum, ac aliarum partium diverſarum, occuparunt, & occupari fecerunt Caſtra, Villas, & alia loca, terras, domos, poſſeſſiones, jura, juriſdictiones, necnon cenſus, fructus, redditus, & proventus, dicti & aliorum Monaſteriorum, religioſorum locorum, ſeu membrorum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum Monaſterii, Prioratibus, & locis dicti Ordinis illius Congregationis acquiſitorum, ſeu alias annexorum, ac illis ſubjectorum, & ab illis dependentium: ac nonnulla alia bona mobilia, & immobilia, ſpiritualia, & temporalia, ad Abbates, Priores, Conventus, & Congregationem prædictos: necnon Commiſſos, vel Oblatos, & Oblatas, vel Commiſſas, Congregationi, & membris præfatis, ſeu ſua bona dantes, ſpectantia, & ea detinent indebite occupata, ſeu ea detinentibus præſtant auxilium, conſilium, vel favorem; nonnulli etiam Civitatum, & Diœceſum, ac partium prædictarum, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, eiſdem Abbatibus, Prioribus, Conventibus, Congregationi, Commiſſis, ſeu Oblatis ſuper prædictis Caſtris, Villis, locis aliis, terris, domibus, poſſeſſionibus, juribus, juriſdictionibus, fructibus, cenſibus, redditibus, & proventibus eorumdem, & quibuſcumque aliis bonis mobilibus, & immobilibus, ſpiritualibus, & temporalibus, ac aliis rebus ad Monaſteria, Prioratus, loca, membra, & Beneficia, ac Abbates, Conventus, Congregationem, Commiſſos, ſeu Oblatos, Commiſſas, vel Oblatas hujuſmodi ſpectantibus, multipliciter moleſtias, & injurias inferunt, ac jacturas. Quare Generalis, Viſitatores, & alii Abbates, Priores, & Conventus, ac Congregatio præfati nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum eis valde difficile reddatur, pro ſingulis querelis ad Apoſtolicam Sedem habere recurſum, providere ipſis ſuper hoc paterna diligentia curaremus.

§. II. Nos igitur adverſus occupatores, detentores, præſumptores, moleſtatores, injuratores hujuſmodi, illo volentes eiſdem Abbatibus, Prioribus, Conventibus, & Congregationi remedio ſubvenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & aliis aditus committendi ſimilia præcludatur, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel ſex, aut quinque, ſeu quatuor, aut tres, vel duo, aut unus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios, etiamſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis, Conſervatores, & Judices, præfatis Abbatibus, Prioribus, Conventibus, & Congregationi, Commiſſis, ſeu Oblatis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis, eoſdem ſuper his, & quibuslibet aliis bonis, ac juribus, præſentibus, & futuris, ad Abbates, & Conventus, Congregationem, Commiſſos, vel Commiſſas, ſeu Oblatos, vel Oblatas, Monaſteria, Prioratus, membra, & loca, præſentia, & futura dictæ Congregationis ſpectantia, ab eiſdem, vel quibuſvis aliis, indebite moleſtari, vel eis gravamina, ſeu damna, vel injurias irrogari: facturi dictis Abbatibus, Prioribus, Conventibus, & Congregationi, Commiſſis, ſive Oblatis, cum ab eis, vel Procuratoribus ſuis, aut eorum aliquo fueritis requiſiti, de prædictis, & aliis perſonis quibuslibet, ſuper reſtitutione hujuſmodi caſtrorum, villarum, terrarum,

&

& aliorum locorum, jurisdictionum, jurium, & bonorum mobilium, & immobilium, redituum quoque, proventuum, ac aliorum quorumcumque bonorum, præsentium, & futurorum; necnon de quibuslibet molestiis, & injuriis, atque damnis præsentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, summarie, & de plano, sine strepitu, & figura Judicii; in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit, justitiæ complementum. Occupatores, seu detentores, præsumptores, molestatores, & injuriatores hujusmodi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint, quandocumque, vel quotiescumque expedierit, auctoritate nostra, per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§. III. Non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacii Papæ Octavi prædecessoris nostri, Constitutionibus, in quibus cavetur, ne quis extra suam civitatem, & diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam, a fine suæ diœcesis ad Judicium evocetur; seu ne Judices, & Conservatores, a Sede deputati prædicta, extra civitatem, & diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere; aut alii, vel aliis vices suas committere; aut aliquos ultra unam dietam a fine suæ diœcesis trahere præsumant; dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præsentium non trahatur; aut quod de aliis, quam manifestis injuriis, & molestiis, atque damnis, & aliis, quæ judicialem requirunt indaginem, pœnis in eis, si secus egerint, & in id procurantes adjectis, Conservatores se intromittant; quam Papiensis *de feriis* cognoscendis primis, & secundis causis in terris, locis inibi expressis, ac aliis quibuscumque Constitutionibus, a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tam de Judicibus delegatis, & Conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad Judicium non vocandis; aut aliis editis, quæ vestræ possent in hac parte jurisdictioni, aut potestati, ejusque libero exercitio quomodolibet obviare: necnon statutis, & consuetudinibus Ecclesiarum, Monasteriorum, Religiosorum, Civitatum, Terrarum, & aliorum locorum, juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis alia firmitate roboratis; privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis quibusvis Ordinibus, Monasteriis, Prioratibus, Præposituris, Præpositatibus, Dignitatibus, & personatibus, ac administrationibus, & officiis, ceterisque beneficiis ecclesiasticis, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, & in dignitate Ecclesiastica constitutis, ac aliis personis quibuslibet, etiam cum quibusvis clausulis, etiam derogatariarum derogatoriis, fortioribus, & efficacioribus concessis, quibus etiamsi de eis specialis, specifica, & expressa, non autem per clausulas generales id importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda foret; & in eis caveretur expresse, quod in illis non nisi sub certis ibi expressis modis, & formis, aut nullatenus derogari possit, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus; seu si aliquibus communiter, vel divisim, a Sede præfata indultum existat, quod excommunicari, suspendi, vel interdici; seu extra, vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, ac eorum personis, & Ordinibus, ac nominibus propriis mentionem, & qualibet alia, dictæ Sedis indulgentia, generali, vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam vestræ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua, ejusque toto tenore habenda sit in vestris litteris mentio specialis.

§. IV. Ceterum volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod omnes, & singuli alii Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & alii locorum Ordinarii, præsentes, & futuri, eorumque pro tempore Vicarii in spiritualibus generales, necnon quæcumque aliæ personæ, in dignitate Ecclesiastica constitutæ, ac eorum singuli, quando, & quoties pro parte Abbatum, Priorum, Conventuum, Congregationis, Commissorum, seu Oblatorum, vel Commissarum, & Oblatarum prædictorum, vel eorum alicujus super præmissis, vel eorum aliquo requisiti fuerint, ad præsentium litterarum executionem procedere possint, & debeant in omnibus, & per omnia, perinde, ac si præsentes litteræ, etiam eis, cum clausula *quatenus ipsi omnes, vel duo, aut unus eorum* specialiter directæ fuissent.

§. V. Et si per summariam informationem super his per vos, aut eos habenda, vobis, aut eis constiterit, quod ad loca, in quibus occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, injuriatores hujusmodi, ac alios, ad quos præsentes litteræ pervenerint, pro tempore morari contigerit, pro monitionibus, & citationibus, de eis facientibus, tutus non pateat accessus; Nos vobis, & aliis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Ordinariis, & personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, prædictas citationes, & monitiones quaslibet per edicta publica, locis affigenda publicis, & partibus illis vicinis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad notitiam citatorum, & monitorum hujusmodi pervenire valeant, faciendi plenam, & liberam earumdem, tenore præsentium, concedimus facultatem. Ac volumus, & prædicta auctoritate decernimus, quod monitiones, & citationes hujusmodi, perinde arctent ipsos monitos, & citatos, ac si eis, & specialiter, & personaliter insinuatæ, & intimatæ legitime extitissent: quod quilibet vestrum, ac Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Ordinariorum, Vicariorum, & personarum in dignitate præfata constitutarum prædictarum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico præpeditus; & a data præsentium sit vobis, & ipsis, & unicuique vestrum, & eorum in præmissis omnibus, & eorum singulis, cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, perpetuata potestas, & jurisdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate vos, & ipsi possitis, & quilibet vestrum, & eorum possit in præmissis omnibus, cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula, coram vobis, seu ipsis cœpta fuissent, & jurisdictio eorum, & vestra, ac cujuslibet vestrum in præmissis omnibus, & singulis, per citationem, vel modum alium, perpetuata legitime extitisset.

§. VI. Et quia nihilominus difficile foret, præsentes litteras hujusmodi ad singula quæque loca, in quibus de eis forsan mentio facienda fuerit, deferre; eadem Apostolica auctoritate decernimus,

quod earum transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in Judicio, & extra, ac ubilibet plena fides adhibeatur, & eis stent in omnibus, & per omnia, perinde ac si ipsæ originales litteræ exhiberentur, & ostenderentur, Constitutione Apostolica super Conservatoribus, & alia qualibet, in contrarium edita, non obstante, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Dat. *Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ* 1505. 8. *Kal. Nov.* Pont. nostri Anno 2.]

69 VIGESIMA SEPTIMA CONSTITUTIO, est ejusdem Julii secundi incip. [Dudum] edita *anno* 1506. *Kal. Augusti*, Mare Magnum Minimorum nuncupata *apud laud. Bull. tom.* 1, *pag.* 474. ubi legitur.

§. XXIX. [Nos Venerabili fratri nostro, moderno Episcopo Parisiensi, per aliquas nostras in forma Brevis litteras mandavimus, quatenus Francisco de Paula, & aliis Fratribus Ordinis Minimorum hujusmodi, quod omnia & singula Oratoria, Ecclesiss, Domos, & loca iis in posterum concedenda recipere, ac dictam de Abbatis villa, & alias Domos, seu Ecclesiss, & Orstoria, catenus per eos recepta pro eorum perpetuis usu, & habitatione, vigore concessionis Sixti, & Innocentii prędecessorum prædictorum retinere, absque alia nova desuper facienda concessione Apostolica, possent, & valerent. Ac quod ipse Episcopus Parisiensis, dicti Ordinis Minimorum Conservator esset; &, quoties opus foret, Ordini Minimorum, ac illius persoois, & Fratribus hujusmodi, in præmissis efficacis defensionis præsidio assisteret; & non permitteret, quod Decanus, & Capitulum, aut eorum Officialis, aut Rector Ecclesiæ Sancti Ægidii hujusmodi, aut alii quicumque, cujuscumque etiam nobilitatis existerent, Fratres Ordinis Minimorum hujusmodi, tam in dicta dięcesi Ambianensi quam alibi, in aliquo damnificare, molestare, perturbare, aut inquietare, ullatenus auderent. Quinimo corpors quorumcumque defunctorum, qui in Ecclesia domus de Abbatis vills hujusmodi in eorum vita sepeliri elegerant, cum relictis fratribus domus de Abbatis villa hujusmodi factis, integrsliter restituerent; nec ipsi, neque alii prædictos, & quoscumque alios Fratres Ordinis Minimorum hujusmodi, de cetero super sepulturis, & corporibus illorum, qui in dictæ domus de Abbatis villa, & aliis ejusdem Ordinis Minimorum Ecclesiis elegerant pro tempore sepeliri, impedire præsumerent, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna inhiberet. Ac Ecclesias Sancti Ulfrani, & Sancti Ægidii hujusmodi, nec non alias (ad quas corpora defunctorum, qui in dictæ domus de Abbatis villa, & aliis Ordinis Minimorum hujusmodi Ecclesiis juxta ordinationem ipsorum defunctorum sepeliri debere deferentur) Ecclesiastico supponeret Interdicto, Nec corpora ipsa eisdem Fratribus Minimis in dicta de Abbatis villa, & aliis ceterarum domorum Ordinis Minimorum hujusmodi Ecclesiis restituerent, præfata Apostolica auctoritate decerneret, ac desuper statueret, & ordinaret, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur.

§. XLI. Et præfati Ordinis Minimorum Fratres, Sorores, & Oblati, necnon utriusque sexus Christi fideles tertii Ordinis Minimorum hujusmodi, ac ejusdem Ordinis Conservatores, per Fratres Minimos hujusmodi pro tempore capitulariter electi, ac Tutores & Tutrices, Fundatores & Fundatrices, Procuratores & Procuratrices, ac eorum utriusque sexus liberi, procreati, & procreandi, semel in vita, & ita in morte sibi; Ac quæcumque personæ in dicto Ordine Minimorum de cetero recipiendæ, in earum ingressu plenariam omnium peccatorum suorum veniam, & indulgentiam consequi; Ac quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam recitando, omnes ac singulas Indulgentias, quas diebus Indulgentiarum omnium Ecclesiarum dictæ Urbis, & extra illius muros pro stationibus deputatarum, consequuntur, Ecclesias Urbis, & extra muros hujusmodi visitantes, plene ac integre consequantur, & consequi possint, ac si indulgentiarum hujusmodi diebus Ecclesias Urbis, & extra muros hujusmodi, & earum quamlibet personaliter visitarent.]

VIGESIMA OCTAVA CONSTITUTIO, est ejusdem Julii II. incip. [Alias venerabilem.] *Apud Peyr. tom.* 1. *privil. Regul. Const.* 4. *Julii secundi pag.* 81., ubi irrita declarantur pacta, facta absque consensu Generalis, vel Capituli generalis Minimorum; & quæ sint personæ fruentes privilegiis Fratrum: Conservatoris eligendi potestas indulgetur, ipsiusque, auctoritas explicatur. Tenor autem hujus Constitutionis est hujusmodi. 70

§. I. [Alias venerabilem Fratrem Episcopum Parisiensem, Conservatorem Ordiois Minimorum deputavimus; eique mandavimus, (quoties opus foret), dicto Ordini, & illius personis, & Fratribus assisteret; & non permitteret, quod Decanus, & Capitulum Ecclesiæ Sancti Ulfrani, & eorum officiales, ac Rector Parochialis Ecclesiæ S. Ægidii de Abbatis villa Ambian. Dięc. aut alii quicumque, cujuscumque dignitatis forent, tam in dicta Diœcesi, quam alibi, in aliquo damnificare, molestare, perturbare, aut inquietare ullatenus auderent; quin immo corpora defunctorum quorumcumque, qui in Ecclesia domus de Abbatis villa, in eorum vita sepeliri elegerant, seu qui imposterum eligerent, cum relictis Fratribus ipsius domus de Abbatis villa, Fratribus integraliter restituerent; nec ipsi, nec alii, prædicta, & quoscumque alios Fratres dicti Ordinis de cetero super sepulturis, & corporibus illorum, qui in dictæ domus de Abbstis villa, & aliis ejusdem Ordinis Ecclesiis sepeliri eligerent, pro tempore impedire præsumerent, sub Excommunicarionis latæ sententiæ pęna inhiberet; ac S. Ulfrani, & S. Ægidii Ecclesias, necnon alias, ad quas corpora defunctorum, qui in dicta de Abbatis villa, & aliis ceterarum domorum Ordinis hujusmodi Ecclesiis restituerentur, concederet, ac desuper statueret, & ordinaret, prout de jure foret faciendum,

§ II. Et deinde pro parte dicti filii Francisci de Paula, dicti Ordinis Institutoris, nobis exposito, quod Fratres Ordinis Minimorum, potentiam Decani, & Capituli, ac Rectoris prædictorum plurimum formidabant; Nos per alias nostras in forma Brevis litteras, præfato Parisiensi Episcopo, ac Ven. fratri Archiepiscopo Turonen., ac dilecto Filio Abbati Monasterii S. Saturnini Tolosan. Diœcesis commisimus, ac dedimus in mandatis, quatenus in præmissis eisdem Fratribus assisterent, & ad executionem prædictorum, & aliarum quarumcumque litterarum, dicto Ordini per Sedem Apostolicam, aut alias quomodolibet concessarum, & imposterum concedendarum, in quocumque loco, & Dięcesi opus foret, ac quoties pro parte Francisci, & aliorum Fratrum prædictorum, ac quorumcumque Superiorum, & Correctorum do-

mo-

morum, ac locorum dicti Ordinia, requisiti fuissent, procederent; ac Decanum, & Capitulum, necnon Rectorem præfatos, & alios quoscumque privilegiorum Ordinia Minimorum hujusmodi transgressores, ubicumque pro tempore degentes, etiam extra prædictam, & quascnmque Diœceses, & provinciaa (quotiea opus foret) coram eis evocari facerent, & per Censuras Ecclesiasticaa, ac alia juris remedia compellerent, & compescerent, invocato etiam ad id, (si opus foret,) auailio brachii sæcularia; & sententias, ac censuraa ipsas aggravarent, & reaggravarent; & alia necessaria, & opportnna facere curarent, alias juxta dictarnm litterarum continentiam, & tenorem in omnibua, & per omnia, perinde ac si hę prædictæ a principio eorum cuilibet directæ fuissent, ipsique in illis Conservatorea specialiter deputati fuissent, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur,

§. III. Cum autem, sicut præfatus Franciscus de Paula nobia nuper exponi fecir, tnnc Provincialia, & Fratres nostræ domna de Abbatia villa, seu aliqni ex eis cum Decano, & Capitulo præfatis super tumulandis corporibus defunctorum hujusmodi ad certam concordiam, seu transactionem devenerint, per quam inter alia voluerunt, quod processus, præmissornm occasione eatenus facti, & qni imposterum fient, nullius essent roboris, & momenti; quodqne ex tunc de cetero, corpora eorum, qui apud Ecclesiam dictæ domus de Abbatia villa eligerent sepulturam, imo ad dictam Ecclesiam Sancti Ulfrani cum luminaribus deferri, & ibi duabua Missis celebratis, & luminaribua, cum aliis funeralibua, juribua, & obventionibus, eisdem Decano, & Capitulo relictis, ad Ecclesiam domus de Abbatia villa hujusmodi portare deberet, prout in qnodam instrumento publico desuper confecto dicitur plenius contineri,

§. IV. Et quia concordia, & transactio per Provincialem, & Fratres præfatos, facta hujusmodi, contra tenorem privilegiorum, eidem Ordini concessorum, & licentia, & consensu præfati Francisci dicti Ordinia Generalia Correctoris per Sedem prædictam deputati, sine cujua licentia illæ fieri non poterant, & in maximum dicti Ordinia præjudicium facta fuernnt; Idem Franciscus Generalia Corrector Nobis humiliter supplicari fecit, concordiam, & transactionem supradictas, ac sententiam cujuscumqne Judicia sęcularis super commissia pro Decano, & Capitulo, & contra Fratres dictæ domua de Abbatis villa latam, nullas, nulliusque roboris, vel momenti fuisse, & esse declarare, aliasque in præmissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

§. V. Nos igitur hnjusmodi supplicationibua inclinati, vobia, & vestrum cuilibet, præsentium tenore, mandamus, quatenua concordiam, & transactionem, ac prædictas, & quascumque alias per quoscumque Judicea sæculares, super Fnneralibus, & Quartis, & aliia contra prædictam de Abbatia villa, & alias dicti Ordinis domos, & illarum Fratres hactenua lataa, & imposterum ferendaa sententiaa, nullas fuisse, & esse, auctoritate nostra declaretis, & prout de facto processerunt, cassetis, & annulletis; ac eisdem Francisco, & Fratribus assistentes, privilegia dicto Ordini concessa observari, faciatia.

§. VI. Quodque quascumque conventiones, per qnoscumque dicti Ordinia Provincialea, & Vicarios, Generalea, Specialea, ac qnoscumque alios Fratres, seu eorum Procuratores ubicumque, & quomodocumque, & sub quibuscumqua clausulis, & formia factas, concordataa, transactas, & expeditas, quæ per præfatum Franciscum, vel successores suos dicti Ordinia Generales, Correctores, seu Capirulum generale dicti Ordinis acceptatæ, confirmatæ, & ratificatæ non fuerint, nulliua esse roboria, & momenti declaretia, si & prout de jure fuerit faciendum.

§. VII. Et pro manutenenda, & conservanda Regula dicti Ordinia, in qua eapresse inhibetur, ne Fratres ipsi ultra quinquaginta annos particnlaria quorumcumque suffragia in dicto Ordine acceptent, & suscipiant, ut particularia quorumcumque dicti Ordinia Fundatorum, & Fundatricum, ad quæ ipsi obligantnr suffragia hujusmodi sub omnium dicti Ordinia suffragiorum, & bonorum generalitate suscipere, & acceptare, singulisque privilegiis, gratiia, & indultia omnibus qnatuor Mendicantibua Ordinibua, & eornm cuilibet per Sedem prædictam, seu aliaa quomodolibet, concedendis, & etiam Ordioi prædicto jam concesso, & confirmato privilegio confessionea audiendi juxta illius formam, & tenorem ubivis frui, uti, & gaudere valeant.

§. VIII. Quodque dicti Ordinia domorum Fundatores, Fundatricea, & Procuratores, & Procuratrices, Tutorea, & Tutricea, eorumque utriusque sexua liberi, necnon dicti Ordinia Conservatores, præsentes, & futuri, omnium, & singulorum Missarnm, Jejuniorum, Orationum, & Sacrificiorum, ac quorumcumque aliorum bonornm, in toto hujusmodi Ordine Minimorum de cetero faciendorum, & recitandorum participes fore, & illis communicata sint, & esse debeanr.

§. IX. Quodque Fratrea dicti Ordinia Conservatores Minimorum, etiam Canonicoa Cathedralium Ecclesiarum, & Officiales, ac Vicarios ipsorum sibi eligere; & quod talea in Conservatorea taliter per coa electi, ex nunc per Nos deputati censeantur, possintque contradictores quoscnmque eacommunicare, & Censuraa iteratis vicibus aggravare, ac loca quæcumque Ecclesiastico subjicere Interdicto, ac omnia alia, quæ possunt Conservatorea, ab aliis Fratribua aliorum Ordinnm Mendicantium, juxta privilegia eia super hoc concessa, electi.

§. X. Quodque singula privilegia, Indulgentiæ, gratiæ, & indulta, alicui ex domibus Ordinia Minimornm hujusmodi hactenus per nos, vel Sedem prædictam, aut alias quomodolibet concessa, ad omnea, & singulas alias domos dicti Ordinia Minimorum hactenus constructaa, & construendas, intelligantur concessa, ac si in specie cuilibet eorumdem concessa fuissent, & illa ad quamlibet domorum extensa, & de novo concessa sint, & esse censeantur, dicta auctoritate statuatis, & ordinetis.

§. XI. Non obstantibus præmissis, ac piæ Memoriæ Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, de nna; & dnabus dietis in Concilio Generali editis; & aliia Constitutionibua, & Ordinationibua Apostolicis, ceterisqne contrariia; etiamsi aliquibus communiter, vel divisim ab eadem Sede indulrum fuerir, qnod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & eapressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum *Romæ* apnd Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoria, *die* 29. *Martii* 1507. Pontificatus nostri anno quarto.]

71 Vigesima Nona Constitutio est ejusdem Julii II. incip. [Etsi ad universos] edita *anno 1507. pridie Nonas Junii*, pro bono regimine Congregationis Monachorum B. Mariæ Montis Oliveti Ordinis S. Benedicti *tom. 1. Bull. pag.* 485. ubi præter alias gratias, & immunitates, illam Conservatorem habendi concedit sic.

§. XL. [Volumus etiam, quod universæ, & singulæ personæ, quibus Causæ auctoritate litterarum Apostolicarum delegari possunt, dum, aut quoties pro parte Generalis, & aliorum Abbatum, Priorum, & Conventuum, ac Monachorum Congregationis hujusmodi, vel alicujus eorum fuerint legitime requisiti, ad executionem quarumcumque litterarum dictæ Sedis Conservatoriarum nuncupatarum, præfatæ Congregationi, vel ejus Monasteriis, Prioratibus, Membris, Abbatibus, Prioribus, Conventibus, contra illis inferentes molestias, injurias, gravamina, atque damna concessarum hactenus, & imposterum concedendarum, perpetuis futuris temporibus procedant, per se, vel alios: alias juxta earumdem Conservatoriarum litterarum continentiam, atque formam, in omnibus & per omnia, ac perinde si ipsæ Conservatoriæ litteræ eis a principio directæ, eisque, ut quamvis alias Conservatores esse non possent, illas exequerentur, expresse mandatum, ac super hoc concessa facultate fuissent. Non obstantibus &c.]

72 Trigesima Constitutio, est ejusdem Julii II. incip. [Inter ceteros,] penes *laud. Bullar. tom. 1. pag.* 516. qua gratiæ, immunitates, & privilegia Canonicorum Regularium Congregationis Sancti Salvatoris Ordinis S. Augustini confirmantur *anno 1512. quarto nonas Aprilis*, ubi legitur:

§. XLIX. [Præterea statuimus, & decernimus, quod universæ, & singulæ personæ, in dignitate ecclesiastica ubilibet constitutæ, & alias de Jure communi habiles, & idoneæ ad causas audiendas, cum aliquę ex eisdem personis pro parte ejusdem Congregationis S. Salvatoris, seu Prioris Generalis, aut aliorum ex Congregatione hujusmodi, ad quos spectabit, fuerint requisitæ, per se, vel alium, seu alios, præmissa, ubi, & quando opus fuerit, publicare, ac idem Congregationi, & Canonicis, illorumque Ecclesiis, & Monasteriis, membris, locisque prædictis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistant, ac faciant Congregationem ipsam, illiusque Canonicos, Moniales, sive Sorores, & personas, ac eorum Monasteria, loca, & bona quæcumque pacifica possessione, vel quasi privilegiorum, & concessionum hujusmodi libero gaudere; & non permittant, eos, seu testamentorum executores, & hæredes prædictos, contra illorum tenores, per Ordinarios, & Rectores parochialium Ecclesiarum prædictos, seu alios quoscumque indebite molestari, aut eis gravamina, injurias, atque damna inferri, seu quomodolibet irrogari; quinimmo dictæ Congregationi, ac illius Canonicis prædictis in quibuscumque casibus, seu causis, tam Ecclesiasticis, quam profanis, per eos coram dictis personis contra quascumque alias personas, cujuscumque qualitatis, conditionis, gradus, ordinis, dignitatis, nobilitatis, præeminentiæ, & status fuerint, etiam quacumque mundana, vel ecclesiastica, aut Patriarchali præfulgeant dignitate, seu exemptione monendis, summarie, & de plano, ac sine strepitu, & figura judicii, sola facti veritate inspecta, auctoritate Apostolica ministrent justitiæ complementum; denuntientque palam, & publice, omnes & singulos excommunicatos, quos eis constiterit, censuras, vel alias pœnas incurrisse; ac faciant eos ab omnibus arctius evitari, & ubique pro excommunicatis, suspensis, & interdictis nuntiari, & legitimis desuper factis processibus, illos, quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggravent, seu aggravari procurent, contradictores quoslibet per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad præmissa, seu aliquod eorum, si opus fuerit, auxilio brachii sęcularis, super quibus omnibus eis facultatem concedimus per præsentes. Volumus autem, quod universæ, & singulæ personæ, quibus causæ auctoritate litterarum Apostolicarum delegari possent, dum, & quoties pro parte Prioris generalis, & aliorum Abbatum, Priorum, & Conventuum, ac Canonicorum, aut Monialium, seu Sororum, ac personarum Congregationis hujusmodi, vel alicujus eorum fuerint legitime requisiti, ad exequutionem quarumcumque litterarum dictæ Sedis Conservatoriarum nuncupatarum, ac præmissarum præfatæ Congregationi, vel ejus Monasteriis, Prioratibus, Membris, Abbatibus Prioribus, & Conventibus, aut Monialibus, seu Sororibus, & personis, contra illis inferentes molestias, injurias, gravamina atque damna, concessarum hactenus, & imposterum concedendarum perpetuis futuris temporibus, procedant per se, vel alios, alias juxta earumdem Conservatoriarum litterarum continentiam atque formam, in omnibus, & per omnia, perinde ac si ipsæ Conservatoriæ litteræ a principio directæ, eisque ut quamvis alias Conservatores esse non possent, illas exequerentur, expresse mandatum, & super hoc concessa facultas fuisset.

§. L. Non obstantibus Natalium defectu, ac Lugdunensi Concilio, & piæ memoriæ Innocentii quarti circa exemptos editæ, quæ incipit *Volentes*, & Martini V. necnon Bonifacii VIII. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum quibus cavetur, ne quis extra suam Civitatem, & Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam a fine suæ Dięcesis ad judicium evocetur; seu ne Judices a Sede prædicta deputati extra Civitatem, & Dięcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere; aut alii, vel aliis vices suas committere præsumant; & de duobus dietis in Concilio Generali, necnon quæ incipiunt, *super Cathedra*, ejusdem Bonifacii Papæ, & *Dudum* Viennensis Concilii, ac piæ memoriæ Callisti Papæ etiam prædecessoris nostri; & aliis litteris, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam quorumcumque aliorum Pontificum, similiter prædecessorum nostrorum; vel etiam in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, necnon specialibus, & vel generalibus Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum, & aliorum Regularium locorum, etiam dictæ Congregationi unitorum, & illorum, ac prædictorum, & quorum ipsa unita Monasteria, Prioratus, & loca extiterint Ordinum, & inter quoscumque ejusdem Congregationis Sancti Salvatoris Canonicos; ac locorum Ordinarios, seu Rectores prædictos initis, & conclusis, ac hactenus observatis pactis, & conventionibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, & indultis, & litteris Apostolicis, quibusvis Communitatibus, Universitatibus, Collegiis, Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & aliis locis, Capitulis, Conventibus, & personis, etiam motu, & scientia similibus, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus, efficacioribus,

sibus, & insolitis clausulis, irritantibusquedecretis, concessis hactenus, & in posterum concedendis; aut si Patriarchis, Episcopis, & Rectoribus præfatis, vel quibusvis aliis conjunctim, vel divisim a Sede præfata indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari; aut ultra, vel extra loca ad judicium evocari non possint, per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem: & qualibet alia dictæ Sedis indulgentie generali, vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expessam, vel totaliter non insertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri; quibus omnibus, etiamsi pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua mentio, seu quævis elia expressio habenda foret, eorum tenores etiamsi de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suis robore permansuris, hac vice dumtaxat, eisdem motu, & scientia, specialiter & expresse derogamus, necnon omnibus illis, quæ præfati prædecessores in singulis per eos Congregationi hujusmodi concessis litteris voluerunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.]

TRIGESIMA PRIMA CONSTITUTIO est Leonis X. incip. [Etsi a summo] edita *anno* 1513., *quarto nonas Julii* pro reductione, & unione Congregationis Eremi Camaldulensis, & Congregetionis S. Michaelis de Murano Monachorum Ordinis S. Benedicti in unam Congregationem *apud laud. Bull. tom. 1. pag.* 527. ubi hæc habet Pontifex:

73 §. LII. [Volumus autem, quod universæ, & singulę personæ, quibus causæ auctoritate litterarum Apostolicarum delegari possint, cum, & quoties pro parte Generalis, & Abbatum, Priorum, & Conventuum, ac Monachorum Congregationis de novo erectæ hujusmodi, vel alicujus eorum fuerint legitime requisiti, ad executionem quarumcumque litterarum dictæ Sedis Conservatotiarum nuncupatarum S. Michaelis, de novo erectæ Congregationi hujusmodi, vel ejus Monasteriis, Prioratibus, Membris, Abbatibus, Prioribus, Conventibus, contra illis inferentes molestias, injurias, gravemina, atque damna, concessarum hactenus, & in posterum concedendarum, perpetuis futuris temporibus procedant, per se, vel alios juxta earumdem Conservatoriarum litterarum continentiam, atque famam, in omnibus, & per omnia, perinde ac si Conservatoriæ literæ eis a principio directæ, eisque ut quamvis elias Conservatores esse non possent, illas exequerentur expresse mandatum, & super hoc concessa facultas fuisset.

§. LIII. Quocirca dilectis filiis S. Mariæ Florentiæ, & S. Georgii Majoris Venetiarum, ac S. Juliani de Arimino Monasteriorum Abbatibus, necnon Subdecano Ecclesiæ Florentiæ, per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel tres, aut duo, vel unus eorum, per se, vel alium, seu alios, præsentes litteras, ac omnia & singula in eis contenta, ubi, & quando expedierit, ac quotiescumque pro parte Generalis, Visitetorum, Abbatum, Eremitarum, Priorum, & aliarum personarum Congregationis de novo erectæ hujusmodi fuerint super hoc requisiti, solemniter publicantes, ipsique Genereli, Visitatoribus, Abbatibus, Eremitis, Prioribus, & personis in præmissis efficacis defensionis præsidio essistentes, faciant eos, præsentibus litteris, & in eis contentis privilegiis pacifice gaudere; non permittentes, eos, super illis, seu alias contra præsentium litterarum tenorem, per quoscumque quomodolibet indebite impediri, seu etiam molesteri, contradictores per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.]

TRIGESIMA SECUNDA CONSTITUTIO est ejus- 74
dem incip. [Affectu benevolentiæ] edita *anno* 1514. 16. *Februarii apud Rodriq. in Bull. pag.* 298. qua Pontifex communicat Fratribus Minoribus, & de novo concedit omnia privilegia aliorum Ordinum Mendicantium, indulgendo super hoc Conservatores:

§. IV. [Et nihilominus pro potiori cautela præmissa omnia de novo, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus; mandantes universis, & singulis venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, & aliis personis, in dignitate Ecclesiastica ubilibet constitutis, quatenus ipsi, vel alter eorum per se, vel alium, seu alios, vobis in præmissis efficacis defensionis præsidio essistentes, faciant vos gratiis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, concessionibus, & indultis præmissis pacifice gaudere.

§. V. Non permittentes, vos desuper per Ordinarios, & Rectores præfatos, seu quoscumque alios, quavis auctoritate fungentes, quovis quæsito colore, quomodolibet indebite molesteri, inquietari, seu etiam perturbari; contradictores, molestatores, perturbatores, Inquietatures, & rebelles quoslibet Censuris Ecclesiasticis, & aliis juris remediis, eppellatione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§. VI. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibuscumque privilegiis, Indultis, & litteris Apostolicis in contrarium quomodolibet forsan concessis; illorum tenores pro expressis habentes specialiter, & expresse derogamus. Necnon omnibus illis, quæ in prædictis litteris concesse sunt, non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. VII. Ceterum, quia difficile foret, præsentes litteras nostres ad singula loca, ad quæ opus esset, deferre; volumus, ut earum transumptis, manu publici Noterii subscriptis, & alicujus Prælati Ecclesiastici, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut generalis Vicarii dicti Ordinis, sigillo munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extre edhibeatur, quæ ipsis litteris originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum *Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die* 16. *Februarii* 1514. Pontific. nostri anno 1.]

TRIGESIMA TERTIA CONSTITUTIO est ejus- 75
dem incip. [Regimini,] edita *anno* 1515. *quarto nonas Maji apud dictum Bull. tom.* 1. *pag.* 551., jurisdictionem conferens Ordinariis Ecclesiasticis, cognoscendi quascumque causas, ad forum Ecclesiasticom spectantes in prima instentia, in omnes personas, etiam exemptas, si Judices, eis dati, sint negligentes: ubi hæc habent.

§. IX. [Judices autem, & Conservatores, a Sede Apostolica deputati, si in altero jurium greduati non fuerint, Assessorem partibus non suspectum, ab ipsis partibus, vel eorum eltera requisiti assumere, & secundum ejus relationem judicare teneantur.]

TRIGESIMA QUARTA CONSTITUTIO est ejus- 76
dem incip. [Dum intra mentis], edita *anno* 1516. *decimo quarto Kal. Januarii tom.* 1. *dit. Bull.*
pag.

pag. 581. moderetionem, & decleretionem cootinens indultorum, quibuseumque Mendicentium, & eliorum Religiosorum Ordinibus, eorumqua Tertiariis concestorum, in qua hæc hsbentur:

§. XVII. [Conservatores autem eisdem Frattibus pro tempore a Seda Apostolica deputandi, doctrina, & probitate præstantes, & in Ecclesiastica dignitata constituti asse debeent; & coram eis per eosdem Fratres, quibus deti fuerint, ultra dues dietas a loco suæ solitæ hebitationis nullus trahi possit, privilegiis super hoc alias eis concessis nulleteaus suffragantibus.]

77 Trigesima Quinta Constitutio est Adriani VI. incip. [Hodia a Nobis,] adita *anno* 1522. *pridie Kal. Septembris* estque Mara Magnum privilegiorum, & gratiarum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis *apud Rodriq. tom.* 2. *Bullar. pag.* 345. ubi sic legitur.

§. IX. [Ac voluit, aliquos Judices in pertibus illis dari, qui Didaco, & pro tempore existenti Provinciali, & aliis Ministris, Superioribus & Fratribus Ordinis SS. Trinitatis, & redemptionis Captivorum hujusmodi, in præmissis efficaeis defensionis præsidio assisterent, ac coocessionem, & indultum prædicta firmiter observari; eosqua illis pacifice gaudere facerent; nec eos desuper per quoscumque quomodolibet indebite molestari permitterent, contradictores, molestatores quoslibet, & rabelles per Censuras Ecclesiasticas, appellationa postposita, compescendo; necnoo eisdem Judicibus, quoscnmque cootradictores, molestatores, & rebelles, constituto tamen summarie de non tuto ad eos accessu; pet edicta publice, locis publieis, de qnibus esset verisimilis conjecture, quod ad eorum notitiam pervenire veleteot, affigenda, quæ ipsos perindn arctarent, ac si ais personaliter intimata forent, cirandi, ac ais etiem sub Censuris Ecclesiasticis, & pecuaisrlis pœnis, eorum acbitrio moderandis, inibendi: nee non legitimis super his habendis servatis processibus, Censuras, & pœnas ipsas, qooties opus foret, etiam iteratis vicibus aggravandi, loca, io quibus eos morari, & ad quæ declinare contigeret.

§. X. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifecii Papæ VIII. similiter prædecessoris nostri, quibus inter alia eavetur, ne quis extra suam Civitatem, vel diçcesim, nisi' in certis exceptis casibus, & in illis ultra dietam a fine suæ diœcesis ed Jodicium evocaretur; seu ne Judices, a Seda præfata deputati, extra Civitetem, vel diœcesim, io quibus deputati forent, contra quoscumque procedere, eut elii, vel aliis vices committere præsumarent: Et de doabus in Concilio geaerali editis, & quibuslibet aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis SS. Trinitatis, & tedemptionis captivorum, nec noa mendicantium Ordinum prædictorum, etiam juramento, confirmetiona Apostolica, vel quavis firmitate alie roboratis, stetutis, & consuetudinibus, privilegiis, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, illorumque Generalibus Monasteriis, domibus, Superioribns, & aliis quibnseumque personis, etiam motu proprio, & ex certa seientia, ac Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam consistorialiter tunc, & pto tempore concessis, approbatis, & iteretis vicibus iannvatis; quibus omnibus etiamsi pro illorum sufficienti detogatioae de illis, eorumque totis tenoribns, specialis, specifiea, expressa, & individua, ae de verbo ad verbum, non autem pet clausulas generales, idem importantes, mentin, seu quævis alia axpressio habenda, eut aliqua alia exqoisita forma ad hoc servanda esset, dictus Leo prædecessor tenores hujusmodi pro sufficieoter expressia habens, illis alias ia suo robora permansuris, ea vice dumtexet, specialiter, & expresse derogavit, ceterisqua cootreriis quibuscumque.]

Trigesima Sexta Constitutio, est Clementis VII. incip. [Conquestione,] *apud laud. Bull. tom.* 2. *pag.* 651. qua Ordinariis, aliisque in Dignitete Ecclesiastica constitutis injungitur, ut electi in Conservatores Ordinis Minimorum assistant defeosioni Fratrum adversus molestatoras: eisque modus procedendi describitur. Sic autem hebet laudate Coostitutio: 78

§. I. Cooquestione dilectorum filiorum Generalis, & Provincielium, ac aliorum Correctorum, & universorum Fratrum Ordiois Minimorum S. Franeisci de Peula percepimus, quod noonulli Archiepiscopi, & Episcopi, ac Clerici, & aliæ ecclesiasticæ personæ, tam religiosæ, quam sæculares, necnon laici, communia Civitatum, & Diœcesum, ae aliarum diversarom partiom, qui Nomeo Domini in vsoum recipere non formidant, a prædictis Correctoribut, & Fratribos Quartam Canonicam, seu alias portiones ex rebus, & bonis ais ratione funeralium, & christifidelium piorum legatorum etiam ed certos, & determinatos usus, præsertim ad fabricam Ecclesiarum, domosum, & locorum suorum, seu in eleemosynam, eot alias sibi pie relictis, vel erogatis; ac Decimas fructuum ex possessionibus, & pretiis terrerum, ad eos legitime spectantibus, & pertinentibus proveoientium, contra privilegia, & indulta Apostolica, eis, & Ordiai, ac donibus prædictis concessa, exigunt, & in dies exigere conaotur, ac relicta, & erogste hujosmodi indebite occupata detinent, seu ea detinentibus, aut Decimas, & portiones hujusmodi exigeatibus præstant auxilium, consilium, vel favorem, & alia ipsis super his, ac aliis libertatibus, privilegiis, & indultis, domibus, & Ordioi prædictis illorumqoe personis, tam a Romaois Pontificibus prædecessoribus nostris, quam alias tite a Regibos, & aliis Principibus sæcularibus concessis; necnon bonis, rebus, & aliis jutibos, ad dictes domos, illarumqne Sacristias spectantibus, multiplices molestias, injurias, & jacturas ioferunt, eosque coram diversis, tem Ecclesiasticis, quam sæcularibus Judicibus ad judicium trehuot. Nonnulli etiem, dictnm Ordinem professi, post emissam ab eis regulerem professionem apostetantas, ad aliorum Ordinum loca se transferunt, & sæpius per Sæculariom habitationes secundum vana sui cordis desideria vagando, insolenterque, & scaudalose vivendo, sa ab obedientia, & subjectione suorum Prælatorum, etiem prætextu indultorum, seu licentierum a Sede Apostolica subreptitia impetraterum, subtrahunt, in contemptum Religionir, & animarum suarum periculum, & scandalnm plurimorum. Quere Generalis, & Provincielis, & alii Correctores, & Fratres prædicti nobis humiliter suppliceri fecerunt, ut cum eis valde reddatur difficile, pro singulis querelis ad Sedem prædictam habere tecursum, providere ipsis super hoc psterna diligentia curaremus.

§. II. Nos igitur, qui, pro debito pestoralis Officii, Religiosarum personarnm qusrumlibet dispendiis occurrimus, & profectibus libenter intendimus, adversns exactores, occupatores, detentores, præsomptores, molestatores, & injuriatores, ac sobttahentes sa ab obedieotia hujusmodi, illo volentes eisdem Correctoribus, & Fratribus remedio

dio subvenite, per quod illorum compescatur temeritas, & aliis aditus cummittendi similia præcludatur; Discretioni vestræ per hæc scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, etiamsi sint extra loca, in quibus deputati estis Conservatores, & Judices, prædictis Generali, Provincialibus, & aliis Correctoribus, & Fratribus efficacis defensionis præsidio assistentes, non permittatis, eosdem super libertatibus, privilegiis, indultis, rebus, & bonis prædictis, ab eisdem, & quibuslibet aliis, indebite molestari; vel eis gravamina, vel damna, seu injurias irrogari; aut coram quibuscumque Judicibus ordinariis, vel delegatis, etiam Apostolicis, quavis occasione, vel causa, etiam criminali, eosdem Fratres trahi; facturi Generali, Provincialibus, & aliis Correctoribus, ac Fratribus prædictis, cum ab eis, vel Procuratoribus suis, aut eorum aliquo fueritis requisiti, de prædictis, & aliis personis quibuslibet super restitutione bonorum, ac rerum, & jurium prædictorum, necnon libertatum, privilegiorum, & indultorum prędictorum, & aliorum eis pro tempore concessorum observatione; necnon professorum, & se ab obedientia subtrahentium hujusmodi ad regularia loca dicti Ordinis revocatione, & reductione; de quibuslibet molestiis, injuriis, atque damnis, præsentibus, & futuris in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura judicii; in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit, justitiæ complementum ministrare. Inhibendo etiam quibuscumque Judicibus prædictis, tam in principio, quam in medio, vel in fine causæ, ne in causis dictorum Fratrum, etiam criminalibus, eisdem invitis, se quomodolibet intromittant; ac occupatores, seu detentores, executores, præsumptores, molestatores, ac injuriatores hujusmodi; necnon inobedientes, & rebelles, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint quandocumque, & quotiescumque expedierit, auctoritate nostra per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Et nihilominus, legitimis super his habendis servatis processibus, illos, quos Censuras, & pœnas per vos pro tempore latas incurrisse constiterit, eas incurrisse declarare, & quoties opus fuerit, etiam iteratis vicibus, aggravare curetis.

§. III. Ceterum si per summariam informationem, super his per vos habendam, etiam vobis constiterit, quod ad loca, in quibus occupatores, detentores, exactores, præsumptores, molestatores, & injuriatores hujusmodi, ac alios, quos præsentes litteræ concernunt, pro tempore morari contigerit, pro monitionibus ipsis, & citationibus de eis faciendis tutus non pateat accessus; Nos vobis citationes, & monitiones quaslibet per Edicta publica, locis affigenda publicis, & partibus illis vicinis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad notitiam citandorum, & monendorum hujusmodi pervenire valeant, faciendi plenam, & liberam concedimus tenore præsentium facultatem; ac volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod monitiones hujusmodi sic factę, perinde eosdem citatos, & monitos arctent, ac si eis personaliter intimatę extitissent.

§. IV. Non obstantibus, tam felicis recod. Bonifac. VIII. prędecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo non ultra tres dietas aliquis auctoritate pręsentium non trahatur, quam aliis quibuscumque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, tam de Judicibus delegatis, & Conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis; necnon quibusvis privilegiis, & indultis Apostolicis quibus personis sęcularibus, vel Regularibus, Militiis, Communitatibus, Universitatibus, Capitulis, Castris, Villis, terris, & locis prędictis, ac quibusvis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, vel Collegiatis, aut aliis Ecclesiis, Capitulis, Conventibus, Monasteriis, Hospitalibus, & aliis piis locis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, etiam de non trahendis eorum subditis, vel personis ipsarum Ecclesiarum, Civitatum, Universitatum, Castrorum, Villarum, & locorum respective extra eos, aut coram aliis Judicibus, & personis, quam eis etiam vigore quarumcumque litterarum Apostolicarum, aut alias quibusvis modis, & qualitercumque, ac sub quibusvis verborum formis, & clausulis, etiam per sonas, & sedem prędictam, etiam iteratis vicibus concessis, innovatis, & confirmatis; quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus plena, expressa, specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas generales, idem importantes, mentio, seu, quęvis alia expressio habenda foret, tenores hujusmodi, pręsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus; quodque vos filii Canonici, Officiales, & Vicarii, de personis, quę deputari possunt Conservatores non sitis; seu si aliquibus communiter, vel divisim a prędicta sit Sede indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdici non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, & earum personis, locis, & ordinibus, & nominibus propriis mentionem, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. V. Ceterum volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat Articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico prępeditus; quodque a datis pręsentium sit vobis, & unicuique vestrum in pręmissis omnibus, & eorum singulis cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris perpetuata potestas & jurisdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate possitis in pręmissis omnibus cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, & pro prędictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram vobis cœpta fuissent, & jurisdictio vestra, & cujuslibet vestrum in prędictis omnibus, & singulis per citationem, & modum alium perpetuata legitime extitisset, Constitutione prędicta super Conservatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obstantibus.

§. VI. Volumus etiam, & dicta Apostolica auctoritate decernimus, quod ipsarum transumptis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Curię Ecclesiasticę, aut personę in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, in judicio, & alibi, ubi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quę adhiberetur eisdem, si pręsentes originales litterę essent exhibitę vel ostensæ.

Datum *Romæ* apud S. Petrum sub annulo Piscatoris *die* 19. *Martii* 1524. Pontific. anno I.] 79

Vu Tri-

TRIGESIMA SEPTIMA CONSTITUTIO est ejusdem Clementis VII. incip. [Dum consideramus] *tomo 1. laudati Bullarii pag. mihi 672.* qua statuitur, quod Syndici, & Procuratores Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, & Monialium Sanctæ Claræ, cum eorum Conjugibus, atque Filiis, Domibus, & Monasteriis eorum servientes, gaudeant omnibus gratiis, & favoribus, ac privilegio fori, quibus ipsi Fratres potiuntur, & gaudent:

[Dum consideramus assiduos labores, & vigilias, quos dilecti Filii Syndici, & Procuratores Domorum, & Monasteriorum Fratrum Minorum S. Francisci regularis Observantiæ, & Monialium Sanctæ Claræ, Conceptionis, & Annuntiationis Ordinum, & Sororum tertiæ regulæ S. Francisci, sustinere non cessant; merito nos obligant, ut animarum suarum saluti consulamus, ipsosque a quibusvis molestiis, & injuriis, sibi pro tempore illatis, quantum cum Deo possumus, relevemus.

§. I. Idcirco uni Syndico, & Procuratori hujusmodi, cum illius Uxore, & Liberis, præsenti, & futuro, singulæ domui, & Monasterio prædictis, pro tempore servientibus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus, ipsi, & eorum quilibet, omnibus, & singulis Indulgentiis, & peccatorum remissionibus, favoribus, & gratiis, quibus Fratres Ordinis Observantiæ prędictorum, utuntur, potiuntur, & gaudent, seu uti, potiri, & gaudere possint, & valeant.

§. II. Et insuper in quibusvis causis, & rebus ipsos Syndicum, & Procuratorem concernentibus, civilibus, Criminalibus, & mixtis, nonnisi coram Judicibus Conservatoribus Domorum illarum, quarum ipse Syndicus, & Procurator fuerit, de justitia respondere teneatur, auctoritate Apostolica concedimus, & indulgemus.

§. III. Inhibendo sub Excommunicationis latæ sententiæ pœna, universis, & singulis Judicibus, Commissariis ecclesiasticis, & sæcularibus, quacumque auctoritate fungentibus, ne de causis, contra dictos Syndicos, & Procuratores, motis, & movendis, directe, vel indirecte, quovis quæsito colore, seu prætextu, se intromittere quomodolibet de cetero audeant, vel præsumant. Decernentes, quoscumque processus, contra dictos Syndicos, & Procuratores, per alios, quam dictos Conservatores, in causis dumtaxat contra eos motis, & movendis, habendos, & sententias ferendas, nullos, & invalidos, nulliusque roboris, vel momenti fuisse, & esse; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

§. IV. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis; necnon Ordinum prædictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. V. Volumus autem, quod præsentium transumptis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus Episcopi, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur, si præsentes originales litteræ essent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum *Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 16. Aprilis 1526. Pontificatus nostri anno 3.*]

TRIGESIMA OCTAVA CONSTITUTIO est Julii III. incip. [Ad hoc nos Deus] *tom. 1. laudati Bullarii pag. 798.* continens jurisdictionem, & facultates Judicum, & Conservatorum Congregationis Regularium S. Pauli decollati sic: 80

Julius Episcopus, Servus Servorum Dei Universis & singulis Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, & aliis Personis, in dignitate Ecclesiastica constitutis, necnon Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum Canonicis, & eorumdem Archiepiscoporum, & Episcoporum Vicariis in spiritualibus, ac Officialibus generalibus ubilibet constitutis salutem, &c.

§. II. [Nos igitur adversus occupatores, detentores præsumptores, molestatores, & injuriatores, hujusmodi, illo volentes eisdem Prępposito, & Clericis remedio subvenire, per quod ipsorum occupatorum, detentorum, præsumptorum, & injuriatorum compescatur temeritas; & aliis aditus committendi similia præcludatur; discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, etiamsi sint extra loca, in quibus deputati estis Conservatores, & Judices, eisdem Præposito, & Clericis efficacis defensionis præsidio assistentes, non permittatis, eos super his, ac privilegiis, & indultis prædictis, necnon quibuslibet aliis bonis, & juribus, ad eosdem Præpositum, & Clericos, & per eos obtenta prædicta, & quæ eos pro tempore obtinere contigerit, beneficia Ecclesiastica, communiter vel divisim, ut præmittitur, spectantibus; necnon libera perceptione fructuum Ecclesiasticorum, & solutione pensionum annuarum, eis pro tempore reservatarum, & assignatarum ac pecuniarum summarum, & rerum aliarum, eis pro tempore debitarum, ab eisdem, vel quibusvis aliis indebite molestari; vel eis gravamina, seu damna, vel injurias irrogari; facturi eisdem Præposito, & Clericis, cum ab eis, vel Procuratoribus suis fueritis requisiti, de prædictis, & aliis quibuslibet, super restitutione hujusmodi Castrorum, Villarum, locorum, terrarum, domorum, possessionum, jurium, jurisdictionum, feudorum, pratorum, pascuorum, silvarum, nemorum, vinearum, decimarum, fructuum, censuum, reddituum, & proventuum, ac emolumentorum; necnon bonorum mobilium, & immobilium, spiritualium, & temporalium, ac libera perceptione fructuum Ecclesiasticorum, & solutione pensionum, ac pecuniarum, summarum, & rerum aliarum hujusmodi; necnon observatione privilegiorum, & Indultorum prædictorum, ac de quibuslibet molestiis, injuriis, atque damnis, præsentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, sola facti veritate inspecta; in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit, justitiæ complementum; occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, & injuriatores hujusmodi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint, quandocumque, & quotiescumque expedierit, auctoritate nostra, per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Et nihilominus legitimis super his habendis servatis processibus, eos, quos Censuras, & pœnas per vos pro tempore latas incurrisse,

vobis

vobis constiterit, eas incurrisse, declaretis; ipsasque Censuras, & pœnas, quoties opus fuerit, etiam iteratis vicibus eggravare curetis. Ceterum si per summariam informationem, per vos super his habendam, etiam vobis constiterit, quod ad loca, in quibus occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, injuriatores hujusmodi, ac alios, quos præsentes litteræ concernunt, pro tempore morari contigerit; pro monitionibus, & inhibitionibus ipsis, ec citationibus de eis faciendis, tutus non pateat accessus; Nos monitiones, & citationes hujusmodi, ac inhibitiones quaslibet, per edicta publica locis affigenda publicis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad ipsorum monitorum, citatorum, & inhibitorum notitiam pervenire valeant, faciendi; necnon eisdem occupatoribus, detentoribus, præsumptoribus, molestatoribus, injuriatoribus, contradictoribus, & rebellibus, etiam sub Sententiis, Censuris, & pœnis Ecclesiasticis, ac etiem pecuniariis, arbitrio vestro moderandis, inhibendi, plenam, & liberam concedimus, earumdem tenore præsentium, facultatem; ac volumus, & præfata auctoritate decernimus, quod monitiones, citationes, & inhibitiones hujusmodi, sic factæ, ipsos monitos, citatos, & inhibitos arctent, perinde, ac si eis personaliter insinuatæ, & intimatæ extitissent.

§. V. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri Constitutionibus, quibus cavetur, ne quis extra suam Civitatem, vel Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam a fine suæ Diœcesis ad judicium evocetur; seu ne Judices, & Conservatores, a Sede deputati prædicta, extra Civitatem, & Diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere; aut alii, vel aliis vices suas committere; seu aliquos ultra unam dietam a fine Diœcesis eorumdem trahere præsumant: & de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur; seu quod de aliis, quam manifestis injuriis, violentiis, ac aliis, quæ judicialem non requirunt indaginem, pœnis in eos, si secus egerint, & in id procurantes, adjectis, Conservatores se nullatenus intromittant; quam aliis quibuscumque Constitutionibus, a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, tam de Judicibus Delegatis, & Conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis; aut alias editis, quæ vestræ in hac parte possent jurisdictioni, aut potestati, ejusque libero exercitio, quomodolibet obviare. Quodque vos, filii Canonici, Vicarii, & Officiales, de personis, quæ deputari possint Conservatores, non sitis; privilegiis quoque, indultis, exemptionibus, facultatibus, & litteris Apostolicis, ac aliis Conservatoriis, quibuscumque personis, cujuscumque qualitatis, conditionis, gradus, præeminentiæ, seu dignitatis existentibus, etiam Episcopali, Archiepiscopali, aut alia majori dignitate, seu auctoritate fungentibus; ac Ordinibus prædictis, necnon Societatibus, & Universitatibus, etiam Studiorum generalium, ac Collegiis etiam exemptis; necnon Ducibus, Principibus, & temporalibus Dominis; & de non trahendis illis, aut eorum subditis extra eorum loca, & domicilia, aut coram aliis, quam eorum Conservatoribus, & Judicibus, & vigore quarumcumque litterarum Apostolicarum, etiam Conservatoriarum, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam per nos, & Sedem prædictam, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, observata inserta forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, aliis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus; contrariis quibuscumque; aut si aliquibus communiter, vel divisim, ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, ac eorum personis, locis, ordinibus, & nominibus propriis mentionem; & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, vestræ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua, cujusque tenore de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

§. IV. Ceterum etiam volumus, & dicta auctoritate Apostolica decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico præpeditus; quodque a data præsentium sit vobis, & unicuique vestrum in prædictis omnibus, & singulis, cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris perpetuata potestas, & jurisdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate possitis in præmissis omnibus, cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si supradicta omnia, & singula coram vobis cœpta fuissent, & jurisdictio vestra, & cujuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis, per citationem, vel modum alium perpetuata legitimum extitisset, Constitutione prædicta super Conservatoribus, & alia qualibet, in contrarium edita, non obstante.]

TRIGESIMA NONA CONSTITUTIO est ejusdem Julii III. incip. [Militanti] apud *Rodriq. pag.* 384. qua Judices Conservatores pro ordine S. Hieronymi constituuntur, contra detentores rerum ejusdem Ordinis; & contra eos, qui aliquam violentiam committunt adversus ejusdem Ordinis jura, & personas, sic: 82

Julius Episcopus, servus servorum Dei. Venerabilibus Fratribus universis Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Cantoribus, Thesaurariis, Scholasticis, ac aliis personis, in Ecclesiastica dignitate constitutis, ubilibet, ac eorumdem Archiepiscoporum, & Episcoporum Officialibus, & in spiritualibus Vicariis generalibus, in

Regnis Hispanierum consistentibus, selutem, & Apostolicem benedictionem.

[Militenti Ecclesiæ licet immeriti (disponente Domino) præsidentes, eirca euram Ecclesiarum, & Monasteriorum omnium, solercia reddimur indefessa soliciti, ut juxta debirum Pastoralis officii enrum occurramus dispendiis; & profectibus, (divina eooperente Clementia) selubriter intendemns,

§. I. Sane dilectorum filiorum modernorum Generalie, ec universorum Priorum, Monasteriorum per Priores regi solitorum Ordinis S. Hieronymi snb regnla Beeti Augustini, in dictis regnis degentium, & illorum Conventuum conquestione percepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, eliique Ecelesiarum Prælati, & Clorici, ac Ecclesiastiere personæ, tam religiosæ, quam sæculares; oecnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & Leici, Communia Civitetum, Universitates Oppidorum, Castrorum, Villarum, & aliorum locorum, ac aliæ singulares personæ Civitetum, & Diœcesum, & alierum partium diversarum, occupaverunt, & occupari fecerunt Castra, & elia loca, Terras, Domos, Pessessiones, Jura, Jurisdictiones, necnon Fructus, Census, Redditus, & Proventus dictorum Monasteriorum, ac nonnulla alia bona, mobilie, & immobilia, spiritnelia, & temporalia, ed omnia, & singula dicti Ordinis Monasteria, necnon ipsum Generalem, ac alios Priores, & Conventus ipsorum Monasteriorum, eorumque membra spectantia; & ea detinent indebite occupata; seu ea detinentibus præstant auxilium, consilium, vel fevorem.

§. II. Nonnulli etiem Civitatum, & Diœcesum, ec partium prædictarum, qui Nomen Domini in veeunm recipere non formidant, Generali, ee eliis Prioribus, & Conventibus, ae Monasteriis, & membris prædictis super dictis Castris, Locis, Terris, Domibus, Possessionibus, Juribus, & Jurisdictionibus, Fructibus, Censibus, & Redditibus, & Proventibus corumdem, & quibuscumque aliie bonis mobilibus, & immobilibus, spiritualibus, & temporalibus, ee eliie rebus ad Generelem, ac alios Priores, & Conventus, Monesteria, & membra hujusmodi spectantibus, multiplices molestias, & injuries inserunt, ae jacturas; ipsosque Generalem, ee alios Priores, & Conventus injuriie realibus, & verbalibus, ae dispendiis efficere; necnon contre privilegie, concessiones, & indulta, eisdem Generali, & aliis Prioribus, Conventibus ec Monesteriis, & membris prædictis, e Sede Apostolice, & aliis quibuscumque concesse, temere de facto venire, & in quentum in eis est, illa infringere non verentur.

§. III. Quere Generalis, se Priores, & Conventus præfati nobis humiliter supplicarunt, ut cum eisdem velde reddatur difficile, pro singulis querelis ad Sedem prædictam habere recursum, providere ipsis, ac Monasteriis prædictis, super hoc paterna diligentis curaremus.

§. IV. Noe igitur adversue occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, inquietatores, & Injuriatores hujusmodi, illo volentes eisdem Generali, ac Prioribus, Conventibus, & Monasteriis, ae membris præsentibus, & futuris, remedio subvenire, per quod eorum compescatur temeritas, & aliis aditus committendi similia præcludatur; præfatos Generalem, Priores, Conventus, necnon Fratres, Novitios, Conversos, & Donatos servientes, & persones, ae eorum singulos, a quibusvis excommunicarionis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis eensuris, & pęnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaaat consequendum, herum serie absolventes, & absolutos fore censentes; diserexioni vestræ per Apostolice scripta mandamus, quatenus vos, duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium, seu elios, eriamsi sint extra loca, & Diœcesee, in quibus deputati estis Conservatores, & Judices, quoties pro perte eorumdem Generalis, Priorum, & Conventuum dicti Ordinis, præsentium, & futurorum, seu elicujus ipsorum, præsentium litterarum vigore, fueritis requisiti, etiam sub inobedientiæ, & excommunicatione latæ sententiæ pęnie, eo ipso si legitimo cessante impedimento contrafeceritis, aut litteras hujusmodi eaequi nolueritis, seu aliquis vestrum enntrafecerit, vel exequi noluerit, per vos incurrendis, præfatis Generali, Prioribus, Conventibus, ac Monesteriis, & membris præsentibus, & futuris hujusmodi, eorumque personis, efficecis defensionis præsidio assistentes, non permittatis, eosdem super his, & quibusvis aliis bonis, & juribus, ad Generalem, Priores, Conventus, Monesteria, & membra hujusmodi, eorumque personas, ut præsertur, spectentibus, ab eisdem, vel quibusvis sliis indebite molestari, vel eis grevamina, seu damna, vel injuries irrogari; aut concessionee, privilegia, & indulta quæcumque, præfatis Generali, & aliis Prioribus, Conventibus, Monasteriis, & membris, præsentibus, & futuris, vel elicui, seu aliquibus eorum, conjunctim, vel divisim, concessa, seu concedenda, infringi, vel impugnari quoquo modo.

§. V. Factari dictis Genereli, Prioribus, Conventibus, Monasteriis, & membris, eorumque personis, cum ab eis, vel Procureroribus suis, aut eorum aliquo fueritis requisiti, de prædictis, & eliis personis quibuslibet super restitutione hujusmodi Castrorum, Villarum, Terrarum, & aliorum locorum, Jurisdictionum, Jurium, & bonorum mobilium, & immobilium, Reddituum quoque, & Proventuum, & aliorum quorumcumque bonorum; necnon de quibusvis molestiis, injuriis, etque damnis præsentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, summarie, & de pleno, sine strepitu, & figura judicii; in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit, justitiæ complementum.

§. VI. Occupetores, seu detentoree, præsumptores, molestatores, & injuriatores hujusmodi, necnon contradictoree quoslibet, & rebelles, cujuscumque dignitatis, & status, gradue, ordinie, vel conditionis extiterint, quendocumque, & quotiescumque expedierit, auctoritate nostra per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposite, compescendo; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§. VII. Et nihilominus legitimis super his habendie servatis processibus, illos, quos Censuras, & pęnaa per vos pro tempore latas incurrisse constiterit, quoriea expedierit iteratis vicibus aggravare curetis. Et insuper si per summariam informationem super his, per vos habendam, etiam vobis constiterit, quod ad loca, in quibus occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, & injuriatores hujusmodi, ac alios, quos præsentes litteræ concernunt, pro tempore morari contigerit

tigerit pro monitionibus ipsis, & citationibus de eis faciendis tutus non pateat accessus, vel eorum copia commode haberi non poterit.

§. VIII. Nos vobis citationes, & monitiones quaslibet per Edicta publica, locis affigenda publicis, ac partibus illis vicinis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad citatorum, & monitorum hujusmodi notitiam pervenire valeant, faciendi plenam, & liberam tenore præsentium concedimus facultatem: ac volumus, & prædicta auctoritate decernimus, quod citationes, & monitiones hujusmodi perinde arctent ipsos monitos, & citatos, ac si eis personaliter insinuatæ, & intimatæ extitissent.

§. IX. Non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, in quibus cavetur, ne quis extra suam Civitatem, vel Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus; & in illis ultra unam dietam a fine suæ Diœcesis ad judicium evocetur; seu ne Judices, & Conservatores, a Sede deputati, extra Civitatem, & Diœcesim, in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere; aut alii, vel aliis vices suas committere; aut aliquos ultra unam dietam a fine Diœcesis eorumdem trahere præsumant: ac de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo aliquis ultra tres dietas auctoritate præsentium non trahatur; seu quod de aliis, quam de manifestis injuriis, & violentiis, & aliis, quæ judicialem indaginem sequirunt, pœnis in eos, si secus egerint, & in id procurantes adjectis, Conservatores se nullatenus intromittant: quodque Episcopi, & Archiepiscopi, & alii Superiores, seu in dignitate Ecclesiastica dumtaxat constituti Conservatores deputari possint; quam aliis quibuscumque Constitutionibus, a prædecessoribus nostris Rom. Pontif. tam de Judicibus delegatis, & Conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis; aut aliis editis, quæ vestræ possent in hac parte jurisdictioni, aut potestati, ejusque libero exercitio quomodolibet obviare.

§. X. Quodque vos filii Vicarii, & Officiales de personis, quæ deputari possent Conservatores, non sitis; seu si aliquibus communiter, vel divisim a præfata sit Sede indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdici; seu extra, vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, & de eorum personis, locis, Ordinibus, & nominibus propriis mentionem; ac aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon singulorum Monasteriorum, & Ordinis hujusmodi juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, quibusvis Ecclesiis, & aliis Monasteriis, Ordinibus, Militiis, Collegiis, Universitatibus, locis, & personis, cujuscumque dignitatis, gradus, status, ordinis, vel conditionis existant, etiam Regali, Reginali, vel alia quavis auctoritate fungentibus, communiter, vel divisim, sub quibusvis verborum formis, & clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque Decretis concessis, & imposterum concedendis, etiamsi in illis caveatur expresse, quod Conservatoriæ in dictis regnis, sub quacumque verborum forma concessæ, & imposterum concedendæ, ad formam Quinterni Cancellariæ reducantur, reductæ esse censeantur; quibus omnibus etiamsi pro eorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque; & qualibet alia indulgentia dictæ Sedis generali, vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, vestræ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cujuscumque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis.

§. XI. Ceterum volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico præpeditus.

§. XII. Quodque a datis præsentium sit vobis, & unicuique vestrum in præmissis omnibus, & eorum singulis, cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, perpetuata potestas, & jurisdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate possitis in præmissis omnibus cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram vobis cœpta fuissent, & jurisdictio vestra, & cujuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimum extitisset, Constitutione prædicta super Conservatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obstante, præsentibus, perpetuis futuris temporibus duraturis.

§. XIII. Et insuper, quia difficile foret, præsentes litteras ad quæcumque loca, quibus necesse foret, transferre; etiam volumus, & eadem auctoritate Apostolica decernimus, quòd præsentium litterarum hujusmodi transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus vestrum sigillatis, ea prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, & stetur in omnibus, & per omnia, sicut eisdem præsentibus litteris adhiberetur, & staretur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum *Romæ* apud Sanctum Petrum *anno Incarnationis Dominicæ 1512. 15. Kal. Augusti*, Pontificatus nostri anno octavo.]

QUADRAGESIMA CONSTITUTIO est Concilii 82
Trid. *sess. 7. cap. 14. de refor.* edita *anno 1547. tertio Martii*, ubi sic decernitur:

[In exemptorum causis Constitutio Innocentii quarti, quæ incipit *Volentes*, in generali Concilio Lugdunensi edita, servetur: quam eadem Sacrosancta Synodus innovandam censuit, & innovat; addendo insuper, quod in civilibus causis mercedum, & miserabilium personarum Clerici sæculares, aut Regulares, extra Monasterium degentes, quomodolibet exempti, etiamsi certum Judicem, a Sede Apostolica deputatum, in partibus habeant; in aliis vero, si ipsum Judicem non habuerint, coram locorum Ordinariis, tamquam in hoc ab ipsa Sede delegatis, conveniri, & jure medio ad solvendum debitum cogi, & compelli possint: privilegiis, exemptionibus, Conservatorum depu-

deputationibus, & eorum inhibitionibus, adversus præmissa nequaquam valituris.]

Et *sess. 14. cap. 5. de refor.* edita *anno 1551. 25. Novembris*, ubi sic:

[Insuper cum nonnulli, qui sub prætextu, quod super bonis, & rebus, ac juribus diversæ eis injuriæ, ac molestiæ inferantur, certos Judices per litteras Conservatorias deputari obtinent, qui illos a molestiis, & injuriis hujusmodi tueantur, ac defendant, & in possessione, seu quasi, bonorum, ac jurium suorum manuteneant, & conservent, nec super illis eos molestari permittant; ejusmodi litteras in plerisque contra concedentis mentem in reprobum sensum . . . . detorqueant: ideirco nemini omnino, cujuscumque dignitatis, & conditionis sit, etiamsi Capitulum fuerit, Conservatoriæ litteræ, cum quibuscumque clausulis, aut decretis, quorumcumque Judicum deputatione, quocumque etiam alio prætextu, aut colore concessæ, suffragentur ad hoc, ut coram suo Episcopo, sive alio Superiore Ordinario, in criminalibus, & mistis causis accusari, & conveniri, ac contra eum inquiri, & procedi non possit: aut quo minus, si que jura ei ex cessione competierint, super illis libere valeat apud Judicem Ordinarium conveniri. In civilibus etiam causis, si ipse actor extiterit, aliquem ei apud suos Conservatores Judices in judicium trahere minimo liceat. Quod si in his causis, in quibus ipse reus fuerit, contigerit, ut electus ab eo Conservatore ab actore suspectus esse dicatur; aut si qua inter ipsos Judices, Conservatorem, & Ordinarium, controversia super competentiæ jurisdictionis orta fuerit; nequaquam in causa procedatur, donec per Arbitros, in forma juris electos, super suspicione, aut jurisdictionis competentia fuerit judicatum. Familiaribus vero ejus, qui hujusmodi litteris Conservatoriis tueri se soleat, nihil illæ prosint, præterquam duobus dumtaxat: si tamen illi propriis ejus sumptibus vixerint. Nemo etiam similium litterarum beneficio ultra quinquennium gaudere possit. Non liceat quoque Conservatoribus judicibus, ullum habere tribunal erectum. In causis vero mercedum, aut miserabilium personarum, hujus Sanctæ Synodi super hoc Decretum in suo robore permaneat. Universitates autem generales, ac Collegia Doctorum, seu Scholarium, & Regularia loca, necnon Hospitalia, actu hospitalitatem servantia; ac Universitatum, Collegiorum, locorum, & Hospitalium hujusmodi personæ in præsenti Canone minime comprehensæ, sed exemptæ omnino sint, & esse intelligantur.]

Tandem *sess. 22. cap. 8. de refor.* edita *anno 1562. die 16. Julii*, ubi sic:

[Quæcumque in Diœcesi ad Dei cultum spectant, ab Ordinario diligenter curari; atque iis, ubi oportet, provideri æquum est. Propterea commendata Monasteria, etiam Abbatiæ, Prioratus, & Præpositurae nuncupatæ, in quibus non viget Regularis observantia; necnon Beneficia tam curata, quam non curata, Sæcularia, & Regularia, qualitercumque commendata, etiam exempta, ab Episcopis, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegatis, annis singulis visitentur: curentque iidem Episcopi congruentibus remediis, per sequestrationem fructuum, ut, quæ renovatione indigent, aut restauratione, reficiantur; & cura animarum, si qua illis, vel eorum annexis immineat, aliaque debita obsequia, recte exerceantur; appellationibus quibuscumque, privilegiis, consuetudinibus, etiam immemorabili tempore præscriptis, Conservatoriis, Judicum deputationibus, & eorum inhibitionibus non obstantibus.]

QUADRAGESIMA PRIMA CONSTITUTIO est 83
Pii IV. incip. [Circumspecta] edita *anno 1560. Kalendis Julii tom. 2. laudati Bullarii pag.* 10., qua confirmantur quamplures gratiæ, & immunitates, exemptionesque, ac privilegia Fratrum Militum Conventus, & Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, ejusque Magni Magistri, Priorum, & aliarum Personarum, e Pontificibus prædecessoribus concessorum, cum eorumdem extensione, & aliorum concessione: ubi sic habetur §. 41.

[Ac quod quæcumque personæ, in dignitate Ecclesiastica, & ubilibet constitutæ, per eosdem Bajulivos, Priores, Præceptores, & Fratres, ac eorum singulos pro tempore eligendæ, sub Excommunicationis latæ sententiæ pœna, ipsos adversus inferentes eis injurias, seu gravamina, vel damna, in personis, rebus, & bonis, manutenere, conservare, & quamcumque jurisdictionem exercere; necnon sententias, Censuras, & pœnas Ecclesiasticas contra rebelles, ac inobedientes cum effectu promulgare; necnon omnibus facultatibus, & concessionibus, quibusvis Conservatoribus, eis per quascumque litteras Apostolicas hactenus deputatis, quomodolibet concessis, uti, potiri, & gaudere deberent, in omnibus, & per omnia, perinde, ac si per easdem litteras Conservatores, & Judices deputati fuissent.]

QUADRAGESIMA SECUNDA CONSTITUTIO est 84
laudati Pii IV. incip. [Inter assidua,] edita *anno 1565. 4. Nonas Maji apud laudatum Bullarium tom. 2. pag.* 145. qua Summus Pontifex confirmat plurimas gratias, & privilegia Fratrum Militum Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani, a Pontificibus prædecessoribus impertita, in his, quæ Concilio Tridentino non adversantur; aliasque immunitates, & indulta concedit: & inter alia §. 67.

[Necnon personas, in dignitate Ecclesiastica ubilibet constitutas, & quoscumque locorum Ordinarios, ac eorum Vicarios, & Officiales, nec non Canonicos Metropolitan., & aliarum Cathedralium, aliarumque Ecclesiarum Prælatos, & Rectores, per eosdem Priores, Præceptores, & Fratres, ac eorum singulos pro tempore eligendos in eorum Conservatores, qui quamdiu exercuerint dictum Officium, a nemine, quo minus illud exerceant, sub aliquo prætextu impediri, vel molestari possint, deputemus: ita, quod ipsi electi, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, eosdem Priores, Præceptores, & Fratres, ac eorum singulos adversus inferentes eis, aut eorum Servitoribus, & Familiaribus injurias, seu gravamina, vel damna, in personis, rebus, & bonis; seu exigentes ab eis vectigalia, datia, pedagia, gabellas, collectas, aut alia onera, defendere, & præservare, ac omnem eorum jurisdictionem exercere; necnon sententias, Censuras, & pœnas Ecclesiasticas contra rebelles, & inobedientes cum effectu promulgare; ac omnibus facultatibus, Conservatoribus dicti Hospitalis, & illius personarum per quascumque litteras Apostolicas quomodolibet concessis, uti, ac privilegia Prioribus, Præceptoribus, & Fratribus præfatis pro tempore concessa, eis observari facere debeant, & teneantur.]

QUA-

85 QUADRAGESIMA TERTIA CONSTITUTIO est Sancti Pii V. incip. [Sicut bonus] edita *anno* 1567. 7. *Kal. Februarii*, *tom.* 2. *laudati Bullarii pag.* 219. qua declarantur, reformantur, & revocantur plurimæ gratiæ, immunitates, & privilegia Militiæ Hospitalis Sancti Lazari, hactenus a Summis Pontificibus concessa. Inter alia autem hæc habentur §. 29.

[Necnon personæ, in dignitate Ecclesiastica ubilibet constitutæ, & quicumque locorum Ordinarii, ac eorum Vicarii, & Officiales, per eosdem Magistrum, & Conventum, postquam dictam Sedem habuerint pro tempore eligendam, servata tamen forma Concilii Tridentini, in eorum, & quorumcumque Priorum, Præceptorum, & Fratrum Hospitalis hujusmodi, Conservatores; qui quamdiu exercuerint dictum Officium, a nemine, quo minus illud exerceant, sub aliquo prætextu impediti, vel molestari possint, deputati sint; ita quod ipsi electi, sub Excommunicationis pœna, eosdem Priores, Præceptores, & Fratres, ac eorum singulos, non tamen extra regularia dicti Hospitalis loca degentes, adversus inferentes eis, aut eorum Servitoribus, & Familiaribus injurias, seu gravamina, vel damna, in personis, in rebus, & bonis; seu exigentes ab eis contra, ac supradscriptum est, vectigalia, datia, pedagia, gabellas, collectas, aut alia onera, defendere, & præservare, ac omnem eorum jurisdictionem exercere; necnon ubi executio realis, vel personalis adversus reos fieri non poterit, & reorum contumacia id exegerit; præcedentibus legitimis monitionibus, aliisque servandis rite servatis, sententias, Censuras, & pœnas Ecclesiasticas contra rebelles, & inobedientes, cum effectu promulgare, ac privilegia Prioribus, Præceptoribus, & Fratribus præfatis pro tempore concessa, eis observari facere debeant, & teneantur; in causis autem Hospitalis, & Militiæ hujusmodi, eorumque bonorum, & personarum, ubi aliæ probationes non existent, eorum Magister, Priores, Præceptores, Milites, Fratres, Vassalli, Subditi, Servitores, & aliæ personæ in testes adhiberi, & recipi possint.]

86 QUADRAGESIMA QUARTA CONSTITUTIO est ejusdem pro Ordine Militari Sancti Jacobi de Spatha, *apud Bullarium Alcantaræ pagin.* 229. ubi sic:

[Et insuper statuimus, & ordinamus, quod deinceps in perpetuum Philippus Rex, & pro tempore existens Magister, seu Administrator, ac Priores, Præceptores, Fratres, Officiales, Familiares, Servitores, Vassalli, & alii, ut præfertur, expressi, ubicumque sint, vel degant, aut permaneant, ratione præmissorum, aut quorumcumque aliorum, in ipsis litteris contentorum, coram aliis, quam supradictis suis Conservatoribus, aut ad alios convenienдos compelli; nec ab eis, aut eorum gestis, præterquam a definitivis sententiis, seu vim definitivæ habentibus appellari; & tunc appellationum causæ, tam in personalibus, quam realibus, & mixtis causis, tam active, quam passive, interponendarum, nonnisi ad Sedem præfatam immediate, & non alibi referri; ac inibi dumtaxat audiri, & terminari possint &c.]

87 QUADRAGESIMA QUINTA CONSTITUTIO est ejusdem Sancti Pontificis Incip. [Ad hoc nos Deus,] edita *anno* 1571. 27. *Septembris apud laudatum Bullarium tom.* 2. *pag.* 249., in qua continetur declaratio Privilegiorum Fratrum Ordinis Prædicatorum, & Conservatoris universalis sic:

§. XIV. [Et ut Fratres, & Moniales a præmissis molestiis, ac perturbationibus sublevati, quietius Altissimo famulari, & uberiores fructus quotidie in agro Domini, pro Christianæ Religionis defensione, & ampliatione perferre possint; tam vos omnes, & singulos supradictos, quam quascumque alias personas in Dignitate Ecclesiastica ubilibet, & in quibusvis Mundi partibus constitutas, & quoscumque locorum Ordinarios, ac eorum Vicarios, & Officiales, necnon Canonicos Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum, per eosdem Fratres, & Moniales, ac dicti Ordinis Fratrum, Prædicatorum Superiores, & domorum Priores, ac eorum singulos pro tempore eligendos, in eorum, & dictorum eorumdem privilegiorum, indultorum, concessionum, & gratiarum, & singulorum aliorum præmissorum Conservatores, & Judices unicos, qui quamdiu dictum officium exercuerint, & ipsi exercuerint, a nemine, quo minus illud exerceatis, & exerceant, sub aliquo prætextu, ac sub Excommunicationis, sive Suspensionis a Divinis latæ sententiæ, quam eo ipso incurrere volumus, & declaramus, respective pœna impediri, vel molestari possitis, & possint, dicta auctoritate deputamus. Ita quod vos, seu alii quicumque sic electi, sub Excommunicationis, seu Suspensionis latæ sententiæ pœna hujusmodi, quam statim, quod munus, sive officium Conservatoris hujusmodi acceptare, & debite, ac plenarie exequi neglexeritis, & neglexerint, absque alterius declarationis ministerio incurrere volumus; nec ab aliquo, quam a Nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) absolvi posse; eosdem Priores, Superiores, & Fratres, ac Moniales, etiam tertii habitus Oblatos, & alios præfatos, ac eorum singulos adversus inferentes eis, aut eorum Procuratoribus, Agentibus, Servitoribus, & Familiaribus in præmissis, & eorumdem aliquo, molestias, sive perturbationes aliquas, seu injurias, gravamina, vel damna, in personis, rebus, & bonis, seu exigendo ab eis vectigalia, datia, pedagia, gabellas, collectas, aut alia onera, defendere, præservare, ac omnem eorum jurisdictionem exercere, necnon sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, contra rebelles, & inobedientes cum effectu promulgare, ac omnibus facultatibus, Conservatoribus dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum, illiusque Fratribus, & personis per quascumque litteras Apostolicas quomodolibet concessis uti, ac privilegia Superioribus, Prioribus, & Fratribus, ac Monialibus præfatis pro tempore concessa, eis observari facere debeatis, & debeant.

§. XV. Neque Superiores, Priores, Moniales, Oblati, & ceteræ personæ Ordinis hujusmodi, & ab eis dependentes præfatæ coram aliis, quam vobis, & dictis Conservatoribus, etiam vigore, seu prætextu quarumcumque Constitutionum, & Ordinationum, aliquorum Regnorum, etiam quod non habentes Superiorem in illis Regnis, coram Sæcularibus Judicibus respondere debeant, ac teneantur in judicium vocari, vel alias molestari, quavis occasione, vel causa, possint, vel debeant. Quodque ipsi Fratres, & Moniales, Oblati, & aliæ personæ præfatæ, sive Actores, sive Rei existant, coram aliquo alio Judice Ordinario, vel Delegato, quam prædicto suo Conservatore (coram quo primo unam sententiam diffinitivam, an-

tequam ipsi ad aliud judicium evocentur, seu caussa committatur, vel ttansferatur, obtinere debeant, & teneantur) ut præfertur etiam quavis occasionn, vel nausa molestari, vel in judicium trahi, sive ad judicium evocari, vel agere minime possint, sive dubeant eisdem anctoritate, & tenore, etiam statuimus, & ordinamus, & decernimus.

§. XVI. Er insuper adversus molestatores, inquietatores, & alios injuristores hujusmodi, volentes eisdem Ordini, Magistro Generali, Priosibus, Superioribus, Fratribus, Monialibus, Oblatis, Servitoribus, OEconomis, Procuratoribus, & aliis eorum personis præfatis, illo remedio providere, per quod ipsorum compescatur temeritas, & aliis aditus, & voluntas committendi similia, præcludatur; Discretioni vestræ per præsentes mandamus, quatenus vos, val duo; aut unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, etiamsi sint eatra loca, in quibus estis deputati Conservatores, & Judices, Ordini Fratrum Prædicatorum, ac illius pro tempore existentibus Magistro Generali, Prioribus, Superioribus, Fratribus, Monialibus, Oblatis præsensibus, & futuris, ac quibusvis aliis personis præfatis efficacis defensionis præsidio assisientes, non permittatis eos super iis, ac eorum privilegiis, immuniratibus, & gratiis, concessionibus, facultatibus, exemptionibus, indultis, ac aliis quibusvis eisdem concessis per quoscumque Patriatchas, Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Ecclosiarum Prælatos, necnon eorum Vicarios, Officiales, Capitula, Collegia, & Clericos, ac Ecclesisticas parsonas, tam sæculares, quam Sancti Benedicti, Sancti Augustini, Cisterciensis, Cluniacensis, Præmonstratensis, & aliorum quorumcumque Ordinum, & Congregationum, ac Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, & Sancti Jacobi de Spatbe, ae Jesu Christi, & quarumcumque aliarum Militiarum Religiosos, & Milites, eaemptos, & non eaemptos, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Milites, & Lsicos, Communitates Civitetum, Universitates Oppidorum, Castiorum, Villarum, & aliorum locorum, ae alias singulares personas Civitarum, & Diœcesum, ac quarumcumque alisrum partium, super præmissis, & eorum aliquo, quovis prætextu, & quæsita colore, & contra præmissorum singulorum tenorem, & formam, indebite molestari, aut eis, vel eorum alicui molestias, gravamina, damna, sen injurias, & jacturas irrogari; facturi dictis Prioribus, Superioribus, Fratribus, Monialibus, Oblatis, aliisque personis prædictis, cum ab eis, ant eorum aliquo fueritis requisiti, super dictorum privilegiorum, indultorum, exemptionum, libertatum, facultatum, & aliarum gratiarum præfatarum observatione; Nec non super quibusvis molestiis, damnis, injuriis, atque jacturis, sibi pro tempore illatis, seu inferri comminatis, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, sola facti veritate inspecta; in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit, justitiæ complementum; Molestatores, & injuriatores hujusmodi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles cujuscumque dignitatis, statns, gradus, ordinis, & conditionis extiterint, quandocumque, & quotiescumque, expedierit, auctoritate nostra, per Censuram Ecclesiasticam, appellstione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii sæcularis. Et nihilominus legitimis super his per vos habendis servatis processibus, illos, quos censuras, & pœnas præfatas, ae alias per vos pro tempore latas incurrisse vobis constiterit, eas incurrisse declaretis; ac censuris, & pœnis prædictis, quoties opus fuerit, eriam iteratis vicibus, aggravare curetis. Ceterum si per summariam informationem, per vos super iis habendam, etiam vobis constiterit, quod ad loca, in quibus molestatores, & injuriatores hujusmodi, necnon ceteros, quos præsentes litteræ concernunt, pro tempore morari contigerit, pro monitionibus, requisitionibus, & inhibirionibus ipsis, ac eitationibus de eis faciendis tutus non pateat accessus: Nos vobis, monitiones, requisitiones, & citationes, ac inhibitiones quaslibet, tam contra in judicio præsentes, quam alios quoscumque, sua quomodolibet interesse putantes, & quacumque auctoritate, sive dignitate præfulgentes, in decreto, sive execution dictæ citationis, sive inhibitionis nominandos, etiam sub eisdem censuris, ac aliis arbitrio vestro imponendis, & applicandis pœnis, etiam pecunisriis, etiam per edicta publica locis affigenda publicis, & partibus illis vicinis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad ipsorum monitorum, requisitorum, & citatorum notitiam pervenire valeant, faciendi, & decernendi, eosque citandi, ac eisdem molestatoribus, injuriatoribus, contradictoribus, & rebellibus, ae aliis, quibus opus fuerit etiam sub censuris Ecclesiasticis, ac aliis pœnis, etiam pecunisriis, suo arbitrio moderandis inhibendi, easque incutsisse modo præmisso declarandi, aggravandi, & auxilium brachii sæcularis invocandi; necnon causas, & controversias quascumque dictorum Fratrum, Monialium, & dicti Ordinis Superiorum, Oblatorum, ac aliarum personarum præfatarum super quibusvis rebus, ac negotiis, motas, & movendas active, & passive cum omnibus, & singulis earum incidentibus, dependentibus, & emergentibus annexis, & connexis, modo præmisso, & tam conjunctim, quam divisim arbitrio vestro audiendi, cognoscendi, decidendi, & in suis statu, & terminis reassumendi, & fine debito finiendi, & terminandi, & eorumdem; necnon sententias per vos ferendas, postquam transiverint in rem judicatam, vel alias de jure eaecutioni locus fuerit, debite exequendi, & executioni demandandi plenam, & liberam earumdem tenore præsentium concedimus facultatem, & potestatem. Ac volumus, & eadem Apostolica auctoritate decernimus, quod monitiones, requisitiones, cirationes, & inhibitiones sic factæ, hujusmodi, ipsos monitos, requisitos, citetos, & inhibitos arctent, perinde, ac si eis factæ, insinuatæ, & intimatæ personaliter extitissent.

§. XVII. Sicque in præmissis omnibus, & singulis, per quoscumque Judices, & Commissarios, quavis auctoritare fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales; sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere. Ac irritum, & inane, quidquid secus super his, a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. XVIII. Non obstantibus Constitutionibus, tam fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri, qua cavetur, ne quis extra suam Civitatem, vel Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus,

bus, & in illis ultra unam dietam a fine suæ Diœcesis ad judicium evocetur, seu ne Judices, a Sede prædicta deputati, extra Civitatem, & Diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere præsumant; & de duabus dietis in Concilio Generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præsentium ad judicium non trahatur; seu quod de aliis, quam manifestis injuriis, & violentiis, ac aliis, quæ judicialem non requirunt indaginem, pœnis in eos, qui secus egerint, & in id procurantes, adjectis, Conservatores se nullatenus intromittant; quam aliis quibuscumque Constitutionibus, a Romanis Pontificibus, prædecessoribus nostris, tam de Judicibus delegatis, quam personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis; aut aliis editis, quæ vestræ in hac parte possent jurisdictioni, aut potestati, ejusque libero exercitio quomodolibet obviare. Quodque vos, filii Canonici, Officiales, & Vicarii non sitis de personis, quæ deputari possunt in Conservatores. Privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, ac exemptionibus, facultatibus, & aliis Conservatoriis per nos, aut eosdem prædecessores nostros, Romanos Pontifices, quibusvis Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, & aliis piis locis; necnon Ordinibus, Congregationibus, Militiis, Communitatibus, & aliis Collegiis, ac Universitatibus, etiam Studiorum generalium, Civitatibus, Castris, Terris, & Locis, ac personis tam Ecclesiasticis, quam Sæcularibus, cujuscumque dignitatis, etiam Patriarchali, Episcopali, Archiepiscopali, & alia majori dignitate, seu auctoritate fungentibus, ac Capitulis, Conventibus, Ducibus, & aliis Dominis temporalibus, etiam per modum Statuti perpetui, etiam motu, & scientia similibus; ac quibusvis aliis personis, cujuscumque qualitatis, conditionis, gradus, præeminentiæ, seu dignitatis; ac Universitatibus etiam Studiorum generalium, seu Collegiis, etiam exemptis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis Clausulis, etiam de non trahendis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam Mare Magnum, seu Bulla aurea nuncupatis, aut aliàs quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quævis alia expressa habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse pari motu derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, seu extra, vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, & eorum personis, locis, ordinibus, & nominibus propriis mentionem; & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia, generali, vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, ejusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

§. XIX. Ceterum, etiam volumus, & dicta Apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium incoatum, quamvis idem incoans nullo fuerit impedimento Canonico impeditus.

§. XX. Quodque a data præsentium sit vobis, & unicuique vestrum in præmissis, & eorum singulis, cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris perpetuata potestas, & jurisdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate possitis in præmissis omnibus, cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram vobis cœpta fuissent, & jurisdictio vestra, & cujuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis per citationem, vel modum alium legitimum perpetuata extitisset, Constitutione prædicta super Conservatoribus, & alia qualibet in contrarium edita, non obstante.]

Quinquagesima Sexta Constitutio est Gregorii XIII. incip. [Romanum decet] de taxis, aliisque nonnullis, tam a Conservatoribus Regularium, & quorumcumque Exemptorum, quam ceteris Judicibus, Sede Apostolica deputatis, præsertim Synodalibus, eorumque Assessoribus, ac Notariis in Provincia Mediolanensi servandis, apud *Monet. de Conserv. c. 8. n. 243.* tenoris sequentis. 88

Gregorius Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam &c.

[Romanum decet Pontificem, providentiæ suæ partes impendere efficaces, ut illa, quæ pro bono publico, & plurimorum indemnitate prudenter facta, & circumspecte disposita esse noscuntur, perpetuo firma, & illibata subsistant, & ab omnibus, quos concernunt, etiam inconcusse observentur.

§. I. Cum itaque, sicut accepimus, dilectus filius noster Carolus tituli Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis, Borromæus nuncupatus, ex dispensatione Apostolica, Archiepiscopus Mediolanensis, quasdam ordinationes, & taxas in tota Provincia sua observandas per Judices in Synodis diœcesanis deputatos pro causis commissariis; necnon per Conservatores Regularium, & exemptorum quorumcumque in causis, coram eis quovis modo pendentibus, an eorumdem Notariis, non tamen sibi ex aliquo statuto, aut consuetudine laudabili nihil, vel minor taxa exigeretur, ediderit.

Statuens siquidem, & ordinans, quod Judices præfati non pronuncient, prout in cedula, neque habeant terminum pro servato, sed sententias suas libere proferant, & de scripto in die termini; ut statim publicent, easque recitent, vel recitari jubeant, propinas non accipiant, si salarium ordinarium aliquod habeant, alias moderatas accipiant juxta taxam inferius descriptam, & eo casu per manus Notarii causæ, sententia tamen prius nedum subscripta, sed etiam Notario consignata, & publicata; quæ sportulæ apud Notarium causæ post subscriptionem, & Notario traditam sententiam, & non antea deponantur; Notariusque hujusmodi de-

positiooem in actis notare, & specificare teneatur.

§. II. Pro interlocutoriie, aut aliis decretis vim deficitivæ non habentibus ante definitivam, & pro videndis Scripturie, informationibus, anr processibus nihil prorsue accipiant: munera, vel xenia a litigeotibue noo accipiaot, nee quidem esculeota, & poculenta, nisi quæ triduo consumi possint.

§. III. Advocatos, Procuratores, aut solieitatores, quorum opera ad patrocinandum coram ipsis cupiant quemquam uri, neque verbis nomioenr, neque ullo modo significeot; advocantes, anr solicitantes io causis, coram eis pendentibus, domi non retineant, neque etiam Notarium causæ.

§. IV. Notarios assumant, ab Ordinariis locorum approbatos, qui non solum cavere debeant de scripturis fideliter custodieodis, sed etiam finitis caussis de eisdem eoosignandis, in Archiviis Ordioariorum, absque tamen præjudicio Notariorum eorumdem habitis ab eorum Notariis quietantiis, ne morte cujusquam deperdantur.

§. V. Assessores, Arbitrive, qui in causa suspicionis judicibus Ordinariis, vel aliis etiam Delegatis adjunguntur, oihil, aut quid minimum pro videndiescripturis, & processibus, neç etiam pro voto decisivo accipiant.

§. VI. Cum io una, & eadem eausa contra diversos unica citatione agitur, plures non dentur expeditiones, nisi ipsimet petierint, sed unica tantum, & pro ea unica merces solvatur: quod si ex necessitate duplicata occurrant, Notario tantum pro labore scriptura solvatur: idemque servetur in sententiis quibuscumque, etiam absolutoriie, si id commode præstari poterit, attenta qualitate, & diversitate eeusarum, ut scilieat omnes reos in una causa unica comprehendat sententia, & pro unica taotum solvatur.

§. VII. In causieCriminalibus, in quibus de jure Fiscue citari debet, non procedatur, oec sententia feratur, nisi ipso legitime ciiaio.

§. VIII. Pro sigillo tam io Civilibus, quam in Criminalibue ad summum capianr realem unum, & in maodatis de excarcerando in capitalibus, & prolaxatione Testium oihil, & in expeditionibus atiam quæ fiuot io Civitate eum clausula, si quis nihil.

§. IX. Pro viatico judicie in Civitate, oibil: si extra Civitatem ultra milliare, scuta duo pro prima die; & si ultra, seutum unam auri pro qualibet die, ultra expensas honestas cibarias, & equorum vecturam: Notariusque eapiat pro medietate.

§. X. Notarii omoee prædictorum judieum observent taxas, Notariis fori cujuslibet Ordinasii præscriptas, ao secundom illas exigant, præterqnam io casibus in præseoti ordioatione expressis, in quibus eis liceat capere, quod hie determinatom est: nisi Ordinariorum taxæ minores, & moderatiores his sint: qno casu illas in totnm, etiam quoad expressa io præsenti reformationa, sequi debeaot.

§. XI. Notarii nullum quantumvis levem terminum per se ipsos etiam in forma, ut dicuot, sine judicis decreto servent: ubieumque procuratorem aliquem, ad lites constitutum a principali suo, lite pendente revocari contingat, tunc Notarii nullo modo revocationes hujusmodi recipere possint, aut de illis rogari, nisi simul alter procurator, qui munue illud procurationis suscipiat, ab eodem legitime constituatur, & de alterius constitutiooe, ejusque susceptione apud acta doceatnr.

§. XII. Notarius cum judici acta, seu alias scripturas detulerit, nihil omnino ultra duos solidos, etiam a sponte deotibus, sub prætextu bibaliorum, seu regaliorum recipiat.

Notarii eorumque substitnti, vel scribæ non possint esse procuratores io Curia, seu tribunali, io quo Notarii snot, & officium substituti exercent, vel scribuot.

§. XIII. Judices non sint participes aliquomodo emolumentorum, qnæ Notarii ex suis laboribus in causis, coram eis pendeotibus, percipiunt.

§. XIV. Ac insuper propinas, a præfatis judicibus observaodas, limitaverint in huec modum, videlicet, quod in causis, ubi de summa vigiotiquinque scutorum agitur, supra decem reales nihil percipi debeat. A vigiotiquinque autem scutis usque ad centum scuta, tria scuta percipiantur, seu percipi possint; A centum usque ad ducenta, scuta sex; a ducentis usque ad qnamcumque summam, non ultra scuta decem.

§. XV. Pro sententia declaratoria ob non paritionem monitorii io contumaciam, non ultra realia septem cum dimidio: Pro declaratoria in vim litterarum, aut alias habente vim definitivæ, si summa sit certa, accipiant, ut supra taxatum fuit; ubi autem non est certa, sed agitnr ad ipsarum literarem executionem, accipiant secundum eausæ, & personæ qualitatem, dummodo non ultra quinque aureos.

§. XVI. In beneficialibue vero, si redditus annuus, de quo agitur, non excedat summam centum ducatorum, capiant scuta sex: A centum vero usque ad mille scuta duodecim; ab iode supra, non ultra scuta viginti accipere valeanr: Quod si causæ æstimationem facile non recipiant, moderatæ sportulæ pro rerum, & personarum qualitate juxta taxas prædictas recipi possint.

§. XVII. In causis Crimioalibue, io quibue pœna a deportatiooe supra veniret imponenda, ooo ultra decem aureos accipere possint. A deportatione autem infra, non ultra quinque.

§. XVIII. In causis autem Capitalibus, in quibue fit traditio Curiæ Sæculari, vel alia pœna Corporalis imponirur, etiamsi in illa indemnitati partis consularnr, & in illius favorem, nisi fuerit dives, a qua usque ad viginriquioque aureos possit accipi, etiam pronuntietur, non ultra quinque seuta accipiant.

§. XIX. Caveaot autem judices, ne pro extorquendis sportulis aliquem nolentem quovis modo absolvi ad petendam sententiam hujusmodi per ceusarum expeditionis dilationem, vel rei in earceribus deteotionem, vel per cautionis de se repræsentando, vel non discedendo, ubi alias illis de jure locus non sit præstetionem, aut alias quoquo modo inducant.

§. XX. Quæ omnia Decreta, seu taxas, judieibus Synodalibus, & Conservatoribue sic præscriptas, servent etiam Judices Ordinarii in omulbus causis delegetis, nisi ubi de consuetudioe,

dine, Decretis, vel Constitutionibus Episcopalibus minor taxa, ipsis servanda proposita esset, quam servare teneantur: possintque locorum Ordinarii dictæ provinciæ Mediolanensis tamquam Sedis Apostolicæ Delegati prædictorum omnium contemptores, ac ipsis quoquo modo contravenientes admonere, & si se emendare neglexerint, informationem de excessibus hujusmodi sumant, ac ad Romanum Pontificem, pro tempore existentem, seu Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Auditorem transmittant, ut ea ad unguem non observantes juxta excessuum exigentiam corrigi, & puniri possint, nisi ipsi Judices magis ab Ordinariis judicari consenserint: ac alias pro ut in instrumento, vel instrumentis publico, seu publicis, aut alio, vel aliis documento, seu documentis, aut scriptura, vel scripturis desuper confectis plenius dicitur contineri.

§. XXI. Cumque, sicut etiam accepimus, idem Carolus Cardinalis, & Archiepiscopus, seu Præsul ordinationes, & taxas prædictas per eum sic, ut præmittitur, pro bono publico suæ Provinciæ factas, a nobis, & dicta Sede Apostolica confirmari, & approbari desideret; Nos in præmissis opportune etiam providere volentes, motu proprio, non ad ipsius Caroli Cardinalis, & Archiepiscopi, seu Præsulis, vel alicujus pro eo nobis super hoc ob latæ petitionis instantiam, sed ex mera voluntate, & deliberatione, ac ex certa scientia nostra, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulas ordinationes, & taxas hujusmodi, per ipsum Carolum Cardinalem, & Archiepiscopum, seu Præsulem, sicut præmittitur, factas prædicta Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, ac etiam innovamus, & etiam de novo perpetuo facimus, necnon illis plenariæ, inviolabilis, & perpetuæ firmitatis Apostolicæ robur adjicimus: omnesque, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui intervenerint in eisdem, supplemus, illasque validas, & efficaces perpetuo existere, & fore, ac suos plenarios effectus sortiri, & obtinere, necnon a judicibus Synodalibus, & Conservatoribus, ac etiam Ordinariis, & Delegatis Notariis, ceterisque supradictis, ac aliis omnibus, & singulis dictæ provinciæ, ad quos spectat, & spectabit, quosque præmissa concernunt, & concernent pro tempore quomodolibet in futurum, inviolabiliter perpetuo observari: sicque in præmissis ab omnibus censeri, ac ita, & non aliter per præfatos, & quoscumque Judices, & Commissarios etiam quavis auctoritate fungentes, etiam nostri sacri Palatii causarum Auditores, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam Legatos de latere, & sedis prædictæ, Nuntios, etiam cum facultate Legati de latere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quavis causa, & instantia judicari, sententiari, & definiri debere: necnon quidquid secus super his a quoquam quavia auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari, irritum & inane decernimus, & declaramus: sicque etiam volumus, & perpetuo statuimus, mandamus, præcipimus, taxamus, & ordinamus, nec non etiam perpetuum desuper silentium imponimus.

§. XXII. Quocirca Venerabili fratri Episcopo Alexandrino, ac dilectis filiis causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Auditori, & Archipresbytero Ecclesiæ Mediolanen. per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium; seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Caroli Cardinalis Archiepiscopi, seu Præsulis, vel cujuscumque, aut quorumcumque aliorum, quorum interest, intererit, vel interesse poterit pro tempore quomodolibet in futurum, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra, omnes, & singulas ordinationes, & taxas prædictas, ac præsentes nostras litteras, & in eis contenta hujusmodi a judicibus Synodalibus, & Conservatoribus, ac etiam Ordinariis, & Delegatis, ac Notariis ceterisque supradictis in dicta provincia, omnibusque aliis, & singulis, ad quos spectat, & spectabit, quosque præmissa concernunt, & tangunt, ac concernent, & tangent pro tempore quomodolibet in futurum, inviolabiliter perpetuo observari, ac Carolum Cardinalem, & Archiepiscopum, seu Præsulem, Ordinariosque omnes dictæ provinciæ Mediolanensis præsentes, ac pro tempore existentes, aliosque prædictos, quorum, ut præfertur, interest, & intererit, ac quemlibet ipsorum illis pacifice, & quiete frui, & gaudere; non permittentes, eos per Judices Synodales, & Conservatores, ac Ordinarios, & Delegatos, ac Notarios, ceterosque prædictos; aut quoscumque alios desuper quomodolibet molestari, inquietari, impediri, vel perturbari: contradictores quoslibet, & rebelles per Ecclesiasticas sententias, censuras, & etiam pecuniarias pœnas, aliaque opportuna juris, & facti remedia auctoritate nostra appellatione postposita, compescendo; ac legitimis super his habendis, servatis processibus, sententias, censuras, & pœnas prædictas incidisse, & incurrisse, declarando; illasque etiam iteratis vicibus aggravando, excommunicando, interdicendo, & interdictum Ecclesiasticum apponendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis.

§. XXIII. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas quis auctoritate præsentium extra suam Civitatem & Diœcesim ad Judicium non trahatur, aliisque Apostolicis, nec non etiam in aliis universalibus, provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis, & edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, nec non etiam Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Mediolanensis, ac quarumcumque aliarum Civitatum, Diœcesum & locorum, nec non etiam Ecclesiarum, Monasteriorum, & Ordinum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus decretis, & præscriptionibus etiam immemorabilibus, ac legibus etiam Pontificiis, Imperialibus, Regiis, Ducalibus, & Municipalibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, etiam Civitatibus, Diœcesibus, Provinciæ, & locis, ac etiam Ecclesiis, Monasteriis, & Ordinibus prædictis, illorumque Superioribus, Magistratibus, civibus, & incolis, ac Præsulibus, Capi-

tulis, Abbatibus, Conventibus, & Superioribus, necnon Judicibus Synodalibus, Conservatoribus, Ordinariis, Delegatis, & Notariis, ceterisque supradictis, & quibusvis aliis personis in genere, vel in specie, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis, irritantibusque, & aliis etiam, vim contractus, & statuti etiam perpetui, atque legis inducentibus decretis, ac etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & etiam consistorialiter, ac alias etiam pluries, & iteratis vicibus in contrarium, quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis, in posterumque etiam concedendis, confirmandis, approbandis, & innovandis.

§. XXIV. Quibus omnibus & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio ad hoc habenda, aut quævis alias exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus, pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac sufficienter derogatum esse, & fore decernimus, ceterisque contrariis quibuscumque: Aut si Judicibus Synodalibus, Conservatoribus, Ordinariis, & Delegatis ac Notariis, ceterisque supradictis, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem.

Datum *Romæ* apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, *die prima Junii millesimo quingentesimo octogesimo*. Pontificatus nostri Anno nono.]

83 QUADRAGESIMA SEPTIMA CONSTITUTIO, est ejusdem Gregorii incip. [*Æquum reputamus*] apud laudatum Bullarium tom. 2. pag. 387. qua facultas datur Religiosis Societatis Jesu, eligendi Conservatores, eorumque Jurisdictio declaratur sic: Gregorius Episcopus &c.

[Æquum reputamus, & rationi consonum, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet ejus superveniente obitu litteræ Apostolicæ desuper confectæ non fuerint, suum sortiantur effectum.

§. I. Dudum siquidem felicis recordationis Pio Papæ V. prædecessori nostro pro parte dilectorum filiorum Præpositi Generalis, & Religiosorum Societatis Jesu exposito, quod cum dicta Societas benedicente Domino, longe lateque esset propagata, ac ad Dei laudem, & honorem, militantisque Ecclesiæ profectum in dies augeretur, & propter diversa bona temporalia, quæ Collegia Scholarium, sub eorum cura instituta possidebant conservanda, & recuperanda, lites, aliaque forensia frequenter subire necessario cogeretur, exindeque fieret, ut ejus personæ, quæ animarum saluti implicitæ litium anfractus, qui ab eorum institutis valde dissonabant, evitare cupiebant, ab earum ministerio non sine animi sui dolore, cum animarum hujusmodi dispendio distraherentur, & eidem prædecessori, pro parte eorumdem Præpositi Generalis, & Religiosorum, asserentium eorum bona a quorumcumque locorum Ordinariorum jurisdictione libera, & exempta, ac sub Romani Pontificis, & Sedis Apostolicæ protectione alias recepta fuisse, humiliter supplicato, ut eorum quieti more pii patris, ac alias in præmissis opportune consulere, de benignitate Apostolica dignaretur.

§. II. Idem prædecessor, qui ad gratos Dei, & universæ Reipublicæ Christianæ utiles, & necessarios fructus, quos Societatis prædictæ personæ in vinea Domini semper proferebant, debitum respectum habebat, facere nullo modo poterat, quin ipsis ea concederet, per quæ ipsi, eorumque res, & bona a noxiis justitiæ ministerio præservarentur; eosdem Præpositum Generalem, & Religiosos, ac eorum singulos, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, & censuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus, quomodolibet innodati existebant, ad effectum infrascriptorum dumtaxat consequendum, absolvens, & absolutos fore censens, hujusmodi supplicationibus inclinatus; sub data videlicet octavo Kalendas Junii Pontificatus sui anno tertio, eidem Societati, singulisque illius personis, ac eorum familiaribus, Clericali charactere tamen insignitis, ut in quibuscumque causis, tam Civilibus, quam Criminalibus, ac mixtis, etiam in eis, quibus actores, vel conventi rei forent, ipsis contra quascumque Communitates, & Collegia hujusmodi, omnes, & singulos Archiepiscopos, & Episcopos, ac Abbates, necnon alias personas in dignitate Ecclesiastica constitutas, ac Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum Canonicos, ac eorumdem Archiepiscoporum, & Episcoporum Vicarios in spiritualibus, & Officiales generales ubilibet constitutos, in suos possent assumere Conservatores, & Judices ordinarios, indulsit.

§. III. Ipsis vero sic electis, vel duobus, aut uni eorum, ut per se, vel alium, seu alios, etiamsi sint extra loca, in quibus Conservatores, & Judices deputati forent, eidem Societati efficacis defensionis præsidio assistentes, non permitterent, Societatem, Collegiaque hujusmodi super terris, locis, & domibus, possessionibus, & juribus, necnon fructibus, censibus, redditibus, & proventibus, ac quibuscumque aliis bonis, mobilibus, & immobilibus, spiritualibus, & temporalibus, necnon privilegiis, & indultis, eis, & dictæ Societati tam Apostolica, quam ordinaria, & alias rite Regia auctoritatibus concessis, & aliis rebus, ad dictam Societatem communiter, vel divisim spectantibus, a quibuscumque personis, tam Sæcularibus, quam Ecclesiasticis, ac quacumque auctoritate, & superioritate fungentibus, quoquomodo indebite molestari, vel eis gravamina, damna, aut injurias irrogari, facerentque, cum ab iisdem Societate, aut personis, vel procuratoribus suis, seu aliquo ex eis forent requisiti, super restitutione locorum terrarum, domorum, possessionum, jurium, & bonorum mobilium, & immobilium, reddituum, quoque, & proventuum, & aliorum quorumcumque bonorum, necnon privilegiorum, & indul-

dultorum eis tunc,·& pro tempore conceſſorum obſervatione, necnon de quibuslibet moleſtiis, injuriis, damnis tunc præſentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ judicialam requirerent indaginem ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura Judieii; in aliis vero pro nt eorum qualitas exegiſſet, juſtitiæ complementum: occupatores, ſeu detentores, præſumptores, & injuriatores hujuſmodi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, etiamſi alias, quam ut præſertur, qualificati exiſterent, quandocumque, & quotieſcomque expediiſſet, auctoritate Apoſtoliea per ſententias, eenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaqnn opportuna jnris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: legitimisque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, eos, quos ſententias, cenſuras, & pœnas, per eoſdem Conſervatores, ſeu Judices pro tempore latas, incurriſſe, eis conſtitiſſet; eas incurriſſe daclararent, & quoties opns fuiſſet, etiam iteratis vicibus aggravarent, necnon auxilinm brachii Sæcularis invocarent, commiſit, & mandavit. Ac inſuper ſi ipſis per ſummariam informationem, per eos ſuper his habendam cnnſtitiſſet, quod ad loca, in quibus occupatores, præſumptores, moleſtatores, & injuriatores hujuſmodi, ac alios quos litteræ tunc deſuper conficiendæ concernercnt, pro tempore morari contigiſſet, pro monitionibns, & inbibitionibns ipſis, ac citationibus eis faciendis, tutus non pateret acceſſus Judicibua, & Conſervatoribns hujuſmodi, monitiones, & citationes præfatas, ac inhibitiones quaslibet per edicta publica, locis publieis affigenda, de quibus eſſet veriſimilis conjectnra, quod ad ipſorum monitorum, citatorum, & inhibitorum notitiam pervenire valerent faciendi; neenon eiſdem occupatoribus, detentoribus, præſumptoribus, moleſtatoribns, injuriatoribna, cnntradictoribus, rebellibus, etiam ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſtieis, ac etiam pecuniariis eorum arbitrio moderandis, inhibendi, ac quibusvis inhibitionibus eis pro tempore etiam prætextu quarumcumque litterarum Conſervatoriarum, ſeu privilegiorum Apnſtolicorum, quibuslibet conceſſorum, & concedendorum pro tempore factis non obſtantibus eorum juriſdiſdictionem libere cxereendi, loca, ad quæ eos deelinare, & in quibus ſcienter ſtare permiſſi forent eccleſiaſtico interdicto ſubjiciendi, plenam, & liberam facultatem conceſſit. Ac monitiones, requiſitiones, inhibitiones, & citationes, ſic factas perinde ipſos monitos, requiſitos, inhibitos, & citatos arctarent, ac ſi eis perſonalirer factæ, inſinuatæ, & intimatæ forent.

§. IV. Ac tunc deſuper conficiendis litteris, & in eis contentis diſpoſitionibus per quaſcumque derogationes in quibuſvis litteris Apoſtolicis gratiam, vel juſtitiam, & mixtim continentibus per eumdem prædeceſſorem, & Sedem Apoſtolieam etiam cum derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis elauſulis, & per quas earumdem litterarum tunc deſuper conficiendarum tenor, ac ſi de verbo ad verbum in eis inſertus fnret, pro expreſſo haberetur quibuſcumque perſonis ſcu in eorum favorem, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſas, & factas, ae faciendas, & concedendas nullatenus derogatum cenſeretur, aut derogari poſſet, niſi tenor earumdem tunc deſuper conficiendarum litterarum de verbo ad verbum, nibil penitus omiſſo, fnret in illis inſertus, & derogaiio pro tempore facta bujuſmodi per rrinas diſtinctas litteras, eumdem tenorem continentes, tribus ſimiliter diſtinctis vicibus eidem Societati intimata, & inſinuata foret; & quod aliter earumdem litterarum tunc deſuper conficiendarum pro tempora factæ derogationes nemini ſuffragarentur.

§. V. Quodque quilibet Judicum, & Conſervatorum prædictnrum valeret proſequi artieulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo foret canonico impedimento præpeditus, quodque cuilibet Conſervatorum, & Judicum eorumdem ab codem dic octavo *Kalen. Junii* eſſet in præmiſſis omnibus, ac eorum ſingulis, cœptis, & non cœptis, tunc præſentibus, & futuris perpetuata poteſtas, & juriſdictio attributa; nt eo vigore, eaque firmitate poſſent in præmiſſis omnibus cœptis, & non cœptis, tune præſentibus & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia, & ſingula coram eis cœpta fuiſſent, & eorum, ac cujuslibet ipſorum juriſdictio de præmiſſis omnibus, & ſingulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitima extitiſſet; ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, & eauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & deffiniri debere; & ex tunc ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contingeret, irritum, & inane decrevit.

§. VI. Non obſtantibus piæ memoriæ Boniſacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua cavcbatur, ne quis extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ diœceſis evocaretur ad judicium, ſeu ne Judices a Sede prædicta deputati extra Civitatem, vel Diœeeſin, in quibus deputati forent, contra quoſcumque procedere præſumerent; & de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo non ultra tres dietaa aliquis vigore earumdem litterarum, tunc deſuper conficiendarum, extraheretur, & quibusvis aliis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quibuſvis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis quibuſvis Regibus, Ducibus, Comitibus, ceteriſque cujuſcumque dignitatis, qualitatis, & præeminentiæ, ac Ordinis, etiam Mendieantium, & conditionis exiſtentibus perſnnis in genere, vel in ſpecie, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis quomodolibet, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis: Quibns omnibus idem Pius prædeceſſor etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per elauſulas generales, idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad id ſervauda

vanda foret; tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma, in illis tradita observata inserti forent, pro sufficienter expressis habens, illis alias in suo robore permansuris, ea vice dumtaxat specialiter, & expresse derogavit, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. VII. Voluit insuper idem Pius prædecessor, quod litterarum tunc desuper conficiendarum transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac Sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhiberetur, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. VIII. Ne autem de absolutione, indulto, & aliis præmissis pro eo, quod super illis ipsius Pii Prædecessoris, ejus superveniente obitu, litteræ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæsitari, ipsaque Societas illorum frustretur effectu; Volumus, & similiter Apostolica auctoritate decernimus, quod indultum, & alia præmissa perinde a dicta die octavo Kalendas Junii, suum sortiantur effectum, ac si super illis ipsius Pii prædecessoris litteræ confectæ fuissent, prout superius enarratur. Quodque præsentes litteræ ad probandum plene absolutionis indultum, & alia præmissa, ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

§. IX. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ voluntatis, & Decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire: Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum *Romæ* apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ *Millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, octavo Kalendas Junii*, Pontificatus nostri anno primo.

90 Quadragesima Octava Constitutio, est ejusdem Gregorii XIII. incip. [Quo magis, ac firmius] die 23. Martii 1580. qua confirmatur privilegia Militiæ, & Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani apud *Rodriq. tom. 2. Bullar. pag.* 474. §. 12.

[Quo circa dilectis Filiis in Regnis Hispaniarum, & Neapolitano nostris, Sedis Apostolicæ, pro tempore existentibus Nuntiis, aut Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, & quibuscumque Conservatoribus per eosdem Magistrum, Bajulivos, Priores, & Commendatarios juxta formam privilegiorum Ordinis prædicti in Dignitate Ecclesiastica constitutis, electis, & eligendis, per præsentes motu simili mandamus, quatenus ipsi per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Magistri, & Conventus, sive Priorum, Bajulivorum, Præceptorum, & Commendatariorum præfatorum, & aliarum personarum, & possessorum præfatorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant Auctoritate nostra, eos præmissis omnibus, & singulis juxta præsentium continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere, non permittentes, eos a quoquam quomodolibet molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles, & præmissis non parentes per opportuna juris, & facti remedia, ac demum per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc auxilio brachii Sæcularis. Non obstantibus commendis, & provisionibus, aliisque dispositionibus, & provisionibus, aliisque dispositionibus, vel concessionibus, quibuscumque verborum formulis illa concessa fuerint; ac fel. record. Bonifacii Papæ Octavi prædecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo non ultra tres aliquis auctoritate præsentium ad judicium non trahatur; aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscumque; aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem. Decernentes præsentibus, & in eis contentis omnibus, per quasvis litterarum concessiones, provisiones, & alias quaslibet dispositiones, aliter quam, ut præmittitur, per Nos, vel eamdem Sedem factas, vel forte quomodolibet faciendas, aut concedendas, etiam motu proprio, & ex certa scientia, derogari non posse, nec derogatum censeri, cujuscumque tenoris, & formæ emanaverint, & cum quibuscumque decretis, & clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, fortioribus, & insolitis, etiamsi causas quascumque legitimas, & favorabiles continerent: quinimmo per præsentes illis omnibus expresse derogamus, earum tenores pro sufficienter expressis habentibus præsentibus semper in suo robore permansuris, nisi harum tenor de verbo ad verbum in illis esset insertus, & Magistri, ac Conventus consensus accederet &c.]

Quadragesima Nona Constitutio est Sixti V. incip. [Pro nostra propensa], edita *die tertia Novembris* 1588. continens confirmationem gratiarum, Indulgentiarum, exemptionum, & privilegiorum Ordinis Carthusiensis, apud *Rodriquez tom. 2. Bullar. pag.* 531. in qua sic habetur: 91

§. II. [Mandantes hujus Ordinis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ apud Nos, & Sedem Apostolicam Cardinali Protectori, seu Viceprotectori pro tempore existente, Curiæque causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, ac omnibus, & singulis, tam Metropolitanarum, quam Cathedralium Ecclesiarum Episcopis, Canonicis, aliisque personis in Dignitate Ecclesiastica, & ubique locorum constitutis, coram quibus prædictorum privilegiorum litteræ, vel illorum authenticum transumptum præsentari contigerit, ut ipsi duo, aut unus eorum per se, vel alium, aut alios eidem Carthusiensi Ordini, illiusque Ecclesiis, Domibus, Ministro generali, Prioribus, Priorissis, Monachis, Conversis, Monialibus, Donatis, Novitiis, Servitoribus, Familiaribus, & aliis personis, & utriusque sexus Religiosis, bonisque, & rebus eorum tam in genere, quam in specie, efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant illos, illas, ac illa, quos, quas, & quæ, ut præfertur, concernunt, privilegiis, immunitatibus, indultis, ceterisque prædictis, ac illorum præsenti confirmatione, approbatione, adjectione discreto, & aliis nostris hujusmodi taci-

tacite, vel expresse contentis pacifice uti, frui, & gaudere. Non permittentes per quemquam, quavis auctoritate fungentem temporali, vel spirituali desuper indebite molestari sub quovis defectu, & causa, etiam defectu intentionis nostræ: Contradictores, & rebelles quoscumque per censuras Ecclesiasticas, & pecuniarias pœnas, ac alia juris opportuna remedia, appellatione postposita compescendo; illasque incidisse declarando, ac legitimis super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas antedictas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato quoque ad id, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis, Non obstantibus præmissis, & de duabus, non tamen tribus dictis, nec non aliis, tam Apostolicis, quam in quibusvis generalibus, provincialibus, Synodalibusve Conciliis editis Constitutionibus, & Ordinationibus, Statutis quoque, usibus, naturis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis: privilegiis insuper, indultis, & litteris Apostolicis a quibusvis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & a Sede Apostolica, etiam in forma Brevis, de plenitudine potestatis Apostolicæ, motu proprio, & ex certa scientia, ac per modum legis, & statuti perpetui, similium, vel dissimilium gratiarum, & privilegiorum revocatoriis, limitativis, declarativis, annullativis, mentis attestativis, derogatoriarum derogatoriis, cum quibusvis efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & decretis, etiam irritantibus quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis, ac omnibus, quæ ipsi prædecessores nostri eorum litteris non obstare voluerunt. Quibus omnibus &c.]

92 Quinquagesima Constitutio est ejusdem Sixti V. incip. [Regularium personarum,] edita *anno* 1588. *die nono Aprilis* apud eumdem *Rodriquez citato tomo secundo Bullar. pag. mihi* 536. qua declaratur, inter privilegia, concessa Congregationi Sancti Benedicti in Regno Portugalliæ, etiam includi Conservatorias, concessas aliis Congregationibus; & de novo concedi, ac si illæ dictæ Congregationi a principio essent directæ, sic:

§. III. [Cum autem, sicut exponi nobis nuper fecit dilectus filius modernus Generalis primo dictæ Congregationis, a nonnullis dubitetur, an vigore concessionis, communicationis, & extensionis, præfatarum, concessæ, communicatæ, ac extensæ etiam censeantur, litteræ Conservatoriæ, ad favorem dictarum Congregationum S. Hieronymi, S. Bernardi alias Cisterciensis, & S. Benedicti Casinensis, & Vallisoleti Ordinum a Sede Apostolica emanatæ, ac gratiæ, facultates, prærogativæ, ac aliæ in eisdem litteris Conservatoriis comprehensæ.

§. IV. Nos omnem in præmissis dubitandi materiam de medio tollere volentes, ac tenores privilegiorum, & litterarum Conservatoriarum præfatarum, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, dicti moderni Generalis hac in parte supplicationibus, nobis humiliter porrectis inclinati, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus, sub concessione, communicatione, & extensione, ac litteris præfatis comprehendi, & concessas censeri debere, omnes, & quascumque gratias, facultates, immunitates, & prærogativas dicti Sancti Hieronymi, & Sancti Bernardi alias Cisterciensis, Sancti Benedicti Casinensis, & Vallisoleti per universum Orbem Congregationibus, etiam in litteris Conservatoriis per dictos Romanos Pontifices quomodolibet concessas, & imposterum concedendas, ac litteras Conservatorias præfatas, & in eis contenta quæcumque juxta Sancti Concilii Tridentini Decreta, ita ut primo dicta Congregatio Sancti Benedicti, in dicto Regno Portugalliæ erecta, illiusque Monasteria, loca, Generalis, Abbates, Definitores, Superiores, Conventus, Monachi, Religiosi, Novitii, Conversi, ac ceteræ personæ præfatæ eisdem facultatibus, & litteris Conservatoriis frui, potiri, & gaudere possint perinde, ac si in prima dicta concessione, communicatione, & extensione nominatim comprehensa, ac eis æque principaliter, & parisormiter litteræ Conservatoriæ præfatæ concessæ, & specialiter directæ fuissent, ac ad eorumdem instantiam emanassent.

§. V. Quas nihilominus pro potiori cautela, quatenus opus sit, ad primo dictam Congregationem, illiusque Monasteria, loca, & personas hujusmodi etiam de novo perpetuo extendimus, & ampliamus; sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & deffiniri debere: necnon quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

§. VI. Non obstantibus præmissis, ac quibuscumque aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ in dictis Conservatoriis, ac nostris litteris præfatis concessa sunt non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum *Romæ* apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, *die* 9. *Aprilis* 1588. Pontificatus nostri anno quarto.]

Quinquagesima Prima Constitutio est Gregorii XIV. incip. [Cum alias], edita *anno* 1591. 9. *Kal. Junii* de Immunitate Ecclesiarum, quibusdam exceptis casibus inviolabiliter observanda *apud laudatum Bullarium tom* 2. *pag.* 565. in qua sic habetur §. 4. 93

[Ne autem Curia Sæcularis prædicta Ministri facultate illos per se, & propria auctoritate extrahendi, & abducendi sibi olim, ut præfertur, attributa, & per præsentes revocata, abutantur; volumus, dictaque auctoritate decernimus, & declaramus, ut Curia Sæcularis, ejusque Judices, & Officiales ab Ecclesiis, Monasteriis, locisque Sacris prædictis, Laicum aliquem, ut præfertur, delinquentem in nullo ex casibus supradictis sine expressa licentia Episcopi, vel ejus Officialis, & cum interventu personæ Ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentis, ad quos solos, & non ad alios, Episcopis inferiores, etiamsi alii Ordinarii sint, aut nullius Diœcesis, aut Conservatores ab hac Sede specialiter, vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi, facultas pertineat.]

Quin-

94 Quinquagesima Secunda Constitutio eſt Clementis Octavi incip: [Sanctiſſimus ,] edita *anno 1592. 19. Martii apud laud. Bullar. tom. 3. pag. 3.* qua revocantus Electiones quæcumque de Judicibus Conſervatoribus hactanus factæ , novsqua de eis, eorumque Electionibus in poſterum faciendis diſpoſitio præſcribitur ſic:

[Sanctiſſimus in Chriſto Pater , & Dominus Noſter, Dominus Clemens , divina providentia Papa octavus , ne ob malitioſam petentium ſuggeſtionem , ex eo quod ob locorum diſtantiam, perſonarum quibus cauſæ mandantur , certa notitia haud ita facile haberi poteſt , per Judices aliquos minus interdum idoneos , in Conſervatores deputatos , cauſas ipſas cognoſci , contingat; cupiens ſalubriter providere.

§. I. Revocavit , ac declaravis nullas, invalidas, & ſubreptitias , omnes, & quaſcumqua Judicum deputationes in litteris Conſervatoriis, juxta formam in quinterno Cancellariæ deſcriptam, ſeu alias quomodolibet expeditis hactenus per Sedem Apoſtolicam, perpetuo , vel ad tempus nondum elapſum conceſſas , & directas iis Conſervatoribus , & Judicibus , qui qualitates non habent requiſitas, & deſcriptas in Conſtitutione fel. rec. Bonifacii Papæ Octavi prædeceſſoris ſui, quæ incipit: *Statutum*.

§. II. Quique etiam in Conciliis Provincialibus, aut Diœceſanis , juxta Decretum Concilii Tridentini , electi , & deſignati non ſunt , ad inſtantiam quorumcumque Conventuum , Capitulorum, Militiarum, Univerſitatum, Collegiorum, Ordinum , ac in favorem quorumvis Monaſteriorum, Hoſpitalium , & aliorum quorumvis piorum , tam Sæcularium , quam cujuſvis Ordinis aut Inſtituti Regularium locorum , quantumvis exemptorum obtentas , cum quibuſvis præſervativis , reſtitutivis , mentis atteſtativis , derogatoriarum derogatoriis , efficacioribus , & inſolitis clauſulis, & Decretis, quorum omnium tenores Sanctitas ſua haberi voluit pro expreſſis.

§. III. Non tamen quoad negotia jam cœpta, vel quoad ea , in quibus illæ ſuum ſortitæ effectum, ſeu executionem habuerunt.

§. IV. Ac etiam inſuper voluit, & ordinavit, quod omnes deinceps litteræ Conſervatoriæ hujuſmodi, per Sedem Apoſtolicam concedendæ , ad Conſervatores, & Judices dumtaxat dirigantur, qui qualitates juxta dicti Bonifacii Conſtitutionem habeant , quique in præfatis Conciliis electi, & deſignati ſint , & non aliis; aliter vero expeditæ litteræ præfatæ nullius ſint roboris, vel momenti. Decernens &c.]

95 Quinquagesima Tertia Constitutio eſt Gregorii XV. incipit [Sanctiſſimus ,] revocatoria omnium , & quarumcumque Electionum de Judicibus Conſervatoribus hactenus factarum; & novæ de eis, eorumque Electionibus impoſterum faciendis diſpoſitionis inductiva *apud laudatum Bullarium tom. 3. pag.* 440. Gregorius Epiſcopus &c.

[Sanctiſſimus in Chriſto Pater , & Dominus noſter , D. Gregorius Divina providentia Papa XV. ex certis rationabilibus cauſis , animum ſuum moventibus , & de voto venerabilium fratrum ſuorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum , partim fel. rec. Clementis Papæ VIII. prædeceſſoris ſui veſtigiis inhærendo:

§. I. Revocavit , ac nullas , & invalidas decrevit omnes , & quaſcumque Judicum Conſervatorum Electiones, nominationes , ſeu deputationes , tam in vim litterarum Conſervatoriarum , juxta formam in quinterno Cancellariæ deſcriptam, quam in vim quorumcumque privilegiorum perpetuo , vel ad tempus nondum elapſum Apoſtolica auctoritate conceſſorum, ſeu alias quocumque jure, vel titulo hactenus factas , pro quibuſcumque Conventibus, Capitulis, Militiis , etiam S. Joannis Hieroſolymitani , Congregationibus , Collegiis , Ordinibus , Monaſteriis , Hoſpitalibus, aut aliis quibuſvis piis , tam Sæcularibus, quam cujuſvis Ordinis , etiam Mendicantium , ſeu Inſtituti , vel Societatis, Regularibus locis , quantumvis exemptis , etiam de neceſſitate exprimendis , ſeu illorum perſonis , cujuſvis qualitatis , ſeu conditionis exiſtant.

§. II. In futurum vero Sanctitas ſua hac generali, & perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuit, & decrevit , ut Judices Conſervatores hujuſmodi, ſive principales, ſive ſubrogati , eligi , nominari, aut deputari non poſſint , niſi non ſolum habeant qualitates requiſitas , & deſcriptas in Conſtitutione ſimilis recordationis Bonifacii Papæ VIII. etiam prædeceſſoris ſui , quæ incipit, *Statutum*; ita ut vel Dignitate Eccleſiaſtica præditi , vel Perſonatum obtinentes , vel Eccleſiarum Cathedralium Canonici exiſtant; ſed etiam in Conciliis Provincialibus , aut Diœceſanis, juxta Decretum Concilii prædicti , Judices electi, ſeu deſignati ſint.

§. III. Quodque deinceps litteræ Conſervatoriæ per Sedem Apoſtolicam concedendæ ſupraſcriptis tantum dirigantur; & ſi quæ litteræ aliter expedientur, illæ, ac deputationes hujuſmodi, omniaque exinde ſequenda , nullius ſint roboris, vel momenti.

§. IV. Et nihilominus qui ſecus, quam juxta formam ſuperius præſcriptam , Conſervatores hujuſmodi cum effectu eligere , nominare, ſeu deputare , aut electis , nominatis , ſeu deputatis uti auſi fuerint ; Regulares quidem voce activa, & paſſiva , ſint ipſo jure privati , adeo ut habilitationem a nemine , præterquam a Romano Pontifice conſequi valeant ; reliqui vero aliis pœnis arbitrio Sanctitatis ſuæ coerceantur, & prædictorum omnium Conventus, Monaſteria, ac loca hujuſmodi , eorumque perſonæ, ac bona careant Conſervatore ad annum , ita ut illorum cauſæ interea coram locorum Ordinariis dumtaxat cognoſci , ac deffiniri debeant.

§. V. Ceterum ut latius pateat Conſervatorum hujuſmodi deligendorum facultas, Sanctitas ſua admonitos voluit omnes locorum Ordinarios, ut in Synodis Provincialibus, aut Diœceſanis quamplures perſonas ex habentibus qualitates, in prædicta Conſtitutione ejuſdem Bonifacii prædeceſſoris contentas, & alioquin ad id aptas deſignari procurent , & ſi aliquem interim ex deſignatis mori contigerit, ſubſtituat Ordinarius loci cum conſilio Capituli alium in ejus locum uſque ad futuram Provincialem , aut Diœceſanam Synodum.

§. VI. Inſuper Sanctitas ſua inhærendo hac in parte Decreto ſimilis recor. Gregorii Papæ XIII. etiam prædeceſſoris ſui , ſtatuit , & ordinavit, ut Regulares , ac perſonæ hujuſmodi in Italia

Italia infra duos, extra Italiam vero infra sex menses a die publicationis in Urbe præsentis Constitutionis inchoandas, debeant sibi eligere, seu assumere Conservatores juxta formam superius propositam.

§. VII. Ejusque electionis, seu assumptionis documentum infra tempus hujusmodi penes Acta Curiæ Ordinariorum exhibere, & dimittere teneantur; alioquin eo termino elapso, quamdiu Conservatores secundum formam præsentis Constitutionis non elegerint, coram eisdem Ordinariis conveniantur.

§. VIII. Quodque Conservatores hujusmodi semel legitime deputati, nisi ex legitima causa, a Sede Apostolica, aut locorum Ordinariis, prout iisdem Regularibus, & aliis supradictis libuerit, approbanda, durante quinquennio a die deputationis amoveri, aut mutari nullatenus possint, aut valeant.

§. IX. Ad hæc statuit Sanctitas sua, ut coram ipsis Conservatoribus Regulares, ac personæ suprascriptæ conveniri quidem, aut trahi debeant; sed alios convenire, aut trahere non possint, ita ut memorati Conservatores in causis, in quibus Regulares, & alii actores fuerint, nullam prorsus jurisdictionem habeant; sed in iis tantum, in quibus rei extiterint; neque extra Civitates, seu Diœceses, in quibus fuerint deputati, contra quoscumque procedere præsumant.

§. X. Si qua vero inter Judices Conservatores hujusmodi, & locorum Ordinarios controversia super competentia jurisdictionis orta fuerit, nequsquam in causa procedatur, donec per Arbitros, in forma Juris electos, super jurisdictionis competentia fuerit judicatum.

§. XI. Quod si qui Conservatores, sive in hac parte, sive aliis quomodolibet suos limites excesserint, per annum ab Officio Conservatoris hujusmodi suspensi sint; & pars, quæ hoc fieri procuraverit, sententiam excommunicationis incurrat juxta formam alterius Constitutionis ejusdem Bonifacii prædecessoris, quæ incipit: *Hac Constitutione*; quam Sanctitas sua in omnibus, quæ præsenti Constitutioni non adversantur, innovavit, & innovat.

§. XII. Per hoc tamen non intendit Sanctitas sua prohibere, quominus Regulares, & alii supradicti in casibus, a jure permissis, petant Judicem non suspectum a Principibus, seu Magistratibus Sæcularibus; dum tamen hæc tria copulative concurrant: videlicet, ut Regulares, & alii prædicti sint actores, non autem rei; utque agant contra Laicum, non autem contra Ecclesiasticum, vel alias a jurisdictione Sæculari exemptum; atque ut causa, in qua Judex deputatur, fuerit profana, non autem Ecclesiastica, & in ea juxta Sacrorum Canonum dispositionem Laicus, ut præfertur, eligendus, Judex competens existat.

§. XIII. Quæ omnia, & singula, in præsenti Constitutione contenta, Sanctitas sua voluit inviolabiliter observari; decernens, sic in iis, ceterisque omnibus præmissis per quoscumque &c. etiam Sacri Palatii Apostolici Auditores, nec non Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales; sublata &c. judicari &c. necnon irritum, & inane &c.

§. XIV. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac litteris Conservatoriis, quas omnes ad formam præsentis Constitutionis reduxit, in favorem quorumcumque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, aut cujusvis alterius Instituti, etiam necessario exprimendi, Collegiorum, Capitulorum, Ecclesiarum, Monasteriorum, ac piorum quorumcumque, tam sæcularium, quam Regularium locorum, nec non illorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque etiam ex causa, & titulo oneroso indultis, & litteris Apostolicis, etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus, & formis specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogavit, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. XV. Ceterum ut præsens Constitutio facilius omnibus innotescat, Sanctitas sua voluit, & mandavit, ut non solum in Cancellaria Apostolica, sed etiam ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ publicetur, illiusque exempla in iisdem locis affixa dimittantur, ac in Quinterno Cancellariæ inter Constitutiones perpetuas describatur, & annotetur.]

Sequitur dubium super ista Constitutione exortum cum sua declaratione.

In Constitutione de Conservatoribus, edita a Sanct. Mem. Greg. XV. ex sententia Sacræ Congregationis Concilii inter cetera statutum est, ut coram Conservatoribus Regulares conveniri quidem, aut trahi debeant, sed alios convenire, aut trahere non possint, ita ut memorati Conservatores in causis, in quibus Regulares, & alii actores fuerint nullam prorsus jurisdictionem habeant; sed in iis tantum, in quibus rei extiterint.

Dubitatur nunc, An per hæc verba sublata sit facultas, quam habent Conservatores, defendendi Regulares, & alios a manifestis injuriis, & violentiis, quæ illis de facto inferuntur, dum a suis possessionibus dejiciuntur, & propriis bonis uti, ac frui impediuntur.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit, ejusmodi verbis minime sublatam fuisse facultatem, quam habent Con-

Conſervatores, deſendendi Regulares a maniſeſtis injuriis, ac violentiis, dummodo obſervent formam præſcriptam in Conſtiturionibus Innocentii IV. & Bonifacii VIII. relatis in *cap. 1. & fin. de offic. Deleg. in 6.*

96 QUINQUAGESIMA QUARTA CONSTITUTIO eſt Urbani Octavi incip. [Exponi] *apud laudatum Bullar. tom. 4. pag.* 143. qua confirmatur Decretum Sacræ Congregationis Cardinalium, Concilii Tridentini interpretum, Declarantium, Conſtitutionem Gregorii XV. de Conſervatoribus editam, non afficere Religionem Hieroſolymitanam: niſi quoad Judices Conſervatores: eidemque Religioni adhuc Jus ejuſmodi Judices Conſervatores eligendi competere, ſic:

§. I. [Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii, Antonius de Paula Magnus Magiſter, & Conventus Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, quod a Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Sacri Concilii Tridentini Interpretibus, emanavit Decretum tenoris ſubſequentis, videlicet: *Die VI. Februarii 1627.* Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum, cenſuit, Conſtitutionem Sanctæ Memoriæ Gregorii XV. de Conſervatoribus non afficere Religionem Hieroſolymitanam, niſi quoad Judices Conſervatores, eidemque Religioni adhuc jus ejuſmodi Judices Conſervatores eligendi competere.

§. II. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Antonius Magnus Magiſter, & Conventus præfati Decretum hujuſmodi, pro illius validitate, & ſubſiſtentia firmiore, Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri, plurimum deſiderent; Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. III. Nos igitur Antonium Magnum Magiſtrum, & Conventum præfatos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & illorum ſingulares perſonas; a quibusvis excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, Cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Decretum præinſertum Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus; ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

§. IV. Decernentes, Decretum hujuſmodi, necnon præinſertas litteras ſemper valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere; ac dicto Hoſpitali, necnon Antonio moderno, & pro tempore exiſtenti illius Magno Magiſtro; & Conventui pleniſſime ſuffragari.

§. V. Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

§. VI. Non obſtantibus præfati Gregorii prædeceſſoris, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

§. VII. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum *Romæ* apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris *die 17. Februarii 1629.* Pontificatus Noſtri anno V.]

QUINQUAGESIMA QUINTA CONSTITUTIO eſt ejuſdem Urbani VIII. incip. eodem verbo apud Bullarium Ordinis Hoſpitalaris S. Joannis de Deo *pag.* 138. qua declaratur, Fratres dicti Ordinis, non obſtante, quod Conſervatores non elegerint intra tempus, a Conſtitutione Gregorii XV. præfinitum, adhuc poſſe in vim dictæ Conſtitutionis, quandocumque ſibi libuerit, nominare: Sed donec eos aſſumpſerint, poſſe coram Ordinariis locorum conveniri, ſic: 97

§. I. [Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Major, ſive Generalis, & Fratres Congregationis Joannis Dei Hiſpaniarum, & Indiarum, quod cum alias nonnulla dictæ Congregationis Hoſpitalia, & Conventus eorum Judicem Conſervatorem intra tempus a Conſtitutione felicis recordationis Gregorii XV. prædeceſſoris Noſtri deſuper edita præfixum, nominare deberent, nominationemque hujuſmodi hactenus minime fecerint, propterea locorum Ordinariis, & Judicibus Eccleſiaſticis ſubjacent, ipſique, quia prædicti Ordinarii, & Judices Eccleſiaſtici in rebus dictæ Congregationis non multum verſati ſunt, non leve in tuendis eorum bonis, & privilegiis patiuntur detrimentum.

§. II. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune, ut infra, providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. III. Nos igitur eoſdem Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, Cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati.

§. IV. De Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio, Exponentes prædictos poſſe in vim dictæ Conſtitutionis Gregorii prædeceſſoris Noſtri prædicti, quandocumque ſibi libuerit, eligere, ſeu aſſumere Conſervatores; ceterum donec eos elegerint, ſeu aſſumpſerint, poſſe coram Ordinariis locorum, in quorum Diœceſibus dictorum Fratrum Conventus exiſtunt, conveniri, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium declaramus.

§. V. Decernentes præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exſtare, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, dictiſque Exponentibus in omnibus, & per omnia ſuffragari, ſicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apo-

Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, irritumque, & inane, si quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.]

§. VI. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quantumvis opus sit, dictæ Congregationis etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum *Romæ* apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris *die* 3. *Martii* 1640. Pontificatus nostri anno decimo-septimo.]

98 Quinquagesima Sexta Constitutio est Alexandri VII. incip. [Alias pro parte] *apud laudatum Bull. tom.* 6. *pag.* 133. qua confirmatur Decretum Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, quod Fratres Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum possint sibi Judicem Conservatorem eligere, sic:

§. I. [Alias pro parte dilecti filii Francisci de la Rosa Vicarii Generalis Italiæ, & Siciliæ, & Procuratoris Generalis totius Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ expofito, quod licet eidem Ordini amplissima communicatio privilegiorum, quibus alii Ordines Mendicantes fruuntur, a fel. rec. Leone X. ac Clemente VII. & Sixto V. Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris concessa reperiretur; & inter alia privilegia hujusmodi eisdem Ordinibus indulta esset facultas eligendi Judices Conservatores, qui Jura eorum tuerentur, eosque ab injuriis, & violentiis defendant; Conservatorumque hujusmodi electio venire sub communicatione privilegiorum, sicut Congregatio ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, *die* 12. *Decembris* 1620. dicitur declarasse: nihilominus primodictus Ordo, quando se offerebat occasio, aut necessitas prædictos Judices Conservatores eligendi, varias patiebatur molestias, pluraque cogebatur sustinere gravamina pro stabilienda prædicta facultate Judices Conservatores eligendi, cum magno præjudicio ipsius Ordinis, & gravissimo detrimento ejus Jurium, ac pii operis Redemptionis Captivorum, quod ad proprio Instituto, ac speciali quarto, solemnique Voto administrat, & profitetur.

§. II. Et propterea supplicato primodictæ Cardinalium Congregationi, ut declararet, memorato Ordini Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum vigore communicationis privilegiorum supradictorum competere facultatem eligendi Judices Conservatores in casibus a Jure, & per speciales Constitutiones Apostolicas permissis, tam pro personis, rebus, & bonis ipsius Ordinis, quam pro præfato Opere Redemptionis Captivorum, juxta tenorem Constitutionum rec. memor. Clementis PP. VIII. & Gregorii PP. XV. prædecessorum pariter nostrorum, necnon declarationis dictæ Congregationis: emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet:

§. III. Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, & communicatione privilegiorum hujusmodi, censuit, ejus vigore præfatæ Religioni Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum competere Jus eligendi servaris servandis sibi Conservatorem, prout ei competere præsentis Decreti tenore declarat, & decernit, contrariis quibuscumque non obstant. ac super præmissis expediri Breve, si Sanctissimo D. N. placuerit. *Romæ* 10. *Septembris* 1660. *M. Card.* Ginettus.

§. IV. Cum autem, sicut dilectus Franciscus Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri, summopere desideret; Nos ipsum Franciscum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & pœnis, a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate ejusdem Congregationis Cardinalium.

§. V. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. VI. Non obstant. præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.


§. VII. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum in *Arce Gandulphi Albanen. Diœcesis* sub Annulo Piscatoris, *die* 9. *Octobris* 1660. Pontificatus Nostri anno sexto.]

Quinquagesima Septima Constitutio est Benedicti XIII. incip. [Fideli, ac prudenti], edita *anno* 1728. *tertio Kal. Septembris* apud *laudatum Bullarium tom.*10. *pag.* 370. De ratione pertractandi, & definiendi Causas Ecclesiasticas in Regno Siciliæ ultra Pharum, ubi sic habetur §. 5. 99

[In causis, in quibus Conservatores Regularium Decretum, vel sententiam tulerint, qui se ab illis gravatum existimaverit, recursum similiter habere poterit ad antedictum Delegatum; qui quidem, si, inspectis utriusque partis juribus, appellationem duxerit admittendam, ipse in

in telis cauſæ cognitione, pront Juris fuerit, procedet: ſique partes, vel earum altere, de gravamine eb ejus judicato, ſibi illato, conquereretur, id ſervetur, quod, ſupra de eppellationibus e Deereto, vel Sententia Judicis Delegati, ſtatutum eſt. Ceterum prædicti Conſervetores inviolate ſervere debeant. præſcripta in Conſtitutionibus felieis recordatinnis Innocentii Papæ IV. Aleaandri IV. Bonifacii VIII. Gregorii XV. eliorumque noſtrorum Prædeceſſorum, necnoe in Concilii Tridentini Decretis, ſub pœnis ibidem contentis.]



INDEX LOCUPLETISSIMUS

RERUM OMNIUM,

QUÆ IN HOC OPERE CONTINENTUR.

Prior numerus Articulum, Posterior numerum marginalem designat.

Advena

Advena intantum fit subditus Parocho, inquantum degit in aliqua domo, subjectæ suæ Parochiæ. *n. 429.*

Adveuæ, Vagi, & Peregrini, qui tempore Paschali extra Parochiam reperiuntur, sicut & Mercenarii, ac Locantes Operas suas ad tempus; quique, instante Communionis præcepto, proprium Parochum habent absentem, vel nequeunt Parochiam adire, neque petere licentiam a Parocho, possunt a Regularibus Eucharistiam in Paschate recipere. *n. 430.*

Quamvis teneantur postea, quam primum significare proprio Parocho, se communicasse: qui tamen nequit, illos ad iterum communicandum in Parochia cogere. *ibidem. v. Hospes.*

ADULTER. *v. Testis.*

ADVOCATUS.

Advocati Inquisitionis nequeunt censurari, nec aliis pœnis affici. *art.26.n.6. & 7. v. Licentia, Testis.*

ÆDIFICIUM.

Regularium Conservator impedit novam Ædificiorum erectionem prope Religiosorum, vel Monialium Conventus: aut in jam erectis Ædificiis novam fenestrarum apertionem, ne Monachi, vel Monachæ inde videantur, & molestentur. *art. 31. n. 47.*

Olyssipone mandavit Rex, dirui, vel claudi januam Sæcularis Domus, ex qua Religiosi Tertiarii ejusdem Urbis intra Conventum videbantur, & inquietabantur. *ibidem.*

ÆGRITUDO.

De Jure Communi nulla est ægritudo, etiam morbifera, quæ Religiosam Professionem annullet: secus vero de Jure peculiari. Quod tamen non suffragatur, si ægritudo post emissam Professionem incurreretur: licet suffragetur, si ante ingressum in Religionem fuerit incursa. *art.22. n. 369.*

ÆGROTI *v. Hospitalia.*

ÆTAS CONSERVATORIS.

Conservatores esse debent ætate, doctrina, & Probitate præstantes. *art. 10. n. 4.*

Erit Conservator præstans ætate, si illam habuerit, quam requirit qualitas, el tribuens habilitatem ad hoc Officium, vel saltem munus Judicis. *n. 5.*

Canonici Cathedralis Ecclesiæ, quibus juxta dispositionem *Tridentini sess. 24. de refor. c. 12.* certus Ordo annexus non est, ut in Canonicos promoveri queunt in ætate XIV. annorum, ita & in Conservatores. *n. 15.*

Ubi Tridentina Dispositio recepta non est, ut ante illam poterat quivis, major septennio, Canonicus esse Ecclesiæ Cathedralis, ita & post illam: sicque potest talis Canonicus, septennio major, eligi in Conservatorem, sed non de potentis Principis Ordinaria, quia non pubes; sed extraordinaria ex certa scientia, qua dispensat cum Judice inhabili ratione impubertatis. *ibid.*

ÆTAS JUDICIS.

Judex dari potest ab inferiori in ætate XX. annorum, aut saltem XVIII. de consensu partium. *art. 10. n. 5.*

A superiori vero dari potest adultus; seu Pubes. *ibidem.*

ÆTAS AD DIGNITATES, & BENEFICIA ECCLESIASTICA REQUISITA.

Episcopus esse debet in ætate XXX. annorum, ut ad Episcopatum requiritur. *art. 10. n. 6.*

Archidiaconus, aliusve Dignitatem habens cum cura Animarum, debet XXV. ætatis annum attingere, ad curam animarum exactum. Vigesimum tamen secundum simplex Archidiaconus, aliave Dignitas, & Personatus, talem curam non habens; ut ad præfatas Dignitates absque cura animarum requiritur. *n. 7.*

Abbas, seu Regularis, sive Sæcularis, Prior Conventualis, & Generalis Religionis, debent, ut ad tales Prælatias necessum est, XXV. annum attingere. *n. 8.*

Si per alium, quam per Priorem Conventualem, exerceatur cura, sufficiunt XX. anni. *ib.*

Vicarius Generalis Sede plena, aut vacante debet esse in ætate XXV. annorum, ad munus Vicariatus exacta. *n. 9.*

Archipresbyter debet XXIV. ætatis annum attingere; cum teneatur, saltem infra annum, Sacerdotium suscipere. *n. 10.*

Protonotarius, ut exigit munus suum, debet XX. annum peregisse: nisi Filius, vel Nepos sit Principis, cui satis est, si XVII. annum peregerit. *n. 11.*

Referendarii Signaturæ Justitiæ XXV. ætatis annum habere debent, prout exigit munus suum. *n. 12.*

Dignitas, vel Personatus in Ecclesia Cathedrali, quibus certus Ordo annexus est, debet ætatem, ad illum ordinem saltem infra annum suscipiendum, requisitam habere. *n. 13.*

Canonicus Pœnitentiarius debet quadragesimum ætatis annum, ad munus Pœnitentiarii requisitum, habere. *n. 14.*

Canonici Cathedralis Ecclesiæ, quibus certus Ordo, saltem infra annum suscipiendus, annexus est, debent in ea ætate reperiri, ut infra annum valeant, talem ordinem suscipere. *n. 15.*

Canonici Cathedralis Ecclesiæ, quibus certus Ordo annexus non est, promoveri queunt in ætate XIV. annorum, ut cæteri simplices Beneficiarii juxta *Tridentinum sess.23.de reform.cap.6.ibid.*

Ubi Tridentina dispositio recepta non est, quivis major septennio esse potest Cathedralis Ecclesiæ Canonicus. *ibidem.*

Quod locum etiam habet in Commendatariis Prioratus Conventualis, vel Abbatiæ Regularis; cum hujusmodi Commendæ habeantur hodie pro beneficiis simplicibus. *n. 16.*

Ad obtinendum beneficium simplex satis est XIV. annorum ætas, ubi citata *Tridentini* dispositio recepta est: & ætas septennii, ubi recepta non est. *ibidem.*

Ætas ad Dignitates, & Beneficia Ecclesiastica requisita, computari debet a die Nativitatis, non a die Baptismi. *n. 17.*

ÆTAS HOMINIS.

Ætates hominis septem distinguunt Juristæ; suntque Infantia, durans a Nativitate usque ad septimum annum inclusive. Puellaris ætas; seu Pueritia, sive Impubertas usque ad decimum quartum in masculis, & ad duodecimum in Feminis. Pubertas usque ad decimum octavum. Plena Pubertas, seu Adolescentia usque ad XXV. Juventus, seu Virilis ætas usque ad LX. Senectus usque ad LXXX. Decrepita tandem ætas, seu Senium usque ad C. *art. 10. n. 19.*

ÆTAS MATURA.

Religiosi maturæ ætatis dicuntur, si XL. ætatis annum compleverint. *art. 22. n. 381.*

Ætas XL. Annorum pro Confessionibus Mulierum excipiendis. *v. Pœnitentia Sacramentum.*

AFFICTATOR.

Coloni, seu Affictatores prædiorum Regularium sunt immunes a gabellis, tributis, Collectis &c. *art. 21. n. 238. & 239.*

Sique

Sique ipsemet Apostata, vel Fugitivus, pœnitentia ductus, redeat. *n.* 140.

Vel si licite fugiat, & ex justa causa: ut nimirum se præsentet Superiori. *n.* 141.

Si Monachus Apostata, vel Fugitivus, rationa Morbi, aut Senectutis, nequeat alimenta sibi comparare, tenetur illum alere Religio, non tamen ex Justitia, sed ea Charitate. *n.* 142.

APOSTOLI. *v. Appellatio.*

APPARENS, APPARERE.

Non apparere, & non esse, paria sunt. *art.* 21. *num.* 546.

APPELLATIO.

Appellatin quid sit? *art.* 34. a. 1. & 2.

Non potest interponi appellatio a Judice Inferiori ad æqualem; nam par in parem non habet imperium; & multo minus a Superiore ad Inferiorem. *n.* 3.

Judex Inferior, a quo fit appellatio, *Judex a quo* appellari consuevit: quemadmodum Judex Superior, ad quem appellatur, *Judex ad quem*, vel *Judex appellationis. ibid.*

Appellatio nedum rationn gravaminis injuste illati, sed etiam probabiliter inferendi, seu Judicialiter, sive extrajudicialiter conceditur. *numer.* 4.

Appellatio quo ad substantiam est de jurn Naturæ; quo ad formam, & solemnitates est de jure positivo. a. 5.

Appellatio inducta est, tum ut gravamen injustum removeatur; tum ut læsus ea propria Ignorantia, vel negligentia damnum non sentiat: tum demum ut unius Judicis iniquitas, vel Imperitia ab alio corrigatur. *n.* 6.

Appellatio est duplex: Judieialis, & Eatrajudicialis, & quid utraque sit? *n.* 7.

Appellatio Judieialis, & Extrajudieialis differunt inter se, & quomodo? *n.* 8. & 9.

Judieialis proprie est appellario, secus tamen extrajudieialis. *n.* 8.

In Materia odiosa pœnali sub nomine Appellationis Extrajudieialis Appellatio non comprehenditur. *ibid.*

Appellatio Jndicialis subdividitur in eam, quæ fit ab Interlocutoria, & in eam quæ a Sententia definitiva. *n.* 10.

Et utraqun potissimum quadrifariam discriminatur inter se. a. 11.

Appellatio a definitiva fieri potest incontinenti seu stante pede, & viva voce: in scriptis tamen fieri debet appellatio ab Interlocutoria. *ibid.*

In illa non est necesse, causam gravaminis in specie exprimere, secus in hac. *n.* 12.

Appellatio a definitiva ex novis probationibus Justificari potest; secus tamen Appellatio ab Interloentoria. *n.* 13.

In prima locum habet beneficium juris [non deducta deducam, non probata probabo] & quomodo? non tamen in secunda. *ibid.*

Appellatio a definitiva semper proponi potest; non sic appellatio ab Interlocutoria, nisi vim habeat definitivæ, vel ejus gravamen, per appellationem a definitiva reparari non possit. *n.* 14.

Gravamen per sententiam definitivam irreparabile exemplificatur. *ibid.*

Appellatio sen Judicialis, sive Extrajudieialis ab Interlocutoria, vel a definitiva, alia est rationabilis, seu legitima; Frustatoria alia; alia Frivola inanis, & levis; & quænam unaqnæque sit? *num.* 15.

A Sententia definitiva potest regulariter appellari; nen tamen ab Interlocutoria, nisi vim habeat definitivæ; vel damnum irreparabile contineat. *n.* 42.

Regulariter omnes possunt appellare. *n.* 43.

Appellatin est quædam defensionis speeies. *ibid.*

Defensio est de jure naturæ, & neque diabolo deneganda. *ibid.*

Appellans non facit Injuriam Judici a quo, saltem non tantam, ut injuste gravato impediatur appellatio. *n.* 44.

Qui utitur Jure suo nemini facit Injuriam. *ibidem.*

Potest ab eadem sententia utraqua pars appellare. a. 45.

Ut petere potest in integrum restitui. *ibid.*

Appellare possunt ii omnes, quorum interest, vel quibus mandatum est; vel qui negotium aliquod gerunt, quod mox ratum reus habeat. *numer.* 45.

Pater, aut Mater ratione affectionis appellare possunt in cansa deserta Filii. *ibid.*

Procurator in causa sui principalis, & alieni negotii gestor; dummodo id Dominus maadaverit, vel postea ratum habuerit. *ibid.*

Tutor, & Curator nomine pupilli & minoris. *ibid.*

Fidejussor ea Sententia lata contra Principalem debitorem. *ibid.*

Episcopua pro suo Clerico, Abbas pro sno Monacho, Civitas pro Cive, Dominus pro Snbdito. *ibidem.*

Quilibet tertius appellare potest contra Sententiam; si per eam aliqnod sibi censeat præjudicium obventurum. *n.* 47.

In causa, pluribus communi, etiam Criminali, potest unus appellare, ceteris non appellantibus. *n.* 48.

Appellatio unius alteri prodest, si commnni jure juventur. *ibid.*

Qui gravati non sunt, & qnorum non interest, appellare non possunt. *n.* 49.

Secus tamen in causa Sanguinis, ne sanguis innoxius effundatur. *ibid.*

Cuilibet licet provocare pro eo qui ad supplicium ducitur, etiam eo invito. *ibid.*

Appellare potest Judicialiter excommunicatus; non tamen extrajudicialiter. *n.* 50.

Excommunicatus anre absolutionem, salrem conditionatam ad eautelam, ad effectum agendi, vel ad reineidentiam, potest de nullitate eacommnnicationis Judieialiter appellare: quemadmodum a declaratoria Exeommunicarionis. Nequit tamen de Excommunicationis injustitia, nisi prius absolutionem præfatam obtineat, appellare. *num.* 51. 54. 55. & 60.

Eacommnnicatio nulla est si feratur a Judice incompetente, vel eacommunicato non tolerato: aut contineat errorem intolerabilem; vel si contra tenorem Privilegiorum, aut post legitimam appellationem feratur. *n.* 52.

Judex Appellationis potest absolutionem impertiri vel ad cautelam, vel ad effectum agandi, vel ad reincidentiam appellanti a nullitate, vel a declaratoria Eacommunicationis, modo tamen potestatem habeat absolute & simpliciter absolvendi ab Excommunieatione. *n.* 56.

Quotquot possunt Appellare, non nisi in casibus in quibus sunt injuste gravati, vel probabiliter gravandi, appellari valent. *n.* 62.

Appellationis fundamentum est gravamen Injustum. *ibid.*

Dantur nonnulli casus, in quibus jura prohibent appellare: & quinam hi sint. *n.* 63.

Quam-

Prin-

A Vi-

APPROBATIO, APPROBARE.

vis

vis Infariores Judices, a quibus deberent avocari causæ ad plebis electionem ab ipsis confirmentur. n. 10.

Potest etiam Episcopus avocare causam pendentem coram suo Generali Vicario. n. 11.

Non tamen Archiepiscopus causam pendentem coram Episcopo suffraganeo. Neque Legatus de latere causam pendentem coram Episcopo, vel delegatis Apostolicis. ibidem.

Avocari tandem potest Ordinarius causam pendentem coram suo delegato. Non tamen delegatus causam pendentem coram subdelegato, nisi re integra, ante Citationem. n. 12.

Effectus avocationis est, auferre Jurisdictionem a Judice Inferiore in causa quæ avocatur, ita ut quidquid post Avocationem ab ipso fiat, sit attentatum, ac nullum. n. 13.

Immo magis attentatum, & nullum quam quidquid post Appellationem a Judice Inferiore fieri contingat. n. 14.

Discrimen inter Appellationem, & Avocationem. ibidem.

Quia, & magis attentatum, ac nullum est quidquid a Judice Inferiore post Avocationem fit, quamquod lite pendente aut pendente etiam Relatione, & quare? n. 15.

Recensitus effectus est nedum Avocationis expresse, sed etiam tacite, quocumque modo fiat Avocatio tacita. n. 16.

Avocatio tacita operatur effectus suos quo ad ipsas dumtaxat partes litigantes, non quo ad tertium, eum tamen etiam quo ad tertium operatur Avocatio expressa. ibidem.

Ut Avocatio Jurisdictionem auferat a Judice Inferiore, ita ut quidquid ab eo post Avocationem gestum fuerit, sit attentatum, & nullum, esse non debet ex aliqua causa nulla. n. 17.

Nec debet Avocato nova causa insurgere cum periculo in mora. n. 18.

Avocatio cum clausula [quatenus causa, non sit instructa,] quid operatur? n. 19.

Causa quando dicatur instructa quo ad Avocationem? n. 20.

Avocatio cum his clausulis [coram priore Judice ad nonnullos actus fuisse processum citra tamen conclusionem in causa] & [Quatenus causæ coram Judicibus pendeant indecisæ] quamnam vim habeat? n. 21. & 22.

Processus Judicis revocati subsistit donec excipiatur per partem n. 23.

Si cognito per Judicem revocatum, an sua sit jurisdictio se competentem pronuntiet; & para non appellet, valet processus Judicis revocati. ib.

Quemadmodum si partes coram Judice revocato procedant. ibidem.

Subsistit processus Judicis Avocati ante notitiam avocationis, seu motu proprio, sed non ob delictum, sive ad Instantiam partis factæ. n. 24.

Avocatio Jurisdictionem non aufert quamdiu ignoretur, nisi ob delictum Judicis facta sit. ibidem.

Oppositum arbitrantur complures: utramque sententiam conciliari posse, opinatur Moneta. n. 25.

Valet processus Judicis Avocati; ubi Judex sciens alias quam per partis exceptionem. n. 26

Vel pars avocatione non utatur. ibidem.

Processus Judicis Avocati etiam ante notitiam Avocationis nullus est, ubi adsit decretum irritans etiam ad instantiam partis appositum, & eum, vel sine illis verbis *scienter* aut *ignoranter*. n. 27.

Decretum irritans ligat etiam ignorantes. ibidem.

Non obstante Decreto irritante si pars nolit Avocatione uti, vel eidem renuntiarit, valet quidquid a Judice revocato gestum fuerit. n. 28.

Potest quivis renuntiare iis, quæ in sui favorem inducta sunt, etiamsi accesserit Decretum Principis in oppositum. n. 28.

Contrarium sentiunt plerique; utramque sententiam conciliare nititur *Moneta*. ibidem.

Avocatio motu proprio fieri potest etiam sine causa, & eum justa, aut injusta causa. n. 29.

Ad Instantiam vero partis Avocatio fieri debet ex causa: atque hæc esse potest vel horrescentia adversarii, utpote potentis, vel nimia decisionis causæ dilatio, scilicet ultra triennium. ibidem.

Officium Judicis Regularium Conservatoris per Avocationem causæ, ab eo per summum Pontificem factam, expirat in eadem causa, ita ut sit attentatum, & nullum quidquid sine nova commissione a Conservatore in tali causa gestum fuerit. n. 30.

Immo magis attentatum, & nullum quam quod post appellationem, vel lite, aut Relatione pendente gestum fuerit ab eodem. n. 31.

Nisi tamen avocatio aliqua ex causa nulla foret vel Conservatori recusato causa de novo insurgeret cum periculo in mora &c. juxta prædicta a numero 17. n. 32.

Per Avocationem causæ a Conservatore, factam per Papam, non expirat Subconservatoris Officium. art. 42. n. 35. & 39.

AUT, & VEL.

Dictio *Aut*, & *vel* est Regulariter disjunctiva, & ponitur inter diversa. art. 5. n. 40.

B

BALDACHINUM. v. *Episcopus*.

BANDITUS. v. *Testis*.

BAPTISMUS.

Tempore Interdicti conferri potest Sacramentum Baptismi omnibus, tam parvulis, quam Adultis; sicut, & Catechismus. art. 21. n. 529.

BARONES OPPIDORUM.

v. *Furnum*, *Molendinum*, *Taberna*.

BELGIUM v. *Appellatio*.

BENEDICTIO.

Ecclesiæ v. *Ecclesia*, & *Prælatus Regularis*

Campanæ. v. *Campana*.

Vestium Sacerdotalium, Pixidis, Corporalis &c. v. *Vestes Sacerdotales*, & *Prælatus Regularis*.

BENEFICIUM.

Beneficium, quod per legem conceditur, sine præjudicio Tertii concessum intelligitur. art. 21. n. 550.

BENEFICIUM ECCLESIASTICUM.

Ad obtinendum beneficium cum cura Animarum, requiritur ætas XXV. annorum: ad obtinendum vero beneficium simplex, satis est ætas XIV. annorum ex *Trid. sess.* 23. *de refor. c.* 6. & sufficit ætas Septennis, ubi Tridentina dispositio recepta non est. art. 10. num. 7. & 16. v. *Ætas*, *Appellatio*.

BENEPLACITUM.

Nequit Episcopus, post factam Regularibus approbationem pro Confessionibus, etiam ad Beneplacitum, aliquam limitationem apponere. art. 22. n. 38.

Licentia, Regularibus concessa ab Episcopo mortuo absolute & simpliciter, vel ad Nostrum Bene-

CAM-

CAMPANA.

Punit Episcopus Regulares Mendicantes, Prædicatoribus exceptis, qui, eum debeant esse contenti unica Campanâ, plures habent. *art.* 22. *n.* 536.

Campanæ Ecclesiarum Regularium, nisi fuerint benedictæ, collocari non possunt in Campanili: &, si collocentur, possunt Regulares ad illas deponendas ab Episcopo cogi. *n.* 137.

Benedictio Campanarum videtur esse de præcepto in Pontificali. c. 138.

Potest Episcopus prohibere, ne Ecclesiæ Campanæ nondum benedictæ pulsentur, & benedictæ non pulsentur pro re profana. c. 139.

Episcopi non possunt impedire Regularibus, suas pulsare Campanas ad Matutinum, ad Horas, ad Salutationem Angelicam, & ad Missam, antequam pulsetur Campana Cathedralis in Civitate, & Matricis Ecclesiæ in Diœcesi, præterquam in die Sabbati Sancti. *art.* 21. *n.* 411.

Nisi tamen adesset Consuetudo, ut non pulsentur in aliqua Ecclesia Campanæ, ante pulsationem Cathedralis, vel Matricis. *n.* 412.

Possunt tamen Episcopi, immo debent, uti Custodes Sacrorum Canonum, impedire, quod Regulares suas pulsent Campanas prius, quam Cathedralis in Civitate, vel Matrix in Diœcesi in die Sabbati Sancti. *n.* 413.

Quantumvis Ecclesiæ Regularium sint Sancti Joannis Hierosolymitani, prope, & extra muros existentes, aut Ecclesiæ Confratrum, & Ecclesia Collegialis adsit, quæ omnimodam præcedentiam habeat supra Matricem. *n.* 414.

Dummodo immemorabili Consuetudine soliti essent Regulares, quemadmodum Clerici Sæculares, ad libitum in tali die pulsare Campanas ante Cathedralem; cum immemorabilis consuetudo sublata non fuerit per Leonem X., neque per Cæremoniale Clementis VIII. *n.* 415.

Abbates Regulares consecrare possunt Campanas, seu propriæ, sive alienæ Ecclesiæ. *num.* 426. & 427.

CANCELLARIA, CANCELLARIÆ REGULÆ.

Clemens VIII. Jure Ordinationis, seu Regulæ Cancellariæ statuit, Conservatores habere debere conditiones *Cap. statutum de rescript. in* 6., & insimul esse Judices Synodales. Sed hujusmodi Regula, cum non fuerit a Pontifice Successore inter suas Regulas posita, per mortem Clementis expiravit. *art.* 10. c. 35.

Regulæ Cancellariæ a Pontifice Successore non confirmatæ, expirant per mortem Pontificis, qui illas edidit. *ibid.*

Stylus Cancellariæ, apponens in literis Conservatoriis Clausulam: [Præsentibus post quinquennium minime valituris], locum non habet in Conservatoriis Regularium. *art.* 13. *n.* 79.

CANCELLARIUS.

Cancellarius Academiæ approbatæ a Pontifice, deputari potest in Conservatorem Regularium. *art.* 12. *n.* 58.

CANNARUM PRIVILEGIUM.

Regularium Conservator tuetur eorumdem Ecclesias, Oratoriis, ac Monasteriis, jam pridem constructis, privilegium distantiæ Cannarum a Monasteriis, Ecclesiis, aut Oratoriis aliorum Regularium erigendis de novo. *art.* 21. *n.* 428.

Quanta debeat esse hujusmodi distantia? *a c.* 429. *usque ad* 434.

Jesuitæ privilegium habent a Pio IV., ædificandi intra 140. Cannas a Conventibus aliorum Religionum, etiam Mendicantium. *n.* 435.

Privilegia aliorum Ordinum super non ædificatione intra Cannas, a Gregorio XIII. quoad Societatem tantum motu proprio suspensa, revocata, & invalidata fuerunt. *ibid.*

Privilegium Jesuitarum, est aliis Religiosis Ordinibus incommunicabile. *n.* 436.

Jus, competens Regularibus, ne intra 140. Cannas ab eorum Domibus Monasteria construantur, habet locum etiam in conductione domorum ad habitandum; cum militet eadem ratio. c. 437.

Regulares, domum semel conducentes infra 140. Cannas a Monasteriis aliorum Regularium, acquirunt quasi possessionem contra Jus præfatum generale, si domum conducant, scientibus, ac tolerantibus aliis Religiosis, & unicus iste actus sit effectuatus. *ibid.*

CANONIS PRIVILEGIUM.

Privilegium Canonis fuit ab Innocentio II. Ecclesiasticis omnibus concessum, vi cujus servantur immunes a quacumque injuriosa percussione, per Excommunicationem adversus eorumdem percussores. *art.* 21. c. 306.

Regularibus omnibus competit, quantumvis Apostatis, habitum Religiosum etiam dimittentibus: Ejectis, ac Hæreticis manifestis: Bigamis, & ad matrimonium ineundum dispensatis, secuta jam Professione: pugnantibus in bello, habitu Religioso non dimisso, aut etiam dimisso, sed ante trinam monitionem. *n.* 306. 307. & 308.

Novitiis, etiam unius diei, & ante pubertatem admissis, vel post pubertatem, nondum tamen indutis habitu Religioso: Tertiariis utriusque sexus; Oblatis, seu Donatis utriusque etiam sexus: Mulieribus Mantellatis, & Pizzocheris Fratrum Carmelitarum: iis, qui assumpto habitu Religioso adhibentur ad servitia Monialium, & ad eleemosynas pro illis petendas. c. 309. 310. 311. & 312.

Monialibus, seu Professis, sive Novitiis: Equitibus Militaribus Sancti Joannis Hierosolymitani, Sancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, Ordinis Christi, Sancti Stephani &c. *n.* 313. & 314.

Quomodo Religiosis enumeratis Privilegium Canonis tueatur Conservator? c. 315.

Particula *si quis*, *in Can. si quis suadente* contenta, omnes, & quoscumque, & qualescumque percussores suadente Diabolo, in excommunicationem incursos, comprehendit, seu mares, sive feminas, sive laicos, sive Religiosos, & Clericos, in Pontificali Dignitate etiam constitutos, non tamen Papam. *ibid.*

Non solum percussores per se excommunicationem incurrunt; sed etiam percussores per alium, seu Mandantes, & Consulentes, si mandatum, seu expressum, sive tacitum, & consilium revera in percussionem influxerint: at non ex vi *Canonis si quis suadente*; sed *Cap. quantæ de sent. excomm.* *ibidem.*

Absolutio a præfata excommunicatione. *v. Absolutio a Censuris, & Peccatis.*

Satisfactio pro absolutione obtinenda ab hac censura. *v. Satisfactio.*

CANONICATUS, CANONICI.

Quamvis Canonicatus stricte, neque Dignitas sit, neque Personatus; Canonici tamen Ecclesiæ Cathedralis late appellatione Dignitatis veniunt, & Dignitatibus æquiparantur, dicunturque Fratres Episcopi, ac filii primi gradus; & esse possunt Delegati Papæ, quemadmodum Dignitates, & Personatus. *art.* 12. c. 10. & 11.

Canonici Religiosi Cathedralis Ecclesiæ possunt esse Delegati Papæ; quidquid dixerint nonnulli. *num.* 12.

Canonicus minor, dispensatus a Papa super æta-

††† te ad

CAR-

CARDINALIUM COLLEGIUM.

Cardinalium Cœtus nequit Conservatorem indulgere, vivente Papa, & potente Ecclesiam regere. *art. 5. n. 20.*

Si vivens Papa nequeat Ecclesiam regere, eo quod ab hostibus captus, vel alias est effectus inutilis, unde illi datus est Coadjutor; nequit Cardinalium Cœtus Conservatorem dare, sed Coadjutor, cum Consilio tamen Cardinalium. *art. 5. n. 21.*

Si adhuc Coadjutor Papæ, impotenti Ecclesiam regere, datus non sit, potest in hoc casu Collegium Cardinalium dare Conservatorem. *n. 22.*

Cardinalium Cœtus an valeat, Sede Vacante, Conservatorem dare? Et quid possit tunc facere? *n. 23.*

Collegium Cardinalium an valeat Conservatorem deputare, antequam ei acceptatio Papæ electi, absentis innotescat, vel hic provideat de Legato? *n. 24. & 25.*

SACRA CARDINALIUM CONGREGATIO.

A Sacra Cardinalium Congregatione non licet appellare. *art. 34. n. 117.*

CASUS.

Casus omissus in aliqua speciali Constitutione, remanet in dispositione Juris communis. *art. 11. n. 5. & art. 21. n. 388.*

Centuria Casuum in quibus Regulares exempti, etiam intra Claustra degentes, subjiciuntur Episcopis. *art. 22. a n. 10.*

An in his casibus possint ab Episcopis censurari? *v. Censurandi Facultas.*

Judex Regularium Conservator nequit, se immiscere in casibus, in quibus vigore Juris communis, Concilii Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum Regulares exempti, etiam intra claustra degentes, subjiciuntur Episcopis. *art. 22. n. 1.*

Quod declaravit Sacra Congregatio specialiter deputata in Causa Angelopolitana. *n. 2.*

Si Episcopi in dictis casibus Juris Ordinem non observent, & fines suæ Jurisdictionis excedant, adversus eosdem pro Regularibus, sibi commissis, potest se immiscere Conservator. *numer. 3.*

Casus Conscientiæ. *v. Collatio Casuum Conscientiæ.*

Casus Exceptus. *v. Exceptio.*

Casus Expressus. *v. Expressio.*

Casus, in quibus conceditur, vel denegatur Appellatio, & Recusatio. *v. Appellatio, Recusatio.*

CASUS RESERVATI.

Non potest Episcopus sine justa causa plures Regularibus casus reservare, quam Parochis: & si reservet; non tenentur Regulares illi circa talem reservationem obedire. *art. 22. n. 70.*

Cum ab Episcopis conceditur per Decretum publicum facultas Parochis, absolvendi in aliquibus anni Festivitatibus a casibus sibi reservatis, dicta facultas censetur etiam concessa Regularibus, ab ipsis approbatis, quantumvis in Decreto minime Regulares nominentur. *ibid. v. Confraternitas.*

CATHOLICUS. *v. Testis.*

CAUSA, SEU MOTIVUM.

Causa sufficiens, & justa ad denegandam Regularibus approbationem pro Confessionibus, eamve limitandam, suspendendam, &c. quænam sit? *v. Pœnitentia Sacramentum.*

Causæ, removendi Conservatorem infra quinquennium, sunt electio illegitima ob non servatam formam Constitutionis Gregorii XV. de Conservatoribus, Negligentia Conservatoris in officio, Impotentia, Inimicitia, aliave id genus. *n. 18.*

Causæ recusandi Judicem suspectum. *v. Recusatio Judicis suspecti.*

CAUSA COMMUNIS, SEU CONNEXA.

Regularium Conservator est Judex competens illius Sæcularis, qui Conservatorem non habet, sed una simul cum Religioso passus est injuriam, aut alias rem habet cum illo communem, seu connexam.

Si injuria sit illata Scholastico, & alteri in ejus Societate non Scholari: agatque coram suo Conservatore pro accepta injuria Scholasticus; poterit alter non Scholaris agere coram eodem. *ibidem.*

Idem esto Judicium de potestate Conservatoris in favorem Clericorum, causam communem, seu connexam habentium cum Regularibus &c. *n. 42.*

Si Laicus delinquat cum Clerico; Judex Ecclesiasticus de communi utriusque crimine cognoscit. *ibidem.*

In causis communibus, seu connexis Judex illius Personæ cognoscit, qui est magis dignus. *n. 43.*

Conservator Regularium magis dignus est, quam Judex Laicus Sæcularis: quemadmodum Conservator Scholarium dignior est mero Judice non Scholarium &c. *n. 44.*

Regularium Conservator magis dignus est, quam Ordinarius Clericorum in causa utrisque communi. *n. 45.*

Et in causa, sibi demandata Conservatoris Regularium, major est Conservator Episcopo, Archiepiscopo, Primate, Patriarcha, Legato, etiam de Latere &c. licet in aliis par, aut etiam inferior sit. *ibidem.*

CAUSA DOTIS, MERCEDIS, ALIMENTORUM. *v. Appellatio.*

CAUSA ECCLESIASTICA.

Causa, quamvis natura temporalis sit, ratione tamen personæ Clerici, contra quam movetur, manet Ecclesiastica. *art. 21. n. 187.*

CAUSA FEUDALIS.

Regularium Conservator est Judex competens in causa Feudali, ubi nimirum agitur de reparatione, & satisfactione, facienda Domino Feudi a Regularibus Feudatariis: secus tamen, si de petitorio agitur, idest de proprietate Feudi, vel de possessione ejusdem: quia tunc coram Judice Laico discutienda venit causa, & Conveniendus Regularis. *art. 21. n. 151. & 152.*

CAUSA JUDICIALIS.

Causa alia est Criminalis, alia Civilis, alia Mista. Et quænam sit? *v. Actio, Agerem in Judicio.*

Ex causis, agitandis in Judicio, aliquæ sunt dubiæ, & obscuræ in quibus incertum est id, de quo agitur: Manifestæ, & Notoriæ aliæ, in quibus manifestum est id, quod discutitur. Et illæ de se Judicialem indaginem exigunt, non hæ. *art. 24. n. 4.*

Inter casus dubios nonnullæ sunt Ordinariæ, seu

CAUSA POSSESSIONIS, & PROPIETATIS,

CAUSA REGULARIS, SUCCEDENTIS IN BONIS LAICI.

CAUSA UNIVERSITATIS VEL COLLEGII.

CAUSÆ CIVILES, & CRIMINALES.

CAUSÆ CIVILES MERCEDUM, & MISERABILIUM PERSONARUM.

CAUSÆ PAROCHIALES.

CAUSÆ PIÆ. v. Appellatio.

CENSURÆ.

Nequis

Nequit tamen per censuras compelli Supremus Princeps, & fortassis etiam Magistratus supremus. *num.* 7.

Stylus Romanæ Curiæ Imperatorem excipit a Censuris in Brachii invocatione. *ibid.*

Regularium Famuli, habentes requisita *Trident. sess.* 24. *de ref. c.* 11., nequeunt ab Episcopis excommunicari, aut interdici. *art.* 21. *n.* 441.

Ut usus censurarum subsistat, per Conservatorem infligendarum, Injuriæ debent esse manifestæ, & manifesti item injuriatores. *art.* 20. *n.* 3.

Si Conservator excommunicet contumacem, quem ex post facto constat, fuisse injuriatorem, sed non manifestum, excommunicatio non subsistit. *ibid.*

Ut censuræ latæ subsistant, debent censurandi, privilegio carere, ne valeant censurari. *n.* 5.

Antequam ad censuras Ecclesiasticas deveniatur, debent pœnæ mitiores experiri. *n.* 21.

Censuræ Ecclesiasticæ sunt remedia subsidiaria, in subsidium aliorum instituta, & valde violenta, atque odiosa: ac proinde non nisi raro, & in casu extremæ, ut ita dicam, necessitatis adhibendæ. *n.* 21. & 22.

Concilium *Tridentinum sess.* 25. *de ref.*, modum præscribens in ferendis censuris, non ita formam decernit, ut si omittatur, vitiet processum, & sententia nulla sit. *n.* 23.

Censuræ non nisi raro, & in casu magnæ necessitatis infligantur, & probatis antea mitioribus remediis. *n.* 29.

Regularium Conservator potest in pœnas censurarum incursos denuntiare, imponentes, exigentes, & recipientes a Regularibus, eorumque bonis; sicut & eosdem Regulares solventes, aut etiam sponte dantes, tributa, collectas, exactiones, vectigalia, aliaque id genus onera, seu ordinaria, sive extraordinaria, etiamsi ad Communem laicorum æque, ac Ecclesiasticorum, seu Regularium ipsorum utilitatem, aut ob urgentem Reipublicæ necessitatem imponantur. *art.* 21. *n.* 258.

Et quænam sint hæ censuræ? *a n.* 259.

Quamvis variis Juribus Pontificiis statuta sit excommunicatio contra imponentes tributa Ecclesiasticis; non proinde multiplicem illi excommunicationem incurrunt, sed unicam dumtaxat. *n.* 262.

Imponentes, aut exigentes minimum tributum ab Ecclesiasticis, præfatas pœnas non incurrunt, nisi postquam devenerint ad quantitatem notabilem, quantumvis intendant, etiam exigere ab aliis Ecclesiasticis. *n.* 263.

Non incurrunt recensitas pœnas, qui cum possint, & debeant impositionem onerum Ecclesiasticis faciendam prohibere, & impedire, illam tamen non prohibent, nec impediunt. *n.* 264. *v. Appellatio.*

CENSURA SUB FORMA DISJUNCTIVA.

Censuram sub forma disjunctiva latam nullius roboris esse, volunt nonnulli: validam probabilius arbitrantur alii: Et quare? *art.* 30. *num.* 21. & 22.

Censura, sub forma disjunctiva prolata, per aliquos facit hunc sensum ex intentione Judicis: quod delinquens ligetur minori earum censura, quæ in dicta forma continentur. *n.* 24.

Non semel præfata disjunctiva ex intentione Judicis hunc alium sensum habet, ut singulæ ejus partes ad diversas personas, juxta diversas earum conditiones, applicentur. *n.* 25.

Ferre censuras sub forma disjunctiva, cum non sit in usu Ecclesiæ, sine peccato mortali, nequit Judex Ecclesiasticus inferior, potest tamen Superior, idest Papa, utpote supra Jus commune, quod non tenetur observare. *n.* 26.

CENSURANDI FACULTAS.

In casibus, in quibus Regulares exempti subjiciuntur Episcopis, posse ab illis censurari, docent nonnulli. Negant alii, si Regulares privilegium habeant, ne possint censurari, nisi in illis dumtaxat casibus, in quibus censurandi facultas expresse conceditur Episcopis. *art.* 22. *n.* 482.

A Tridentino in tribus dumtaxat casibus censurandi facultas Episcopis indulgetur. *n.* 484.

Quamvis Episcopi in casibus, in quibus Regulares ipsis subjiciuntur, eos censurare non possent, non proinde illorum Jurisdictio inutilis prorsus esset, & frustranea; cum possent aliis pœnis in eosdem procedere. *n.* 486.

CESSATIO A DIVINIS. *v. Interdictum.*

CESSIO JURIS, ET ACTIONIS.

Regularium Conservator cognoscit de Juribus, & Actionibus, quæ Religiosis ex cessione conveniunt. *art.* 21. *n.* 48.

Idque non prohibet *Tridentinum sess.* 14. *de ref. c.* 5., immo ibi Concilium non loquitur de Conservatore Regularium. *n.* 49.

Non est tamen competens ipse Conservator, sicut nec alius quivis Judex, saltem ad effectum, ut agens ex Jure cesso obtineat; sed solum, ut locum habeat dispositio, & pœna Juris in casibus prohibitis, & quoties cessio simulata præsumitur. *num.* 50.

CHARACTER.

Licet probabilis sit opinio, quod Episcopatus characterem non imprimat, probabilior tamen est opposita. *art.* 37. *n.* 8.

CHORUS.

Regulares, exempti ab interessentia Lectioni Sacræ Scripturæ, a servitio Chori reputantur immunes. *art.* 22. *n.* 425.

Et quinam illi sint? *n.* 423.

CITATIO, CITARE.

Nequit Conservator extra Diœcesim citare per Edictum: nec sententiarum facere denuntiationes; cum utrumque sit jurisdictionem exercere. *art.* 23. *num.* 6.

Si Reus citandus sit extra Diœcesim, quid agendum? *ibid.*

Cum Regularium Conservator ad terminos Juris novi, & novissimi sit Ordinarius, opus non est, quod in citationibus literas Conservatorias inserat. *art.* 2. *n.* 8.

Potest Conservator, Religiosum sub pœna excommunicationis citare, eo quod nolit comparere conventus coram ipso in causa debiti proprii, vel Monasterii, ad respondendum, vel testificandum in causa. *art.* 21. *n.* 108.

Citationes, & sententiarum denuntiationes, sive intimationes, sunt articuli non Jurisdictionales. *art.* 35. *n.* 3.

Conservator, non autem Judex Laicus, debet citare Monasterium, ad exhibenda Jura sua coram ipso, quando ejus debitor petiit dilationem ex consensu majoris partis creditorum, vel beneficium cessionis bonorum. *art.* 21. *n.* 159. *v. Subconservator.*

CIVILITER PROCEDERE.

Stat cum modo procedendi civiliter, utpote necessarius, usus censurarum, & imploratio Brachii sæcularis. *art.* 24. *n.* 20. *v. Actio, agere in Judicio.*

CIVITAS.

In favoribus Suburbia, Prædia, Villæ, Viridaria, Grangiæ, & alia loca, alicui Civitati subjacentia, sub nomine illius Civitatis comprehenduntur,

pa:

admittendos, sed idoneos dumtaxat, & probos. *n.* 235.

Expulsus, vel non admissus Confrater potest, ad Ordinarium recurrere, ut videatur, num ejus expulsio, aut non admissio jure, an injuria fiat. *ibidem*.

Confraternitas est Collegium voluntarium: unde nequit Confratrem, gratia egredi volentem, siquid de bonis Confraternitatis non retineat, impedire. *n.* 232.

Confrater, seu dimissus, sive libere recedens, potest secum asportare res, ad ipsius usum deputatas, E. G. Vestem fraternalem. &c. *ibidem*.

Capellanus Confraternitatis amoveri non debet ab Episcopo, reluctantibus Confratribus. *n.* 233.

Electio officialium Confraternitatis per secreta suffragia fieri debet; & ab Episcopo, ejusque Generali Vicario confirmari; nisi Confraternitas sit sub immediata Regum protectione. *n.* 234.

Si Fratres in electione non concordent; electio post tertium scrutinium pertinet ad Episcopum. *ibidem*.

Nequit Episcopus, Confraternitatibus prohibere, quod pro aliqua resolutione capienda congregentur sine ejus licentia, vel interventu Vicarii foranei: Quamvis in re aliqua gravi id valeat, adhortari: *n.* 235. & 236.

Si velit Episcopus, potest per se ipsum, vel per suum Delegatum assistere congregationibus Confratrum, quin possit excludi: licet illæ fierent in locis Regularium. *n.* 236.

Et potest etiam, capitulariter dare votum. *ib.*

Confraternitas, legitime intimata, & coadunata, potest determinare, & resolutionem capere, licet non interfint duæ ex tribus partibus, vel major pars Confratrum, si non adsit statutum in contrarium. *n.* 237.

Major pars Universitatis, Collegii, seu Capituli per præsentes constituitur nulla habita ratione absentium. *ibidem*.

Confraternitates præfatæ, in Ecclesiis Regularium exemptorum institutæ, subjacent visitationi Episcopi, quacumque consuetudine, etiam immemorabili, privilegio, vel statuto non obstante, seu Ecclesiasticæ, & Religiosæ illæ sint, sive dumtaxat piæ: seu exemptæ, sive non exemptæ. *n.* 238.

Easque potest Episcopus cogere ad reddenda computa. *ibidem*.

An autem visitare possit earumdem Capellas, & Altaria intra Ecclesias Regularium? *a n.* 239.

Confraternitates sub immediata Regum protectione, illasque his unitas; vel quibus ex dispositione Fundatoris Episcopi visitatio est exclusa, visitare non potest Episcopus, nisi quoad ea, quæ decentiam & ornamentum Divini cultus concernunt. *n.*241. *v. Ecclesia Monialium*.

CONGREGATIO, SIVE SODALITAS SOCIETATIS JESU.

Congregationes, sive Sodalitates, & Sodalitia B. Virginis, a Societate Jesu in suis Ecclesiis, Domibus, Collegiis, Residentiis, & Seminariis institutæ, erectæ, sive aggregatæ primariæ Congregationi Collegii Romani; longe diversæ sunt a præfatis Confraternitatibus. *art.* 22. *n.* 842.

Easque non afficit Constit. [Quæcumque] Clementis VIII. Nec Episcoporum Jurisdictioni, visitationi, & correptioni ipsæ subduntur. *ibidem*.

In eadem Societatis Ecclesia, seu Domo, Collegio &c. possunt plures Beatæ Virginis Congregationes institui, erigi, sive aggregari, tam Scholarium, quam non Scholarium, aut amborum simul, sub quavis invocatione, & titulo, Episcopi consensu, ejusque testimonialibus Litteris minime requisitis. *n.*243.

Pro earum Felici statu, & directione, potest Præpositus Generalis, ejusque Vicarius, per se, vel per alium, condere statuta: & condita immutare, corrigere, aut moderari, quia ab Ordinario examinentur, & approbentur. *n.* 244.

Pro earumdem legitima institutione, & aggregatione servanda est formula, a R. P. Claudio Aquaviva Generali ad omnes Societatis Provincias missa: eaque refertur. *n.*245.

Sacris prædictæ Congregationes non utuntur. *num.* 246.

Processionibus publicis, vel quæ fiunt occasione funeris, non intersunt. *n.*247.

Controversias Sodalium inter se dirimunt Superiores locales Domorum, Collegiorum, &c. ubi Congregationes sunt erectæ: a quibus possunt congregati recurrere ad Superiores Majores, vel ad Judicem Domorum &c. Conservatorem. *n.* 248.

In controversiis, inter Sodales, & Jesuitas subortis, ad præfatum Conservatorem est recurrendum, non tamen ad Ordinarium loci. *ibidem*.

Congregationes Societatis de se Corpus stabile, & perpetuum non constituunt; & ex causa, Societati bene visa, dissolvi queunt: nec possunt Sodales, cum eadem Congregatione alio se transferre. *n.* 249.

Sunt incapaces bonorum immobilium, ceterorumque redituum, immo, & Mobilium, ac Supellectilium. *n.*250.

Supellectilia, Utensilia, & Ornamenta, a Sodalibus donata Congregationibus Societatis, conferuntur quoad usum dumtaxat: quoad Dominium donantur Ecclesiæ, seu Domui, Collegio &c. ubi sunt erectæ. *ibidem*.

Congregationibus Societatis dissolutis, præfata Mobilia, & Supellectilia remanent sub Dominio Ecclesiarum, seu Domorum, Collegiorum, &c. *ibidem*.

Si quis ex devotione erga Beatissimam Virginem offerat ejus Capellæ in Ecclesia Societatis aliqua Utensilia; intentio offerentis est, ea donare Collegio, sive Ecclesiæ, cum Obligatione tamen utendi in illa Capella, adeo, ut, ea diruta, Utensilia remaneant sub dominio Ecclesiæ, seu Collegii: & quare? *n.* 251. 252.

Quod non semel, est definitum. *n.*254.

Si Congregati Donatores nollent expresse prædicta Mobilia Ecclesiæ, seu Domui, Collegio donare, illorum dominium non acquireretur Ecclesiæ, seu Domui. Unde destructa Congregatione, Papa, vel ille, ad quem spectat, de rebus Sacris vacantibus disponere, disponet. *n.* 253.

SACRA CONGREGATIO SUPER INDULGENTIIS.
v. Confraternitas.

CONJUX.

Potest Episcopus Conjugem invalide professum, a Religione revocare, illumque tradere Uxori suæ. *art.* 22. *n.* 434.

An in hoc casu procedere valeat adversus Regulares, non restituentes dictum Conjugem Censuria, non obstante, quod Privilegium habeant, ut a nemine possint censurari. *n.* 435.

Gre-

Quam-

Quamvis hodie privatio utriusque vocis tolli queat a Superiore majore, vigore privilegii antiqui, ab eodem Gregorio XV. Theatinis confirmati, post suam constitutionem reformatoriam. *n.* 34.

Electio prædicta facienda est ad quinquennium, a die legitimæ Deputationis computandum, & non infra. *n.* 35.

Quod sane quinquennium, si exprimatur in Instrumento, eo elapso, penitus expirat, etiam quoad negotia cœpta, Conservatoris Jurisdictio: non expirat tamen, ne quidem re integra, si non exprimatur. *ibid. & n.* 36.

Tridentinum sess. 14. *c.* 5. non loquitur de Conservatoribus Regularium. *n.* 38.

Stylus Cancellariæ, apponens in litteris Conservatoriis clausulam: [Præsentibus post quinquennium minime valituris,] locum non habet in Conservatoriis Regularium. *n.* 39.

Judex Conservator Regularium, attento Jure antiquo, in aliquibus casibus eligi potest ex aliena Diœcesi, modo hæc remota non sit ultra unam dietam: & attento Jure novo eligi potest ex aliena Diœcesi, modo illa non distet ultra tres dietas. Attento autem Jure novissimo eligi non potest Conservator, nisi in eadem habitet Diœcesi, in qua est Monasterium conservandum. *art.* 14. *num.* 1.

An unus, idemque nominari valeat in Conservatorem plurium ejusdem, vel diversæ Religionis Monasteriorum, in eadem, vel in diversis Diœcesibus existentium? *art.* 15. *num.* 2.

Attento Jure communi antiquo, uno Conservatore pro una causa deputato, pro eadem deputari non potest alius, etiam priori deputato volente, & consentiente. Deputari tamen potest, si prior ille deputatus foret infirmitate, aliave legitima ratione impeditus, aut procedere malitiose recusaret. *num.* 11.

Attento tamen Jure novo, & novissimo, uno Conservatore pro una causa deputato, pro eadem deputari potest alius. *n.* 13.

Legitime in Judicem Regularium Conservatorem electus, tenetur sub mortali, justa aliqua non excusante causa, munus acceptare: ac ad illud acceptandum potest per censuras, Summo Pontifici reservatas, coerceri. *art.* 16. *n.* 1. 2. & 3.

Justa excusante causa, potest Conservator electioni factæ, citra ullum peccatum, & pœnam dissentire. Et quænam sit hujusmodi causa; ac num debeat a Papa, vel ab Ordinario approbari? *v. Acceptatio muneris Conservatoris.*

An peccaret mortaliter, qui a tali onere curaret, levi excusatione, vel precibus se subtrahere? *ibidem.*

Regularium Conservator tenetur sub iisdem pœnis, munus acceptatum, debite, ac plenarie exequi, &, justa non superveniente causa, a Papa, vel ab Ordinario approbanda, usque ad quinquennium prosequi. *n.* 5. 6. & 7.

Durante quinquennio nequit per Regulares a munere removeri, rationabili non superveniente causa, in Capitulo Provinciali examinanda, & a Papa, vel Ordinario pro libito Regularium, approbanda. *n.* 9. & 12.

Quænam sit causa remotionis legitima? *numer.* 10.

Conservator electus censetur a Sede Apostolica deputatus. *n.* 12.

Conservator, non legitime electus, potest infra quinquennium removeri. *n.* 10.

Regulares, sine legitima causa, infra quinquennium Conservatorem mutantes, non incurrunt privationem utriusque vocis, Papæ reservatam, quam incurrunt, illum eligentes, qui non est Judex Synodalis. *n.* 13.

Quibus fruatur privilegiis Conservator electus Regularium: & quænam illum eligendi, creandique forma? *art.* 17. *n.* 1. & 14.

Facultas Conservatorem eligendi, morte concedentis, etiam re integra non expirat, sed perpetua est. *art.* 6. *n.* 9.

An, & quibusnam pœnis subjiciantur Regulares, privilegio Conservatoris non utentes, injurias dissimulando, vel patiendo, ad sæcularem Judicem se trahi: aut ad illum recurrendo? *art.* 7. *num.* 1.

Num Conservatoribus subjecti possint sese Ordinariis subjicere? *n.* 19.

Regulares, eorumque domus, Loca, Provinciæ, immo & tota Religio, privilegium Conservatoris via præscriptionis, aut tacitæ renunriationis non amittunt per non usum, vel contrarium usum. *art.* 8. *n.* 38.

Regularium Conservator duplicem sub se speciem continet subalternam: Alteram secundum Jus commune antiquum, alteram vero secundum Jus peculiare novum, seu secundum privilegia. *art.* 4. *n.* 1.

Tertiam speciem addit *Moneta*, idest secundum consuetudinem. *n.* 2.

Regularium Conservator secundum Jus commune tres habet species infimas; Complures vero secundum privilegia; & quænam illæ sint? *numer.* 3. & 4.

Finis institutionis Regularium Conservatoris quinam? *n.* 5. 6. & 7.

Regularium Conservator trifariam considerari potest: Secundum Jus commune antiquum: Secundum Jus peculiare novum privilegiorum; & secundum Jus novissimum constitutionis Gregorii XV. incip. [Sanctissimus], reformatoriæ Juris novi privilegiorum. *art.* 1. *n.* 15.

Regularium Conservator secundum Jus commune antiquum quid sit? *art.* 1. *n.* 16. & 17.

Est Judex, sed minus proprie. *n.* 18. & 20.

Non est Judex per omnia, sed merus executor. *n.* 22. & 23.

Conservatores privilegiorum in puris terminis Juris communis, vere, & proprie non sunt, nec dici debent Judices; sed potius viri potentes, & auxiliatores, cum majoribus armis assistentes parti. *num.* 24.

Regularium Conservator, inspecto Jure communi, est Delegatus, non Ordinarius; cum Jurisdictio, illi concessa, non ratione Officii, sed delegationis conveniat. *n.* 26. & 28.

A Delegato tamen in multis discriminatur. *n. num.* 29.

Delegatus esse potest quivis Canonicus Ecclesiæ Cathedralis; Conservator vero, non, nisi simul Dignitatem habeat, vel Personatum. *numer.* 30.

Ejus, qui mihi Delegatus est in una causa, possum in alia ego Delegatus esse, salvo Jure recusationis, seu cessionis: mei autem Conservatoris non possum Conservator esse. *n.* 31.

Salvo Jure recusationis, Subditum meum habere possum Delegatum, sed non Conservatorem *num.* 32.

Delegatus a Principe potest causam, sibi commissam, in totum, vel in partem committere; sed non Conservator. *n.* 33.

Conservator, excedens limites suæ Jurisdictionis, eo ipso per annum est ab officio suspensus: non ita tamen Delegatus. *n.* 34.

Con-

Reli-

Religiones, Monasteria, Bona, Jura, Privilegia &c. *n.* 10. 11. & 12.

Adversus inferentes eis molestias, sive perturbationes, injurias, gravamina, vel damna &c. seu exigendo ab eis vectigalia, datia, pedagia, gabellas, collectas &c. *n.* 11.

Tuetur etiam Regularium Procuratores, Agentes, Syndicos, Servitores, Familiares, &c. in causis, ipsos Procuratores, Agentes, Syndicos, Servitores, & Familiares tangentibus ratione Officii; non ut tales personæ sunt; quidquid dixerint nonnulli. *n.* 14. & 15. & *art.* 19. *n.* 11. & 12.

Procedere potest Conservator ad terminos Juris novi extra Civitatem, seu Diœcesim, modo non ultra tres dietas, quamvis ipse extra Civitatem, seu Diœcesim existat. *art.* 2. *n.* 16. & *art.* 19. *n.* 19.

Conservatori Regularium inspecto Jure novo causæ omnes eorumdem in determinato Territorio commissæ sunt: scilicet causæ Civiles Criminales, & mistæ: causæ injuriarum, tam manifestarum, judicialem indaginem non exigentium, quam obscurarum, judicialem proinde indaginem expetentium, nedum præsentium, & jam illatarum, sed futurarum, seu inferendarum etiam, per quamcumque personam, seu laicam, sive Ecclesiasticam, etiam Regularem alterius Religionis, simile Conservatoris privilegium habentem &c. *art.* 2. *a n.* 22.

Potest articulum, ab alio Conservatore inchoatum prosequi, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico præpeditus. *art.* 19. *n.* 3.

Potest per Edictum citare, ubi tutus non pateat accessus ad personaliter citandum. *num.* 5. *v. Edictum.*

Potest censuris, etiam iteratis vicibus, ligare, ac declarare ligatos omnes, & quoscumque molestatores Regularium, eorumque bonorum &c. appellatione postposita compescendo, & invocato [si opus fuerit] Brachii Sæcularis auxilio, ac loca quæcumque Ecclesiastico Interdicto subjicere &c. *art.* 19. *n.* 21.

De quocumque Jure Conservator absolvit a censuris, a se latis. *n.* 44.

Judex, Ordinum Militarium Conservator, se extendit ad ea, ad quæ Judex Ordinum non Militarium, nedum ob privilegiorum communicationem, verum ob peculiaria Ordinum Militarium privilegia. *n.* 45.

Judex Regularium Conservator, attento Jure novissimo reformationis Gregorianæ, quid sit? *art.* 3. *n.* 1.

Est Judex Ordinarius. *n.* 4.

Tuetur, nedum Regulares, sed eorum etiam Adhærentes, Procuratores videlicet, Syndicos, Agentes, Famulos, Servitores, Familiares &c. *n.* 5.

Adversus omnes, quoscumque, & qualescumque Regularium, eorumque adhærentium injuriatores, & molestatores, nedum Clericos, & Laicos, sed etiam Religiosos alterius Ordinis. *art.* 21. *n.* 38.

Adeoque contra molestias, perturbationes, injurias, gravamina, vel damna, iisdem in Personis, Rebus, & Bonis illatas, vel inferendas. *n.* 40.

Seu super libertatibus, privilegiis, indultis, &c. super terris, domibus &c. & super Juribus fructibus, censibus, redditibus, & proventibus, ac quibuscumque aliis bonis, mobilibus, immobilibus, spiritualibus, & temporalibus, &c. sive exigendo ab eis vectigalia, datia, pedagia, gabellas, collectas, aut alia onera. *ibidem.*

Conservatores eum sint Judices, a Papa deputati, competentes sunt, nedum respectu Clericorum, & Religiosorum, sed etiam respectu Laicorum, qui omnes subduntur jurisdictioni Papæ. *n.* 38.

Coram Conservatore Fratrum Minorum debet Syndicus eorumdem, tam in Civilibus, quam in Criminalibus, & mistis conveniri. *art.* 3. *n.* 5.

Eligi debet in Civitate, seu Diœcesi, in qua degunt Regulares conservandi, sicut Adhærentes, eorumque Bona &c. in eadem procedere potest, quidquid dixerint nonnulli; non extra, ultra unam dietam. *n.* 6. 7. & 8. & *art.* 23. *a n.* 3. & *art.* 14. *a n.* 1.

Nequeunt Regulares, Conservatorem eligere, pro eo, qui ipsis injuriam intulit, ut sic a manibus Brachii Sæcularis liberetur, quod ipsum injuriatorem rigorose volebat punire. *art.* 21. *n.* 29.

Regularium Conservator ad terminos Juris novissimi habet omnes omnino causas, adeoque tam Civiles, quam Criminales, & mistas: & pro Regularibus, eorumque Adhærentibus Conventis, & Reis cognoscit de omnibus injuriis, tam manifestis, quam non manifestis. Pro iisdem vero Convenientibus & Actoribus de injuriis dumtaxat manifestis. *art.* 3. *a n.* 9. *usque ad* 19. *inclusive*, & *n.* 27. & *art.* 20. *n.* 3. *art.* 21. *a. n.* 7. *usque ad* 21.

Etiamsi præfatæ injuriæ sint in materia Civili debitorum. *n.* 20. & *seq.*

Non habet tamen causas Hæresis, aut ad Hæresim pertinentes. *art.* 21. *n.* 5.

Procedit etiam adversus injurias Reales, Verbales, & scriptas. *n.* 34.

Infringentes Ecclesias, aut loca Regularium, aut in illis violentiam damnabilem exercentes, absolvi queunt ab excommunicatione per Conservatorem eorumdem Regularium. *n.* 34.

Potest Conservator, eum punire, qui Sanctimonialis, aliusque Regularis personæ honestati injuriam fecit, pudorem maculando. *n.* 35.

Conservatores, cum sint Judices, a Papa deputati, competentes sunt, nedum respectu Clericorum, & Regularium, sed etiam respectu Laicorum, qui omnes subduntur Jurisdictioni Papæ. *art.* 21. *n.* 38.

Conservator Regularium est Judex competens illius Clerici, aut Sæcularis, qui Conservatorem non habet, sed una simul cum Religioso passus est injuriam; aut alias rem habet cum illo communem, seu connexam. *n.* 41. & 42. *v. Causa communis, seu connexa.*

Si injuria sit illata Scholastico, & alteri in ejus Societate non Scholari, agatque pro recepta injuria coram suo Conservatore Scholasticus; poterit etiam alter non Scholaris agere coram eodem. *ibidem.*

Regularium Conservator magis dignus est, quam Judex Laicus Sæcularium; quemadmodum Conservator Scholarium, quam merus Judex non Scholarium. *n.* 44.

Item Regularium Conservator magis dignus est, quam Ordinarius Clericorum, sive Episcopus in causa, utriusque communi. *n.* 45.

Et in causa, sibi demandata Conservatoris Regularium, major est Conservator Episcopo, Archiepiscopo, Primate, Patriarcha, Legato,

††††† etiam

creditoribus, quando nequis eos cogere in pecunia nomerata. n. 104.

Non poteſt, neque debet Conſervator, interponere decretum in contractu alienationis, ſeu alterius obligationis, a Monaſterio contrahendæ. num. 105.

Conſervator eſt Judex litium, non contractuum. Ibid.

Si quis Monaſterium ad alienandum compelleret, poſſet illud Conſervator defendere. n. 106.

Poteſt Conſervator ad faciendum ſatis mutuantibus Creditoribus, illis adjudicare prædium aliquod Monaſterii Stabile, ſi pecuniam ad ſolvendum mutuum Monaſterium non habeat. n. 107.

Citare etiam poteſt Conſervator, ſub pœna excommunicationis, Religioſum, qui non vult comparere coram conventus coram ipſo in cauſa debiti proprii, vel Monaſterii, ad reſpondendum, vel teſtificandum in cauſa. n. 108.

Poteſt facere Repræſalias, quando aliùs Conſervator damnum intulit Monaſterio, ſibi commiſſo. n. 109.

In cauſis Civilibus mercedum, & miſerabilium perſonarum Conſervator eſt Judex competens Regularium, ſi degant intra ſepta. n. 111.

Quod ſi Regulares extra ſepta degant, & habeant Conſervatorem, poteſt Ordinarius loci, vel ipſemet Conſervator in præfatis cauſis Judex competens eſſe. n. 112. & 113.

Pro Regularibus, extra clauſtra degentibus, Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjectis deputari conſuevere Judices Conſervatores, qui privative quo ad alios de omnibus eorum cauſis cognoſcerent, tam Civilibus, quam Criminalibus, & mixtis judicialem etiam indaginem expoſcentibus, utraque dempta cauſa mercedum, & miſerabilium perſonarum, quæ cognoſci, etiam poteſt ab Ordinariis locorum. Ibidem.

Locationes ultra trienninm, per Commendatores Sancti Joannis Hieroſolymitani factas, ſive alienationes bonorum Commendæ abſque ſolemnitatibus, & cauſis, in alienatione rerum Eccleſiaſticarum requiſitis, Conſervator annullat, reducendo, & revocando bona, ſic alienata, ad dictam menſam. n. 119.

Quod poteſt Conſervator Ordinum Militarium in caſu alienationis, poteſt etiam Conſervator Ordinum non Militarium. n. 121.

Regularium Conſervator cogit Monaſterium, alias capax bonorum, ad alimenta ſubminiſtranda alteri Monaſterio diverſi Ordinis, in quo ſuus Religioſus dyſcolus ad agendam pœnitentiam eſt relegatus: Secus tamen, ſi bonorum incapax ſit. a n. 122.

Monaſterium, recuſans ſolvere debita, facta a ſuo Religioſo ex delicto, vel contractu, propria auctoritate inito, ſi ex illis factum eſt ditius, aut hæres eſt Religioſi præfati, poteſt ad ſolvendum a Conſervatore coerceri: ſecus tamen, ſi ex illis debitis Monaſterium factum non ſit locupletius, neque hæres ſit Religioſi præfati. n. 125. & 126.

Religioſus Prælatus, recuſans ſolvere debita, a ſuo Religioſo Subdito contracta, dum iter faceret ex obedientia, caſuque ægrotaret in itinere &c., a ſuo Conſervatore ad ſolvendum obligatur. n. 128.

Regularium Conſervator eſt Judex competens in cauſa Feudali. n. 151. & 152.

Executio publici inſtrumenti, quo ſe Religioſus obligavit, dum eſſet laicus, & nunc ſolvere renuit, ad Judicem Conſervatorem pertinet. n. 153.

Cauſa Regularis, ſuccedentis in bonis laici, ante hujus mortem ab eodem laico incepta coram Judice Sæculari, a Judice Regulari Conſervatore diſcutienda eſt. n. 154.

Regulares Creditores, vel Legatarii pro confectione Inventarii ab eorumdem Conſervatore, non a Judice laico citandi ſunt. n. 155.

Regulares, hæredes laici, ad ſolvenda debita Teſtatoris defuncti, quantumvis obligati in forma Cameræ, cum renuntiatione privilegii fori, a ſuo Conſervatore ſunt compellendi. n. 156.

Executio, facienda contra Regulares, laico ſuccedentes, ab eorumdem Conſervatore fieri debet, etiamſi obligatio defuncti habeat vim rei judicatæ. n. 157.

In cauſa evictionis, pro qua conveniri debeat Regularis, qui vendidit agrum e.g., coram ipſius Conſervatore conveniendus eſt. n. 158.

Conſervator, non laicus Judex, debet citare Monaſterium, ad exhibenda jura ſua coram ipſo, quando ejus debitor petiit dilationam ex conſenſu Majoris partis Creditorum, vel beneficium ceſſionis bonorum. n. 159.

Regularium Conſervator, attento Jure noviſſimo, procedere poteſt adverſus Judicem laicum, demandantem capturam & carcerationem Coloni Religioſorum, ſeu Cuſtodis Animalium eorumdem, ratione damni, ab ipſis Animalibus facti in paſcuis alienis, abſque dolo, ſive etiam cum dolo ipſius Coloni: Non tamen adverſus Eccleſiaſticum Judicem, eamdem capturam demandantem, procedere poteſt. n. 178. & 179.

Procedere etiam poteſt adverſus detentores in carceribus animalium Monaſterii, propter damnum, ab iiſdem in paſcuis alienis illatum. n. 182.

An propter meram, & præciſam detentionem animalium Regularium poſſit eorum Conſervator cenſuris procedere? a n. 183.

Procedere quoque valet adverſus Judicem Laicum, cognoſcentem de delicto, etſi gravi, & atroci Equitum Sancti Joannis Hieroſolymitani, Sancti Benedicti, &c., commiſſo, etiam in officio Sæculari, illis a Sæculari Principe collato. n. 197.

Et Eccleſiaſticis cenſuris compellere Judicem Sæcularem, ad non detinendum, ſed remittendum Superiori ſuo Religioſum, qui ſine habitu, & Tonſura, miſcuit ſe delictis enormibus. n. 201.

Quamvis id facere non teneatur. n. 208.

Tempore gravis penuriæ in Civitate, ſi Magiſtratus Sæcularis ſtatutum ederet generale, de non extrahendo frumento, vino, &c., non poſſet ad illud ſervandum Eccleſiaſticos compellere, ſed Judex Eccleſiaſticus, ſive ille ſit Papa, ſive Legatus de latere &c., ſive Regularium Conſervator. num. 215.

Procedere pariter valet adverſus Principem laicum, ejuſve Miniſtros, auferentes frumentum, vinum, &c. Regularium, quod contra eorum ſtatuta invenitur aſportari. n. 220.

Procedere item poteſt adverſus eoſdem, vexantes Famulos, Colonos &c. Regularium, qui de eorum mandato frumentum, vinum &c. extra territorium aſportant: cum id, ſaltem indirecte, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam. n. 201.

Procedere etiam poteſt adverſus eoſdem, exigentes a Regularibus pœnas, in Edictis præſcriptas, eo quod vinum, frumentum, &c. vendant ultra taxam, ſtatutam a Principe, aut in iis vendendis falſis menſuris utantur. n. 222.

Regularium Conſervator tuetur Regularibus utriuſque ſexus, eorumque Monaſteriis &c. membris, ac dependentiis, terris, poſſeſſionibus, &c. Laboratoribus, Colonis, Locatariis, Affictuariis &c.,

Re-

Regularium Conservator, etsi quamcitissime causas debeat terminare; non obligatur tamen, ad illas saltem infra biennium terminandas. *a num.* 27.

De quocumque Jure potest sententiam suam exequi per seipsum. *art.* 25. *n.* 1.

Potest etiam per alium, præsertim Ordinarium, seu Ecclesiasticum, sive Laicum Judicem. *num.* 2.

Potest quoque de quocumque Jure, Ecclesiasticum, vel Sæculare brachium implorare. *num.* 3. 4. & 5.

Tenetur quivis Ordinarius, etiamsi Legatus sit Apostolicæ Sedis, brachium Conservatori præstare; secus compelli poterit per Censuras. *n.* 6.

Si post mandatum unius Conservatoris, alter oppositum mandet, quid ab Ordinario faciendum? *num.* 8.

Ordinarius, cognoscens sententiam Conservatoris esse injustam, an illam exequi teneatur? *n.* 10. *usque ad* 16.

Regularium Conservator ad limites Juris antiqui, debet infra annum exequi sententiam suam: ad fines vero privilegiorum potest etiam post annum. *n.* 18. & 19.

De quocumque Jure pro executione sententiæ suæ adversus quoscumque, & qualescumque personas, uti potest censuris, etiam iteratis vicibus: immo, & privationæ exercitii, muneris, & Jurisdictionis, ipso facto incurrenda. *art.* 26. *n.* 1.

Si quos paratos videat ad injuriandum Religiosis, potest illos, etiam per Censuras, impedire. *num.* 2.

Sicut, & censurare contumacem ratione contumaciæ suæ, ad hoc, ut compareat in Judicio. *ibidem.*

Et inobedientem in solvendo debito, ad hoc, ut solvat. *ibid.*

Ut usus Censurarum subsistat, injuriæ debent esse manifestæ, & manifesti item Injuriatores. *num.* 3.

Si Conservator excommunicet contumacem, quem ex post facto constet, Injuriatorem fuisse, excommunicatio non subsistit. *ibid.*

Sique Monitorias generales concesserit, generalem excommunicationem comminando adversus detentores rerum Religiosorum: aut contra non revelantes præfatos detentores, & ad hujusmodi excommunicationem generalem, aut etiam specialem devenerit, nulliter aget. *ibid.*

Expressio, & certitudo personarum, adversus quas Monitoriæ conceduntur, & ad excommunicationem devenitur, necessaria est Conservatori. *num.* 4.

Injuriatores, ut valeant a Conservatore excommunicari, aut alia censura affici, non solum esse debent manifesti, sed etiam carere debent privilegio, ne valeant censurari. *n.* 5.

Inquisitores hæreticæ pravitatis, eorumque Notarii, & probabiliter etiam Advocati, Consultores, aliique: id genus Inquisitionis Ministri, privilegio gaudent, ne possint ab Apostolicis Delegatis, Subdelegatis, Conservatoribus, ac etiam executoribus censurari, aut aliis pœnis affici. *n.* 6. & 7.

Conservator nequit excommunicatos a Jure denuntiare; cum id ad Ordinarium loci pertineat. *num.* 8.

Quod concedit *Moneta*, ubi ad publicam vindictam ageretur: negat tamen, si ad privatam utilitatem, ut ad satisfactionem. *n.* 9.

Licet attento Jure antiquo, ad cujus limites Conservator dumtaxat civiliter procedit, nequeat excommunicatum a Jure denuntiare ob publicam vindictam; poterit tamen attento Jure novo, & novissimo, vi cujus nedum civiliter, sed criminaliter etiam, & mixte procedere potest. *n.* 10.

De quocumque Jure potest Conservator pœnam pecuniariam Fisco, vel locis piis applicandam, nedum Clericis, sed laicis etiam imponere. *num.* 11.

Uti potest Repræsaliis. *ibid.*

Conservator potest delinquentes incarcerare in Carceribus Episcopi, vel Potestatis Sæcularis. *art.* 26. *n.* 11.

Ac Brachium Episcopale, vel Potestatis Sæcularis implorare. *ibid.*

Sed potius Episcopale Brachium debet Conservator, & carcerem Episcopalem ab Ecclesiastico Judice implorare, quam brachium Sæculare, & Sæcularem carcerem a Judice laico; nisi propter Rei potentiam illud satis esse non possit. *num.* 18.

In procedendo adversus Episcopos, etiam mere electos, & confirmatos, nondum tamen consecratos, aliosque Pontificali Dignitate fulgentes, magna cautela opus est Conservatori; & quænam servari debeat? *n.* 24. & 25. & *art.* 30. *n.* 28.

Si per Conservatorem præscripta cautela non servetur, sententia tenet, sed Conservator est reprehendendus. *n.* 26.

Episcopus, petens a Conservatore, ut faciat suarum Conservatoriarum ostensionem; hodie injuriam illi infert, nec Conservator debet obedire. *n.* 27.

In controversia inter Judicem Regularium Conservatorem, & Ordinarium loci super Jurisdictionis competentia, necessario eligendi sunt Arbitri: & a quibus, ac quomodo? *art.* 27. *num.* 1. & *a num.* 13.

Judex Regularium Conservator, cum non habeat ullum certum, & fixum Tribunal erectum, potest in quovis loco, quem maluerit, illud erigere. *art.* 28. *n.* 1. *v. Tribunal.*

Uti potest Assessore, si eo non indiguerit: & ubi indiguerit, debet. *n.* 5. *v. Assessor.*

Ubi necessitas postularit, potest, immo debet, Notarium, quem maluerit, eligere: illumque, semel electum non debet, nec potest sine justa causa removere. *n.* 18. *v. Notarius.*

Cogi non potest ab Episcopo, ut Notariis utatur Episcopalibus. *n.* 19.

Conservator est Delegatus Papæ, & Papæ Jurisdictione utitur, non propria. *n.* 20.

Conservator, si sit Clericus Sæcularis, extra Conservationem in omnibus Ordinario subjicitur, eique velut legitimo Superiori tenetur obedire. *ibidem.*

Resolutiones Sacræ Congregationis pro Notariis Episcopalibus, a Conservatore assumendis, considerandæ sunt in suis casibus particularibus, & cum suis circumstantiis. *n.* 21.

Consuetudo, assumendi Notarios Episcopales, impedire non potest, quin Conservator pro libito eligat, quem maluerit. *n.* 22.

Si, stante consuetudine, assumendi Notarios Episcopales, Conservator alios malit assumere, & Ordinarius, vel Judex Sæcularis Notariis omnibus inhibeat, ne quidquam actuent pro Conservatore; hic potest utrumque excommunicare, tamquam sum Jurisdictionem impedientem. Et interim, ne ejus Officium impediatur, poterit vocare duos viros idoneos, qui coram testibus acta conscribant. *num.* 23.

Regularium Conservator de quocumque Jure potest

dum, seu ad denuntiandum, sive ad intimandam sententiam, a se latam. *art.* 35. *n.* 1.

Attento Jure novo, & novissimo potest Regularium Conservator Subconservatorem deputare. *n.* 4.

Et quidem nedum in principio, sed in medio etiam, & in fine causæ. *n.* 5.

Et non solum in partem, sed etiam in totum. *n.* 7.

Non tamen cum potestate Subdelegandi. *n.* 10.

Potest Conservator Subconservatorem deputare, quando aliqua ratione est impeditus: ut quando extra Civitatem, seu Diœcesim reperitur: cum suspectus recusatur: cum morbo laborat, aut infirma valetudine: cum rebus suis superesse non potest: cum Sacerdotium nactus, nequit ab eo sine Religione discedere; vel cum alia legitima causa est impeditus. *n.* 12.

Conservator, existens extra Civitatem, seu Diœcesim, deputare debet Subconservatorem illum, qui intra Civitatem, seu Diœcesim existit. *n.* 13.

Sine legitima causa Subconservatorem deputare non potest: & perinde se haberet, Subconservatorem deputando, ac si nollet, electioni de se factæ consentire; aut si vellet, acceptato muneri renuntiare. Unde graviter peccaret, & censuris foret obnoxius, gravissime puniendus. *n.* 13. & 14.

In aliquibus casibus, neque cum legitima causa potest Conservator Subconservatorem eligere: scilicet ubi causa, commissa est cum clausula: [Quod si non omnes:] vel [Si ambo non poteritis:] ubi electa est industria personæ: & ubi constat de expressa voluntate Principis, quod Delegatus ipse per se, & non per alium cognoscat. *n.* 15.

Subconservator deputandus habere debet qualitates Conservatoris. *art.* 48. *n.* 7.

Si deputaretur a Papa ex certa scientia, vel facultas concederetur, ut eligatur Conservator, non habens qualitates requisitas, hic non posset Subconservatorem deputare, nisi requisitas qualitates habentem. *n.* 17. *v. Subconservator.*

Officium Judicis Regularium Conservatoris expirat per mortem ejusdem naturalem. *art.* 37. *n.* 2.

Quid si divinitus statim reviviscat. *n.* 3.

Ad perseverandum in munere Conservatoris, opus non est, quod etiam perseveret qualitas Ecclesiasticæ Dignitatis, & Judicis Synodalis; cum satis superque sit, quod utraque fuerit tempore Deputationis. *n.* 7.

Officium Conservatoris non expirat in uno ex duobus simpliciter datis per mortem alterius. *n.* 10.

Conservatores, simpliciter dati, censentur dati in solidum, ita ut unus sine altero procedere valeat. *ibidem.*

Conservatores, dati in solidum, utpote Delegati, attento Jure antiquo, per aliquos non censentur dari in solidum, sed simul: unde per mortem unius expirat in altero Conservatoris Officium. *n.* 11.

Idem est, si alter ex duobus Conservatoribus, simpliciter datis, reddatur infamis, aut alias de Jure inhabilis; vel tamquam suspectus via Juris removeatur: non tamen, si removeatur a Principe. *n.* 12.

Si Conservator alteri commisisset vices suas, & deinde mortuus esset, sed postquam Subconservator uti Jurisdictione cœpisset: tunc perseveraret Conservatoris Officium in superstite, & Jurisdictio perpetuaretur in Subconservatore, ita ut cum eo posset Subconservator procedere. *n.* 13.

Expiraret tamen Conservatoris Officium in superstite, si antequam Subconservator uti jurisdictione cœpisset, Conservator delegans mortuus esset. *ibidem.*

Quemadmodum non expiraret, imo perpetuaretur jurisdictio in Conservatore superstite, illi demandata a Collega, si ante hujus mortem Collega superstes uti cœpisset jurisdictione demandata: expiraret tamen, si nullum ejus usum posuisset. *n.* 14.

Si duo Conservatores deputentur cum Clausula: [Quod si non omnes]; aut [Si ambo &c.] per mortem unius non expirat in alio Conservatore superstite Conservatoris Officium. *n.* 15.

Sicuti neque expirat, si iidem Conservatores cum hac alia clausula deputentur: [ut omnes, vel duo, vel unus eorum mandatum Apostolicum exequatur:] Vel cum hac, [Quod quilibet eorum in solidum, & per se judicare, & exequi possit:] vel [Quod alter alterum non expectet, aut non requirat.] *n.* 16.

Si ex duobus Conservatoribus, simpliciter datis, alter, qui habet dignitatem, moriatur, non expirat Officium in Collega superstite: immo neque in, & cum ipso Collega moriente moritur jurisdictio, sed transit in successorem. *n.* 17.

Successor tamen in dignitate expectandus est ad hoc, ut Conservator superstes, simpliciter datus, procedat. *ibidem.*

Quod si præfati duo Conservatores deputati sint cum Clausula: [Si non omnes;] non est expectandus Successor. *ibidem.*

Officium Conservatoris quamvis expiret per mortem naturalem ejusdem; non expirat tamen, sed suspenditur per mortem Civilem, seu stricte, sive large sumptam. *n.* 18.

Si Conservator deputatus sit solus; per supervenientem servitutem, & ipsa durante, non potest procedere: sed expectandus est Successor in dignitate, vel eligendus alius. *n.* 22.

Si deputatus sit simul cum alio, & cum clausula: [Quod si non omnes &c.] recurrendum ad Collegam, qui solus procedere potest propter impotentiam alterius. *n.* 23.

Et multo magis, si ambo deputati sint in solidum. *ibidem.*

Idque, seu tempore servitutis supervenientis negotium cœptum sit, sive non. *ibid.*

Nisi tamen Conservator, servituta impeditus, Subconservatorem instituisset, qui jam cœpisset jurisdictione uti: in quo casu, ut sine Subconservatore procedat Collega non Servus, opus est, quod ipse etiam Subconservator impediatur. *ibidem.*

Cessante servitute Conservator, qui fuit Servus, & alioqui deputatus simul cum alio sub dicta clausula: [Quod si non omnes;] etiam post cœptum negotium admittendus est. *ibidem.*

Conservatoris Officium non expirat, sed suspenditur per Exilium, Relegationem &c. *n.* 24.

Quemadmodum non expirat per excommunicationem sed suspenditur, donec absolvatur. *n.* 25.

Si ex duobus Conservatoribus, datis *simul*, vel *simpliciter*, alter excommunicetur; Collega non excommunicatus, solus nulliter procedet. *n.* 26.

Quod si duo Conservatores dati sint cum clausula [Si non omnes,] valide procedit solus non excommunicatus sine Collega excommunicato: nulliter tamen, si cum excommunicato procedit. *ibidem.*

Nisi

Sicut

CON-

CONTROVERSIA INTER REGULARIUM CONSERVATOREM, & ORDINARIUM LOCI.

Ratione Dignitatis si controversia sit de Jurisdictione inter Conservatorem, & Ordinarium cognoscit Conservator. *art.* 21. *n.* 46.

Controversia inter Judicem Regularium Conservatorem, & Ordinarium loci super jurisdictionis competentia per Arbitros in forma Juris dirimenda est. *art.* 27. *n.* 1. & 23.

In hac controversia ita necessaria est Arbitrorum electio, ut, si facta propositione respuatur, actus jurisdictionis electionem recusantis, deinde subsequuti, nulli sint. *n.* 13.

Conservator, vel Episcopus, recusans electionem Arbitrorum, si procedat in causa, tamquam usurpator jurisdictionis Ordinariae in excommunicationem incidit Bullae Coenae. *n.* 14.

Arbitrorum Electio facienda simul est a Conservatore, & Ordinario. *n.* 15.

Si ab Ordinario seligantur Arbitri, debent Conservatori denuntiari, ut in illos consentiat. Quod si dissenserit, aliam faciat electionem Ordinarius, cum inhibitione, ne procedat in causa. *ibidem*.

Si Arbitrorum electio fiat a Conservatore, proponere debet Ordinario, ut suo Consensu illam confirmet, absque tamen inhibitione, ne Ordinarius procedat in causa. *ibidem*.

Arbitri debent esse Clerici, non Laici, sine licentia Papae. *n.* 16.

Ad acceptandum munus arbitrandi in controversia inter Conservatorem, & Ordinarium loci, cum eligantur ex praescripto Constitutionis Gregorii XV., compelli queunt, etiam in virtute Sanctae Obedientiae. *n.* 19.

Ab Arbitris, in forma Juris electis, ad Papam ast appellandum, *n.* 20.

CONTROVERSIA INTER DUOS CONSERVATORES, VEL CONSERVATOREM ET LEGATUM, AUT DELEGATUM.

Controversia super jurisdictionis competentia inter duos Conservatores, vel Conservatorem, & Legatum, aut Apostolicum Delegatum, ne rixae, contentiones, & scandala nascantur, per ipsosmet Judices pacifice definienda, & terminanda est, vel per Arbitros, ab ipsis concorditer electos. *art.* 30. *n.* 12.

CONTROVERSIA INTER RELIGIOSOS DIVERSORUM ORDINUM, ET INTER MONIALES ORDINUM ITEM DIVERSORUM.

Regularium Conservator Controversiam dirimit inter duos Religiosos simplices, vel Religiosos Procuratores, aut Conventus diversorum Ordinum. *art.* 21. *n.* 69, & 70.

Quamvis possit coram Regulari Praelato Religiosi simplicis, Procuratoris, vel Conventus Rei, suam causam exponere Religiosus simplex, Procurator, Religiosus, aut Conventus Actor alterius Ordinis, illeque litem decidere. *n.* 71.

Ubi duo Religiosi diversorum Ordinum litigant inter se, & ambo eligunt Conservatorem, ille tantum Conservator, procedere debet, qui praevenit. *n.* 72.

At solum Conservatorem Religiosi Rei procedere posse, contendit *Nidus*. *n.* 73.

CONTROVERSIA INTER RELIGIOSOS, ET MONIALES EJUSDEM ORDINIS.

Nequit Regularium Conservator, dirimere controversiam inter duos Religiosos simplices, Religiosos Procuratores, seu Conventus ejusdem Religionis; utpote qui proprium habent iurta Ordinem Praelatum in Judicem, tam in Civilibus, quam in Criminalibus, & mistis. *n.* 74.

Nequit etiam Regularium Conservator, controversiam dirimere inter duas Moniales ejusdem Religionis, sed diversorum Monasteriorum, Regularibus subjectorum: vel inter Religiosum, & Monialem ejusdem Ordinis; aut inter Monialium Monasterium, Regularibus subjectarum, & Conventum Religiosorum ejusdem Instituti; cum id pertineat ad Ordinis Praelatos, qui Jurisdictionem habent in utramque partem. *n.* 76.

CONTROVERSIA INTER JESUITAS, & SODALES CONGREGATIONUM SOCIETATIS JESU; VEL SODALIUM INTER SE.

v. Congregatio, sive Sodalitas.

CONTUMAX *v. Censurae.*

CONTUMELIA.

Contumelia, injuria, vis, quae locis, rebus, & personis Religiosis infertur, est causa misti fori, utpote Sacrilegium. *art.* 21. *n.* 93. *v. Injuria, Violentia, Vis.*

CONVENTOS.

Pro Conventu S. Dominici Urbis Maxicanae potest in Conservatorem deputari quaevis persona Ecclesiastica, seu Regularis, sive Saecularis, etsi in dignitate Ecclesiastica non constituta. *Art.* 10. *n.* 2. *v. Monasterium.*

CONVENTUS PARVI, SOPPRESSI, RESTITUTI.

Ecclesiae Regularium visitari non possunt ab Ordinario super adimplemento legatorum, & onerum Missarum, ipsis relictorum, nisi sint in parvis Conventibus omnimodae, & plenariae Ordinariorum Jurisdictioni subjectis. *art.* 22. *n.* 296.

Quid possit Episcopus in Regulares parvorum Conventuum circa adimplerionem legatorum, & Onerum Missarum? *ibidem.*

Monasteria, Conventus, Domus Regulares, post diem 22. *Junii* 1625. erecta, in quibus 12. saltem Religiosi non inhabitaverint, omnimodae Ordinarii Jurisdictioni subjecit Urbanus VIII. *art.* 22. *n.* 379.

Sed Monasteria, Conventus, Domusqua Regulares, ante 22. *Junii* 1625. erecta, in quibus non alantur sex saltem Religiosi vitae probatae, in quibus quatuor ad minus sint Sacerdotes maturae aetatis, omnimodae Ordinarii Jurisdictioni subjecit Innocentius X. *n.* 380.

Quanta sit auctoritas Ordinarii in praefatis Monasteriis &c., in quibus praescriptus Religiosorum numerus non degit? *n.* 381.

In praefatis Monasteriis nequit Episcopus, Superiores locales, & familiam designare. *ibidem.*

Neque ex iisdem Monasteriis, nisi ex rationabili Causa, & commonito prius Superiore Regulari, Religiosos amovere. *ibidem*

Potest eorumdem Monasteriorum Religiosos compellere, ad exhibendos libros introitus, & exitus, & ad rationes administrationis reddendas. *bidem.*

Potest in dictis Monasteriis se ingerere in iis, quae Regularem disciplinam concernunt. *ibidem.*

Ecclesiae laudatorum Conventuum, & Capellae Grangiarum, sicut & Conversi, in eisdem degentes, possunt ab Ordinario visitari, quemadmodum si nullus in eis degat Conversus. *ibidem.*

Nequit Ordinarius, Monasteria visitare, ad ef-

DE-

sua

sim se conferat, quid agendum in hoc casu? n. 274.

Ubi Prælatus ipse Regularis, non ejus subdiri, notorie, & cum Scandalo delinquat extra Claustra, quid faciendum ab Episcopo? n. 275.

Si notorie, & cum Scandalo extra delinquat Novitius, qui alias degit intra Claustra, nequit eum, sicut in Professum modo dicto procedere Episcopus. n. 278.

Episcopus nequit in universum procedere adversus Novitios in illis casibus, in quibus procedere potest contra Professos. n. 279.

Regulares, extra Claustra degentes, si aliquod delictum committant, queunt ab Episcopo visitari, corrigi, & puniri. n. 280.

Seu delictum notorium sit, & cum Scandalo populi, sive non. n. 281.

Possunt etiam præfati Regulares, degentes extra & delinquentes, a suo Regulari Prælato corrigi, & puniri, Ordinarium præveniendo. n. 272.

Episcopus punit Regulares, absque habitu extra Conventum incedentes, aut sine Socio, vel de nocte &c. utpote delinquentes extra Claustra. n. 259.

Quinam Regulares dicantur extra Claustra degere, ad hoc, ut delinquendo puniri valeant ab Ordinario? n. 283.

Novitius extra Claustra delinquens. v. Novitius.

Prælatus Regularis extra Claustra delinquens. v. *Prælatus*, *Prælatura Regularis*.

DENUNTIATIO, DENUNTIATUS, FACULTAS DENUNTIANDI CENSURATOS.

Potest Conservator in pœnas Censurarum incursos denuntiare exigentes a Regularibus, eorumque bonis collectas, tributa, tallias, &c. aut ab iisdem, etiam sponte dantibus recipientes: sicut & Regulares ipsos, sponte dantes, & promittentes. art. 25. n. 258. v. *Declaratio*, *Declaratus &c.*

DEPOSITIO. v. *Degradatio*.

DEROGATIO, DEROGARE.

Ad derogandum Juri Civili per actus oppositos, sufficit decennium: & Legi Ecclesiasticæ, usu receptæ, tempus quadragenarium: non receptæ tamen, decennium. art. 8. n. 19.

Derogatio quoad unam partem; non debet extendi ad aliam; cum materia derogationis sit stricte accipienda. art. 21. n. 32.

Derogatio privilegiorum. v. *Privilegium*.

DESCENDENTES. v. *Testis*.

DETENTIO, DETENTOR, DETINERE. v. *Conjux*, *Monitoriæ*.

DICTAMEN.

Ipsa ratio dictat, quod suspecti, & Inimici Judices esse, non debent. art. 33. n. 44.

DICTIO.

Dictio Universalis negativa, cui adjicitur dictio [Nisi], totum omnino excludit præter excepta. art. 34. n. 28.

Dictiones taxative positæ, omnes casus excludunt, præter expressos; & prohibent ulterioris temporis extensionem. art. 40. n. 86.

DIETA.

Regularium Conservator, attento Jure antiquo, neminem trahit ultra unam dietam a fine Diœcesis: attento Jure novo procedere potest extra Diœcesim, sed non ultra tres dietas. art. 5. n. 79. & art. 2. n. 16.

Est dieta iter unius diei: & triplex: Uulgaris idest secundum statutum, vel consuetudinem Regionis. Legalis, a Legibus stabilita, coalescens in terra ex 20. Milliaribus; quorum quodvis ex mille passibus constat; sicut & unus passus ex quinque pedibus; & unus pes ex 15. vel 16. digitis: Et in Mari ex 50. Milliaribus circiter. Et Arbitraria, arbitrio boni viri, seu Judicis statuenda, habita ratione temporis, ætatis, sexus, valetudinis, usus itinerandi &c. n. 17. & 18.

In dispositionibus intelligenda est dieta, non de Legali, aut Arbitraria, sed de Uulgari. Quod si de hac non satis constet; Legalis servari debet: Et si hæc nequeat observari, ad Arbitrariam est confugiendum. n. 19.

Computanda est dieta in Judicio Conservatoris a fine totius Territorii Diœcesis, in qua Reus trahendus moratur, quæ proinde est Diœcesis Domicilii, non Originis Rei sitæ &c. n. 20.

Si Reus plura habeat Domicilia, illud est attendendum, cum quo res Litigiosa concurrit: seeus attendendum est principalius. n. 21.

DIGITUS. v. *Pes*.

DIGNITAS.

Deputari queunt in Conservatores quotquot in aliquibus peculiaribus Ecclesiis officium habent in titulum, quod secundum communem consuetudinem, & existimationem in dictis Ecclesiis Dignitatem, vel Personatum importat, vel pro tali reputatur. art. 12. n. 17.

DIGNITAS ECCLESIASTICA.

Dignitas, Personatus, & Officium, quamvis in Jure non semel pro eodem accipiantur, proprie tamen non sunt idem. art. 9. n. 4.

Dignitas est præeminentia quædam, seu administratio rerum Ecclesiasticarum cum Jurisdictione in foro externo; vel quæ pro tali habetur in Jure, aut in aliqua Ecclesia ex consuetudine, licet administratione, & Jurisdictione careat; vel quæ sic constituta est, ut sit Dignitas. n. 9.

Personatus est prærogativa quædam, seu præeminentia, sive præcedentia in Ecclesia sine Jurisdictione: vel qui pro tali in Ecclesia reputatur. n. 6.

Qui sine Jurisdictione, honorificum habet locum in Choro, in Capitulo, in Processionibus &c. inferiorem tamen Dignitaribus, Personatum habere dicitur. *ibidem*.

Officium est administratio rerum Ecclesiasticarum sine dicta præcedentia, & administratione: ut est Munus Sacristæ, Procuratoris, &c. n. 7.

Dignitas, cui fit commissio, numquam moritur. art. 38. n. 18.

Dignitas, proprie Successorem habens, quænam sit? n. 34.

Dignitas Ecclesiastica per mortem Papæ concedentis non expirat, neque suspenditur. art. 39. n. 51.

Sub nomine constitutorum in Dignitate Ecclesiastica in odiosis non veniunt Episcopi, eorumve Superiores. art. 14. n. 13. & art. 23. n. 55.

DIGNITATEM HABENS DEFUNCTUS. v. *Recuperatio*.

DIGNUS, DIGNIOR.

Conservator Regularium est magis dignus, quam Judex Laicus Sæcularium. art. 21. n. 44.

Conservator Scholarium est magis dignus, quam merus Judex non Scholarium, &c. *ibidem*.

Conservator Regularium est magis dignus, quam Ordinarius Clericorum, sive Episcopus in causa, utrisque communi. n. 45.

talis

talis dissimulatio in opprobrium erderet totius Ordinis Religiosi. *art.* 7. *n.* 1. & 2.

DISSOLUTIO CONFRATERNITATUM. *v. Confraternitas.*

DOCTOR.

Prærogativæ Doctorum quænam sint? *artic.* 12. *num.* 18.

Quænam Ecclesiasticæ Dignitates Doctoratum, Magisterium, vel licentiaturam requirant? *art.* 10. *num.* 25.

Meri Doctores in Theologia, vel Jure Canonico deputari nequeunt in Conservatores. *artic.* 12. *num.* 18.

Sanctus Pius V. Cuidam, afferenti doctoratum esse, respondit: se Doctores percupere, non doctoratos. *artic.* 10. *num.* 57. *v. Doctrina ad Conservatorem &c.*

Doctores de Judice Conservatore Regularium differentes. *art.* 42. *n.* 40.

Doctores in Theologia, & Jure Canonico nequeunt in Conservatores deputari. *art.* 12. *n.* 19.

DOCTORATUS.

Doctoratus, Magisterium, Licentiatura in Personis Ecclesiasticis, dignitatem obtinentibus, esse non debet merum honoris vocabulum, doctrina vacuum. *art.* 10. *num.* 27. *v. Doctor, & Ecclesia Regularium.*

DOCTRINA AD CONSERVATOREM, DIGNITATES, ET BENEFICIA ECCLESIASTICA.

Regularium Conservator debet esse doctrina præcellens: talis erit, si illam habuerit, quam exposcit qualitas, ei tribuens habilitatem ad hoc officium. *art.* 10. *n.* 4. & 20.

Doctrina ad Episcopatum, Archidiaconatum, Scholasteriam, ceterasque Dignitates obtinendas, esse debet hujusmodi, ut muneri suo valeat facere satis. *n.* 21.

Episcopus, Archidiaconus, Scholasticus, Pœnitentiarius esse debent Magistri, seu Doctores, vel Licentiati in Theologia, aut in Jure Canonico. *ibid.* & *n.* 24.

Vicarius Capitularis, & Generalis Episcopi, & Referendarius Signaturæ Justitiæ, debet esse Doctor, vel licentiatus saltem Jur e Canonico. *n.* 25. & 26.

DOLUS.

Fraus, & Dolus nemini debent suffragari. *art.* 22. *n.* 48.

Assessor per imperitiam, & contra Leges consulens, tenetur, ac si dolo fecisset. *artic.* 28. *num.* 25.

Dolum quis facit, qui perfecte nescit, quod se scire profitetur. *ibid.*

DOMESTICUS.

Familiaris Domesticus nuncupatur; cum Familiaris, & Domesticus Synonyma sint. *artic.* 21. *num.* 474.

Domesticus autem proprie dicitur ille, qui in eadem domo habitat, & est aliquo modo inferior, vel subjectus Capiti Familiæ. *ibid.*

DOMINUS. *v. Recusatio.*

Dominus non obligatur ex Contractibus, per servos initis. *art.* 21. *n.* 126. *v. Recusatio.*

DOMUS CONDUCTA A REGULARIBUS AD HABITANDUM. *v. Conductio domorum.*

DONATIO.

Quamvis Conservator titulo remissionis proprie dictæ nequeat quidquam, a partibus acceptum, sibi retinere, potest tamen titulo donationis. *artic.* 39. *num.* 58.

DONEC.

DORMITORIUM. *v. Monasterium.*

Particula *donec* de per se conditionem facit. *art.* 27. *num.* 14.

DUBIUM.

Episcopus declarat in dubio Corporis vitiati defectum, ob quem nequit Regularis ad Ordines promoveri. *art.* 21. *num.* 33.

Quamvis eam declarationem soli Prælato Regulari competere, velint non pauci Doctores. *numer.* 34.

Utramque opinionem conciliat *Cespedes*, & quomodo? *num.* 37.

In dubio impedimenti, matrimonium dirimenteis, quod nequit Episcopus dispensare, non solus Episcopus declarat dubium, & ponit, vel tollit, ac negat impedimentum, sed quivis etiam vir prudens. *ibidem.*

In dubio ea semper interpretatio accipienda est, ut actus valeat. *art.* 38. *n.* 43.

Nisi tamen redundaret in damnum injustum alterius; cum potius dicendum sit, dispositionem vanam, & inutilem esse, quam damnum injuste inferri. *num.* 49.

Quod non ita se habet, ut nulla excusatione, seu tergiversatione celari valeat, per negationem redditur dubium. *art.* 18. *n.* 7.

DUMTAXAT.

Particula *Dumtaxat* est taxativa, & omnia alia excludit. *art.* 22. *n.* 52.

E

ECCLESIA CATHOLICA.

QUam copiosa, & maxima bona a Regularibus habuerit, habeatque quotidie universa Catholica Ecclesia? *art.* 22. *n.* 495.

ECCLESIA CATHEDRALIS, ET CONVENTUALIS.

Ecclesia Cathedralis alia est Receptiva, quæ videlicet Canonicorum, & Præbendarum numerum non habet determinatum: Numerata alia, quæ certum habet Canonicorum, & Præbendarum numerum. *art.* 38. *n.* 26.

Ecclesia Conventualis Regularium est Ecclesia Collegiata: immo Cathedrali æquiparatur. *art.* 52. *num.* 19.

ECCLESIA MONIALIUM.

Potest Episcopus, prohibere Sacerdotibus, nedum Sæcularibus, sed etiam Regularibus, ne Missas celebrent in Ecclesiis Monialium; etiamsi id ex præscripto Testatoris injungatur: in quo casu unus ad Ecclesiam Regularium, vel alio transferendum est. *art.* 22. *n.* 226. & 227.

Regulares in Ecclesiis Monialium, etiam proprii Ordinis, & sibi subjectarum, instituere Confraternitates non possunt. *n.* 204.

ECCLESIA PAROCHIALIS.

Quisque sepeliendus est in Parochiali, nisi aliam sepulturam elegerit. *art.* 21. *n.* 552.

Si Ecclesiæ Parochiales Regulares sint in locis, ubi Superiores Regularium Jurisdictionem nedum spiritualem, sed etiam temporalem habent in Parochianos; non solus Episcopus, sed una simul cum Superiore Regulari Parochos earumdem Regulares visitat quoad concernentia curam animarum, & Sacramentorum administrationem, ita tamen, ut si aliqua contrarietas, vel incompatibilitas detur inter Episcopi decreta, & Superioris Regularis, prævalere debeant decreta Episcopi. *art.* 22. *n.* 342.

Regulares Mendicantes, tam in locis ubi habent Conventus, tam extra ea loca, debent per se ipsos, aut per suos Oblatos, non autem per Saeculares, nisi de licentia Episcopi, quaestuare. *n.* 462.

Regulares Mendicantes possunt colligere frumentum, ligna, Vuas, & similia, antequam Curatus suas habeat primitias: neque ad id indigent Episcopi licentia. *n.*463.

EMPHYTEUTA, EMPHYTEUSIS.

Emphyteutae bonorum Regularium sunt immunes a Tributis, Collectis, &c. *art.* 21. *n.* 242.

Quamvis tributa, collectae &c. ab Emphyteuta Laico exigerentur, semper tamen talis exactio in damnum redundaret Regularium, eo quia cogerentur minori pretio tradere praedium suum in Emphyteusim. *n.* 243.

Regularium Conservator Judex competens est ad cognoscendum Laicum pro re, quam in Emphyteusim tenet ab Ecclesia. *ibidem*.

Censuarius, & Emphyteuta redimibilis non gaudet privilegio Immunitatis praefatae, quo fruuntur Emphyteutae. *n.* 244.

EMPTOR.

Emptores fructuum, adhuc pendentium ex arboribus praediorum Regularium, gabellam solvere non tenentur; ut in facti contingentia fuit decisum Panormi. *art.* 21. *n.*241.

ENRICUS VII. *v. Crimen Laesae Majestatis*.

EOS, ILLOS, EOSDEM, &c.

Dictio Eos, illos, & similis personalis est, & multo magis dictio eosdem. *art.* 1. *n.*42.

EPISCOPATUS.

Licet probabilis sit Opinio, docens, Episcopatum Characterem non imprimere, probabilior tamen est opposita. *art.*37. *n.*8.

EPISCOPUS.

Quanta sit Dignitas Pontificalis. *art.*22.*n.*491.

Compluribus praeclaris nominibus, & honorificis titulis a Sacris Canonibus, & Sanctis Patribus Episcopi condecorantur. *n.* 492.

Vel ab ipsis Ecclesiae primordiis in maxima semper, etiam apud Imperatores, & Reges &c. veneratione Episcopi habiti sunt. *n.* 493.

Episcopi dummodo consecrati vel saltem confirmati etiam Titulares: sicut & ii qui loco, & dignitati Episcopatus renuntiarunt deputari possunt in Conservatores Regularium. *art.* 12. *n.* 1.

Nequit Episcopus, cogere Regularem Ordinandum, ut juret voce, vel scriptis, se validam Professionem emisisse, vel alias nullam ratificasse. *art.* 22. *n.* 17.

Neque cogere potest Praelatum Regularem, praesentantem subditum suum pro approbatione obtinenda ad Confessiones Saecularium, ut sub juramento attestetur de sufficientia, idoneitate, probitate morum, ac certa quadam aetate subditi sui. *art.* 22. *n.* 40.

Nequit Episcopus statuere, ut Regulares Ordinis Clericalis in Confessionibus Saecularium excipiendis utantur Superpelliceo, & Stola: ceteri vero Ordinis non Clericalis utantur mera Stola. *art.*22.*n.*77.

Episcopus circa Regulares exemptos nullam potest Jurisdictionem exercere, ne quidem in re minima. *n.* 78.

Si quod privilegium habeant Episcopi, ipsi debent afferre. *n.* 22.

Pontifex, ubi voluit, Episcopos procedere contra Regulares ut Apostolicae Sedis Delegatos, id expressit. *n.*89.

Nequit Episcopus praescribere, quod Regulares exempti Confessiones Saecularium excipiant in habitu Chorali: Poenitentes extra Confessionarium, & extra Cratem ligneam non auscultent; & non nisi apertis Ecclesiae januis, ac in Confessionalibus, ab ipso per suos Visitatores approbandis. *n.* 93.

Sicut & quod Regulares, ad Domus Saecularium aegrotantium, pro iis Sacramento Poenitentiae administrando, non accedant, sine licentia Parochi: neque Juvenes, aut Mulieres auscultent ante Ortum, & Occasum Solis. *ibidem*. & *n.* 94.

Potest tamen praescribere, ut Confessarii Regulares certum faciant Parochum de Confessione infirmi per Scripturam, seu Schedulam, apud ipsum infirmum relictam. *n.*443.

Nequit Episcopus, vigore Constitutionis Gregorii XV. [Inscrutabili] de privil. Exemptorum, Regularibus praescribere, ut certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant. *n.* 98.

Si Episcopus in Edicto suspendat, aut revocet omnes licentias, & approbationes Confessariorum, a suo Praedecessore concessas, non comprehenduntur Confessarii Regulares, si illos expresse non nominet Edictum. *ibidem*.

Debent Episcopi, etiam ut Apostolicae Sedis Delegati, prohibere celebrationem Missae, per Regulares faciendam in domibus privatis, atque omnino extra Ecclesiam, & ad divinum tantum Cultum dedicata Oratoria. *n.*112.

Ex justa tamen causa possunt facultatem concedere, celebrandi extra Ecclesiam, vel alium locum Sacrum. *n.* 113.

Nequit Episcopus, Regularium Monasteria visitare, ad effectum cognoscendi, an in illis servetur numerus Religiosorum praescriptus, nisi prius aliunde constet de fundamento intentionis Episcopi, in deficentia numeri constituto. *n.* 381.

Episcopi possunt in Ecclesiis exemptorum, etiam Regularium celebrare in Pontificalibus, sicque uti Baldacchino, & populo benedicere. Et, dissentientes exempti, ac Regulares, possunt ab illis per Censuras, & per poenas Ecclesiasticas ad assentiendum, compelli. *n.* 474.

Non tamen cogi possunt, ut in suis locis Missae, aut alia Divina celebrentur; conferant Ordines; Causae Civiles, seu Criminales agitentur; convocentur Processiones; Synodus, seu quaevis Congregationes Ecclesiasticorum, vel Laicorum adunentur; deputenturque loca Regularium ad usum, hospitium, habitationem, detentionem, & incarcerationem Ecclesiasticarum, vel Laicarum personarum, vigore privilegii Eugenii IV. *n.* 475.

Praesumens attentare contra omnia, vel aliquod praedictorum, nisi de praefato indulto monitus destiterit, ipso facto excommunicationem incurret. *ibidem*.

Episcopus punit Regulares absque habitu extra Conventum incedentes, aut sine socio, vel de nocte. *n.* 259.

Debent ab Episcopis protegi, foveri, & summa Charitate, ac benignitate tractari Regulares, utpote qui onus diei, & aestus sustinent in Ecclesia Dei. *n.*494.

Debent Episcopi summa Charitate, ac benignitate tractare Regulares, quemadmodum ipsi debent Episcopis maximam venerationem, & reverentiam exhibere: quod non semel utrisque Summi Pontifices commendarunt, praesertim Leo X. in Concilio Lateranensi. *n.*499.

Non

Ubi

Ubi Dignitas, vel Officium confirmatione non indiget, sed sola electione, aut alia provisione; tunc si cum electione, vel provisione communis error concurrat, valida erunt gesta per hujusmodi Dignitatem, vel Officium obtinentem. *n.7.*

Si Delegatus deputetur ab Ordinario, qui revera Judex non sit, sed pro tali communiter habeatur; deputatio subsistit Delegati. *ibidem.*

Communis error jus facit, ac veritati præfertur. *n.* 8.

Modo talis error probabilis sit, non autem Crassus, & Supinus; cum error probabilis scientiæ æquiparetur. *n.9.*

Et versetur circa habentem impedimentum Juris humani, non autem Naturalis, & Divini; cum potestas humana defectum Juris Naturalis, & divini supplere non possit, etsi supplere valeat defectum Juris humani. *n.10.*

Ac sit in loco Officii; etiamsi in aliis partibus, & in patria ipsius Officialis error communis nullatenus habeatur eo quod omnibus nota sit ejus inhabilitas. *n. 11.*

Ut communis error jus faciat, & veritati præferatur; accedat, necessum est, Titulus in inhabili, & quidem ab habente potestatem illum dandi, semel legitime concessus; cum satis non sit titulus per intrusionem acquisitus; vel in cujus collatione servata non sit forma, a Jure præscripta. *n. 12.*

Etsi quis ipso Jure, vel per sententiam titulo privatum fuerit, si tamen per aliquod tempus, saltem per triennium, gesserit, se pro habili, & talis communiter fuerit tunc existimatus, error communis in ipso faciet jus. *n. 13.*

Immo satis erit, si duplicem actum tamquam habilis exercuerit, & in duplici actu fuerit habilis communiter reputatus. *ibidem.*

Si quis decennio gesserit se pro habili, & pro tali communiter habitus sit; error communis faciet Jus, etiam nullo præcedente titulo; cum hic decennio, saltem præsumptive, inducatur. *ibidem.*

Error communis Jus non facit contra publicam utilitatem. *n.14.*

Error communis facit Jus, licet adsit scientia eorum, ad quorum favorem validandus est actus. *n. 15.*

Recipiens scienter Ordines a Simoniaco, qui non pro tali communiter haberetur; Ordinum executionem non recipit. Quod ramen specialiter est in detestationem tanti Criminis. *ibidem.*

Error communis Jus facit in quavis inhabilitate de Jure Positivo, seu præcedente, sive postea superveniente; adeoque nedum ubi defectus est in persona, sed etiam quando est in solemnitate, aut in causa materiali. *n. 16.*

Valida est deputatio Conservatoris, a Pontifice facta, qui pro tali communi errore, cum titulo citra intrusionem positivo existimatur, quamvis revera legitimus Papa non sit, ob impedimentum juris positivi: quamvis nulla foret, si Papa impedimentum haberet Juris divini: quia e. g. non baptizatus: aut intrusus, quia electus a non potentibus eligere. *n. 17.*

Valida est Subconservatoris electio, facta a Conservatore, qui pro tali communi errore, citra intrusionem positivo, existimatur; licet ob impedimentum Juris humani talis revera non sit. *n.18.*

Valida erunt Subconservatoris gesta, mortuo conservatore legitimo, si mors communiter ignoretur, etsi ab ipsomet Subconservatore sciatur. *ib.*

Valida erit deputatio Conservatoris, vel Subconservatoris, quamvis Dignitas, & qualitas Judicis Synodalis tempore Deputationis in eo non fuerit, sed dumtaxat fuisse communi errore existimatur. *ibidem, & art.* 11. *n.* 16.

Valida erit utriusque deputatio, si vitium non sit in persona, & qualitatibus, sed dumtaxat in rescripto, modo concurrat Superioris auctoritas cum errore communi. *art.* 5. *n.* 18.

Et valida tandem erit creatio Notarii Actorum, a Legitimo Superiore, sed illegitime facta, si communi errore pro legitima habeatur. *ibidem.*

ESCULENTA.

Potest Conservator a Monasterio, quod conservat, recipere esculenta, & poculenta, mera liberalitate oblata, quæ paucis diebus consumi possunt. *art.* 29. *n.*10.

Hæc dierum paucitas ab aliquibus explicatur pro tribus diebus: ab aliis arbitrio boni viri statuenda relinquitur, attenta qualitate personarum dantium, ac recipientium, & causæ, pro qua Esculenta, & Poculenta donantur. *ibidem.*

Verum hæc ipsa Esculenta, & Poculenta, mera liberalitate oblata, neque omnino, neque semper, neque ab omnibus per Conservatorem sunt recipienda. *ibidem.*

Conservatoris Assessor potest Esculenta, & Poculenta a partibus litigantibus accipere. *n.* 12.

Conservatoris Notarius potest quoque Esculenta, & poculenta, immo etiam munera recipere. *n.*15.

ET.

Particula *Et*, posita *in cap.* 5. *& fin. de Offic. Jud. deleg. in* 6. inter verba illa *manifestis injuriis*, & illud *violentiis*, intelligenda est non copulative, seu ampliative, sed expositive, pro *idest*, vel declarative, seu exemplificative. *art.*1.*n.*60.

Particula *Et* quamvis sensum copulativum regulariter facere soleat, interdum tamen facit sensum disjunctivum; idemque significat, quod particula *Vel. art.* 1 *t.n.*476.

Tridentinum sess. 24. *de refor. c.* 11. utitur particula *Et* in sensu disjunctivo, non copulativo. *n.* 477.

EVICTIO.

In causa evictionis, pro qua conveniri debeat Regularis, qui vendidit agrum e. g. coram ipsius Conservatore conveniendus est. Quod si lis mota fuerit contra Laicum, qui emit agrum a Regulari, & Regularis defensioni Emptoris resistat; tunc coram Judice Laico conveniri debet Regularis. *art.*1 *t.n.*158.

EXACTIO. *v. Immunitas a Gabellis.*

EXAMEN.

Episcopus examinat Regulares exemptos de scientia, ad receptionem Ordinum necessaria. *art.*22.*n.*27.

Nisi privilegium habeant, ut non examinentur; sicut habet Societas Jesu. *ibidem.* & *n.*28.

Quamvis possit Episcopus, examinare de Scientia Regulares non privilegiatos Ordinandos; non tamen de illorum Natalibus, Ætate, & Moribus. *n.*30.

Non potest Episcopus sine justa causa, & pro libito, Regulares ad examen pro Confessionibus non admittere, vel admissos reprobare. *n.* 47. *v. Pœnitentiæ Sacramentum.*

Capitulum Sede Vacante, nequit Approbationem, ab Episcopo præmortuo Regularibus factam pro Confessionibus Sæcularium excipiendis, suspendere, aut revocare; nec illos novo examini subjicere. *n.* 105. & 108.

propter excusationes Rei, quæ notoriæ non sunt, & indigent probatione. *art.* 18. *n.* 6.

Quod non ita se habet, ut nulla excusatione, seu tergiversatione celari valeat, per negationem redditur dubium. *art.* 18. *n.* 7. *v. Acceptatio muneris Conservatoris.*

EXECUTIO.

Quibus Juris remediis, & qualiter sententias suas exequi valeat Conservator Regularium? *art.* 26. *per tot.*

Potest Conservator post quinquennium, exequi sententiam a se infra quinquennium latam. *art.* 40. *n.* 6. *v. Conservator.*

Quemadmodum Delegatus, ad certum tempus datus. *ibid.*

Secus tamen Delegatus non datus ad tempus. *art.* 25. *n.* 18. *v. Delegatus.*

EXECUTIO PUBLICI INSTRUMENTI.

Executio publici Instrumenti, quo se Religiosus obligavit, dum esset laicus, & nunc solvere non vult, ad Judicem ejusdem Conservatorem pertinet. *art.* 21. *n.* 153.

EXECUTIO MUNERIS CONSERVATORIS. *v. Conservator.*

EXECUTIO CONTRA REGULARES.

Executio, facienda contra Regulares, Laico succedentes, ab eorumdem Conservatore fieri debet, etiamsi obligatio defuncti habeat vim rei judicatæ. *num.* 157.

EXECUTOR. *v. Testis.*

EXECUTOR TESTAMENTI, ET ULTIMÆ VOLUNTATIS. *v. Licentia; Ultima voluntas.*

EXECUTOR LEGATORUM, ET ONERUM MISSARUM.

Nequeunt Regulares, ab Ordinario compelli, ad reddendam rationem de executione, & adimplimento legatorum, & onerum Missarum, Ecclesiis eorumdem relictorum, ne quidem ubi Superiores Religiosi negligentes fuerint visitare, & recognoscere, num Decreta Sacræ Congregationis Concilii de celebratione Missarum executioni mandentur? *art.* 22. *n.* 295.

Ecclesiæ Regularium neque super hoc visitari, queunt ab Ordinario. *ibid.*

Nisi tamen essent in parvis Conventibus, Episcoporum jurisdictioni subjectis. *n.* 296.

Quid possit Episcopus in Regulares parvorum Conventuum circa adimpletionem legatorum, & onerum Missarum? *ibid.*

EXEMPTIO, EXEMPTI, EXIMERE.

Exemptio Regularium ab Ordinario non est odiosa, & stricti juris & quantumvis Ordinario diceretur odiosa, est tamen Papæ favorabilis, ac Regularibus; adeoque amplianda; cum prævaleat favor. *art.* 22. *n.* 481.

Intentio concedendi Regularibus exemptionem, est favor ipsorum, eo quod nimis ab Ordinariis gravarentur. *ibid.*

Exempti possunt esse Actores, seu Defensores in causis propriorum servorum, & familiarium coram suis Conservatoribus. *art.* 1. *n.* 45.

Per litteras Conservatorias eximitur quis in totum, vel in partem a jurisdictione Episcopi. *art.* 5. *num.* 43.

Regulares non exempti possunt in causis occurrentibus Ordinario se subjicere: Exempti vero consentire non possunt, quod in causis occurrentibus coram Ordinario, neglecto Conservatoris judicio, conveniantur. *art.* 7. *n.* 10. & 20.

Etiamsi de juribus agatur, competentibus ex cessione. *ibid.*

Vel causa sit Criminalis, aut mista. *ibid.*

Regulares minime comprehenduntur sub dispositione *Tridentini sess.* 14. *de ref. c.* 5. immo ab ea excluduntur expresse. *n.* 21.

Quamobrem graviter peccant Regulares exempti, sese Ordinariis subjiciendo. Non incurrunt tamen excommunicationem in Bulla Cœnæ, utpote in detestationem abusus Potestatis sæcularis fulminatæ, non autem Ecclesiasticæ. *n.* 22.

Privilegium exemptionis Regularium, quamvis ut cedens in præjudicium Ordinariorum, deberet stricte interpretari; ample tamen est interpretandum: quia in favorem totius Religionis concessum est in perpetuum. *art.* 22. *n.* 342.

Quomodo possint Regulares, exemptionem adversus Ordinarios tueri? *n.* 343.

Regulares præsentare non debent Ordinario privilegia suæ exemptionis; cum id foret, constituere illum Judicem exemptionis, ipsis competentis, &c. *n.* 345.

Regulares non tenentur comparere coram Ordinario, si ab illo citentur, in casu, quo certo constet de sua exemptione. *ibid.*

In dubio, num jurisdictio contra Regulares exemptos pertineat ad Episcopum, nequit Episcopus cognoscere, sed Papa. *ibid.*

Regulares exempti respectu Episcoporum instar extraneorum habendi. *art.* 22. *n.* 80.

Dictio *Omnino eximimus* in Pontificum eximentium Bullis significat absque ulla exceptione, & remedio. *ibidem.*

Qui omne dicit, nihil excludit. *ibid.*

Constitutio Gregorii XV. [*Inscrutabili*] de privilegiis exemptorum Regulares exemptos non subjicit jurisdictioni Episcoporum in iis, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi ubi in ea administratione Regulares deliquerint. *num.* 95. & 96.

Præfata Constitutio nullam novam auctoritatem Episcopis in Regulares attribuit. *n.* 98.

Regulares, sine consensu Papæ, renuntiare non possunt privilegio exemptionis suæ Religionis. *art.* 8. *n.* 34.

Nedum personæ Regularium, eorumque bona immobilia, sed etiam mobilia, inter quæ ipsorum Animalia recensentur, sunt a Judice laico, & Ordinario loci exempta, solisque Ordinis Prælatis, & Conservatoribus subjecta. *artic.* 21. *numer.* 182.

EXERCITIA S. P. IGNATII.

Si quis in Collegio Societatis Jesu, vacans Octiduanis Exercitiis spiritualibus S. P. Ignatii, corriperetur morbo lethali; posset a Jesuitis muniri Sacro Viatico, & Extrema Unctione, & dein in Ecclesia Collegii tumulari, nulla Episcopi, vel Parochi facultate experita. *n.* 462.

EXHIBITIO, ET DIMISSIO INSTRUMENTI ELECTIONIS CONSERVATORIS. *v. Notificatio, & Electio.*

EXHUMATIO.

Nequeunt exhumari Cadavera, & in alium locum, etiam ejusdem Ecclesiæ, transferri sine Papæ, vel Episcopi licentia. *art.* 22. *n.* 451.

Nec amplius subsistit privilegium Leonis X. Minoribus concessum, utpote per vivæ vocis oraculum indultum. *ibid.*

Potest Episcopus Regularibus, etiam exemptis præcipere, ut excommunicatos publice, nominatim Interdictos, usurarios manifestos, & sepultos tempore Interdicti in propriis Ecclesiis exhument, & procul abjiciant. *n.* 452. & 453.

Non potest tamen Episcopus id Regularibus præ-

Pro-

Procedit etiam Regularium Conſervator adverſus Epiſcopum, extrahentem ab Eccleſia, Monaſterio, vel Grangia Regularium, ſine conſenſu Religioſi Prælati, Clericum ſubditum, etiam dato, quod Clericus non gaudeat Immunitate contra ſuum Epiſcopum. *n.*25.

Excommunicationem ipſo facto incurrunt Judices Sæculares, violenter extrahentes malefactores ab Eccleſia, Monaſterio, vel Grangia Regularium. *n.*43.

Illam tamen non incurrunt volentes inquirere, num dicti malefactores in Eccleſia, Monaſterio, vel Grangia ſint: adeoque portas Eccleſiæ, Monaſterii, vel Grangiæ violenter infringentes, ſi nolint eas Regulares aperire. *ibidem*. *v. Grangia*.

Abſolutio ab Excommunicatione propter violentam extractionem Reorum ab Eccleſia, Monaſterio, vel Grangia Regularium. *v. Abſolutio a Cenſuris*.

EXTRANEUS.

Regulares exempti reſpectu Epiſcoporum inſtar extraneorum habendi. *art.* 22.*n.*80.

EXTRAVAGANTES.

Extravagantes poſt Clementinas emanatæ, uſque ad Concilium Lateranenſe ſub Leone X. ao aliquid de Conſervatoribus diſpoſuerint. *art.* 4. *n.* 12.

F

FABRICA.

QUaodonam dicatur Fabrica totaliter, & funditus everſa? *art.*22. *n.* 401.

FACTUM.

Plus eſt, facto provocare, quam verbis. *art.* 34. *n.* 157.

Facta natura ſua ſunt incerta: nec præſumuntur, niſi probentur. *n.*107.

FACULTAS.

Facultas abſolvendi a Reſervatis, ſeu Pontificiis, & in Bulla Cœnæ contentis, ſive Epiſcopalibus quandocumque olim a Papa, & quibuſcumque conceſſa, hodie manet abrogata. *art.* 22. *n.* 219.

Facultas denuntiandi Cenſuratos. *v. Denuntiatio Excommunicationis*.

Facultas creandi Notarios. *v. Notarius*.

Facultas dandi Conſervatorem. *v. Conſuetudo*, & *Conſervator*.

Facultas eligendi Conſervatorem, ex diſpoſitione Juris communis omnibus competit Religionibus, etiam Militaribus, & Monialibus. *art.* 6. *n.* 1. 2.

Religiones, etiam Militares, non habentes ſpeciale Privilegium, eligendi Conſervatorem; immo, nec communicandi cum Religionibus, dictum Privilegium habentibus, adhuc vigore Juris communis Conſervatorem eligere poſſunt. *n.* 1.

Nedum de Jure communi, ſed etiam de Jure ſpeciali privilegiorum, & eorumdem Communicationis, facultas Conſervatorem eligendi omnibus competit Religionibus. *n.*4. & 5.

Quænam Religiones ſpeciale privilegium habeant, nominandi Conſervatorem? *n.*5.

Facultas eligendi Conſervatorem cum Juriſdictione, a Jure communi, & ſpeciali privilegiorum conceſſa; abrogata non eſt, nec in aliqua parte imminuta a *Tridentino*; ſed potius confirmata, & etiamſi abrogata, vel imminuta fuiſſet a *Tridentino*, fuit poſt illud a Sancto Pio V. & Gregorio XIII. cum ampliſſima poteſtate revalidata: ſed a Gregorio XV. per Conſtitut. [Sanctiſſimus] in aliquo moderata eſt. *n.* 6. 7. & 8.

Facultas, Conſervatorem eligendi, morte concedentis, etiam re integra, non expirat, ſed perpetua eſt. *n.*9.

Cap. Hac Conſtitutione §. Officium de offic. deleg. in 6. Regularium Conſervatores non comprehendit, ſed Conſervatores dumtaxat privatarum perſonarum. *n.*12.

Facultas inſtituendi, ſive aggregandi Confraternitates & Sodalitia Societatis Jeſu. *v. Confraternitas*, & *Congregatio Soc. Jeſu*.

Facultas libera. *v. Actus liberæ Facultatis*.

Facultas quærendi eleemoſynas pro Confraternitatibus. *v. Confraternitas*.

FAMILIARIS, FAMILIA.

Nomine Familiarium in Indultis Pontificiis intelliguntur nedum Famuli, intra ſepta Monaſteriorum inſervientes &c. verum etiam, citra ſervitium intra eadem ſepta continuo commorantes, Prælati Regularis obedientiæ aliquo modo ſubjecti. *art.* 21. *a n.*474.

Familiaris Domeſticus nuncupatur; cum Familiaris, & Domeſticus Synonyma ſint. *ibidem*.

Domeſticus autem proprie dicitur ille, qui in eadem Domo habitat, & eſt aliquo modo inferior vel ſubjectus capiti Familiæ. *ibidem*.

Tridentinum ſeſſ. 24. *de reform. c.* 11. de Servitoribus dumtaxat loquitur, non de Familiaribus Regularium in Univerſum. *n.* 475.

Familiaris multiplicem habet ſignificationem, ſicut Familia, a qua derivatur. *ibidem*.

Familia nunc gentem, vel cognationem ſignificat; nunc Servos vel Filios; nunc Domeſticos, aut Commenſales, nunc plures, ſub uno convictu degentes, & una Domo &c. *ibidem*.

Tridentinum loco citato utitur particula *Et*; in ſenſu disjunctivo, non copulativo: nec comprehendit privilegia Regularium quoad Conſervatores pro ſuis Servitoribus, & Familiaribus: & etiamſi illa comprehenderet, a Pontificibus poſt ipſum derogatur. *n.*477. & 478.

FAMILIARIS, SEU FAMULUS, & SERVUS.

Regularium Conſervator, attento Jure novo, & noviſſimo, tuetur Servitores, ſeu Familiares eorumdem, modo copulatim habeant requiſita *Tridentini ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 11. *art.* 19. *n.*10.

Quinam dicantur Regularium Familiares, ſeu Servitores? *n.* 16.

Familiares, ſeu Servitores Regularium, ad effectum gaudendi privilegiis Summorum Pontificum, Servitoribus, & Familiaribus Monaſteriorum conceſſis, debent toti Communitati inſervire; non peculiaribus Religioſis, niſi ad id a Prælatis Regularibus, & non ex libito particularium Religioſorum, ſint deſignati. *n.* 17.

Regularium Conſervator ad cauſas etiam Familiarium eorumdem extenditur; atque adeo ad lites decidendas ſuper bonis ipſorum. *art.* 21. *n.*85.

Regularium Famuli habentes requiſita *Tridentini ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 11. nequeunt ab Epiſcopis excommunicari, aut interdici. *art.* 21. *n.* 441.

Poſſunt a Regularibus, etiamſi ab Epiſcopo non approbatis, ſed a ſolo Regulari Prælato, Abſolutionem Sacramentalem etiam a Reſervatis Epiſcopalibus obtinere. *n.* 442. & 446.

Tridentinum ſeſſ. 23. *de refor. c.* 15. requirens ad Confeſſiones Sæcularium excipiendas Approbatio-

Furiosus v. *Testis*.

Furnum.

Nequeunt Oppidorum Barones, seu Communitates, & Universitates Laicorum, citra Libertatis, & Immunitatis Ecclesiasticæ præjudicium, novum furnum aperire, in quo solo omnium, etiam Ecclesiasticorum, panis coquatur, & non alibi: etiam si tale Jus habeant Barones, seu Communitates ab immemorabili; & ex concordia, cum iisdem Ecclesiasticis inita. *art.* 21. *num.* 270.

Quod pluries Sacra Immunitatis Congregatio prohibuit. *n.* 271.

G

Gabella, Impositio, Tributum, &c.

Bona Novitiorum, quamvis non sint Bona Religionis, adhuc tamen gaudent exemptione a Gabellis. *art.* 21. *n.* 87.

Regulares in venditione suorum librorum, propriis eorumdem sumptibus impressorum, vel Typographorum, sed a Typographis ipsis donatorum, sunt a gabellis immunes. *n.* 232., & 233.

Magistratus Sæcularis, ejusque Gabellarii, Exactores &c. nequeunt exigere gabellas, Impositiones, Contributiones, Tributa &c. ex bonis Novitiorum, qui nec Clericali Tonsura sunt initiati. *n.* 226. & 227.

Regularium Conservator tuetur Religiosis utriusque sexus, eorumque Monasteriis &c. Membris, dependentiis, Terris, possessionibus, &c. Laboratoribus, Colonis, Affictuariis &c., Immunitatem ab omnibus exactionibus, datiis, gabellis &c. *n.* 228.

Etiamsi per abusum, seu alterius privilegium, vel negligentiam, etiam per longissimum tempus præfata Immunitas taliter observata non fuisset. *num.* 229.

Non potest Magistratus Sæcularis, propria auctoritate exigere gabellas ab Ecclesiasticis, animo restituendi eos in fine anni, aut aliquo alio tempore. *n.* 237.

Coloni, seu Affictatores prædiorum Regularium, sunt Immunes a gabellis, tributis, Collectis &c. *n.* 238. & 239.

Vix contingere potest, quod Coloni graventur gabellis, quin indirecte graventur etiam Domini. *Ibidem*.

Coloni Regularium tenentur, solvere gabellam ex fructibus Collectis, si eosdem deferant de loco ad locum, aut illos alienent. *n.* 240.

Non tenentur tamen præfati Coloni, solvere gabellam fructuum, dum adhuc pendent ab arboribus; aut nondum sunt efformati, sed dumtaxat sunt in flore. *n.* 241.

Immo neque dictam Gabellam solvere, tenentur Emptores prædictorum fructuum, adhuc ex arboribus prædiorum Regularium pendentium; ut in facti contingentia fuit decisum *Panormi*. *Ibidem*.

Regularium Conservator tuetur iisdem Immunitatem a tributis, exactionibus, aliisque gravaminibus, non obstante consuetudine in oppositum, etiam immemorabili. *n.* 234.

Præfata Immunitas Regularibus competit Jure Divino, vel saltem Jure positivo humano. *Ibidem*.

In iis, quæ sunt Juris divini, consuetudo nullam habet vim: quemadmodum in proposito, si Immunitas Regularium sit de Jure humano. *n.* 239. *v. Immunitas Ecclesiastica, Statuta, Necessitas, Consuetudo*.

Gallia *v. Appellatio*.

Generalis Religionis *v. Prælatus Regularis, Brachium Sæculare, Indulgentiæ Conservatoribus concessæ, Ecclesia Parochialis*.

Generalis Soc. Jesu *v. Congregatio, sive Sodalitas Soc. Jesu*.

Genus.

Generi per speciem derogatur. *art.* 5. *n.* 74.

Ubi genus, & species in unius persona concurrunt, Genus per speciem restringitur ad illam, *art.* 38. *n.* 43.

Gerentozomium.

Gerentozomium, est Hospitale, in quo Senes pauperes, & infirmi curantur. *art.* 22. *n.* 299.

Graduatus.

Nomine Religiosorum graduatorum non veniunt Lectores, Magistri, Regentes &c., sed illi, qui dignitatem habent, ut Generales, Provinciales, Visitatores &c. *art.* 22. *n.* 386.

Grangia.

Regularium Conservator procedit adversus Extractores Reorum a Grangiis eorumdem, ubi pro Missis celebrandis privatum extat Oratorium: sive a domibus rusticis, seu Villis, in quibus Religiosi ad aliquod tempus, recreationis causa, commorantur: sive ab Hospitiis eorumdem, in quibus ordinarie Religiosi non degunt, sed solum ad ea divertunt, quando itinerantur: sive demum ab iis Hospitiis, in quibus permanenter habitant aliqui Religiosi, suntque parvæ domus Religiosorum, & quasi membra Monasterii, ac sub ejusdem Prælati gubernatione; eum privilegio fruuntur Asyli. *art.* 29. *n.* 28.

Grangiæ appellatione veniunt domus rusticæ, seu villæ cum Capella, in quibus Religiosi, recreationis causa, non permanenter, sed ad aliquod tempus commorantur. *n.* 29.

Hujusmodi Grangiæ, seu domus rusticæ seu Villæ cum Capella immunitate fruuntur Asyli. Idque probatur. *n.* 29, 30., & 31.

Grangiæ nomine venit etiam Hospitium, in quo ordinarie Religiosi non habitant, sed solum ad ipsum divertunt, quando iter faciunt. Ipsumque privilegio gaudet Immunitatis Asyli. *n.* 32.

Grangiæ nomine tandem intelliguntur Hospitia, seu parvæ domus Religiosorum, quæ sunt quasi membra Monasterii, in quibus aliquot Religiosi degunt permanenter, ac sub ejusdem Superioris Monasterii gubernio; ipsaque Immunitate fruuntur. *num.* 33.

Præfatas Grangias, seu domos rusticas, Villas, & Hospitia cum Capella gaudere privilegio Immunitatis Asyli, multipliciter confirmatur. *a n.* 34. *usque ad* 39. *inclusive*.

In laudatis Grangiis, seu Villis &c. cum Capella, si Societatis Jesu sint, lucrari potest singulis mensibus Jubilæum Communionis Generalis, a Paulo V. Societati concessum. *Ibidem*.

Sacella, seu Capellæ, & Oratoria Prædiorum sunt auctoritate Pontificis fundata, & Religionibus ab ipso concessa. *n.* 34.

Et Atriis Ecclesiarum comparantur ab Eugenio IV. *n.* 35.

Sacella, seu Capellæ, & Oratoria Prædiorum, non secus, ac Prædia ipsa, sunt pars Monasterii. *n.* 35. & 36.

Prædium, seu Grangia est Membrum, suppositum Monasterio, in quo extat Oratorium ad celebrandum. *n.* 36.

Præ-

IMPUBES, IMPUBERTAS.

Puellaris ætas, seu pueritia, sive impubertas a septimo ætatis anno extenditur usque ad decimumquartum in masculis, & ad duodecimum in feminis. *art.* 10. *n.* 19. Unde

Masculus ante decimumquartum annum completum, & femina ante duodecimum annum expletum dicuntur impuberes. *ibid.*

Impuberes, si morte Patris, vel emancipatione desierint esse sub patria potestate, dicuntur pupilli: si patre, & matre careant, dicuntur Orphani. *ibid.*

IN.

Particula *In* est privativa. *art.* 1. *n.* 54.

INADVERTENTIA. *v. Bona fides*, & *Juramentum*.

INCEPTUM.

Negotia jam cœpta, & a Conservatore infra quinquennium non terminata, potest Conservator, qui succedit, terminare. *art.* 40. *n.* 8.

Ubi semel Judicium cœptum est, ibi finem debet habere. *art.* 21. *n.* 550.

INCLUSIO.

Inclusio unius est exclusio alterius in dispositionibus, & Privilegiis, seu facultate aliquid faciendi. *art.* 21. *n.* 24.

INCESTUOSUS. *v. Testis*.

INCONSIDERATIO. *v. Bona fides*, & *Juramentum*.

INDULGENTIÆ.

Non possunt Regulares, novas Indulgentias, iisdem a Summis Pontificibus concessas, sine Episcopi licentia, publicare; possunt tamen antiquas, sine tali licentia, evulgare. *art.* 22. *n.* 190.

Indulgentiæ, & Gratiæ, Confraternitatibus concessæ. *v. Confraternitas*.

Indulgentiæ Conservatoribus Regularium concessæ quænam sint? *art.* 17. *n.* 2.

INDUSTRIA PERSONÆ.

Ubi electa est Industria personæ, fieri subdelegatio non potest, nisi de consensu partium. *art.* 35. *num.* 3.

INFAMIS. *v. Testis*.

INFANTIA.

Infantia durat a Nativitate usque ad 7. ætatis annum inclusive. *art.* 10. *n.* 19.

INFERIOR, MINOR.

Ubi Superior manus apposuit, inferior se ingerere, minime valer. *art.* 16. *n.* 10.

Inferior Jus non dicit Superiori. *artic.* 28. *numer.* 20.

Neque minor potest inhibere majori, neque par pari; sed major dumtaxat. *art.* 30. *n.* 3.

INFIDELIS. *v. Testis*.

INGRESSUS IN MONASTERIA MONIALIUM, EJUSQUE LICENTIA.

Nequeunt Regulares Prælati, ut Generales, Provinciales, Abbates &c., quibus Monialium Monasteria subjecta sunt, in illa ingredi, nisi ex causa visitationis localis, & semel in anno, ita ut in eo anno, in quo unus Superior visitaverit, alius visitare, non possit. *art.* 22. *n.* 322. & 323.

Si ex alia urgentissima, & necessaria causa plories eodem anno ingredi Superiorem Regularem, opus sit; nun aliter ingredietur, nisi cum Episcopo, aliove ad id per Episcopum deputato. *numer.* 323.

Nequeunt Confessarii Regulares præfatorum Monasteriorum, etiam Ordinarii, septa eorumdem intrare, nisi cum socio, & ad ultima Sacramenta inibi degentibus ministranda, & ad commendationem animæ, sub pœnis Superioribus, sive Confessariis contrafacientibus excommunicationis latæ sententiæ, privationis officiorum, utriusque vocis, perpetuæ inhabilitatis, &c. *n.* 324.

Nequeunt Superiores Regulares, licentiam ingrediendi præfata Monasteria concedere, sine expressa auctoritate Ordinarii, operariis Sæcularibus, ubi Monasteriorum necessitas postulaverit. *n.* 325.

In præfatæ licentiæ subscriptione primum locum habere debet Episcopus. *n.* 326.

Episcopus adversus Operarios, ingredientes cum sola licentia Regularium; sicut & adversus Regulares, talem licentiam concedentes, etiam per censuras, sibimet reservatas, procedere potest. *num.* 327.

Ubi viget Consuetudo, ut hujusmodi licentiæ a solo Episcopo petantur, servanda est: non ita tamen, ubi consuetudo est, quod petantur a solis Regularibus. *n.* 328.

INHABILITAS. *v. Error communis*.

INIMICITIA, INIMICUS.

Inimicitia præsumitur, quando quis non alloquitur, & salutat eum, quem prius alloqui, & salutare solebat. *art.* 33. *n.* 72.

Ipsa ratio dictat, quod suspecti, & inimici Judices esse non debent. *n.* 44.

INIMICUS INIMICITIA GRAVI, ET CAPITALI. *v. Testis*.

INIMICUS RECONCILIATUS. *v. Testis*.

INIQUITAS. *v. Appellatio*.

INJURIA, INJURIATORES.

Si injuria, Regularium Servis, & Familiaribus irrogata, in injuriam Regularium ipsorum redundet; illos etiam defendit Conservatur ad terminos Juris Communis; secus tamen si non redundet. *art.* 1. *n.* 41. & 43.

Ecclesiarum Servi uti queunt Conservatoriis, concessis Ecclesiis, si injuria ipsis illata, Ecclesiis irrogari censeatur. *n.* 44.

Injuria est, quidquid non Jure fit. Continetque sub se violationem privilegiorum, culpam, & contumeliam, iniquitatem, & injustitiam. *numer.* 54. & 55.

Injuria fit tribus modis; Re, Verbis, & Litteris. *n.* 56.

Violentia est injuria cum Vi, & impetu Personis, vel rebus irrogata. *n.* 57.

Injuria quintuplex est: Ablativa, Expulsiva, Compulsiva, Turbativa, & Inquietativa. *n.* 58.

Qui utitur Jure suo, nemini facit injuriam. *art.* 34. *n.* 44.

Appellans non facit injuriam Judici a quo, saltem non tantam, ut injuste gravato impediatur appellatio. *ibid.*

Potest Conservator, eum punire, qui Sanctimonialis, aliusve Regularis personæ honestati injuriam fecit, ejus pudorem maculando. *artic.* 21. *num.* 35.

Injuriæ Verbales, & ipsæmet injuriæ sunt; cum non jure irrogentur. *ibid.*

Injuria in verbis frequentius, quam in factis deprehenditur. *ibid.*

Injuria specialiter dicitur de verbali. *ibid.*

Procedit Conservator adversus injurias scriptas, quæ nimirum, vel per libellos famosos contra Regulares irrogatur: vel per impugnationem Institutorum, & Constitutionum Ordinum Regularium, denuntiando Impugnatores in excommunicationem latæ sententiæ, eamque Papæ reservatam, incursos: & Libellarios pariter incursos in excommunicationem latæ sententiæ. *n.* 37.

Non possunt Regulares, Conservatorem eligere

9 † 2 pro

Conservatoris, quæ licet antea esset in usu; statutum tamen non erat, ad quid illa extenderetur. *numer.* 18.

INSTRUMENTUM.

Executio publici instrumenti, quo se Religiosus obligavit, dum esset laicus; & nunc solvere non vult, ad Judicem ejusdem Conservatorem pertinet. *art.* 21. *n.* 553.

Instrumentum electionis Conservatoris. *v. Electio Conservatoris.*

INTEGRA, VEL NON INTEGRA RES.

Tunc res non est integra, & Judex sua jurisdictione dicitur usus, cum saltem fuerit transmissa citatio: Integra vero est, & Judex nondum est sua jurisdictione usus, cum neque citatio fuerit transmissa. *art.* 42. *n.* 30.

INTENTIO.

Verba deserviunt intentioni, non intentio verbis. *art.* 22. *n.* 473.

INTERDICTUM.

Si mandet Episcopus Confraternitati, in Ecclesia Regularium erectæ, sub pœna Interdicti localis, ut ad Processionem accedat, ipsaque non obtemperet, non proinde Ecclesia Regularium subjicitur Interdicto locali. *art.* 22. *n.* 27.

Quamvis Regulares teneantur, Interdicta, seu valida, sive nulla servare, quando ea servat Ecclesia Matrix, sub pœna excommunicationis, ipso facto incurrendæ; vi tamen privilegiorum ea in multis servare, non tenentur. *art.* 21. *n.* 497.

Possunt Regulares, tempore Interdicti generalis Missam in propriis, vel alienis Ecclesiis celebrare, submissa tamen voce, Januis clausis, non pulsatis Campanis, & exclusis excommunicatis, ac Interdictis. *n.* 498. & 500.

Immo generale Interdictum suspendendo, si iidem Regulares culpabilem causam non dederint Interdicto, aut specialiter Interdicti non fuerint, possunt solemniter Divina celebrare apertis januis, pulsatis Campanis, admissis Interdictis, exclusis tantum excommunicatis, & iis, qui culpabilem causam Interdicto dedere, in aliquibus solemnitatibus. *n.* 499.

In Festis nimirum Nativitatis Dominicæ, in Hebdomada majori, & Festis Resurrectionis, Pentecostes, Corporis Christi, & per ejus Octavam: Item Conceptionis Beatissimæ Virginis, ejusdemque Nativitatis, Visitationis, & Assumptionis: Nativitatis etiam S. Joannis Baptistæ. *ibid.*

Rursus in Festis Sanctorum suarum Religionum, & aliorum, sub quorum invocationibus Ecclesiæ Regularium dedicatæ sunt: seu quorum Corpora in eorumdem Ecclesiis sunt recondita: & per octavam Omnium harum Festivitatum. *ibid.*

Tandem cum Religiosi religiosam Professionem emittunt, primam Missam celebrant, & in propriis Ecclesiis Religiosos defunctos sepeliunt. *ibid.*

Tempore strictissimi Interdicti possunt Fratres Prædicatores, in suis dumtaxat domibus, quotidie unam Missam in communi legendo audire: seu quilibet ejusdem Ordinis Sacerdos eum duobus, aut tribus Ministris celebrare, januis tamen clausis, & non pulsatis Campanis, & exclusis iis, qui de Ordine suo non fuerint. *n.* 501.

Strictissimum Interdictum est, quod omnes omnino continet effectus, annexos Interdicto: privationem videlicet Sacramentorum, active, & passive sumptam, privationem Divinorum Officiorum, tam activam, quam passivam, & privationem Sepulturæ Ecclesiasticæ, activam, & passivam. *ibid.*

Tempore Interdicti generalis, & specialis, sicut & Cessationis a Divinis, possunt Regulares sex Personas Sæculares, seu Mares, sive Feminas, seu semper easdem, sive diversas eligere successive, ad Missam in suis Ecclesiis audiendam, & recipienda Sacramenta: quæ si tunc temporis moriantur, possunt inibi sine solemnitate sepeliri: modo Regulares ipsi, ipsæque personæ Sæculares causam non dederint Interdicto, & Cessationi a Divinis; aut Interdictum ipsum non fuerit positum, vel confirmatum a Papa. *numer.* 502.

Immo tempore Interdicti, ab Ordinario lati, possunt quindecim Personas simul, hodie has, cras illas admittere de iis, quæ non dederint causam Interdicto. *n.* 503.

Possunt Regulares, tempore cujuslibet Interdicti, & Cessationis a divinis, admittere ad divina Officia, & Ecclesiastica Sacramenta suos Procuratores, & Syndicos; eorumque uxores, & Filios, famulos omnes, ac Familiares Monasterii, continuos commensales, aliosque expensis ejusdem Monasterii viventes, cum eorum Familia utriusque sexus; sicut, & Medicum Ordinarium Monasterii, pro solo tamen Interdicti tempore, non etiam Cessationis a Divinis. *numer.* 504. 505. & 506.

Possunt quoque ad eadem admittere quoscumque Familiares, & Servitores cujuscumque alterius Monasterii suæ Religionis; eosque decedentes sepelire, secreto tamen modo, januis clausis, & non pulsatis Campanis. *n.* 507.

Operarios etiam, Officiales videlicet, & Laborantes in ipsorum locis, sed in die, qua laboraverint; proprios famulos, aliunde venientes, & mercenarios, in Grangiis, ac Cellariis residentes. *n.* 508. & 509.

Tertiarios quoque, ac Tertiarias cum suis Procuratoribus, & negotiorum gestoribus; Advocatos Fratrum, & Tertiariarum, sicut, & Monialium, ac Tertiariorum. *n.* 510. & 511.

Possunt Regulares, in locis, ubi degunt, vel eos pro tempore morari contigerit, cujusvis Interdicti tempore, januis clausis, ac excommunicatis, & Interdictis exclusis, Missas submissa voce celebrare; & Sacramenta nedum recipere, sed etiam aliis ministrare, nisi id ipsis specialiter Interdicatur. *n.* 512.

Possunt pariter in suis Ecclesiis sepelire, quotquot in ipsorum morantur obsequiis; Oblatos in sæculo cum habitu sæculari manentes; Fratres, & Sorores Tertii Ordinis de Pœnitentia, suosumque, ac illorum Procuratores, & Monialium Sanctæ Claræ, negotiorumque gestores; nec non Fratrum, Monialium, ac Tertiariorum Advocatos. *num.* 513.

Laici Privilegium habentes assistendi Divinis Officiis pro tempore Interdicti, eo ipso possunt in loco Sacro sepeliri. *n.* 515.

Possunt ulterius, tempore cujuscumque Interdicti, & Cessationis a Divinis, sepelire Januis Clausis, & non pulsatis Campanis, omnes, & Singulos Fratres, Oblatos, Commissos, aut quoscumque Familiares, Officiales, & servos quorumlibet Monasteriorum; proprium Syndicum, & Procuratorem cum suis Uxoribus, & Filiis. *num.* 516. & 517.

Non tamen Confratres suarum Confraternitatum. *num.* 518.

Quæcumque Regulares facere possunt tempore Interdicti generalis, possunt etiam tempore Interdicti specialis. *n.* 519.

Recensita, aliaque id genus privilegia Regularibus pro tempore Interdicti, vel Cessationis a Di-

vi-

Judex, saltem ipsam [illegible] debet, sibi reservare. *ibidem.*

Malefactores Ecclesiarum possunt tam coram Judice Laico, quam coram Ecclesiastico conveniri. *art.* 5. *n.* 55.

Clericus, seclusa consuetudine, debet coram Sæculari Judice Laicum convenire de rebus suis, vel Ecclesiæ, si Laicus probabiliter neget, res illas Clerici esse, vel Ecclesiæ. *ibidem.*

Gregorius IV. *in c. Pervenit* a. *q.* t. cuidam Romaoo, Siciliæ defensori, eo quod Clericos, despectis eorum Episcopis, in suo faceret judicio exhiberi, severissime præcepit, ne id denuo facere, præsumat: sed siquis contra Clericum causam habuerit, Episcopum ipsius adeat. *n.* 54.

Judex dari potest ab Inferiore in ætate 20. annorum: aut saltem 18. de consensu partium: a Superiore vero dari potest adultus, seu pubes. *art.* 10. *n.* 5.

Potest supremus Princeps ex certa scientia dare Judicem in re Judiciaria non admodum peritum: qui tamen necessario assumere debet Assessorem, ut defectum scientiæ suppleat. *n.* 27.

Excusationem non habens, etiam invitus, cogitur judicare, & quidem a Principe Imperante. *art.* 16. *n.* 2.

Constitutio, requirens certas qualitates in Judicibus, tendit in favorem Apostolicæ Sedis, ne in talibus Ministris vilipendatur. *art.* 1. *n.* 84.

Judex, ignorantiam, vel inadverrentiam in suo excessu prætendens, eam probare tenetur. *art.* 31. *n.* 7.

Judex Sæcularis, excessum patiens a Conservatore, potest se tueri pœnis condignis. *art.* 32. *n.* 4.

In aliquibus casibus potest Laicus Judex, de causis Clericorum cognoscere, eosque corrigere. *ibidem.*

Nihil gravius, & periculosius eo est, quod sub Judice suspecto litigare. *art.* 33. *n.* 2.

Ipsa ratio dictat, quod suspecti, & inimici Judices esse non debent. *n.* 44.

Neque Rex, aut Imperator potest esse Judex in causa propria, sed debet, eam delegare. *n.* 78.

Judex postquam semel sententiam definitivam pronuntiavit, Judex esse desinit. *art.* 34. *n.* 41.

Judicandi munus necessarium est. *art.* 36. *n.* 9.

Servus nequit esse Judex, si servitus sit a principio: Quod si superveniat; Jurisdictionem non tollit, sed suspendit, donec recuperetur libertas. *art.* 37. *n.* 19.

Senator, amotus a Dignitate ob turpitudinem, Judex esse non potest: nisi tamen fuerit toleratus: nam, donec repellatur, procedere potest: & ubi a Dignitate fuerit remotus, non tamen ab administratione; vel ab ea suspensus. *art.* 38. *n.* 13.

Judices Ordinarii possunt Delegatos instituere ad unam, vel alteram causam, non tamen ad universitatem causarum. *art.* 5. *n.* 36.

Interest Papæ, subditos suos ab aliis non judicari. *art.* 22. *n.* 480.

Judex Sæcularis non potest, cogere Monasterium, quia spoliavit Laicum sua possessione, ad illam restituendam. *n.* 160.

Judex Sæcularis noo potest capere Religiosum, noctu inventum eum armis prohibitis aut etiam mutato habitu: nec illum armis prohibitis in pœnam spoliare. *n.* 163.

Judex Ecclesiasticus procedit adversus Judicem Laicum, Primates, & Consules, trahentes Clericum ad forum Laicale, etiam ratione Officii, a Principe Laico concessi, vel ratione cujuscumque artificii, si quam artem exerceat. *n.* 198.

Laicus Judex, Ecclesiasticum trahens ad suum Tribunal etiam prætextu sæcularis Officii, quod Ecclesiasticus exercet, vinculo excommunicationis irretitur. *n.* 200.

Nequit Laicus Judex, detinere Religiosum, qui sine habitu, & tonsura miscuit se delictis enormibus; sed debet, illum suo Superiori remittere. *n.* 201.

Neque potest, illum punire sine metu censurarum; nisi prius Religiosus præfatus fuerit monitus desistere. *n.* 202.

Judex in dubio non præsumitur, voluisse in sua dispositione comprehendere ea, de quibus expresse disponere non potest. *n.* 207.

A munere judicandi propter quid Judex excusetur? *art.* 35. *n.* 12.

Non potest Laicus Judex, immo nec Ordinarius loci, capere Religiosum in flagranti delicto, eumque ad suum Superiorem deferre, nisi hæ purificentur conditiones: quod nimirum delictum sit Reipublicæ perniciosum, extet præsumptio, Religiosum meditari tale facinus: & necessitas, illum capiendi, urgeat. *n.* 161.

Se Religiosus, oblato idoneo fidejussore, promittat, se Prælato suo sistere; capi non debet. *ibidem.*

Minister non debet, modum excedere, percutiendo nimirum pugnis Religiosum, qui alias paratus est, ire. *ibidem.*

Religiosus delinquens capiendus, purificatis conditionibus recensitis, & ad suum Superiorem ducendus, recta via deferri debet, & intra terminum, saltem viginti horarum; secus Judex capiens, & ducens erit excommunicatus. *n.* 162.

Et multo magis, si illum non ducat, immo ad petitionem Regularium non restituat. *ibidem.*

Decisio Regiæ Monarchiæ Siculæ in facti contingentia. *ibidem*

Non potest Laicus Judex, immo nec Ordinarius loci, punire delicta Novitiorum, seu Civilia, sive Criminalia, etiam Capitalia, in Religione commissa. *n.* 170.

Judex Sæcularis, vel Ordinarius loci non potest, cognoscere de Novitio, qui cum esset in Sæculo Laicus, vel Clericus, delictum commisit, & re integra in fraudem potestatis Laicæ, aut Episcopalis habitum Religiosum assumpsit. Potest tamen cognoscere, si res integra non sit, eo quia Judex ante ingressum Novitii in Religionem cœpit cognoscere, seu via accusationis, sive inquisitionis. *n.* 176. & 177.

Conservator, utpote Delegatus Papæ, adversus quascumque Personas, etiam Laicas, cujuscumque conditionis, & Dignitatis existant, Judex competens est; non secus, ac Papæ Judex competens est quarumcumque personarum, etiam Regularium. *art.* 30. *n.* 18.

Laici, per violentiam usurpantes Bona Ecclesiæ, etiam temporalis Jurisdictionis, per censuram Ecclesiasticam ab Ecclesiastico Judice ad cessandum cogendi sunt, & faciendum satis de præteritis damnis, & injuriis. *ibidem.*

Sæcularis Judex supplere non potest negligentiam Judicis Ecclesiastici, sed Ecclesiasticus. *n.* 19.

Judicis cujuscumque, etiam Laici, suspenditur per excommunicationem Jurisdictio; ejusque exercitium, & usus tollitur, donec adveniat absolutio. *art.* 37. *n.* 25.

Sententiæ, latæ a Judice excommunicato, nullæ

JURA-

JURAMENTUM JURARE.

Nequit Episcopus, Regularem Ordinandum cogere, ut juret voce, vel Scriptis se validam Professionem emisisse, aut alias nullam ratificasse. *art.* 22. *n.* 11.

Juramentum deferri non potest, nisi a proprio Judice; cum sit actus Jurisdictionis. *ibidem.*

Nequit Episcopus, cogere Prælatum Regularem, præsentantem subditum suum, pro obtinenda approbatione ad Confessiones Sæcularium excipiendas, ut sub juramento attestetur de illius sufficentia, idoneitate, probitate morum, ac certa quadam ætate. *n.* 40.

Sine consensu Ecclesiastici Superioris nequit Clericus jurare, nec alium sibi Judicem constituere. *art.* 7. *n.* 51.

Clerici, ne quidem adjecto Juramento, privilegio Canonis, & Fori renuntiare possunt. *art.* 8. *num.* 33.

Si Canonici jurassent, se statutum aliquod, vel privilegium observaturos, & deinde contravenissent, etiam per unicum actum oppositum, Capitulariter factum, censerentur, id fecisse animo tollendi dictum statutum, ne alioquin rei perjurii esse, censeantur. *n.* 29.

Juramentum est probatio privilegiata, & mere subrogatur in defectum aliarum probationum. Elidit præsumptionem Juris in contrarium, qua nimirum quilibet præsumatur scire, quæ ad officium suum spectant. *art.* 21. *n.* 380.

Bona fides, inadvertentia, ignorantia &c., cum consistant in mente, solo testimonio inadvertantis, ignorantis &c. probari queunt. *ibidem.*

JURAMENTUM CALUMNIÆ *v. Recusatio.*

JURISDICTIO.

Clementina Dudum § Per hujusmodi de Sepult. pares omnino facit Confessarios Regulares quoad Jurisdictionem Parochis. *art.* 22. *n.* 70.

Episcopus circa Regulares exemptos nullam potest Jurisdictionem exercere, ne quidem in re minima. *n.* 78. 79. & 80.

Etiam in re minima actus Jurisdictionis, & Superioritatis exercetur. *n.* 80.

Actus Jurisdictionis, & Legislatoris jus dicentis sunt; prohibere, punire, jubere &c. *n.* 81.

Regulares accipiunt immediate a Papa licentiam, & Jurisdictionem audiendi Confessiones, & ab Episcopo tantum expectant sententiam approbationis, seu idoneitatis. *n.* 90.

Constitutio Gregorii XV. (Inscrutabili) de privilegiis exemptorum Regulares exemptos non subjicit Jurisdictioni Episcoporum in iis, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi ubi in ea administratione Regulares deliquerint. *n.* 95. & 96.

Præfata Constitutio nullam novam auctoritatem in Regulares Episcopis attribuit. *n.* 98.

Licentia, data Regularibus ad beneplacitum, censetur perpetua. *n.* 74. & 109.

Monasteria Monialium, Apostolicæ Sedi immediate subjecta, Episcopi Jurisdictioni, non temporali, sed Spirituali subduntur, exceptis iis, quæ a deputatis in Capitulis Generalibus, vel ab aliis Regularibus reguntur. *n.* 318.

Jurisdictio Episcoporum in Regulares exemptos contineri debet intra terminos, præscriptos a Jure, & Specialibus Pontificum Constitutionibus, Sacrarumque Congregationum Decretis in certis expressis casibus; non extra, in casibus non expressis, extendi. *n.* 479.

Ratione offensæ Jurisdictionis Ordinariæ Conservator sit subditus Ordinario. *art.* 31. *n.* 25.

Per usum Jurisdictionis commissæ censetur Jurisdictio, in eum, cui commissa est, efficaciter transiisse. *art.* 39. *n.* 2.

Jurisdictio delegata non transit efficaciter in delegatum, sed manet penes delegantem, donec ea delegatus utatur. *art.* 42. *n.* 24.

Concessa Jurisdictione in Notoriis, concessa intelliguntur omnia, sine quibus illa expleri non potest. *art.* 1. *n.* 89.

Ubi Jurisdictio competit alicui respectu certæ qualitatis, ante omnia debet de illa qualitate constare. *n.* 90.

Ad Jurisdictionem Ordinariam non semper requiritur territorium; cum possit Ordinarius Judex, etiam sine territorio, creari. *art.* 2. *n.* 7.

Jurisdictio delegata nequit de persona ad personam prorogari, cum ea sit Jurisdictio delegantis; ad quem profecto spectat, non ad partes, neque ad Judicem, eamdem prorogare. *art.* 15. *n.* 12. *v. Parochi Regulares, Ecclesia Parochialis, Prorogatio Jurisdictionis.*

JUS.

Jura Juribus sunt concordanda, etiam aliquando cum quadam improprietate verborum. *art.* 22. *num.* 48.

Ut abrogetur Jus antiquum per aliquod novum, debet hoc clausulam Juris antiqui derogatoriam expresse continere. *ibidem.*

Qui utitur Jure suo, nemini facit injuriam. *art.* 21. *n.* 509. & *art.* 34. *n.* 44.

Ubi Jus Civile adversetur Juri Canonico, circa Spiritualia, aliave Ecclesiastica, vel materiam peccati, quodlibet in foro, & imperio suo servandum est. *art.* 5. *n.* 49.

Quod de Jure communi est, nemini denegatur. *art.* 6. *n.* 32.

In iis, quæ sunt Juris divini, consuetudo nullam vim habet: quemadmodum si Immunitas Regularium a gabellis &c. sit de Jure humano. *art.* 21. *n.* 234.

Standum est Juri antiquo, donec expresse per aliud recens emendetur, limitetur, aut revocetur. *art.* 21. *n.* 494. *v. Lex, Lex Civilis, & Canonica.*

JUS ORIGINIS *v. Expulsio, expellere.*
JUS SINGULORUM *v. Testis.*
JUS UNIVERSITATIS *v. Testis.*

JUS PATRONATUS.

Possunt Regulares sine Episcopi consensu donationem Juris Patronatus, a laicis loco Religioso factam, recipere. *art.* 22. *n.* 257.

Regularium Conservator, non Ordinarius loci, cognoscit super pertinentia Juris Patronatus, nedum respectu Capellæ, fundatæ in Capella Ecclesiæ Regularium, verum etiam respectu ejusdem Capellæ. *art.* 21. *n.* 51. & 52.

Jus Patronatus per exercitium unius ex compatronis, aliis reservatur. *n.* 304.

JUVENTUS.

Juventus, seu Virilis ætas a 25. ætatis anno extenditur usque ad sexagesimum. *art.* 10. *n.* 19.

L

LAICI.

LAici, per violentiam usurpantes bona Ecclesiæ, etiam temporalis Jurisdictionis, per censuram Ecclesiasticam ab Ecclesiastico Judice ad cessandum cogendi sunt, & faciendum satis de

Sen-

Qui in Continentibus Urbis nati sunt, Romæ Nati sunt. *ibid.*

Dicitur nasci in Civitate, qui in territorio nascitur. *ibid.*

In Odiosis secus res se habet; cum tunc, nomine Civitatis, solum Urbs, muris circumdata intelligatur, seu quæ murorum ambitu finitur. *ibidem*.

LOCA APOSTOLICÆ SEDI SUBJECTA.

Quænam sint loca Apostolicæ Sedi mediate, & immediate subjecta? *art.* 22. *n.* 185.

LOCA PIA.

Hospitalia omnia, & pia loca, etiamsi privata sint Laicorum, potest Episcopus visitare, corrigere, & reformare in casibus, a jure concessis, scilicet ob negligentiam, vel dilapidationem bonorum; utque Testatoris servetur voluntas. Et etiam in casibus, a jure non expressis, tam in ipso actu visitationis, quam extra. *art.* 22. *n.* 311.

LOCA REGULARIUM. *v. Ecclesia Regularium*.

LOCUS.

Episcopus nullam potest in locis exemptis jurisdictionem exercere. *art.* 19. *n.* 26.

Locus exemptus æquiparatur loco extra Diœcesim. *ibid.*

Locus exemptus, & locus extra Parochiam æquiparantur, & pro eodem censentur. *artic.* 21. *num.* 490.

Locus, ex quo eligi debeat Conservator, & trahere ad suum judicium. *v. Diœcesis*.

Conservator, attento jure antiquo, extra Civitatem, seu Diœcesim, pro qua deputatur, procedere nequit, nisi intra unam dietam a fine Civitatis, seu totius Diœcesis Rei conveniendi; & in certis quibusdam casibus: Et attento jure novo intra tres dietas. *art.* 23. *n.* 1. & 2.

Hodie tamen inspecto jure novissimo, intra Civitatem, seu Diœcesim, ubi extat Monasterium defendendum, & Regulares conservandi, procedere potest, non extra ultra unam dietam: Nequidem de consensu partium. *n.* 3.

Archiepiscopus vero Metropolitanus, aliusve extra Diœcesim electus, ob penuriam eligendorum in Diœcesi, extra illam procedit. *ibid.*

Quamvis Monasterium habeat bona in diversis Diœcesibus; non in illis, sed in sola Diœcesi, ubi situm est Monasterium, potest jus dicere, & procedere Conservator. *n.* 4.

Si Scholaris Jesuita habeat bona extra Diœcesim, conveniri non potest ab Actore propter dicta bona coram Conservatore Collegii, ubi ipse residet; cum extra diœcesim agere non possit Conservator. Neque coram Conservatore illius Collegii, in cujus Diœcesi sunt præfata bona; cum hic ad suum judicium trahere non possit extra suam Diœcesim existentes. *n.* 5.

Quid ergo in dicto Casu faciendum ab Actore? *ibidem*.

Nequit Conservator, extra Diœcesim citare per Edictum; aut sententiarum facere denuntiationes; cum utrumque sit, jurisdictionem exercere. *numer.* 6.

Si Reus citandus reperiatur extra Diœcesim, quid agendum? *ibid.*

Sed, non obstante Constitutione Gregorii XV. de Conservatoribus, posse hodie Conservatorem extra Diœcesim procedere, modo non ultra tres dietas, contendunt nonnulli Doctores. *a numer.* 7. *usque ad* 15.

In hac secunda sententia Conservator procedere valet in pluribus Episcopatibus, intra trium dietarum fines existentibus, modo ejus electio notificetur Curiæ uniuscujusque Episcopatus. *num.* 10. & 11.

Sufficere tamen notificationem Conservatoris electi, factam soli Curiæ Episcopatus, ubi extat Monasterium; nec requiri, quod illa fiat etiam Curiis aliorum Episcopatuum, ubi sunt Monasterii bona, volunt nonnulli. *n.* 11.

Constitutio laudata Gregorii XV. cum sit odiosa, & loquatur de constitutis in Dignitate Ecclesiastica, quorum nomine non veniunt Episcopi, & eorum Superiores in odiosis, non afficit Episcopos, Archiepiscopos, &c. *n.* 15.

Quamobrem Episcopi, Archiepiscopi &c., in Conservatores electi, procedere queunt usque ad tres dietas juxta Constitutionem Gregorii XIII., etsi Conservatores inferiores procedere non valerent juxta primam sententiam. *ibid.*

LOCUTIO CUM MONIALIBUS.

Regulares alloqui nequeunt cum Monialibus, etiam sibi subjectis, ac in Primo, & Secundo gradu conjunctis, sine licentia Episcopi; qui eam concedere, & denegare potest; & contrafacientes punire. *art.* 22. *n.* 331. & 332.

M

MAGISTERIUM. *v. Doctoratus*.

MAGISTRATUS.

Magistratus Sæcularis nequit Conservatorem in sua jurisdictione impedire, ... vel molestare. *art.* 30. *n.* 18. *v. Impediens, impedire*.

Magistratus Sæcularis non potest, declarare in pœnam incursos Regulares; & mulctam illam ab iisdem exigere, eo quod transgressi sint Statutum generale, in publicam utilitatem latum, de non introducendo in Civitatem; vel ab ea non extrahendo, venditionis causa, Frumento, Vino &c. *art.* 21. *n.* 205.

MAJOR. *v. Dignus, Dignior*.

MAJUS, ET MINUS.

Concesso Majori, censetur etiam minus concessum. *art.* 21. *n.* 482.

MALEFICUS. *v. Testis*.

MALITIOSE.

Particula *Malitiose* quid importet? *v. Lectio decretorum Clementis Octavi &c.*

MANCIPIUM. *v. Testis*.

MANIFESTUM.

Manifestum est idem, quod notorium, seu quod nulla potest probabili tergiversatione celari, seu excusatione defendi. *art.* 5. *n.* 52.

Et aliud est Notorium facti, aliud juris; utrumque manifestum, seu notorium explicatur. *numer.* 53.

MANDANS, MANDATUM.

Mandantes, & Consulentes percussionem Religiosi, si mandatum seu expressum, sive tacitum, & Consilium revera in percussionem influxerint, excommunicationem incurrunt, at non ex vi *Can. Si quis suadente*, sed ex vi *Cap. Quantæ de sent. excom. art.* 21. *n.* 315.

Mandatum speciale derogat generali. *artic.* 30. *num.* 3.

Mandatum super correctione criminum, sicut & aliæ commissiones, factæ Delegatis, stricte sunt interpretanda. *art.* 21. *n.* 340.

MARITUS.

Non potest Maritus, ut Pater familias, expellere e domo uxorem inobedientem, & perniciosam. *art.* 25. *n.* 592. *v. Privilegium*.

MA-

celebrari poterit, quamvis non possit ex vi *cap. In his* de privil. *n.* 403., & *art.* 22. *n.* 164. & 165.

Non tamen celebrari poterit in Cubiculo Monasterii, in quo forte Sæcularis aliquis ægrotaret. *art.* 22. *n.*403.

Hujusmodi privilegiis non derogatur per Decretum Clementis XI. de Celebratione in Oratoriis privatis. *n.* 404.

Non satisfaciunt præcepto Ecclesiæ, de auditione Sacri Festis diebus, Sæculares, Missam audientes in Cella Religiosi infirmi, aut in Domo Sæcularis, ubi decumberet Religiosus ægrotans. *n.* 405.

Parochi, quae Regulares, qua Sæculares, non possunt ab Episcopo cogi ad subministranda necessaria Presbyteris, volentibus in eorum Ecclesiis celebrare. *art.* 22. *n.* 349.

MOBILE PRETIOSUM.

v. Congregatio, seu Sodalitas.

MOLENDINUM.

Nequeunt Oppidorum Barones, seu Communitates, & Universitates Laicorum, citra Libertatis, & Immunitatis Ecclesiasticæ præjudicium, Ecclesiasticos impedire, ne suis utantur Molendinis, quæ domi habent, aut extra, ad macinandum proprium Frumentum, Olivas &c. sed Molendino Baronum &c. Quod pluries Sacra Congregatio Immunitatis declaravit, *art.* 21. *n.* 273.

Barones prædicti &c. neque visitare possunt recensita Ecclesiasticorum Molendina, etiam sub prætextu, quod a Molendinariis Laicis fraudes committantur in mensuris; iidemque, ut condignis ab ipsis pœnis afficiantur; cum talis visitatio, inspectio, & punitio ad Judicem dumtaxat Ecclesiasticum pertineat. *n.* 274.

Atque ita decidit pluries Sacra Immunitatis Congregatio. *n.*275.

MOLESTANS, MOLESTARE.

v. Impediens Impedire.

MONARCHIA SICULA.

Privilegium Regiæ Monarchiæ, ab Urbano II. Rogerio Comiti, ejusque Successoribus in Sicilia concessum a Clemente XI. fuit annullatum; sed a Benedicto XIII. in ampliori forma restitutum est. *art.* 34. *n.* 287. *v. Appellatio.*

MONASTERIUM.

Regularium Conservator cogit Monasterium, alias capax bonorum, ad alimenta minastranda alteri Monasterio diversi Ordinis, in quo suus Religiosus dyscolus, ad agendam pœnitentiam, est relegatus. *art.* 21. *n.* 222.

Non cogit tamen præfatum Monasterium, si bonorum incapax sit; cum teneatur alere Religiosum dyscolum in hoc casu Monasterium illud, in quod relegatur. *n.* 124.

Debita, a Religioso facta ex delicto, vel contractu, propria auctoritate inito, si ex illis Monasterium factum est ditius; aut saltem hæres est Religiosi præfati, tenetur Monasterium solvere: &, recusans, potest a Conservatore coerceri. *n.* 125.

Non tenetur tamen, si ex illis debitis Monasterium factum non sit ditius; neque hæres sit Religiosi præfati. *n.* 126.

Monasterium non est domus de Parochia, quamvis sit situatum in Parochia. *n.*489.

Nequit Ordinarius, Regularium Monasteria visitare, ad effectum cognoscendi, an in illis servetur numerus Religiosorum præscriptus; nisi prius aliunde constet de fundamento intentionis Episcopi, in deficientia numeri constituto. *art.* 22. *n.* 381.

Monasterium dicitur Monachorum statio. *n.* 397.

Monasteria Regularium utriusque sexus erigi nequeunt, nisi prævia Diœcesani licentia; etiamsi Diœcesanus sit electus, & confirmatus tantum, non etiam consecratus. *n.* 387.

Nec requiritur licentia Papæ. *n.* 388.

Nomine Monasterii in Jure veniunt Hospitia. *n.* 390.

Novum Monasterium, sine licentia Episcopi, erigi nequit in loco, ubi aliunde ejusdem Ordinis Monasterium habeatur. *n.* 392.

Pro constitutione, & ampliatione Monasterii, cogi possunt vicini privati ad vendendas proprias Domos. *n.* 393. & 394.

Hujusmodi Coactio ab Episcopo facienda est *n.* 396.

Pro quovis loco pio cogitur quis, vendere. *n.* 398.

Pro Claustro, & Scholis ædificandis, sicut & pro Dormitorio cogitur quis, vendere suum fundum, suam Domum &c. *n.* 399.

Ad reparationem Monasterii, totaliter, & funditus eversi, nova Episcopi licentia opus est; cum ea reparatio foret nova ipsius Monasterii ædificatio. Secus tamen, ad reparationem Monasterii, non totaliter eversi. *n.*400.

Quandonam dicatur fabrica, totaliter, & funditus eversa? *n.*401.

Non requiritur tamen aliorum Religiosorum consensus, ad reparandum Monasterium, totaliter, & funditus eversum. *n.* 402.

Nequit Monasterium, de loco minus sano, & incommodo ad sanum, & commodum ejusdem Civitatis transferri, sine licentia Episcopi. *n.*403.

Modo Regulares privilegium non habeant, ut illud habent Benedictini in Portugalia, hujusmodi translationes faciendi absque solemnitatibus, pro novorum Conventuum erectione requisitis. *n.* 404.

Regulares deserere volentes Monasteria, sibi a Communitate, Civitate, vel oppido concesse, in manibus Ordinariorum dimittere debent. *art.* ea. *n.* 405.

Non ita tamen Monasteria, ex acquisitis eleemosynis, vel propriis redditibus ab ipsismet Regularibus constructa; cum possint, illam, præter Ecclesiam, vendere. *n.* 406.

Monasteria vero Juris patronatus in manibus Patronorum deserere debent, si Patroni dominium illorum sibi retinuerint pro casu dimissionis. Secus tamen, si tale Dominium sibi non retinuerint: in qua hypothesi possunt Regulares, de illis pro libito disponere. *n.* 407.

Si Regulares præfati sint ex Fratribus Minoribus, bona in communi non possidentibus, debent Monasteria ex acquisitis eleemosynis constructa, sine alicujus Fundatoris, seu Patroni sumptibus, in manibus Apostolicæ Sedis, adeoque Ordinariorum deserere. *ibidem.*

Regulares nequeunt, sine licentia Episcopi, antiquum Monasterium, quod sponte dimiserunt, iterum occupare, si ex nova occupatione novum fiat damnum aliis Monasteriis. Possunt tamen, sine licentia Episcopi, illud reassumere, si novum detrimentum non proveniat. *n.* 408.

Si per vim, & metum, injuste Regularibus incussum, ipsi Monasterium deseruere, ut illud reassumant, Episcopi licentia opus non est. *n.* 409.

Possunt

ad

ad integram restitutionem tenentur, nulla eorum quibus restitutio facienda est, remissione eidem profutura. *art.* 29.*n.* 9.

Quamvis titulo remissionis, proprie dictæ, nequeat Conservator quidquam, a partibus acceptum, sibi retinere; potest tamen titulo donationis. *n.* 18.

Conservatoris Assessor potest munera a partibus litigantibus accipere: secus tamen, si ejus Consilium Conservator sequi teneatur. *n.* 12. & 13.

Conservatoris Notarius potest esculenta, & poculenta, immo etiam munera recipere. *n.* 15.

MUSICA, MUSICI.

Musica in Ecclesiis est de Jure permissa, etiam in antiqua Lege. *art.* 22. *n.* 140. & 141.

Episcopus prohibere non potest Regularibus (Monialibus exceptis) ne in suis Ecclesiis Musica habeatur: Neque Musicis, quod non canant, saltem absque sua licentia, aut non vocato Magistro Capellæ Cathedralis &c. *n.* 142.

Potest tamen iisdem præcipere, quod Musica tota sit devota, & Ecclesiastica; non lingua Italica, aliave vernacula concepta, quacumque in oppositum consuetudine non obstante. *n.* 143.

MUTATIO, MUTARE.

Immutare Jus Canonicum, vel Civile, solius Pontificis Superioris est, non ullius Inferioris. *art.* 5. *n.* 41.

Procurator, constitutus ab absente, qui renuit acceptare mandatum, potest deinde, mutata voluntate, illud acceptare, quamdiu mandans in eadem voluntate persistit. *art.* 8. *n.* 31.

N

NECESSITAS.

Regulares, aliique Ecclesiastici, immunes sunt a Tributis, Collectis, Exactionibus, Vectigalibus, aliisque id genus oneribus, seu ordinariis, sive extraordinariis, quæ ad communem Laicorum æque, ac Ecclesiasticorum, seu Regularium ipsorum utilitatem, aut ob urgentem Reipublicæ necessitatem imponuntur. *art.* 21. *n.* 245.

Quacumque necessitate, etiam Belli, Famis, Pestis emergente, nihil ab Ecclesiasticis, eorumque bonis exigi potest, nisi certæ purificentur Conditiones conjunctim, a Sacris Canonibus requisitæ. *ibidem.*

Necessitas videlicet, vel utilitas, non qualiscumque, sed gravis, Laicis æque, ac Ecclesiasticis communis: ad quam sublevandam satis non sint facultates Communitatum, ac Universitatum, & Laicorum particularium, seu singulorum. Quod examinare, Episcopi est cum toto Diœceseos Clero, qui cognita tali necessitate, & insufficientia facultatum Communitatis, & Laicorum particularium, ad contributionem Ecclesiasticorum consentiant, illam tamen differendo, donec Romanus consulatur Pontifex, ejusque consensus habeatur. Quibus jam purificatis facienda est contributio ab Ecclesiasticis, sponte, & sine ulla coactione laicali, & a laicis, absque ulla exactione, humiliter, & devote recipienda, ac cum gratiarum actione. *a n.* 250. *usque ad* 257.

Nomine Cleri Capitulum etiam Cathedralis solet intelligi. *n.* 251.

Nedum Laici exigentes, sed Clerici etiam sponte solventes exactiones quascumque, & Episcopi concedentes, aut consentientes, illicite, & invalide agunt sine consensu Papæ. *n.* 252.

Si periculum sit in mora, & tam cito Pontifex adiri non possit; tunc, habitis reliquis conditionibus, satis erit Consensus Episcopi cum Clero. *n.* 253.

Necessitas non habet Legem; & quod non est licitum in Lege, necessitas facit licitum. *ibidem.*

Si, urgente necessitate, & purificatis conditionibus dictis, adhuc Ecclesiastici nolint contribuere, per eorumdem Ecclesiasticum Judicem, non per Laicum, compellendi sunt, per Papam videlicet, sive Legatum de Latere, Nuntium Apostolicum, Episcopum, Conservatorem &c. *n.* 255.

Quod si periculum sit in mora, adeo ut pro Ecclesiasticorum compulsione Ecclesiasticus Judex adiri non possit, tunc potest Laicus Judex, non per modum Jurisdictionis, sed justæ, ac rationabilis defensionis, servato tamen moderamine inculpatæ tutelæ, facere, quod recta ratio dictabit, hic, & nunc esse faciendum. *n.* 256.

Publica necessitas, vel utilitas Jurisdictionem in Ecclesiasticos Magistratui Laico non confert. *n.* 311.

In gravi Civitatis necessitate ad prospiciendum bono communi, illæsamque servandam Ecclesiasticam Immunitatem, solent Episcopi, propriis Edictis Principum Secularium Proclamata adjuvare. *n.* 312.

NEGATIO.

Negatio, quidquid post se invenit, destruit: magisque negat, quam affirmatio ponit. *art.* 38. *n.* 45.

Negatione res efficitur dubia. *art.* 21. *n.* 91.

Quod non ita se habet, ut nulla excusatione, seu tergiversatione celari valeat, per negationem redditur dubium. *n.* 6.

NEGLIGENTIA, NEGLIGENS.

Non potest Laicus Judex, negligentiam supplere Prælati Regularis in punitione Subditi Religiosi delinquentis. *art.* 21. *n.* 168.

Ubi negligens fuerit Ecclesiasticus Judex in punitione subditorum, ad alium Ecclesiasticum Judicem, ejus Superiorem recurrendum: & ubi negligentes fuerint, ad Papam. Non tamen recurrendum ad Principem Secularem, etiam ipso negligente Papa, nisi talis recursus esset in justam defensionem. *n.* 169.

NEQUAQUAM.

Particula *Nequaquam* idem significat, quod nullo pacto, nullo casu, nulla ex parte. Vim præcisæ prohibitionis habet, & æquipollet Clausulæ *Nullatenus*, quæ nullitatem actus inducit ipso Jure. *art.* 27. *n.* 14.

NOMEN.

Nomen generale restringitur per speciale, ita ut non excedat personam nominatam. *art.* 38. 43. *n.*

Nequeunt Regulares, libros imprimere, seu imprimi facere, sine appositione proprii nominis, licentia, & recognitione suorum Prælatorum &c. *v. Libri.*

NOSOCOMIUM.

Nosocomium est Hospitale, ubi curantur ægroti. *art.* 22. *n.* 299.

NOTARIUS, NOTARIATUS.

Potest Conservator, ubi necessitas postularit, immo debet, Notarium, quem maluerit, eligere: eligendus autem habere debet qualitates, nedum ad munus Notariatus suscipiendum re-

Novitiorum, aut Novitiarum renuntiationes, & obligationes inter vivos &c., sicut, & eorumdem testamenta, codicilla, & donationes causa mortis &c. v. *Renuntiatio*.

Regulares debent restituere Novitiis, seu Maribus, sive Feminis omnia, quæ ab ipsis tempore Novitiatus acceperunt; non autem quæ ante ingressum, vel in ipso ingressu, volentibus ipsis ante professionem a Religione discedere, *numer.* 196. & 198.

Accepta tamen esse debent tanta, ut ob ea Novitii difficultatem habeant discedendi: e. g. magna pars substantiæ suæ. *n.* 197.

Si notorie, & cum scandalo extra delinquat Novitius, qui aliàs degit intra Claustra, nequit in eum, sicut in Professum, Episcopus procedere. *num.* 178.

Novitii in odiosis sub nomine Regularium non comprehenduntur, sed in favorabilibus. *ibid.*

Episcopus nequit in Universum adversus Novitios procedere in illis casibus, in quibus procedere potest contra Professos. *n.* 179.

Novitius impeditus potest per Procuratorem suam Professionem emittere. *n.* 372.

Regularium Conservator super causa Novitiorum de debitis, contractis in Sæculo cognoscit. *art.* 21. *num.* 82.

Novitius, & ejus Bona gaudent omnimode exemptione, adeo ut licet bona Novitiorum non sint bona Religionis, adhuc tamen gaudeant exemptione a gabellis. *n.* 87. *v. Bona*.

Quamvis decedente Novitio in statu Novitii, & intestato, Monasterium in ejus bona non succedat: Succedit tamen decedente in statu Professionis, & jam Professo, per Professionem in Articulo Mortis jam emissam. *num.* 146. & 147. *v. Bona*.

Novitius, vel Scholaris Jesuita, qui post Commissam in Sæculo percussionem Monachi, vel Clerici, Religionem ingreditur; vel post eamdem in Religione patratam, ad Sæculum revertitur; non per Episcopum ab excommunicatione incursa, sed per suum Religiosum Prælatum absolvendus est. *art.* 25. *n.* 326.

Jurisdictio Prælati Regularis erga Subditum suum pro Foro interno, durat etiam pro tempore, quo ille non est amplius subditus. *n.* 327.

In Foro Pœnitentiali tantum habetur respectus ad tempus sententiæ; in aliis vero Foris etiam ad tempus commissi delicti. *n.* 328.

Privilegium, illimitate Regularibus concessum, ut valeant per suos Superiores absolvi ab excommunicatione, incursa propter percussionem, ubilibet patratam, seu nimirum in Religione, sive in Sæculo, non est concessum Episcopis, ut valeant subditos suos absolvere propter percussionem, dum erant Religiosi, commissam. *n.* 329.

Non potest laicus Judex, immo nec Ordinarius loci, punire delicta Novitiorum, seu Civilia, sive Criminalia, etiam Capitalia, in Religione commissa. *n.* 170.

Novitii, favore Religionis, eximuntur e Jurisdictione Judicis laici, & Ordinarii loci. *n.* 171.

Prælatus Religionis potest etiam perpetuo carceri Novitium mancipare, ita exigente qualitate delicti. *ibid.*

Immo & Torturæ eum subjicere, si ea necessaria sit ad comprobandum delictum. *ibid.*

Novitius, ex vi ingressus in Religionem, reputatur persona Ecclesiastica; gaudetque proinde omnibus Personarum Ecclesiasticarum privilegiis. *numer.* 172.

Favore Religionis Novitii instar Professorum, ut a Civili Judicis laici jurisdictione eximuntur, ita & ab Ecclesiastico Ordinarii loci. *n.* 173.

Novitios, in Religione delinquentes, si ab ea impuniti decedant, sicut & Scholares Societatis Jesu, a Judice Sæculari puniendos esse, docent complures. Alii tamen volunt a Prælato Regulari. *numer.* 174.

Si Novitios delinquens vellet e Religione discedere, posset in eadem detineri, donec sufficienter puniatur. *n.* 175.

Posset etiam poniri pœna, exequenda post discessum, si ea judicialiter injuncta sit: illamque proinde nequit effugere propria auctoritate. Secus tamen, si pœna inflicta sit absque strepitu judiciario. *ibid.*

Judex Sæcularis, aut Ordinarius loci, non potest cognoscere de Novitio, qui cum esset in Sæculo Laicus, vel Clericus, delictum commisit, & re integra in fraudem potestatis laicæ, aut Episcopalis habitum Religiosum assumpsit. *n.* 176.

Potest tamen cognoscere, si res integra non sit, eo quia Judex, ante ingressum Novitii in Religionem, cognoscere cœpit, seu via accusationis, sive Inquisitionis. *n.* 177.

NULLATENUS.

Clausula *Nullatenus* nullitatem actus inducit ipso Jure. *art.* 27. *n.* 14.

NULLITAS.

Nullitas, adjecta actui contra quæcumque dispofita, ipso jure incurritur absque sententia Judicis annullante. *art.* 31. *n.* 13.

NUNTIATIO NOVI OPERIS. *v. Actor*, & *Reus*.

NUNTIUS APOSTOLICUS.

Legatus Papæ, qui est Nuntius, licet sit Judex Appellationis in locis exemptis, non debet tamen Regularium appellationes admittere; sed illas gradatim eorumdem Superioribus relinquere. *art.* 34. *n.* 125. *v. Appellatio*.

O

OBEDIENTIA.

Verba [In virtute Sanctæ Obedientiæ] non semper inducunt peccatum mortale. *art.* 22. *num.* 473.

OBLATIONES.

Oblationes, Altaribus factæ Confraternitatum. *v. Confraternitas*.

OBLIGATIO.

Obligationes inter vivos, & Renuntiationes Novitiorum, vel Novitiarum &c., sicut & eorumdem Testamenta, Codicilla, & donationes causa mortis &c. *v. Renuntiatio*.

Obligatio Conservatoris ad munus acceptandum, exequendum, prosequendumque ad quinquennium. *v. Conservator*.

OBLIVIO. *v. Bona fides*.

OBSERVANTIA.

Observantia, etiam unius actus, deservit pro interpretatione. *art.* 25. *n.* 30.

Et observantiæ interpretativæ adeo defertur, ut præferatur interpretationi magis veræ, & Juri magis conformi. *ibid.*

OBTINENS, OBTINERE.

Obtinere, importat titulum perfectum, seu Jus in re, non vero Jus ad rem. *art.* 55. *n.* 2.

OCCASUS SOLIS.

Non potest Episcopus præscribere, quod Regulares

re, vel moleſtare, quo minus exequatur munus ſuum. *art.* 30. *n.* 13. *v. Impediens Impedire.*

Tenetur brachium ſuum Conſervatori præſtare; ſecus per cenſuras compelli poterit. *art.* 25. *numer.* 6.

Non poteſt Ordinarius, violenter Conſervatori reſiſtere, ſententiam injuſtam exequi volenti; ſed tantum inſtare, ut differat; vel, ut eum ab hoc onere eximat. *art.* 25. *n.* 10. & 11.

Ordinarius, etiam poſt annum, exequi poteſt ſententiam, a ſe latam. *n.* 19.

Ordinarius, certo ſciens, non fuiſſe Clericum in Beneficio Canonice inſtitutum, an obedire teneatur delegato Papæ mandanti, Clericum in beneficii poſſeſſionem induci? *n.* 17.

Licet Ordinarius loci in pluribus ſit Apoſtolicę Sedis Delegatus; nequit tamen, ſe intromittere in iis, quæ ſpectant ad Conſervatorem: uti nec Conſervator in iis, quæ Ordinarium loci, tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegatum, concernunt, *art.* 30. *n.* 6.

Ordinarius obſequi tenetur Delegato. *n.* 13.

Ordinarius nequit, ſe ingerere in cauſa, a Sede Apoſtolica delegata, etiam mortuo ipſomet delegato, & quantumvis agatur de abſolvendo excommunicato ob contumaciam. *ibidem.*

Poteſt Ordinarius cognoſcere de validitate Reſcriptorum commiſſionis duorum delegatorum, qui contraria illi mandant. *n.* 14.

Et ex Speciali Delegatione Pontificis poteſt copiam petere literarum, ut mandatum alterius Delegatorum non exequatur. *ibidem.*

Non tamen poteſt, Delegatis præcipere, inhibere, compellere, &c. *ibidem.*

Neque poteſt de competentia Juriſdictionis inter eos delegatos cognoſcere. *ibidem.*

Ordinarius, ob malitiam, vel deſidiam Judicis delegati in procedendo, poteſt, abſolutos per Apoſtolicum Delegatum ab excommunicatione, in priſtinam excommunicationis ſententiam revocare, eoſdemque tamdiu in eadem ſententia ligatos tenere, quamdiu cauſa legitimum habere progreſſum non incipiat. *n.* 16.

Ratione periculi peccati, adeoque favore animæ, poteſt Ordinarius in cauſa Delegati ſe aliquo modo intromittere, *ibidem.*

Ordinarius loci adverſus Conſervatorem, ſuam poteſtatem excedentem, poteſt ſe cenſuris Eccleſiaſticis tueri. *art.* 32. *n.* 2.

Nequit Ordinarius, inconſulto Principe, & ſine ejus licentia, totam ſuam Juriſdictionem ita delegare, ut ſibi nec facultatem revocandi retineat. *art.* 35. *n.* 9.

Coram Ordinario poteſt Delegatus conveniri pro damnis, & intereſſe, ſi delinquat in ea cauſa, in qua eſt Delegatus, in judicando, vel non judicando, in non reddendo jus, & abutendo ſua Juriſdictione, ac illam excedendo, aut alias litem ſuam faciendo. *art.* 32. *n.* 7.

Poteſt Ordinarius Judici Delegato reſiſtere, quando voluerit exequi aliquod injuſtum. *ibidem.*

Poteſt Delegatus Principis, delinquens in cauſa proceſſus, ab Ordinario puniri. *n.* 8.

Etſi Delegatus in cauſa, ſibi commiſſa, major ſit quocumque Ordinario; ratione tamen delicti ſubditur illi. *ibidem.*

Ordinarii poſſunt, & debent, Delegato reſiſtere, alias puniendi ſunt. *ibidem.*

Si facile haberi non poſſit recurſus ad Papam, ſeu Superiorem exemptorum, ex defectu juſtitiæ in exemptos adiri poteſt Ordinarius. *art.* 22. *n.* 258.

Ordinarius ſolus loci, in quo profeſſus eſt Religioſus, reclamans de nullitate ſuæ profeſſionis, ante decimumſextum annum emiſſæ, cognoſcit de illa. *n.* 364.

Quanta ſit auctoritas Ordinarii in Monaſteriis Regularium, in quibus præſcriptus Religioſorum numerus non degit? *n.* 381. *v. Conventus parvi.*

Nequit Ordinarius, Monaſteria viſitare, ad effectum cognoſcendi, an in illis ſervetur numerus Religioſorum præſcriptus, niſi prius aliunde conſtet de fundamento intentionis Epiſcopi, in deficientia numeri conſtituto. *n.* 381.

Ordinarii locorum Juriſdictionem non habent in Regulares exemptos, neque in caſu, quod ſint in poſſeſſione judicandi illos. *art.* 21. *num.* 336. & 338.

Neque poſſunt, illos corrigere ſub prætextu, quod a Papa delegantur Judices ad corrigendos Clericos, nulla facta mentione Clericorum exemptorum. *num.* 339. *v. Delegatus, Recuſatio, Avocatio.*

ORDINES MILITARES.

Ordines Militares, antequam ſpeciale privilegium eligendi Conſervatorem habuiſſent; adhuc illum, ut poterant, vigore Juris communis, eligebant. *art.* 6. *n.* 1.

Ordini Sancti Joannis Hieroſolymitani conceſſum fuit, ut poſſit in Conſervatorem eligere non deſignatum Judicem in Synodo. *art.* 11. *n.* 7.

Ordines militares ſunt vere, & proprie Religioſi, & privilegia Ordinum non militarium participant. *art.* 12. *n.* 29., & 30.

In Ordinibus Militaribus, qui ſunt intra Hiſpaniam, Deputatio Conſervatoris fieri poteſt ab ipſo Rege: a Capitulis, etiam Generalibus: a Senatu Regio Ordinum, a Monaſteriis, & Collegiis Militaribus, ſive eorum Superioribus, Prioribus, Commendatariis, &c., & a reliquis aliis perſonis, Conſervatoria Juriſdictione indigentibus *art.* 13. *n.* 3. *v. Prioratus, Prior.*

Quotquot eſſe poſſunt Conſervatores Ordinum non Militarium, deputari pariter queunt in Conſervatores Ordinum Militarium. *art.* 12. *n.* 30. *v. Prælatus Regularis.*

ORDINES MINORES.

Epiſcopi, qui loco, & dignitati Epiſcopatus renuntiarunt, tantam habent dignitatem, quantam habent Abbates: unde poſſunt Minores Ordines conferre. *art.* 12. *n.* 5.

ORDO CLERICALIS.

Ordo Clericalis habet Jus præcedentiæ ſupra quamcumque Ordinem, tam Monachalem, quam Mendicantem. *art.* 22. *n.* 175.

In opprobrium cederet Ordinis Clericalis, ſi Clerici Regulares, ſive Sæculares, divinis Officiis ſpecialiter dediti, per Sæcularia Judicia vagari, & Patres a Filiis dijudicari, aut injurioſe tractari poſſent. *art.* 7. *n.* 6.

ORDO JUDICIARIUS. *v. Cauſa, Excommunicatio.*

ORDO SACER, ORDINATIO, ORDINANS, ORDINANDI.

Nequeunt Regulares, Ordines ſuſcipere, niſi ab Epiſcopo illius Diœceſis, in qua eorum Monaſteria ſita ſunt. *art.* 22. *n.* 12.

Niſi tamen Epiſcopus Diœceſanus abfuerit, vel non eſſet Ordinationes habiturus. Et tunc atteſtatio opus eſt Superiorum Regularium in litteris dimiſſorialibus de abſentia, vel impedimento Epiſcopi. *n.* 13.

Hujuſmodi atteſtatio Superiorum Regularium ſuf-

Episcopum, sed Prælatum Religiosum Majorem: amotus vero per Episcopum, si se gravatum senserit, nd suum Conservatorem debet recurrere, *ibidem*.

Parochi Regulares prohiberi possunt ab Episcopo, ne io emolumentis, percipiendis ex cura, taxam excedant, ab ipso præscriptam. *n.* 336.

Examioari queunt nb Episcopo, quemadmodum Parochi sæculares, non obstante, quod ante Parochatum fuerint examinati; & qnidem etiam extra visitationem. *n.* 337.

Ut absint ad tempus a Parochia, aliosque substituant, dat utrisque Parochis Regularibus, ut & Sæcularibus facultatem Episcopus, *n.* 338.

Ur ad Processiones accedant Parochi etiam Parocbiæ Regularis, incedantque sub Cruce Parochorum, non vero eum sociis suæ Religionis, cogi possunt ab Episcopo, *n.* 339.

Si Plures in Processionibus fuerint Parochi Regulates, præcedent inter se secundum prærogativam suarum Ecclesiarum; non secundum Prærogativam Religionum. *ibidem*.

An Parochi Regulares Religionis exemptę ab accessu nd Processiones, ad illas cogi valeant ab Episcopo? *ibidem*.

Regularis per hoc, quod fiat Parochus, non omittit privilegia suæ Religionis: e. g. ad commutanda Vota, ad dispensandum &c. *ibidem*.

Accessus ad Processiones non videtur pertinere ad curam animarum. *ibidem*.

Parochi Regulares, etiam Societatis Jesu, compelli possunt ab Episcopo, sub pœna privationis utriusque vocis ipso facto, aliisque arbitrio ipsius Episcopi, etiam Excommunicationis, ad interessendum Synodo diœcesanæ. n. 340.

Sicut & accedendum ad Collationes Casuum Conscientiæ, etiamsi præfati Parochi curam animarum exerceant in Parochialibus Sancti Joannis Hierosolymitani. *n.* 341.

Si Parochiales Ecclesiæ Regulares sint in locis, ubi Superiores Regularium juridictionem, nedum spiritualem sed etiam temporalem habent in Parochianos, non solus Episcopus, sed una simul cum Superiore Regulari Parochos eorumdem regulares visitat quo ad coocernentia curam animarum, & Sacramentorum administrationem, ita tamen, ut, si aliqua contrarietas, vel incompatibilitas detur inter Episcopi Decreta, & Superioris Regularis, prævalera debeant decreta Episcopi. n. 342.

Parochi Regulares, quemadmodum Sæculares, sine licentia Episcopi non possunt facere processiones extraordinarias: Neque ad id satis est licentia Vicarii foranei. n. 343.

In Parochialibus Regularium Capellanos, ad nutum amovibiles, deputant Superiores Regulares; modo sint ab Episcopo approbati. *n.* 344.

Parochi Parochialis Ecclesiæ Sancti Joannis Hierosolymitani eligi queunt actu Laici, dummodo intra sex Menses habitum suscipiant. n. 345.

Vacantibus præfatis Ecclesiis, tenentur Fratres Sancti Joannis ad unamquamque earum Sacerdotem idoneum Episcopis præsentare, ut ab eis instituatur: &, quousque non præsentaverint, constituunt Episcopi Vicarium. *n.* 346.

Debent tamen Episcopi, terminum dictis Fratribus ad præsentandum præfigere: quo elapso, conferunt ipsi Ecclesias personis, sibi bene visis. *ibidem*.

Cura animarum in Parochialibus, quæ sunt Membra Congregationis Casinensis, aut alias ab ipsis dependentes, exerceri potest etiam per Monachos, ad nutum Superioris amovibiles, modo ab Episcopo prævio examine approbatos. *n.* 347.

Curam animarum exercentes io Parochialibus Regularium, sive Regulares sint, sive Sæculares, poni debent ad arbitrium, non Episcopi, sed Superiorum Regularium. *n.* 348.

Parochi, qua regulares, qua etiam Sæculares, non possunt ab Episcopo cogi, ad subministranda necessaria Presbyteris, volentibus in eorum Ecclesiis celebrare. *n.* 349.

Parochus Regularis in funeralibus potest cum Stola Parochiam Sæcularem ingredi; ut cum Stola Parochus Sæcularis ingreditur Parochiam Regularem. *n.* 350.

Parochi Regulares, invito Episcopo, ad Monasterium per suos Superiores revocati, si iterum ad curam animarum deputentur, debent iterum ab Episcopo examinari, & approbari. *n.* 351.

PAROCHIALIA.

Causæ Parochiales coram Episcopo deciduntur. *art.* 21. n. 552.

PAROCHUS, PAROCHIA.

Parochi, quamvis possint exigere scripturam, seu Schedulam a Regulari, qui Confessionem excepit Sæcularis infirmi, nequit tamen illam exigere ab eodem, qui Sæcularium confessiones audivit tempore Paschatis, *art.* 22. *num.* 445., & 446.

Parochi, cogentes subditos suos, qui Regularibus confessi sunt, iterum confiteri, priusquam ipsis ministrent Eucharistiam, velut suspecti de hæresi, Sanctę Inquisitionis Officio sunt denuntiandi. *art.* 22. *n.* 450.

Advena, qui manet intra Clausuram pro brevi, vel longo tempore, non acquisivit habitationem in Parochia, sed intra claustra, *art.* 21. *num.* 485.

Laico Hospiti, intra Monasterium graviter ægrotanti, nequit ultima Sacramenta conferre Parochus, utpote qui intra Clausuram nullum habet Jus. n. 487., & 488.

Advena in tantum fit subditus Parocho, in quantum degit in aliqua domo, subjecta suæ Parochiæ. *n.* 489.

Monasterium non est domus de Parochia, quamvis sit situatum in Parochia. *ibidem*.

Parochus non administrat Sacramenta, etiam suis ovibus, extra suam Parochiam infirmis. *n.* 490.

Locus exemptus, & extra Parochiam, æquiparantur, & pro eodem censentur. *ibidem*.

Parochus, nolens corpora defunctorum levare, nisi vocatis prius omnibus Parochiæ Clericis; aut saltem nisi tot vocentur Clerici, quot Regulares; contra privilegia, & Jus Regularium, & contra pietatem operaretur. *art.* 21. *n.* 548.

Parochus, plus exigens ab iis, qui in Ecclesiis Regularium sepeliendi sunt, quam ab illis, qui in Ecclesiis Parochialibus, etiamsi id faceret Episcopi sui statutis suffultus, a Conservatore proclamari potest in excommunicationem majorem Papæ reservatam incursus; & ab eodem ad damnum Regularibus, vel defunctorum heredibus illatum, quippe contra Justitiam, restituendum coerceri. n. 549.

Parochus impediens, ne Cadavera Defunctorum eum habitu patente Fratrum Minorum in eorum Ecclesiis sepeliantur, habitum eum aliquo panno, vel lugubri veste cooperiendo, ita ut non videatur, Excommunicationem incurrit. *n.* 550.

Debet Conservator in eo Casu Monitionem in faciem Curati præmittere: neque trina necessaria

est

Personæ fruentes privilegio Canonis. *art.* 21. *n.* 305.

Personæ in Hospitalibus Regularium admittendæ. *v. Hospitalia Regularium.*

Personæ ad testandum habiles, vel inhabiles. *v. Testis.*

Personæ ut suspecti Judices recusabiles, vel irrecusabiles. *v. Recusatio.*

Personæ quæ possunt appellare, & quibus. *v. Appellatio.*

Personæ habiles, vel inabiles ad munus Arbitri. *v. Arbiter.*

Personæ habiles, vel inhabiles ad munus Assessoris. *v. Assessor.*

Personæ habiles, vel inhabiles ad munus Notariatus. *v. Notarius.*

Personæ qualificatæ. *v. Qualificatæ Personæ.*

PERSONATUS.

v. Conservator, Dignitas, Dignitas Ecclesiastica, Recuperatio.

PERTURBATIO. *v. Conservator.*

PES.

Ex quot digitis coalescat. *art.* 2. *n.* 18.

PETITIONES MUTUM. *v. Reconventio.*

PIGNUS.

Regularium Conservator potest illis, nolentibus solvere debita, subhastationem mandare, aut pignus tot bonorum, etiam stabilium, ad faciendum satis creditoribus, quando nequit eos cogere in pecunia numerata: modo nonnullæ limitationes concurrant, vel adsit urgens necessitas, & sit periculum in mora. *art.* 21. *n.* 104.

PINGENS, PINGERE. *v. Imago.*

PIXIS.

Pixidem, ubi asservatur Sanctissima Eucharistia in Ecclesiis Regularium exemptorum visitare, non licet Episcopis in vim constitutionis Gregorii XV. [Inscrutabili] de privilegiis exemptorum. *art.* 22. *n.* 97.

PLUS, & MINUS.

Cui licet, quod est plus, licet utique, quod est minus. *art.* 22. *n.* 482.

POENA, POENALIS.

Ea pœna est infligenda, quæ verisimiliter magis timetur. *art.* 31. *n.* 10.

In pœnalibus proprietati sermonis standum est: quæ si attendatur, non dicitur fieri proprie extensio, sed interpretatio ex vi comprehensiva. *ibidem.*

In Odiosis, & pœnalibus pœnæ restringendæ sunt. *ibidem.*

Et interpretatione sermonis pœnæ sunt emolliendæ. *ibidem. v. Odium, Punitio, Pretium.*

POENA PECUNIARIA.

De quocumque Jure potest Conservator pœnam pecuniariam Fisco, vel locis piis applicandam, nedum Clericis, vel Laicis etiam imponere. *art.* 26. *n.* 11. *v. Actio, Agere in Judicio, Conservator.*

POENÆ.

Pœnæ exigentium ab Ecclesiasticis, eorumque bonis, aut ab iisdem, etiam sponte dantibus recipientium collectas, tributa &c. *art.* 22. *n.* 258.

Pœnæ Ecclesiasticorum sponte dantium collectas, tributa &c. *art.* 22. *n.* 258.

Pœnæ adversus impedientes, & prohibentes, ne Regularibus fiant eleemosynæ. *v. Eleemosyna.*

POENÆ SUPERIORUM OMITTENTIUM LEGERE DECRETA CLEMENTIS VIII. SACRARUM CONGREGATIONUM, &c. *v. Lectio Decretorum Clementis VIII. &c.*

POENÆ REGULARIUM.

Pœnæ, quæ Regularibus inferri possunt aliæ sunt Spirituales ut Censuræ, & Irregularitates, privatio Officiorum, vocis activæ & passivæ, inhabiles ad gradus &c. aliæ corporales ut Flagellatio, pœna Triremium, Jejunium &c. Aliæ positivæ quæ malum aliquod inferunt, seu Spirituale, sive Corporale: ut exilium, Flagellatio &c. aliæ privativæ, quæ in privatione consistunt alicujus boni, seu Spiritualis, sive Corporalis: ut Censuræ, Inhabilitas, Irritationes Actorum &c. *art.* 21. *n.* 375.

Ex pœnis privativis aliquæ sunt medicinales, ut censuræ, & Irregularitates. Mere pœnales aliæ: ut privatio Officiorum, Jurisdictionis, utriusque Vocis, Inhabilitatio ad gradus &c. *ibidem.*

Pœnæ privativæ mere pœnales graves sunt; immo una gravior altera. *n.* 376.

Quamobrem ad illas incurrendas præsupponi debet culpa mortalis. *n.* 377.

Nec incurruntur in foro interno, si culpa provenerit ex bona fide, aut ex Oblivione, inadvertentia, inconsideratione, negligentia non notabili, vel ex ignorantia, quantumvis vincibili, modo non crassa, & supina. Immo, neque in foro externo. *n.* 378. & 379.

Quamvis in foro externo, nitente præsumptionibus, nisi probetur bona fides, oblivio &c. censeantur incursæ. *n.* 380.

Ubi deficiunt aliæ probationes, probatur bona fides, oblivio &c. per Juramentum ipsiusmet Religiosi, bona fide operantis &c. *ibidem.*

Bona fides, oblivio, ignorantia &c. cum consistant in mente, solo testimonio obliti, ignorantis &c. idest Juramento probari queunt. *ib.*

Pœnæ privativæ mere pœnales non incurruntur ante sententiam declaratoriam Judicis de earumdem incursione, aut saltem de commissione delicti, cui illæ impositæ sunt, etiamsi eædem dicantur ipso facto, ipso Jure, vel eo ipso incurrendæ. Incurruntur tamen pœnæ privativæ medicinales absque alia sententia si in Lege, quæ illas imponit sint apposita ea verba *ipso facto, ipso Jure, vel eo ipso*, incurrendæ, aut æquivalentia. *n.* 381.

Cum quis ex dispositione Legum est ipso facto bonis, & Juribus suis ob excommunicationem privatus, & Fisco bona, ac Jura illius sunt applicata, tunc executio de facto fieri non debet, nisi prius super crimine fuerit declaratum. *n.* 382.

Verba illa (ipso facto, ipso Jure, eo ipso) plures effectus habere possunt, & secundum illos verificari. Habent autem in proposito effectum illum, quod posita sententia declarante, Reum patrasse tale crimen, sine sententia condemnatoria sit privatus Officio, voce activa, & passiva &c. *n.* 385.

Quamvis pœnæ privativæ mere pœnales non incurrantur ante sententiam declaratoriam Judicis de commissione delicti, quando sub præfatis terminis imponuntur ipso facto, ipso Jure, eo ipso &c. incurruntur tamen in aliorum sententia & obligant in Conscientia, non expectata tali sententia, quando ulterius sint addita verba illa. [Absque ulla declaratione, ante omnem declarationem, absque ullo Superioris decreto, vel

12 †

fessariorum superfluitas in Civitate, seu Diœcesi. n. 55. & 56.

Nequit Episcopus sine justa causa, & pro libito approbationem simpliciter, & illimitatam Regularibus denegare; illam ad personas, locum, & tempus restrictam concedendo. n. 57.

Regulares Jus habent, ut petant approbationem simpliciter, & absolutam, prævio examine, cui se se offerunt. ibid.

Si Episcopus absque justa causa approbationem limitatam concederet, limitatio per non paucos Doctores non valeret; sicque per eosdem perinde se haberet approbatio limitata, ac si esset illimitata concessa: quod tamen pernegant complures. num. 58.

Non potest Episcopus juste approbationem dare Regularibus limitatam ad solos mares, non etiam ad feminas, donec ætatem habeant 40. annorum. n. 59.

Episcopi in vim Constitutionis Gregorii XV. incip. *Inscrutabili* nequeunt Regularibus approbationem conferre limitatam ad locum, tempus, & personas: neque alio modo eorum privilegia in administrandis Sacramentis restringere, vel moderari queunt. n. 61.

Non obstante approbatione limitata ad solos viros, Regulares, quantumvis ætatem 40. annorum non habentes, posse Confessiones mulierum excipere docent complures, quamvis alii contradicant. n. 62. & 63.

Quoad approbationem pro Confessionibus excipiendis tamdiu quis præsumitur bonus, quamdiu non probatur malus. n. 62.

Non potest Episcopus sine justa causa, & pro libito approbationem dare Regularibus limitatam ad suam tantum Ecclesiam pro Civitate, vel Oppido, non tamen pro aliis Ecclesiis, vel pro tota Diœcesi. n. 64. & 65.

Præfata limitatione non obstante posse Regulares ubilibet valide Sæcularium Confessiones excipere, contendunt Doctores complures: alii tamen contradicunt. n. 66.

Non potest Episcopus sine causa sufficiente, & pro mero suo libito approbationem Regularibus impertiri, ad certum tempus limitatum e. g. ad sex menses, ad annum &c. n. 67.

Neque eosdem ad tempus determinatum prævio examine approbatos elapso tempore pro nova ad aliud tempus approbatione iterum examinare. numer. 68.

Non obstante approbatione ad tempus limitata, posse adhuc Regulares, elapso tempore præfinito Confessiones excipere, volunt non pauci: quibus alii opponuntur. n. 69.

Quandonam censendus Episcopus sine justa causa, & pro libito, adeoque injuste ex malevolentia, ex odio &c. approbationem Regularibus denegare, vel illam limitate concedere? n. 70.

Non possunt Episcopi sine justa causa plures Regularibus casus reservare, quam Parochis: etsi reservent; non tenentur Regulares illis circa talem restrictionem obedire. ibid.

Cum ab Episcopis conceditur per Decretum publicum facultas Parochis absolvendi in aliquibus anni Festivitatibus a Casibus sibi reservatis; Dicta facultas censetur etiam concessa Regularibus, ab ipsis approbatis, quantumvis in Decreto minime Regulares nominentur. ibid.

Non potest Episcopus sine nova, & justa causa, eaque ad Sacramentum Pœnitentiæ pertinente, approbationem semel legitime, ac prævio examine Regularibus concessam revocare. n. 71.

Approbatio semel legitime, ac prævio examine concessa nedum injuste, sed etiam invalide sine sufficienti causa revocatur, ita ut non obstante tali revocatione adhuc possit Confessarius Regularis ex vi prioris licentiæ Confessiones audire, docent non pauci, quamvis alii opponantur. n. 72.

Seu de cetero talis approbatio fuerit absolute, & simpliciter concessa, sive cum restrictione ad tempus, infra quod pro libito Episcopi revocari non potest, sive etiam ad beneplacitum indulta. n. 73. & 85.

Non potest Episcopus sine rationabili causa prorogationem approbationis Regularibus denegare. num. 74.

Nequit approbatio ad beneplacitum revocari, nisi approbatus fiat talis, ut non deberet approbari, si de novo esset approbandus. n. 75.

Jurisdictio data Regularibus ad beneplacitum censetur perpetua. ibid.

Nequeunt Episcopi post factam approbationem etiam ad beneplacitum, aliquam limitationem addere. n. 85.

Approbatio, quomodocumque data sed mero Episcopi judicio, & sine examine potest ab Episcopo suspendi ac revocari, & nonnisi prævio examine iterum concedi. n. 76.

Nequit Episcopus statuere, ut Regulares Ordinis Clericalis in Confessionibus excipiendis utantur superpelliceo, & stola; ceteri vero Ordinis non Clericalis utantur sola stola n. 77.

Jesuita, etiam Parochus, in Confessionibus Sæcularium excipiendis, non tenetur superpelliceum adhibere ibid.

Approbatio Regularium ad Confessiones debet tantum esse de idoneitate quoad litteraturam. numer. 83.

Quod Regulares habeant, vel non habeant stolam, dum Confessiones excipiunt, non pertinet ad litteraturam, immo nequa ad bonos mores. numer. 84.

Decretum Sacræ Congregationis de mandato Urbani VIII. circa administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, a Confessariis Sæcularibus cum superpelliceo, & stola faciendam; a Regularibus vero cum mera stola, fuit tantum pro Urbe: nec vi ipsius possunt Episcopi Regularibus, stolam deferre nolentibus approbationem non concedere, aut concessam revocare. n. 86. & 92.

Regulares accipiunt immediate a Papa licentiam, & jurisdictionem audiendi Confessiones; & ab Episcopo tantum expectant sententiam approbationis, seu idoneitatis. n. 90.

Regulares non tenentur, Episcopo parere statuenti delationem stolæ in Confessionibus audiendis: sed eo statuto non obstante, possunt licite, & valide Confessiones audire, si semel fuerint approbati. n. 92.

Non potest Episcopus præscribere, quod Regulares exempti Confessiones excipiant in habitu Chorali: Pœnitentes extra Confessionarium, & extra Cratem ligneam non auscultent: & nonnisi apertis Ecclesiæ Januis, ac in Confessionalibus ab ipso per suos Visitatores approbandis. n. 93.

Neque præscribere potest Episcopus, quod Regulares ad Sæculares infirmos in eorumdem domibus pro Sacramento Pœnitentiæ administrando non accedant sine licentia Curati: neque Juvenes, aut mulieres auscultent ante ortum, & post occasum solis. ibid. & n. 94.

Constitutio Gregorii XV. incip. *Inscrutabili* de privilegiis exemptorum Regulares exemptos non subjicit jurisdictioni Episcoporum in his, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi

tis suis, citra excommunicationis incursionem in Bulla Cœnæ Domini. *art.* 21. *n.* 189.

Regulares in Civitatibus, & Regnia constituuntur a Papa, in servitium Fidelium, onde Jus habeot commorandi in illis. *ibidem.*

Potest tamen Laicus Princeps, per modum justæ defeusionis, & servato moderamine inculpatæ rutelæ, e suo territorio Religiosum inobedientem expellere, ad avertendum gravu damnum, alias imminens Raipublicæ; val ad tollendum scandalum, cui aliter occurri noo poslet, sed iste casua via videtur, posse contingere. *n.* 190.

Nequit Laicus Princeps, Ecclesiasticum e suo rerritorio expellere, eo quod seditiosus, & persurbator sir Reipublicæ, citra incursionem censuræ in Bulla Cœnæ, una cum Eaecutoribus, & Subexecutoribus suis. *n.* 191. & 193.

Coram Episcopo suo couvaniendum, & adducendum esse Clericum, pacis violatorem, ab eoque puniendum, decidit Fridericus Imperator. *num.* 192.

Neque potest Laicos Princeps, Ecclesiasticum punire, eo quod commiserit crimen læsæ Majestatis, sed solus Ecclesiasticus. *n.* 194.

Quod piissime servarunt in facti contingentia Augostissimus Carolus V., & Euricus VII; ac declaravit Clemens VII. in casu attrocissimæ rebellionis cujusdam Religiosi. *n.* 194. & 195.

Nequit Princeps Sæcularis statuere, ue Regularibus laici vendaut, molant, aur coquaor panem: vel na iisdem alia servitia, & obsequia exhibeant. *n.* 277.

Supremus Princeps Sæcularis, Superiorem non agnoscens, potest Regularibus Conservatorem indulgere in casibus, a Jure permissis, scilicet ubi hæc tria copulative concurraut: quod causa mere prosaua sit, seo temporalis, non Ecclesiastica, sacra, & Spiritualis; & io ea Regulares Actores sinr, non Rei: agantque contra laicum, non contra Ecclesiasticum; & laicus, in Conservatorem deputandus, Judex competens Regularium Actorum sit. *art.* 5. *n.*46. 47.& 58.

Si causa nou sit mere profana, sed mista, & Ecclesiasticæ, Sacræ, ac Spirituali adhæreus, nequit Supremus Princeps Sæcularis Conservatorem dare. *n.* 59.

Supremus Princeps Sæcularis potest Regularibus dare Conservatorem, etiamsi errore communi Princeps legitimus reputerur, cum revera talis non sit. *n.* 60.

Nec opponitur Jus Civile, cui potest ipse derogare: immo potius favet. Neque Jus Cauonicum adversarur. *n.* 48. & 49.

Conservaror, datus a Principe Sæculari, noo debet necessario illas qoalitates habere, quaa habere, oecessum est, Conservatorem datum ab Apostolica Sede: quod nimirum sit in Dignitata Ecclesiastica constitutus, Judex Synodalis &c. *num.* 61.

Nec debet servare ea, quæ a Couservatoribus Apostolicis sarvanda sunt. *n.* 62.

Neqoe potest, ceusuras iuurere contra molestatores Regularium. *n.* 63.

Principes Sæculares, sicot & Ecclesiastici, superiorem se agnosceatas, aliique Judices Inferiores, nequeunr Conservarorem indulgere: licet valeant, concedere Judicem, & Jurisdictionem mandare. *n.* 64.& 65.

Nequidem de consensu partium, per prorogationem Jurisdictionis de persona ejus, qui potest litteras Conservatorias dare, ad aliam personam, quæ illas dare non potest. *n.* 66.

Ad Reges, & Principes laicos pertinet, ubi fuerint requisiti, Ecclesiaa, Ecclesiasticasqua personaa, adversus laicos, & porentiores defendere. *num.* 55.

Ab Imperatoribus postulaorur defensores Ecclesiis, per quos Ecclesiæ desendentur cum provisione Episcoporum adversus potentias divitum. *numer.* 56.

Pro causis Ecclesiarum Defensores, & Advocati petuntnr a Principe. *ibidem. v. Appellatio, Avocatio, Recusatio.*

PRIOR, PRIORATUS.

Prior Regularis excedit anoum vigesimumquintum ætatis suæ. *art.* 21. *n.* 105.

Prioratus Couventualis est, in quo sunt plures, collegialiter viventes. *art.* 52. *n.* 19.

Priores Claustrales esse non possunt Delegati Papæ. *n.* 24.

Superiores Regulares, qui in eodem Conventu Superiorem non habent majorem se, etsi nomine Superioris, majorem sa agnosceutia, nuncupentur, ut Priores Benedictioi &c. Priores Conventuales noncupantur: quamadmodum Priores claustralea illi, qui in eodem Conventu Superiorem habeut, majorem se. *n.* 25.

Priores Militares, Prioribus, seu Abbatibus aliarom Religionum comparantur quoad Jurisdictionem Ecclesiasticam: debent tamen, primam saltem Tonsuram habere, ut fiaur capaces Jurisdictionis Ecclesiasticæ; & possint, ferre censuras, illosque absolvere in foro exteriori, qui in Canonis ceusuram incidere. Quemadmodum esse debent Sacerdotes, ut eosdem absolvere vaieant iu foro pœnitentiali. *n.* 28. *v. Prælatus Regularis.*

Priores Sæculares, qui sunt loco Abbatum in aliqua Ecclesia Collegiata, & etiam qui loco Abbatum non sunt, deputari valent io Conservatores Regularium. *Art.* 52. *a n.* 5.

PRIVATUS.

Privati nequenot, jurisdictionem conferre. *art.* 27. *n.* 10.

Privatorom pactis alicui Jurisdictio concedi, non potest. *art.* 5. *n.* 68. *v. Arbiter.*

PRIVIGNUS *v. Recusatio.*

PRIVILEGIATUS.

Privilegiatus contra pariter privilegiatum oti nou potest privilegio suo. *art.* 5. *n.* 72.

Quemadmodum ubi urriusque par sit causa, seu privilegium æquale, æque favorabile, & concurrat in actu, & exercitio: quia simile non agit iu omuiuo simile. *n.* 73.

Uti tamen privilegiatus potest privilegio suo, ubi causa sit impar, sen ambo privilegia inæqualia; quia tune majus præfertur mioori. *n.* 74.

Vel quando unus sit dupliciter privilegiarus, & non alter: vel quando agatur de damno vitaudo, aut lucro acquirendo: vel quando uni assistat Jua commoua, & non alteri: vel qoando uuus Privilegium habeat iu actu, actuque sit iu ea re, & in ea specie, de qua controvertitur, & non alter. Val quando unua privilegium habeat iu specie, alius vero in genare &c. *ibidem.*

Causa Religioforum injuriatoruoi, & injurantium par uou est, nec utrumqua privilegium Conservatoris æquale. *n.* 75.

Non dno sunt Privilegia Conservatorem habendi, Religiosorum injuriatorum unum, & injuriantium alterum, sed ouum dumtaxat, Religiosorum injuriatorum. *n.* 76.

Si quomodocumque privilegiatus contra alterum privilegiatum uti non posset privilegio suo, tolleretur de medio privilegium Conservatoris pro

Re-

tem eorumdem confirmationem, & Innovationem, qua reducuntur in pristinum statum. *n.18.*

Privilegium affirmativum præjudiciale, ut tacitæ renuntiationis via per non usum amittatur, opus est, labatur tempus, ad tacitam renuntiationem necessarium. *n.* 19.

Hujusmodi tempus sufficiens erit, si tantum fuerit, quantum sat est ad derogandum Juri communi. *ibidem.*

Ad derogandum Juri civili per actus oppositos, sufficit decennium: & Legi Ecclesiasticæ, usu receptæ, tempus quadragenarium: sicut & Legi Ecclesiasticæ non receptæ, decennium. *ibidem.*

Ut dictum Privilegium via tacitæ renuntiationis per non usum deperdatur, requiritur tandem, quod usus illius ponatur a potente expresse renuntiare. *n.*20.

Privilegium negativum præjudiciale, seu reale illud sit, sive Personale, perpetuum, aut temporaneum, commune, vel singulare, per actum contrarium, sine protestatione factum, amitti potest præscriptione, & tacita renuntiatione. *n.*22.

Ut autem via præscriptionis deperdatur, concurrere debent requisita ad hoc, ut eadem via deperdatur Privilegium affirmativum cum aliorum præjudicio. *n.* 23.

Ut deperdatur via tacitæ renuntiationis, eadem quoque opus est requisita concurrant ad hoc, ut deperdatur eadem via Privilegium affirmativum, aliis præjudiciale. *n.*24.

Privilegium præjudiciale per unum actum contrarium, sine protestatione factum, via præscriptionis amittitur; si, concurrentibus aliis conditionibus, labatur tempus, ad legitimam præscriptionem requisitum. *n.*25.

Quemadmodum via renuntiationis expressæ imo & tacitæ, si Privilegium tractum successivum non habeat, nec effectum iterabilem. *ibidem.*

Non deperditur tamen via ejusdem renuntiationis tacitæ, regulariter loquendo, per unum actum, immo neque per duos, Privilegium habens tractum successivum, & effectum iterabilem. *n.* 26.

Nolle uti Privilegio pro una, vel altera vice, non est, illud renuntiare, sed solum pro tunc abstinere ab usu illius. *n.*27.

Quamvis exinde detur Adversario, quasi Possessio, in ordine ad præscribendum contra Privilegium. *n.* 28.

Si concurrant aliæ Conjecturæ, ex quibus renuntiatio Privilegii absolute colligatur; Privilegium, habens tractum successivum, ac Effectum iterabilem, per unicum actum contrarium via tacitæ renuntiationis deperditur. *n.* 29.

Si Canonici jurassent, se statutum aliquod, & Privilegium observaturos: & deinde contravenissent, etiam per unicum actum oppositum, capitulariter factum, censerentur, id fecisse animo tollendi dictum statutum, & Privilegium, ne alioquin rei perjurii esse, censeantur. *ibidem.*

Privilegium, quodcumque illud sit, cum Clausula præservativa Decreti irritantis, nullo umquam tempore, ne quidem millenario, præscribitur. *n.* 30.

Privilegium, alicui peculiari Personæ concessum, per ejusdem liberam, & expressam renuntiationem amittitur. *n.*31.

Liberum est unicuique Juri suo renuntiare. *ib.*

Regula est Juris antiqui, omnes licentiam habere, iis, quæ pro se introducta sunt, renuntiandi. *ibidem.*

Modo tamen ea Renuntiatio, a concedente Privilegium, fuerit acceptata. *ibidem.*

Quamobrem ante acceptationem illius, poterit Privilegiatus, mutata voluntate, non obstante renuntiatione, a se facta, Privilegio uti. *ibidem.*

Procurator, constitutus ab absente, qui renuit acceptare Mandatum, potest deinde, mutata voluntate, illud acceptare, quamdiu mandans in eadem voluntate persistit. *ibidem.*

Privilegium Communitati, Dignitati, vel loco concessum, cum ejusdem præjudicio renuntiare non possunt, ne quidem juramento, Personæ privatæ, seu singulares. *n.*32.

Clerici, ne quidem adjecto juramento, privilegio Canonis, & Fori renuntiare possunt. *n.*33.

Clericum percutiens, etiam consentientem, excommunicationem Canonis incurrit. *ibidem.*

Religiosi, sine Consensu Papæ, renuntiare non possunt Privilegio exemptionis suæ Religionis. *p.*34.

Privilegio, in favorem duorum concesso, alter, altero invito, renuntiare non potest. *n.*35.

In re communi potior est Conditio prohibentis. *ibidem.*

Tota aliqua Communitas, E. G. Religio, Prælatus cum Capitulo, Civitas, Provincia, Conventus, &c. renuntiare potest suis Privilegiis, si renuntiatio in illius præjudicium non cedat. *n.* 36.

Privilegio Ecclesiæ, cum ejusdem præjudicio, nemo potest renuntiare. *ibidem.*

Nequit in Universum Prælatus, Capitulum, vel Conventus renuntiare Juri acquisito, si tale Jus sit Ecclesiæ utile, ac honorificum, adeo ut vel unus solus reliquis de Capitulo contradicere possit, ac renuntiationem impedire. *ibidem.*

Si omnes renuntiarent, deberet Superior, talem renuntiationem impedire, quatenus ea vergeret in damnum Ecclesiæ. *ibidem.*

Potest tamen Prælatus cum Capitulo &c. illis Juribus, & Privilegiis renuntiare, quæ Ecclesiæ &c. utilia non sunt, aut saltem sunt indifferentia. *ibidem.*

Cum interpretativa voluntas totius Ordinis in Capitulis Generalibus, sicut & totius Provinciæ in Capitulis Provincialibus sita sit, quidquid ab istis fit, a toto Ordine, vel Provincia fieri reputatur. *n.* 37.

Privilegium, & Consuetudo æquiparantur. *art.* 34.*n.*132.

Cum Privilegium sit Lex Privata, debet aliquid specialiter indulgere. *art.*38.*n.*44.

An Privilegium valeat per Consuetudinem acquiri? *art.*5.*n.*69.

Privilegium, a Papa concessum, ab ejus inferiore infirmari non potest. *art.* 22. *n.* 91.

In Privilegio, seu Facultate aliquid faciendi, inclusio unius importat exclusionem alterius. *art.* 21. *n.* 24.

Privilegium aliquid faciendi, est de sua Natura perpetuum. *art.* 28.*n.* 22.

Gratiæ, & Privilegia, generaliter concessa, non ad beneplacitum, realia non personalia, per mortem concedentis neque re integra, neque re non integra exspirant, aut suspenduntur. *art.*39. *n.* 10.

Licet Privilegia, quæ certo generi Personarum conceduntur: ut ea, quæ conceduntur Maritis, sint personalia, adeoque Temporanea, non perpetua, quia Mariti non semper vivunt: ea tamen, quæ conceduntur alicui Personarum gene-

Si

Si Monasterium, seu Ecclesia claustra non habeat, possunt Regulares extra illa processiones facere, sed prope muros tantum, sive per eamdem, sed prope muros Ecclesiæ semper. *numer.* 168.

Quando in Ecclesia Parochiali, & primaria Processiones non fiunt; possunt Confraternitates, solitas processiones facere, sed circa muros tantum Regularium, qui eas regunt: nisi speciali privilegio, vel consuetudine aliter fieri soleat. *num.* 229.

Parochi Regulares quemadmodum Sæculares, sine licentia Episcopi non possunt facere processiones extraordinarias. Neque ad id satis est licentia Vicarii Foranei. *n.* 343.

PROCESSIO PUBLICA.

Regulares exempti ad processiones publicas, quę fiunt in Civitate, sive in aliis locis, & plebibus debent ab Episcopo vocari personaliter, seu per Nuntium, non autem per Edictum. Et tunc tenentur accedere: possuntque ad accessum compelli censuris, aliisque pœnis Ecclesiasticis, a quibus absolvi non possunt per suos Superiores, sed ab Episcopo, vel a Papa. *artic.* 22. *numer.* 169. 171. & 172.

Nisi tamen privilegium habeant, ne possint censurari, quia tunc aliis pœnis compelli queunt ad accessum. *Ibid.*

Quænam sint processiones publicæ, ad quas Regulares tenentur accedere? *n.* 170.

Sunt tamen a Processionibus exempti viventes in strictiori clausura; distantes per dimidium milliare, nisi obstet consuetudo; & specialiter privilegiati, ut Clerici Regulares Sancti Pauli decollati; Societatis Jesu; Matris Dei Scholarum piarum, Canonici Regulares, Congregationis Lateranensis; Theatini, Cruciferi, seu Infirmis Ministrantes; Camaldulenses; Benedictini Casinenses, (una dempta processione Corporis Christi ad quam obligantur) Monachi Olivetani, & Sanctissimæ Trinitatis Caven., Carmelitæ Discalceati; Fratres Sancti Joannis de Deo, & Monachi Sancti Hieronymi. *n.* 173. 174. & 175.

Controversias omnes inter Regulares de præcedentia in processionibus publicis, & in deferendis ad sepulturam Defunctorum corporibus componit Episcopus, omni appellatione remota, & non obstantibus quibuscumque. *n.* 176.

Modus componendi has controversias exponitur a Cespede de exempt. c. 29. dub. 368. *n.* 177.

Si ex Controversiis inter Regulares de præcedentia in processionibus &c. scandalum nou oriretur, posset illas componere Conservator. *n.* 178.

Cum Ordo Clericalis habeat jus præcedentiæ supra quemcumque Ordinem, tam Monachalem, quam Mendicantem, casu quo Clerici Regulares convenirent ad Processiones cum Monachis, & Fratribus Ordinum Mendicantium, debent illos præcedere, immediate incedendo post Canonicos Regulares. *n.* 179.

Statutum Clementis VIII. quod Dominicanis debeatur in processionibus locus honorabilior, loquitur de Dominicanis comparative tantum ad Ordines Monachales minus antiquos, & Fratres Ordinum Mendicantium, non autem comparative ad Ordines Clericales. *n.* 180.

Quinam Ordo præcedentiæ in processionibus de facto servatur? *n.* 181.

Confraternitates an teneantur accedere ad publicas processiones? *n.* 255. & 256.

Controversias etiam inter Confraternitates de precedentia in Processionibus componit Episcopus: a quo nulla dari potest appellatio, neque reclamatio, aut protestatio. *n.* 228.

Congregationes, sive Sodalitates Societatis Jesu Processionibus publicis, sicut & illis, quæ fiunt occasione funeris non intersunt. *n.* 247. *v. Congregatio, sive Sodalitas.*

Accessus ad Processiones non videtur pertinere ad curam animarum. *n.* 339. *v. Parochi Regulares, Confraternitas, & Congregatio Societatis Jesu.*

PROCESSUS, PROCESSARE.

In Fabricatione processus super nullitate Professionis, & restitutionis in integrum alicujus Professi, vel Professæ, citandi, & audiendi sunt non solum Religio, sed etiam Donatarii, seu Renuntiatarii, eorumve hæredes, & alii interesse habentes in bonis Professi, vel Professæ. *artic.* 22. *numer.* 374.

Non potest laicus Judex occulte processare Regularem, qui deliquit, animo mittendi postea suo Religioso Superiori processum. *artic.* 21. *numer.* 165.

Nisi tamen Religiosus Superior absens sit; & ne talia impotens juridice de delicto se informare: ac in eodem delicto continuetur, sitque periculum in mora. *n.* 166.

PROCONSUL.

Proconsul Legatum, & Præses Judicem potest instituere. *art.* 5. *n.* 35.

PROCURATOR.

Procurator ad certum tempus datus; post illud exspirat, nec admittitur ad procedendum quamvis litem fuerit contestatus, & adversarius voluerit. *art.* 40. *n.* 5.

Potest Regularis nullitatem suæ Professionis per Procuratorem prosequi. *art.* 22. *n.* 371.

Novitius impeditus potest per Procuratorem suam professionem emittere. *n.* 372.

Regularium Conservator ad terminos juris novi, & novissimi procedet pro eorumdem Procuratoribus, Agentibus, Syndicis, Servitoribus, & Familiaribus, in causis ipsos Procuratores &c. ratione Officii tangentibus, non ut tales personæ sunt, quidquid dixerint nonnulli. *art.* 2. *num.* 13. & *art.* 3. *num.* 5.

Seu de cetero tales causæ sint injuriarum manifestarum, sive non manifestarum, ita tamen, ut inspecto jure novissimo in causis injuriarum dumtaxat manifestarum procedat pro Procuratoribus &c. Convenientibus, & Actoribus; pro iisdem vero Reis, & Conventis in causis etiam injuriarum non manifestarum. *art.* 3. *n.* 23.

Quod quis potest facere per se ipsum, potest etiam per alium, nisi aliunde impediatur. *artic.* 5. *numer.* 38.

Procurator Constitutus ab absente, qui renuit acceptare mandatum, potest deinde, mutata voluntate, illud acceptare, quamdiu mandans in eadem voluntate persistit. *art.* 8. *n.* 38. *v. Licentia, Recusatio, Testis, Appellatio.*

PROFANATIO ECCLESIÆ. *v. Prælatus Regularis.*

PROFESSIO FIDEI.

Potest Episcopus quo tempore solet concionandi licentiam Prædicatoribus Regularibus concedere, ab iisdem exigere Professionem Fidei. *art.* 22. *num.* 153.

Id tamen in usu non esse testantur nonnulli; adeoque standum Consuetudini locorum: Alii talem facultatem pernegant Episcopis. *n.* 154.

PROFESSIO RELIGIOSA.

Novitius impeditus potest per Procuratorem suam professionem emittere. *art.* 22. *n.* 372.

PROROGATIO OFFICII CONSERVATORIS. *v. Conservator.*

PROROGATIO TEMPORIS. *v. Appellatio.*

PROTECTIO REGIS.

Non potest Episcopus visitare Hospitalia, quæ sunt sub immediata Protectione Regum, sine horum licentia. *art. 22. n. 315.*

Et Hospitale aliquod visitare volenti, si opponatur exceptio, quod sub immediata protectione Regum existat; non ad Sæcularem Judicem, sed ad ipsum Episcopum talis exceptionis cognitio, & definitio pertinet. *ibid.*

Nomine Hospitalium sub immediata Protectione Regum existentium non comprehenduntur, nisi ea, quæ expresse sub immediata protectione inveniuntur. *ibid.*

Confraternitates sub immediata Regum Protectione; illasque his unitas, visitare non potest Episcopus, nisi quoad decentiam, & ornamentum divini Cultus. *n. 341.*

Electio Officialium Confraternitatis non debet ab Episcopo confirmari, si Confraternitas sit sub immediata Protectione Regum. *n. 235.*

PROTESTATIO. *v. Appellatio.*

PROTONOTARIUS.

Protonotarii, etiam Titulares, & honorarii, deputari queunt in Conservatores Regularium. *art. 52. n. 9.*

PROXENETA. *v. Testis.*

PTOCHOTROPHIUM.

Ptochotrophium est Hospitale in quo aluntur pauperes, & mendici debiles, qui nimirum proprio labore, necessarium sibi victum quærere non possunt. *art. 22. n. 229.*

PUBERTAS, PUBES.

Pubertas a decimoquarto anno in masculis, & duodecimo in feminis durat usque ad annum 18. *art. 10. n. 19.*

Plena pubertas, seu adolescentia a decimoctavo usque ad vigesimumquintum ætatis annum protrahitur. *ibid.*

Pubes dicitur masculus post annum 14. femella post 12. completum. *ibid.*

Ante illum completum dicuntur impuberes, *ibidem.*

PUERITIA.

Pueritia, seu impubertas durat a septimo anno usque ad decimumquartum in masculis, & ad duodecimum in femellis. *art. 10. n. 19.*

PUNITIO.

Juri consonum est, ut in quo quis peccaverit, in eo puniatur. *art. 32. n. 11.*

Quilibet juxta mensuram delicti puniendus est. *ibid. v. Negligentia, Delinquens, Delictum.*

PUPILLI.

Impuberes, si morte Patris, vel emancipatione desierint esse sub patria potestate, dicuntur Pupilli: si Patre, & Matre careant, sunt Orphani. *art. 10. n. 19. v. Appellatio.*

Q

QUALIFICATÆ PERSONÆ.

Causæ a Sede Apostolica Personis qualificatis idcirco committuntur, ne per vilem, & pannosum Clericum Papa repræsentetur, eum vilipendio Apostolicæ Sedis. *art. 38. n. 9.*

Hæc tamen est causa, non finalis, sed impulsiva. *ibid.*

Causa finalis commissionis præfatæ qualificatis personis est, quia personæ in dignitate constitutæ existimantur habiles, honestiores, & fideliores, cum jam fuerint in assumptione dignitatis approbatæ. *n. 10.*

QUALITAS.

Commissio facta alicui a Summo Pontifice non habenti qualitates requisitas, est quædam dispensatio personalis, quæ personam illius non egreditur. *art. 35. n. 20.*

Qualitas, apposita respectu Delegati, non transit in Subdelegatum, de quo Papa non cogitavit. *n. 21.*

Hoc ipso quod Papa sciat, posse a Delegato Subdelegationem fieri; si voluisset etiam cum Subdelegato in qualitatibus requisitis dispensare, id utique expressisset. *n. 22.*

Sufficit ad Conservatorem, seu Apostolicum Delegatum, quod qualitas requisita tempore electionis, seu Deputationis extiterit, nec requiritur, quod tempore executionis perseveret. *art. 38. num. 2.*

Cum disponens requirit aliquam qualitatem pro certo tempore, sufficit quod illa adsit eo tempore. *num. 3.*

Ubi qualitas aliqua ob aliquam dispositionem assumitur, ita ut debeat permanere; licet regulariter, cessante qualitate, cesset dispositio: secus tamen, ubi qualitas illa mutetur in melius, vel in qualitatem, non mutantem rationem disponentis. *art. 38. n. 51.*

Optimum desumitur argumentum a rubrica, vel titulo pro dignoscenda qualitate Potestatis ejus, de cujus Officio in rubrica, vel titulo tractatur. *art. 1. n. 10.*

Constitutio requirens certas qualitates in judicibus, tendit in favorem Apostolicæ Sedis, ne in talibus Ministris vilipendatur. *art. 5. n. 84.*

Ubi jurisdictio competit alicui respectu certæ qualitatis, ante omnia debet de illa qualitate constare. *n. 90. & art. 18. n. 2.*

Qualitas, adjuncta verbo, probari debet ad tempus verbi. *art. 15. n. 2.*

Qualitates ad Notariatus munus requisitæ. *v. Notarius, Notariatus.*

QUALITATES AD CONSERVATORIS DEPUTATIONEM REQUISITÆ.

Ut possit quis in Judicem Regularium Conservatorem deputari ad terminos juris antiqui, esse debet persona Ecclesiastica, primam saltem habens tonsuram, & in Dignitate Ecclesiastica constitutus, adeoque Episcopus, ejusve Superior ratione Dignitatis: vel Abbas: aut Dignitatem, vel Personatum habens in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata. Ad terminos vero juris novi, etiam Dignitatem, vel Personatum habens in alia quavis Ecclesia; vel Episcopi Generalis Vicarius, aut saltem Cathedralis Ecclesiæ Canonicus. *art. 9. n. 12. & art. 50. n. 1.*

Ut possit demum quis in Judicem Regularium Conservatorem deputari ad terminos juris novissimi non dum esse debet in Dignitate Ecclesiastica, vel Personatu constitutus, ut ad terminos juris novi, sed etiam in Concilio Provinciali, vel Diœcesano Judex designatus. *art. 15. n. 1.*

Qualitas Dignitatis, vel Personatus debet actu esse in Conservatore, cum eligitur. *n. 2.*

Si quis tempore electionis non sit in Dignitate constitutus, licet paulo ante fuerit, vel erit paulo post electionem factam; electio Conservatoris nulla erit, ex defectu formæ. *n. 3.*

Dignitas non existens tempore electionis, sed quæ extitit, vel superveniet, illius defectum supplere non potest. *ibid.*

Non

bens Archipresbyteri, deputari potest in Conservatorem Regularium. *art.* 12. *n.* 9.

RECTOR ECCLESIÆ, MONASTERII.
v. Testis.

RECTOR UNIVERSITATIS. *v. Recusatio.*

RECUPERATIO, RECUPERARE.

Conservator defunctus, si statim reviviscat, jurisdictionem Conservatoriam recuperat, quemadmodum cetera bona, & Jura. *art.* 37. *n.* 3.

Conjux defunctus si reviviscat, non recuperat superstitem. *n.* 4.

Nec Religiosus Abbas Defunctus reviviscens, recuperat Abbatiam Regularem, neque Episcopus mortuus Dignitatem Episcopalem, aut Personatum, vel Dignitatem habens in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, si reviviscat, illam assumit. *n.* 6.

RECURSUS, RECURRERE.

Episcopo non approbante sine justa causa, vel limitare Regulares approbante, ad Confessiones Sæcularium excipiendas, aut suspendente &c. possunt illi ad Metropolitanum recurrere, si injustitia notoria, & manifesta non sit: si tamen notoria, & manifesta; ad suum Conservatorem. Quemadmodum si mandet Episcopus sub pœna Suspensionis, ut iidem Confessarii Regulares suis pœnitentibus schedulas dent tempore Paschatis. *art.* 22. *a n.* 99. *usque ad* 102.

Si facile haberi non possit recursus ad Papam, seu Superiorem exemptorum ex defectu justitiæ in exemptis, adiri potest Ordinarius. *n.* 258.

Parochus Regularis, per suos Prælatos amotus a Parochia, si velit appellare, adire non potest Episcopum, sed Prælatum Religiosum majorem: amotus vero per Episcopum, si se gravatum senserit, ad suum Conservatorem debet recurrere. *n.* 335.

Non possunt Regulares, pro injuriis sibimet irrogatis, vel irrogandis, in re, seu Ecclesiastica, & Spirituali, sive profana, & temporali, prætermisso Conservatore, ad Sæcularem Judicem recurrere, citra incursionem Excommunicationis in Bulla Cœnæ. *art.* 7. *n.* 8.

Bulla Cœnæ Domini in XIII. Casu §. *Item excommunicamus omnes &c. qui prætexentes*, absque distinctione causarum, non solum excommunicat prætexentes, & interponentes frivolam appellationem apud Curiam Sæcularem; verum etiam *alias* recurrentes, idest alio casu, & modo. *n.* 9.

Si Clericus Sæcularis, prætermisso Judice Ecclesiastico, ad Laicum recurrat, adversus alium Clericum, nedum excommunicationem præfatam incurrit, sed etiam privatur, & causam perdit, quantumvis pro ipso lata sit sententia. *n.* 10.

Actores Ecclesiastici, id præsumentes in causa Civili, ipso Jure & ante sententiam Judicis causam perdunt, & cedunt in lucrum Reo, quem protraxerunt, suntque excommunicati. *n.* 11.

Conventus autem, & Capitula, ipso facto excommunicata, suspensa, & interdicta sunt, & una cum fructibus beneficia omnia deperdunt, manentque inhabilitata in futurum. *ibidem.*

Actores Ecclesiastici in causa Criminali habentur pro convictis, & deponendi sunt, ac ad nullam veniam queunt pervenire. *ibidem.*

Sine consensu Ecclesiastici Superioris nequit Clericus jurare, nec alium sibi Judicem constituere. *ibidem.*

Clerici, tam Regulares, quam Sæculares, qui propter recursum ad Judicem Laicum excommunicationem incurrunt in Bulla Cœnæ; si post recursum exerceant Ordinem solemniter, vel Missam celebrent, evadunt Irregulares. *n.* 12.

Debent tamen denuntiari tales a Judice Ecclesiastico, non a Sæculari. *ibidem.*

Immo tales reputandi, & denuntiandi non sunt, nisi ex eorum recursu sequatur effectus Judicis Laici: quia solus affectus recursus, nisi sequatur effectus, non punitur. *ibidem.*

Personæ Ecclesiasticæ, tam Regulares, quam Sæculares, ad Laicum Judicem recurrentes, puniri queunt a Tribunali Sanctæ Inquisitionis; non secus, ac Judices ipsi Sæculares, illos trahentes ad sua Tribunalia. *n.* 13.

Principes, vel Judices, qui contra Jura Canonica, & Civilia trahunt Ecclesiasticos ad sua Tribunalia, sunt de hæresi Luterana suspecti; & potest contra eos Officium Sanctæ Inquisitiones procedere. *n.* 14.

Quando in praxim deducenda sit sententia prædicta: quod valeant Domini Inquisitores procedere, adversus præfatos Judices, & Ecclesiasticas personas, prudenti dominorum Inquisitorum Arbitrio est remittendum. *n.* 18. *v. Appellatio.*

RECUSATIO JUDICIS SUSPECTI.

Recusatio Judicis quid sit? *art.* 33. *n.* 1.

Recusatio in nonnullis convenit cum Appellatione, & in nonnullis disconvenit. *ibidem.*

Recusatio est de Jure Naturæ. *n.* 2.

Nihil gravius, & periculosius eo est, quod sub Judice suspecto litigare. *ibidem.*

Nedum Princeps Inferior, & Legatus a Latere, sed etiam Supremus Princeps nequit Recusationem tollere. *n.* 3.

Ex gravi tamen causa potest Supremus Princeps, illam tollere; modo illam expresse, & signate tollat. *n.* 4.

Non intelligitur Supremus Princeps, Recusationem tollere, *si ex certa Scientia*, nihil alterius addendo, causam committat suspecto notorio. *n.* 5.

Immo etiamsi addat *omni recusatione remota* non est intelligendus, tollere gravem recusationem ob justam suspicionem, sed dumtaxat frivolam. *ibidem.*

Rescripta Principis ita sunt interpretanda, ut nemini noceant. *ibidem.*

Non omnes Personæ, ut suspecti Judices, possunt recusari; nec omnes irrecusabiles sunt. *n.* 6.

Recusari non possunt Supremus Princeps, Papa videlicet, Imperator, Rex &c. Cardinales; Concilium Generale, per Papam congregatum, & approbatum; Judex deputatus, & approbatus ab initio, de consensu partium, modo nova causa recusationis non superveniat; Notarius, & similes, de consensu partium ab initio approbati; Prælati Regulares quoad correctionem subditorum juxta Regularia instituta; nisi modum excedant; vel procedant ut Judices contra proprios subditos, sintque valde suspecti, & causa suspicionis manifesta; demum Commissarii cum clausula *Recusatione remota.* *n.* 7.

Recusari queunt Concilium Provinciale, & Diœcesanum, Universitates, & Collegia, eorumque Rectores. *n.* 13.

An recusari valeat totus Senatus, vel Decurionum Ordo, totum Parlamentum, vel tota Synodus, aut Universitas, eo quia caput illius suspectum est? *ibidem.*

Recusari item queunt Legatus de Latere, Episcopus, ejusque Successor; sicut & quivis

Suc-

Ecclesiæ, & io Foro Ecclesiastico jus Canonicum. *ibidem*.

Effectus recusationis est, jurisdictionem Judicis recusati suspendara, ita ut, si procedat, processus oullus fuerit, & santentia ipsa jure uulla. *n.* 43.

Ipsa ratio dictat, quod suspecti, & inimici Judicas asse, nnn debent. *n.*44.

Si causa suspicionis sit Frivnla, potest illam rajicere Judex, & ad ultariora procedeie, rejectinnis suæ axprimans causam. *n.* 45.

Recusatin qusmvis suspendat, nnu tamen extinguit jurisdictionam Judicis. *n.* 46.

Etiam pnst recusatinnem, & apptobationem causæ suspicionis, de cnosensu partium, potast Judex recusatus in causa procadara; vel aam alteri dalegare. *ibidem*.

Gasta post recusatinoem a Jndica recosatn, quando causa recusationis ast ootoria, vel jam electi sunt Arbitti, sunt ipsa jure nulla, *n.* 47. & 48.

Quid si causa recusationis notorla nnn sit, oeque electi sunt Arbitri? *n.* 49.50.51. & 52.

Causæ, nb quas Judex racusari pnteft suspectus, præcipuæ illæ suot: Si Judex sit consanguioeus alterius partis, usque ad septimum gradum, & ultra: si sit consanguineus alicujus Prælati Ecclesiæ, potest recusari in causa illius Ecclasiæ: si sit affinis, collactanaus, aut Privignus; non tameo, si æque talis sit utrique parti. *n.*68.

Si sit cnmpater alterius partis. *n.* 69.

Si sit iotimus Amicus Adversarii, nno tameo si amicitia sit modica, vel æqualis utrique parti; si sit valde familiaris parti adversæ, vel ejus Domasticus, Socius, ac Cnmmensalis: si sit Canonicus ejusdem Ecclesiæ, cujus est adversarius. *n.* 70.

Si quis sit Coneivis altarius partis, & ambo extra propriam patriam: sacus tameo, si sint io propria patria, & Judex sit Ordinarius. *n.*71.

Si sit Concivis alterius partis, cum qua degat in proptia pattia; sed Judex sit Delegatus. *ibidem*.

Si sit Inimicus, etiamsi iuimicitia ooo sit capitalis, & provanerit ex aulpa recusantis, val ratiooe litis, quam ot privatus habet cum Recusatnre. *n.*72.

Inimicitia præsumitur, quando quis non alloquitur, & salutat eum, quem prius alloqui, & salutare solebat. *ibidem*.

Si sit Inimicus Domioi mei. *n.* 73.

Propter Domioum potest, Judicem recusare tota familia; & omnes de familia recusari queunt prnptar Dominum. *ibidem*.

Si sit Consanguineus inimici mei: si copulet parentelam cum illo. *n.*74.

Si sit Familiaris, & Commensalis iuimici mei: si coofœderatus cum illo: si multum cum eodem convarsatur, ludendo, bibendo, pernoctandn, &c. *n.* 75.

Si aliquando minatus fuerit, se nociturum. *n.* 76.

Si aliquandn fuerit inimicus, & modo est reconciliatus. *n.*77.

Si vellet essa Judex in prnpria causa. *n.*78.

Neque Rex, aut Imperator potest esse Judex in causa propria; sed debet, eam Delegare. *ibidem*.

Prælatus in causa Ecclesiæ suæ recusari potest ratinna nimiæ affectionis arga illam; vel potius commodi, qood ax illa habet. *ibidem*.

Si causa respiciat commodum, vel incommodum Judicis: si est Fidejussor alterius partis. *n.* 79.

Si adversarii Domious sit; cum Patrnnus in causa Vassalli a non Vassalln, & in causa clientis a onn aliente racusari valeat. *n.*80.

Si suit prece, vel pretin carruptus ab Adversario; aut donum ab eo acceperit. *n.*81.

Si ut privatus litiget cum alio in consimili causa. *n.* 82.

Si sit nimis severus, & crudelis, si indiscretus, &c. *n.*83.

Si consuaverit asse iniqnus: si animose, injusta, & axtrajndicialiter procederet. *n.*84.

Si sit illiteratus, imperitus, & grossus, & causa ardua, ac subtilis. *n.*85.

Si operam suam dederit in eadem causa, puta tamquam Advocarus partis contrariæ; val ab ea consultus; aut Assessor, votumque suum pro parta cnntraria propalarit: si suarit Solicitator, Testis, &c. *n.* 86.

Secus tamen, si operam suam dederit io alia causa. *ibidem*.

Si semel in alia caosa gravaverit; unde suit a recusante appellatum. *n.* 87.

Quod licet videatur disforme juri Civili, coosormatur tamen Juri Cannnicn, per quod correctum est jus Civile. *n.*87. & 88.

Uttumqua jus in proposito, adhibita distinctinna, cnnciliat *Gonzalez Tellez*. *n.*89.

Si Judax curaverit, sibi causam committi, potest suspactus recusari. *n.*90.

Causa, ad removendum Procutatorem, Arbitrum, val Tastes sufficians, satis arit ad Judicem suspectum recusaodum. *n.*91.

Causa, etiam in jure oon axpressa, si major, vel æqualis sit exprassis; vel etiam minor, aut quæ Arbitrio prudentis viri sufficiens aaestimatur; ad recusatinoem Judicis suspecti satis arit. *n.*92.93.

RECUSATIO SUSPECTI CONSERVATORIS.

Regularium Consarvator nequit ot suspectus recusari in causa de notoriis, seu manifestis injuriis, & violeotiis, Ragularibus illaris. *art.* 33. *n.*53.

Scilicet in causa de notoriis facti permaoentis, non vero transanntis; & ubi factum certo notorium sit *n.* 54.55.

Ac pœna in jute præscripta: secus tamen, si Judici arbitraria sit. *n.*56.

In causis da injuriis, & vinlentiis non manifestis potast Conservator a Regnlaribus suspectus recusari. *n.*57.

Recusatio Conservatoris aote litis cootastationem, ac iotra 20. dies post oblatum libellum facianda est: immo aota alias Exceptiones proponenda. *n.* 58.

Nisi taman Conservator ob incompetantiam recusari valeat. *n.*59.

Frustra objicitur, esse suspectum, si jurisdictione careat. *ibidem*.

Et nisi post litem contestatam, vel aliam exceptionem objectam, causa recusationis de novo supeiveniat; vel antiqua tonc primum in notitiam venerit recusaotis. *n.* 60.61. & 62.

Io causis, in quibus Regnlarium Conservator recusari potest, ut suspectus, quomodo procedendum? *n.*63.64.65.

Acta, processus, & sententia post recusationem Conservatoris lata, sunt ipso jure, nulla. *n.*94.

Arbitri, in casu legitimæ suspicionis Conservatoris, eligendi sunt a recusante simol, & Cooservatore recusato, si recusans non habeat

cesa-

cessnam, sub pęna privationis utriusque vocis ipso facto, aliisque, etiam excommunicationis, arbitrio Episcopi; apud quem extat jus declarandi, & pęnas imponendi, exemptione non obstante. num. 199.

Abbates, aliique Regulares exempti, quatenus careant animarum cura, tenentur ad Generalibus, sive Synodalibus Congregationibus ex causa gravi, eaque Regularibus ipsis communi, interessendum. n. 200.

Episcopus punit Regulares, absque habitu extra Conventum incedentes, aut sine socio, vel de nocte &c. utpote delinquentes extra claustra. num. 259.

Regulares, qui studiorum causa ad universitates mittuntur, in Coenobiis tantum habitare debent; secus contra ipsos Ordinarius procedet. num. 289.

Regulares tenentur sub mortali Episcopos venerari. n. 472.

Quam copiosa, & maxima bona a Regularibus habuerit, habeatque quotidie, Universa Catholica Ecclesia? n. 495.

Debent Episcopi, Regulares summa Charitate, & Benignitate tractare; quemadmodum Regulares debent, Episcopis maximam venerationem, & reverentiam exhibere: quod non semel utrisque Summi Pontifices commendarunt, praesertim Leo X. in Concilio Lateranensi. n. 499.

Regulares sunt immediate subjecti Papae, quoad omnia, ipseque Papa est eorum Episcopus. artic. 22. n. 80.

Regulares exempti respectu Episcoporum instar extraneorum habendi. ibid.

Regulares possunt instituere, erigere, sive aggregare, & confirmare Confraternitates laicorum in suis Ecclesiis. v. Confraternitas.

Regularis per hoc, quod fiat Parochus, non amittit privilegia suae Religionis. n. 339.

Liberare Religiosum a votis, illumque Mundo restituere, est res gravissima, & magna indigens discussione; non ita tamen Religiosum a secunda Religione revocare, & in pristinam transferre. num. 378.

Regulares, sine consensu Papae, renuntiare non possunt privilegio exemptionis suae Religionis. art. 8. n. 34. & art. 21. n. 337.

Religiosi, sine licentia Superioris, esse non possunt Susceptores, & Executores Officiorum Judicialium, & muneris Executoris Testamentorum, Advocati, Procuratores, & Arbitri. artic. 12. numer. 20.

Regulares, eorumque Monasteria, Domus, Loca &c. immunes sunt ab Hospitio Militum. art. 21 n. 265. v. Milites.

Religiosi in jure inter Filios respectu suorum Monasteriorum computantur. artic. 31. numer. 130.

Bona Monasteriorum dantur a Fidelibus in sustentationem Religiosorum, unde Religiosi jus habent ad illa. ibid.

Religiosus vere indigens aliqua re circa victum, vestitum, &c. suamque indigentiam exponens Superiori, qui tamen nolit ei providere; potest, rem illam occulte sibi accipere; aut pecuniam ex Monasterii redditibus, qua rem illam sibi emat. num. 131.

Nequeunt Regulares in Compatres admitti, levando infantes de Baptismo. artic. 22. num. 262. & 263.

Regulares in Civitatibus, & Regnis constituuntur a Papa in servitium Fidelium; unde jus habent commorandi in illis: nec possunt inde per Saecularem Principem expelli. art. 21. n. 189. v. Princeps Supremus, & Inferior.

Executio publici instrumenti, quo se Religiosus obligavit, dum esset laicus, & nunc solvere renuit, ad Judicem ejusdem Conservatorem pertinet. art. 21. n. 153.

Causa Regularis, succedentis in bonis Laici, ante hujus mortem incepta coram Judice Saeculari, a Judice Conservatore Regularis discurienda est. n. 154.

Regulares, Creditores, aut Legatarii, pro Confectione inventarii ab eorum Conservatore, non a Judice Laico citandi sunt. n. 155.

Regulares, haeredes Laici, ad solvenda debita Testatoris defuncti, quantumvis obligati in forma Camerae, cum renuntiatione privilegii fori, a suo Conservatore compellendi sunt. numer. 156.

Executio facienda contra Regulares, laico succedente, ab eorumdem Conservatore fieri debet, etiamsi obligatio defuncti habeat vim rei judicatae. n. 157.

In causa evictionis, pro qua conveniri debeat Regularis, qui vendidit agrum e. g., coram ipsius Conservatore conveniendus est. ibid.

Quod si lis mota fuerit contra laicum, qui agrum emit a Regulari, & Regularis defensioni Emptoris resistat; tunc coram Judice laico conveniri debet Regularis. n. 158.

Regulares trahi nequeunt coram Judice Laico, vel Ordinario loci, ratione damni in pascuis alienis illati a suis animalibus. artic. 21. numer. 181. & 182.

Regulares, in venditione suorum librorum, propriis eorumdem sumptibus impressorum, vel Typographorum, sed a Typographis illis donatorum, sunt a gabellis immunes. n. 237. & 238.

Regulares, aliique Ecclesiastici, immunes sunt a Tributis, Collectis, Exactionibus, Vectigalibus, aliisque id genus oneribus, seu Ordinariis, sive Extraordinariis, etiamsi ad communem Laicorum aeque, ac Ecclesiasticorum, seu Regularium ipsorum utilitatem, aut ob urgentem Reipublicae necessitatem imponantur. n. 245.

Regulares tum de jure communi, tum de jure peculiari a solutione Decimarum sunt immunes. n. 288. v. Decimae.

Possunt Regulares, absque Episcopi licentia, erigere Oratoria privata in suis Monasteriis, Grangiis, Hospitiis, Domibus ruralibus &c. v. Oratorium.

Possunt Regulares, in propriis Ecclesiis spirituales Repraesentationes, & Litterarias disputationes facere, Doctoratus, aliosve gradus Ecclesiasticos conferre. n. 417.

Regulares exempti, qui in processione funerali rapuerunt per vim corpus Defuncti, qui in eorum Ecclesia sepulturam elegerat, Parocho volente, in sua Parochia sepelire, nequeunt ab Episcopo puniri. Et adversus Episcopum potest Conservator procedere. n. 548.

Regulares in casu allato delinquentes non sunt. num. 549. v. Conservator, Approbatio Regularium ad Confessiones, Subjectio, Exemptio, Princeps Supremus, & Inferior, Confraternitas.

Regulares exempti a Lectione S. Scripturae. v. Lectio S. Scripturae.

Regulares exempti a servitio Chori. v. Chorus.

Regulares extra Claustra. v. Claustrum.

sed

ſed ad Epiſcopum pertinet: eoque mortuo, ad Capitulum Sede Vacante. *Art.* 22. *n.* 553.

Regulares debent, reſtituere Novitiis, ſeu Maribus, ſive Feminis omnia, quæ ab ipſis tempore Novitiatus accepere; non autem, quæ ante ingreſſum, vel in ipſo ingreſſu, volentibus ipſis ante Profeſſionem a Religione diſcedere, *art.* 22. *n.* 196. & 198.

Accepta tamen debent eſſe tanta, ut ob ea Novitii difficultatem haberent diſcedendi: puta magna pars ſubſtantiæ ſuæ. *n.* 197. *v. Conventus parvi.*

RESTITUTIO, RESTITUERE IN INTEGRUM.

Regularium Conſervator poteſt, in poſſeſſionem mittere, dare Curatorem ad litem; & in integrum reſtituere. Nequit tamen adverſus propriam definitivam ſententiam in integrum reſtituere; cum jam dicetur functus officio ſuo. *art.* 21. *n.* 53.

Reſtitutio in integrum permittitur adverſus ſententiam inappellabilem, ſeu ex natura cauſæ, ſive ob excellentiam Judicis, aut ex commiſſione ſub clauſula [Appellatione remota.] *art.* 34. *n.* 108. *v. Appellatio.*

REVELANS, REVELARE *v. Monitoria.*

REVERENTIA.

Regulares tenentur ſub mortali Epiſcopos venerari. *art.* 22. *n.* 472.

REVIVISCENS *v. Recuperatio,*

REOS.

Favorabiliores ſunt partes Rei, quam Actoris. *Art.* 21. *n.* 73.

REX, REGINA.

Regibus, & Reginis indulgentur a Sede Apoſtolica in Conſervatores ſubditi circa aliqua bona Eccleſiaſtica, ipſis conceſſa, aut ad aliquod eorumdem opus pium applicata. *art.* 9. *n.* 55. *v. Recuſatio.*

RUBRICA *v. Argumentum.*

S

SABBATUM SANCTUM.

IN die Sabbati Sancti nulla Campana pulſari poteſt ante pulſationem Campanæ Cathedralis, vel Matricis. *v. Campana.*

Extra caſum neceſſitatis, ſeu penuriæ Sacerdotum, tempore Interdicti Collatio Sacrorum Ordinum, neque in Sabbato Sancto permiſſa eſt; quamvis ſolemnitas Paſchalis a Miſſa talis diei exordiatur, & in tali ſolemnitate licita ſint divina Officia. *art.* 21. *n.* 528.

SACELLUM PRÆDIORUM.

Sacella, ſeu Capellæ & Oratoria Prædiorum ſunt auctoritate Pontificis fundata, & Religionibus ab ipſo conceſſa. *art.* 19. *n.* 34.

Et ab Eugenio IV. Atriis Eccleſiarum comparantur. *n.* 35.

Prædicta Sacella, ſeu Capellæ, & Oratoria Prædiorum, ſicut & Prædia ipſa ſunt para Monaſterii. *n.* 35. & 36.

In ipſis, ſi Societatis Jeſu ſint, lucrari poſſunt fideles ſingulis menſibus Jubilæum Communionis generalis, a Paulo V. Societati conceſſum. *n.* 34.

Indulta, & gratiæ, Eccleſiæ Monaſterii in Civitate conceſſa, præfatis Sacellis etiam conceduntur. *n.* 39. *v. Oratorium, Capella, Grangia.*

SACERDOS EXTERUS *v. Miſſa.*

SACCUS.

Quamvis Confraternitates Regularium ſaccis utantur; Congregationes tamen, ſive Sodalitates Societatis Jeſu illis non utuntur. *art.* 22. *n.* 246. *v. Confraternitas, & Congregatio, ſive Sodalitas Soc. Jeſu.*

SACRAMENTA, EORUMQUE ADMINISTRATIO.

Regulares, etiam non Curati, ſi in Sacramentis admiſtrandis delinquant, ſubſunt Juriſdictioni, & punitioni Epiſcopi, ſecus tamen extra delictum. *art.* 2. *n.* 116.

Regularium famuli poſſunt ab iiſdem, etſi ab Epiſcopo non approbatis, ſed a ſuo Regulari Prælato, abſolutionem Sacramentalem, etiam a reſervatis Epiſcopalibus obtinere. *art.* 21. *num.* 442., & 446.

Poſſunt laudati famuli, Euchariſtiam in Paſchate, ad faciendum ſatis præcepto, ſine licentia Parochi, vel Epiſcopi, a Regularibus accipere, etiamſi famuli ſint conjugati, & nocte dormiant extra Conventum. *num.* 448. & 449. *v. Familiaris, ſeu Famulus.*

Advenæ etiam, vagi, & Peregrini, qui tempore Paſchali extra Parochiam reperiuntur; ſicut & Mercenarii, ac locantes operas ſuas ad tempus: quique, inſtante Communionis præcepto, proprium Parochum habent abſentem, vel nequeunt Parochiam adire, neque valent licentiam a Parocho petere, poſſunt a Regularibus Euchariſtiam recipere, *n.* 450.

Quamvis teneantur poſtea, quamprimum ſignificare proprio Parocho, ſe communicaſſe: Qui tamen nequit, illos ad iterum communicandum in Parochia cogere. *ibidem.*

Poſſunt quoque recenſiti famuli Regularium, non ſecus, ac Operarii, & Mercenarii, intra ipſorum Clauſtra ægrotantes, Euchariſtiam per modum Viatici, & Unctionem Extremam in morte: ac demum, intra clauſtra decedentes, Sepulturam a Regularibus in propriis eorumdem Eccleſiis habere, ſine Parochi, vel Epiſcopi licentia. *n.* 451. 452. & 453.

Convictores Seminariorum Regularium abſolvi poſſunt etiam a reſervatis Epiſcopalibus, ab ipſiſmet Religioſis, ſine approbatione, & licentia Epiſcopi, cum illa ſola Regularis Prælati: & ab iiſdem, Parocho, vel Epiſcopo irrequiſito, Euchariſtiam in Paſchate, ad faciendum ſatis Præcepto; & in morte per modum Viatici una cum Extrema Unctione, intra Seminarium graviter ægrotantes: & tandem, inibi decedentes, Sepulturam in propriis eorumdem Eccleſiis habere. *a n.* 454. *uſque ad* 469.

Poſſunt Regulares, præfatis Alumnis Collegii, ſeu Seminarii Viaticum, & Unctionem Extremam miniſtrare, quantumvis illi infirmentur ad mortem extra propria Monaſteria, vel domos. *n.* 461. *v. Convictores Seminariorum Regularium.*

Si quis in Collegio Societatis Jeſu, vacans octiduanis Exercitiis Spiritualibus S. P. Ignatii, corriperetur morbo lethali, poſſet a Jeſuitis muniri Sacro Viatico, ac Extrema Unctione; & decedens, in Eccleſia Collegii tumulari, nulla Epiſcopi, vel Parochi facultate expetita. *n.* 462.

Poſſent etiam iiſdem Sacramentis muniri, & tumulari in privatis Capellis Prædiorum, ſeu Grangiarum Regularium ii, quibus in prædictis Prædiis, ſeu Grangiis idem eveniret. *n.* 463.

Regulares omnibus iis laicis, quibus pro Viatico adminiſtrare poſſunt Euchariſtiam, poſſunt & Extremam Unctionem, & a contra. *ibidem.*

Etiamſi præfati Seminariorum Alumni non eſſent familiares Regularium; adhuc tamen, ſi intra

Sci-

giosos, nedum in civilibus, sed etiam in Criminalibus. *n. 6.*

Propter abusum Episcoporum suæ potestatis in Regulares, hi ab illorum jurisdictione per Apostolicam Sedem exempri sunr, subjecti dumtexat immediato Gubernio ipsiusmet Apostolicæ Sedis, & omnimodæ jurisdictioni Prælatorum Ordinis. *n. 7.*

In permultis tamen casibus subdiri sunt Episcopis Regulares. *n. 9.*

Centuria casuum, in quibus Regulares exampti, etiem intra claustra degentes, subjiciuntur Episcopo. *art.* ea. *per totum.*

Idque, ae Regulares sua exemptione edversus Episcopos, & Regularem disciplinam abutanrur. *numer.* 10.

In Casibus, in quibus Regnlares subduntur Episcopis, an valeant ab illis censurari? *art.* ea. *n.* 482. *v. Censurandi facultas.*

Religiosi sunt immediate sobjecti Papæ quoad omnia, ipseque Papa est eorum Episcopus. *numer.* 80.

Reguleres exempti respectu Episcopi instar extraneorum habendi. *ibid.*

Constitutio Gregorii XV. [*Inscretabili*] de privilegio exemptorum non subjicit Regulares exemptos jurisdictioni Episcoporum in iis, quæ Sacramentorum administretionem eoacernunt, nisi ubi in ea administratione Regulares deliqnerint, *numer.* 95. & 96.

Regulares exempti, exemptione communi, subjiciuntur Episcopo quoad delictum, extre Monesterium in loco noo exempto commissum; quoad contractum in eodem loco initum; & quoad rem, de qua coatra eosdem Regulares egitur, sitem. *numer.* 290.

Secua tamen, si plene exemptione præditi sint, ut Mendicaores. *ibid.*

Subjectio subditorum ed Pastorem Ecclesiæ, non in ipsius Pastoris, sed in subditorum utilitatem est ordinata. *art.* 8. *n.* 43.

Congregationes, sive sodalitetes Soc. Jesu Episcopo noo subduntur. *n.* 242.

Subjectio Regularinm Hospitalariorum Episcopo. *v. Hospitalia Regularium.*

Subjectio Regularinm Parochornm Episcopo. *v. Parochi Regulares, Parochia.*

Subjectio Regularinm Confraternitatum Episcopo. *v. Confraternitas.*

SUBROGATUS, SUBROGARE.

Qui non potest aliquod officinm principaliter exercere, neque potest in eo subrogari per viam suffectionis, & suppositionis In locum principalis. *art.* 35. *n.* 23.

Subrogatum sapit naturam ejus, in eujus locnm subrogatur. *art.* 36. *n.* 7.

Etiam in meteria jurisdictionis. *art.* 42. *n.* 3. *v. Subdelegatus.*

SUCCENTORATUS, SUCCENTOR.

Succentorarum obtinens in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata deputari potest in Consesvatorem. *art.* 12. *n.* 16.

SUCCESSOR, SUCCEDERE.

Quamvis decedente Novitio in statu Novitii, & iotestato, Monasterium in ejus bone non succedat: succedit tamen, decedente in statu Professionis, & jam Professo, per Professionem nimirum in Arriculo mortis jam emissam. *art.* 25. *n.* 146. & 147.

Negotia, jam cœpta, & a Conservatore insra quinquennium non terminata, potest Conservetor, qui succedit, rerminare. *artic.* 40. *numer.* 8.

Cuicumque Bonorum Successori commune est, quod ære alieno ejus, cui succedir, astringatur, sed proportionaliter ad vires hæreditatis. *art.* 21. *n.* 127. *v. Conservator, & Causa.*

SUMMARIÆ CAUSÆ. *v. Causa.*

SUPELLECTILIA. *v. Congregatio, sive Sodalitas Societatis Jesu.*

SUPERFLUE, SUPERFLUITAS.

Non superflne, & supervacanee apponnntur in definirione Coofervatoris verba illa: [Judicieli non utens indagine.] *art.* 1. *n.* 96.

Superfluitas io Lege, vel Decreto vitanda est. Nec una quidem dictio, nec syllaba io Rescriptis Pontificiis debet esse soperflua, & sine effectu aliquid operandi. *artic.* 38. *numer.* 44. *v. Verbum. Lex.*

SUPERIOR.

Ubi Superior menus apposuit, inferior se ingerere minime valet, *art.* 16. *n.* 12.

Licet Superior aliquid Inferiori concedat, semper tamen consensus alterius est expectandus. *art.* 22. *n.* 255.

Inferior jus non dicit Superiori. *artic.* 28. *numer.* 20.

SUPERIOR LOCALIS REGULARIUM.

Superiores localex, sen Conventus, qui Majores noo sunt, sed alinm majorem se io eodem Conventu habent, ut Vicarii Conventuelium, Ministri Societetis Jesu, Priores Benedictini, &c. cum non sint in dignirate Ecclesiastica constituti, nequennt in Conservetores designari. *art.* 12. *num.* 24.

Superiores locales, qui in eodem Conventu majorem sa non agnoscunt, etsi nomine Snperioris, majorem se agnoscentes, onneupeotur, nt Priores Benedictini &c., sunt in dignitate Ecclesiastica constitnti, &, ut tales, eligi queunt in Conservatores. *n.* 25.

Quantumvis parvum sit Monasterium, etiam trium, vel quatuor Fratrum. *ibid.*

Hujusmodi Snperiores, Priores Conventuales nuncupantur: quentedmodum Superiores elaustrales illi, qui in eodem Conventu Superiorem habent majorem se. *ibid.*

SUPERPELLICEUM. *v. Approbatio Regularium ad Confessiones.*

SUPPLENS, SUPPLERE.

Sæcularis Judex supplere non potest negligentiam Judicis Ecclesiastici, sed Ecclesiasticus. *art.* 30. *n.* 19.

Neqne supplere potest negligentiam Prælati Regularis in punitione subditi sui delinquentis. *art.* 21. *n.* 168.

Ubi negligens fuerit Ecclesiastiens Judex In punitione Snbdirorum, ad alium Ecclesiasticum Judicem superiorem ejus recurrendum: & ubi omnes negligentes fuerint, ad Papam. *n.* 169.

Non tamen recurrendum ed Principem Sæcularem, eriam ipso negligente Papa: nisi talis recursus necessarius esset in justam desensionem. *ibidem.*

SUPPLICIUM.

Pro eo, qui ad Snpplicium ducitnr, cuilibet licet appellare, etiam illo invito. *art.* 34. *n.* 49.

jus tempore præfinito prorogando, saltem proqualibet vice; & si simul sumptum totum tempus, ad quod pluribus vicibus, & successive fiat, majus fuerit ipso tempore, quod prorogatur. *numer.* 15.

In litteris commissionis ad tempus determinatum, non debet esse oppositum formale, vel æquivalens decretum irritans, ut de consensu partium fieri valeat prorogatio. *n.* 16.

Dictiones taxativæ affirmative positæ, omnes casus excludunt, præter expressos: & prohibent ulterioris temporis extensionem. *ibidem.*

TEMPUS PRÆSENS.

Tempus præsens regulariter, & in dubio Inducit Canonem latæ sententiæ. *art.* 31. *numer.* 13.

TERMINUS, TERMINARE.

Dies termini non computatur in termino. *art.* 11. *n.* 373.

Negotia, jam cœpta, & infra quinquennium a Conservatore non terminata, potest Conservator, qui succedit, terminare. *art.* 40. *n.* 8.

TERRITORIUM.

Ad Jurisdictionem Ordinariam non semper requiritur Territorium; Cum possit Ordinarius judex, etiam sine Territorio, creari. *art.* 2. *n.* 7.

TESTAMENTUM, TESTAMENTI EXECUTOR.

Regulares, gravati ære alieno, vel ad ratiocinia obligati, aut Testamentorum Executores, coram Ordinario loci sunt conveniendi, si Conservatorem non elegerint: coram Conservatore tamen, non coram Ordinario conveniri debent, si illum elegerint. *art.* 21. *n.* 95. & 97. *v. Executor Testamenti, & ultimarum Voluntatum.*

TESTATOR *v. Missa, Voluntates ultimæ.*

TESTIS, TESTIMONIUM.

Judex Regularium Conservator potest testibus uti, nedum inspecto Jure novo, & novissimo, verum etiam antiquo. *art.* 28. *num.* 41. 42. & 43.

Notorium Facti momentanei, seu transeuntis per testes probatur. *n.* 43.

Depositio Testium, ut Notorium probetur, quænam esse valeat? *art.* 18. *n.* 4.

Si delictum sit notorium aliis, non Conservatori, jus habet quærendi, cogendique testes. *art.* 1. *n.* 92. & *art.* 18. *n.* 2., & 3.

Testes, qui deponere debent, satis erunt duo. *art.* 18. *n.* 4.

Testes dicuntur, qui ad fidem alicujus rei faciendam adhibentur. *art.* 28. *n.* 41.

Testium depositiones, attestationes vel testimonia nuncupantur. *ibidem.*

Testes esse queunt, quotquot a Jure ad fidem alicujus rei faciendam neutiquam prohibentur. *num.* 44.

Hi nuncupantur testes idonei, seu omni exceptione majores, contra quos videlicet non est exceptio in Jure, cur non debeant ad testificandum admitti. *ibid.*

Testes minus idonei dicuntur, contra quos est exceptio in Jure. *ibidem.*

Ex testibus minus idoneis nonnulli absolute & simpliciter fidem facere prohibentur: alii secundum quid, vel pro certis nimirum personis, vel contra certas personas, vel in certis dumtaxat casibus. *n.* 45.

Prohibentur absolute & simpliciter fidem alicujus rei facere, Impubes, mas videlicet 14. annis, & femina 12. minor, utpote tenui admodum judicio præditi. *n.* 46.

Nisi tamen, majores effecti, testentur de iis, quæ in pupillari ætate viderunt; quæque talia sint, ut in intellectum Impuberis cadere possint. *ibid.*

Furiosus, & mente captus, quando non habent lucida intervalla: secus tamen, tempore, quo illa habent. *n.* 47.

Cæcus, si debeat testificari de rebus, quæ visu percipiuntur, & post cæcitatem acciderunt: secus tamen, si ante cæcitatem; vel non visu, sed alio sensu percipiuntur. *n.* 48.

Surdus simul, & Mutus; nisi sciat scribere, vel signis mentem suam explicare. *n.* 49.

Infamis infamia Juris, vel facti. *n.* 50.

Nisi tamen veritas aliunde haberi non possit; vel infamia sit occulta, aut infames fuerint pristinæ famæ a Principe supremo restituti: vel emendati de crimine infames infamia facti; qui ultimi admittuntur in Civilibus, & cum de crimine civiliter agatur. *n.* 50.

Qui semel in Judicio falsum testimonium protulit; utpote qui censetur facile secundo pejeraturus. *n.* 51.

Criminosus, & reus delicti gravis, & capitalis, quoties se Innocentem, aut emendatum non probaverit. *n.* 52.

Nisi tamen veritas per testes idoneos haberi non possit: in quo casu admittuntur ad testandum in Civilibus. *ibid.*

Persona vilis, de qua habetur suspicio, quod possit pecunia corrumpi: secus tamen, si honesta sit, & talem suspicionem non ingerat. *n.* 53.

Qui pecuniis sunt conducti ad testandum; etiamsi ad ferendum verum testimonium eam acceperint. *n.* 54.

Servi, stricte sumpti, seu mancipia: Excommunicati excommunicatione majori: Accusati de crimine, adhuc accusatione pendente: Incarcerati propter crimen, quod irrogat notam infamiæ: Banditi, seu proscripti ob crimen famosum: Concubinarii publici, Sacrilegi manifesti, Malefici, Sodomitæ, Hæretici, Blasphemi de blasphemia damnati, & Spurii. *n.* 55.

Testes minus idonei admittuntur in Judicio, quando idonei haberi non possunt. *n.* 56.

Testis minus idoneus cum teste valde fide digno facere poterit plenam probationem. *ibid.*

Prohibentur testari pro certis, scilicet Filius pro patre, & pater pro filio; cum una eademque persona censeantur; & naturalis amor persæpe soleat veritatem subvertere. *n.* 57.

Nisi tamen ex depositione parentum nullum directe commodum filiis eveniret; & e converso. *num.* 58.

Vel a Reo admitterentur; cum quilibet Juri, pro se introducto, valeat renuntiare. *n.* 59.

Aut si filii litigarent inter se. *n.* 60.

Vel attestatio esse deberet in factis, quæ a nemine melius, quam a Parentibus sciri possent, ut in probatione ætatis filiorum. *n.* 61.

Vel in Causa Religionis: ut si dubitetur, an Filius, Religionem ingressus, animum vere illam profitendi, habuerit. *ibid.*

Aut in Causa matrimoniali; in qua si agatur de Matrimonio, a filio, vel filia contrahendo, & unus ex parentibus deponat de Impedimento dirimente, ei quamvis uni plena fides præstatur. *num.* 62.

Si tamen de Matrimonio jam contracto dissolvendo agatur, satis non est attestatio unius Parentis. *ibidem.*

Quemadmodum satis non est, si de contrahendo quidem agatur inter Filium, Filiamve, & alteram personam; sed divitiis, vel nobilitate longe

THEO-

VIVENS

VIVENS RELIGIOSUS EXTRA CLAUSTRA.

Quinam Religiosi censeantur extra Claustra degere, ad hoc ut delinquendo puniri valeant ab Ordinario? *art.* 22.*n.* 283.

Qui de licentia Superioris ad longus tempus commoratur in domo, ad erectionem Monasterii deputata, cum aliis Religiosis, sub Superiore: vel in aliquo membro, seu Grangia Monasterii pro servitio Religionis, non dicitur extra claustra degere, ita ut, si delinquat, ab Ordinario puniri valeat. *n.*285. & 286. *v. Claustrum.*

VIVENS RELIGIOSUS CONVENTUALITER.

Vivere Conventualiter est, vivere in domo, ubi alii Religiosi degunt sub Superiore, & juxta Regulam suæ Religionis. *art.* 22. *n.* 283.

UNCTIO EXTREMA.

v. Sacramenta, Interdictum, Familiares, Famuli, Hospes, & Convictores Seminariorum Regularium.

UNIO MONASTERIORUM.

v. Monasterium, & Monasterium Monialium.

UNIVERSITAS, COLLEGIUM, COMMUNITAS LAICORUM.

Aliud est jus Universitatis, aliud singulorum. *art.* 28.*n.* 83. *v. Pœna, Taberna; Furnum, Molendinum.*

UNIVERSITAS STUDIORUM.

Regulares, qui studiorum causa ad Universitates mittuntur, in Conventibus tantum habitare debent; secus contra ipsos Ordinarius procedet. *art.* 22. *n.* 289.

UNIVERSITAS CAUSARUM.

Ad Universitatem causarum dicitur deputatus, cui sub uno universali Verbo causæ omnes commissæ sunt: ut causæ omnes mercatorum, aut Clericorum Civitatis &c. *art.* 2.*n.* 22.

VOLUNTATES ULTIMÆ.

Regulares, etiam Prælati, ultimarum voluntatum Executores possunt, etiam Censuris, ab Ordinario compelli, ad reddendam sibi de suscepto executionis Officio rationem; & delinquentes puniri. *art.* 22.*n.*292. & 293.

Etiamsi Testator rationem ab Episcopo exigi, prohibuisset. *n.*294.

Nisi tamen Regulares præfati omnimodam habeant exemptionem ab Episcopo, ut hodie habent omnes fere Regulares exempti; non meram exemptionem communem. *n.* 297.

Regulares, omnimoda exemptione gaudentes, coram Conservatore conveniendi sunt pro ratione executionis ultimarum voluntatum reddenda, non coram Ordinario, nisi Conservatorem non elegeriot. *ibidem.*

VOTUM, SUFFRAGIUM.

In absolvendo, vel condemnando Administratores piorum locorum, etiam exemptorum, Unicum votum habet Ordinarius, sicut ceteri deputati: illudque debet numerari cum aliis, ita ut major pars votorum absolvat, vel condemnet. *art.* 21. *n.*312.

Electio Officialium Confraternitatum, per secreta suffragia fieri debet. *n.*234.

Episcopus, assistens Congregationibus Confratrum, potest capitulariter dare votum. *n.*235.

VOTA RELIGIOSA.

Liberare Religiosum a Votis, illumque Mundo restituere, est res gravissima, & magna indigens discussione: non ita tamen, Religiosum a secunda Religione revocare, & in primam transferre. *art.*22.*n.*378.

VOTORUM COMMUTATIO, & DISPENSATIO.

Licentia, Regularibus concessa ab Ecclesiarum Prælatis, commutandi aliqua vota suorum subditorum in alia pietatis opera, etiam post mortem Prælatorum, uti queunt Regulares, donec per Successores revocetur. *art.*22.*n.*108.

Regulares, si fuerint a suis Superioribus deputati, & ab Episcopo ad audiendas Sæcularium Confessiones approbati, possunt dispensare, & commutare omnia vota, etiam jurata, si dispensatio, & commutatio non fit in præjudicium tertii. *n.* 438. & 439.

Exceptis Ultramarinis, & Sancti Petri, ac Pauli de Urbe, Sancti Jacobi in Compostella, Castitatis, & Religionis. *ibidem.*

Approbatio Episcopalis oon requiritur in prædictis Regularibus præcise pro absolutione Sacramentali, sed etiam, ut in iisdem appareat idoneitas ad judicanda, non solum peccata, sed etiam vota, &c. *n.*440.

Ordinarii locorum nequeunt sibi commutationem, aut dispensationem votorum, alias Regularibus concessam, reservare. *art.*21. *n.* 341.

USURPATOR, USURPARE.

Laici, per violentiam usurpantes bona Ecclesiæ, etiam temporalis jurisdictionis, per Censuram Ecclesiasticam ab Ecclesiastico Judice ad cessandum cogendi sunt; & faciendum satis de præteritis damnis, & injuriis. *art.*30.*n.*18.

Incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ usurpantes jurisdictionem in exemptos, illosque defendentes. *art.* 7. *n.* 3.

Non solum Judices Laicos, ad se trahentes Ecclesiasticos pro Decimis; sed etiam Consilium, vel favorem ad id adhibentes, excommunicat Bulla Cœnæ *Excommunic.* 14. §. *Excommunicamus omnes & singulos Cancellarios &c. n.* 4. *v. Bulla Cœnæ, & Pœna.*

USUS CONSERVATORUM.

v. Institutio, & Usus Conservatorum.

USUS JURISDICTIONIS.

Per usum Jurisdictionis commissæ censetur Jurisdictio, in Subconservatorem efficaciter transiisse. *art.* 39. *n.* 2.

USUS PRIVILEGII.

Nolle uti Privilegio pro una, vel altera vice, non est, illud renuntiare; sed solum pro tunc abstinere ab usu illius: quamvis eainde detur Adversario quasi possessio, ad præscribendum contra privilegium. *art.* 8. *n.* 27. & 28. *v. Privilegium.*

UTILITAS.

Publica utilitas, quæ ex favore Religionis oritur, utilitati privatæ est præferenda. *art.* 22. *n.* 395.

Ad munus Conservatoris, per Religiosos Prælatos obeundum, necessaria non est alia Monasterii utilitas, præter eam, quæ in susceptione talis Officii provenit Monasterio. *n.*23.

Publica necessitas, aut utilitas Jurisdictionem in Ecclesiasticos Magistratui Laico non confert. *art.*21.*n.* 211. *v. Necessitas, Error communis.*

X

XENODOCHIUM.

Xenodochium est Hospitale, seu locus publicus, in quo Hospites, idest Peregrini recipiuntur. *art.* 22.*n.*299.

Z

ZAGATUM. *v. Taberna.*

FINIS.

Approbatio Patris Provincialis.

EGo infraſcriptus, Societatis Jeſu in Siciliæ Provincia Provincialis, opus hoc, cui titulus: DE JUDICE CONSERVATORE REGULARIUM TRACTATUS CANONICUS, Auctore P. PETRO M. FORTI ejuſdem Societatis; cum illud tres Societatis noſtræ Theologi recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint; poteſtate ad id mihi facta ab admodum Reverendo P. Noſtro Franciſco Retz, typis mandari concedo, ſi iis, ad quos ſpectat, ita videbitur. In cujus rei fidem has litteras manu propria ſubſcriptas, & officii ſigillo munitas dedi Panormi 4. Auguſti 1739.

Benedictus Plazza.

